IUSTI HENNINGII BOEHMERI ... EXERCITATIONES AD PANDECTAS IN QUIBUS PRAECIPUA...

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

A

C-543

Digitized by Google

A

C. 543

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER ICtus
Potentiſſimi Boruſſorum Regis a Conſiliis
Sanctioribus, Regiminis Ducatus
Magdeburgici Cancellarius, Academiæ
Fridericianæ Director, Ordinis ICtorum
Præſes et Profeſſor iuris primarius
natus d. XXIX Ian. CIƆIƆCLXXIV.

Gabriel Spizel ad vivum pinxit. sculps. [illegible] Calcogr. Reg. in Acad. [illegible]

Digitized by Google

A. 6. 740

IVSTI HENNINGII BOEHMERI ICti

Potentiſſimi Boruſſorum Regis a Conſiliis Sanctioribus, Regiminis Ducatus Magdeburgici Cancellarii, Academiæ Fridericianæ Directoris, Ordinis ICtorum Præſidis et Profeſſoris iuris Primarii

EXERCITATIONES AD PANDECTAS

in quibus præcipua Digeſtorum capita explicantur,

antea ſigillatim editæ, nunc coniunctim ſecundum ordinem Pandectarum digeſtæ, et indice inſtructæ

CVRA FILII

GEORGII LVDOVICI BOEHMERI D.

Potentiſſimi Magnæ Britanniæ Regis a Conſiliis, et Anteceſſoris in Academia Georgia Auguſtæ.



TOMVS I.

HANOVERAE ET GOTTINGAE,
APVD IOH. WILH. SCHMID. ACAD. BIBLIOP.
cIↄ Iↄ cc xxxxv.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

GEORGIVS LVDOVICVS BOEHMER.

Praecipvam hanc Proteſtantium præ Romano-Catholicis Academiis laudem nuper vindicauit Vir litteratiſſimus, IOANNES ERHARDVS KAPPIVS, cum ad HENRICI BENZELII, Academiæ Lundenſis procancellarii et Scaniæ Blekingiæque Epiſcopi, *Syntagma diſſertationum* præfaretur, iam inde a ſeculi XVI. exitu luculentiores conſcriptas eſſe diſſertationes, auctiores et elaboratiores redditas ſuperiori et noſtro inprimis ſeculis, nec minora commoda ex argumentis ſpecialibus, erudite expoſitis, quam ex integris voluminibus, omni ſcientiarum generi allata: cum contra

tra in pleriſque Academiis Romano-Catholicis, ſi rariora diſſertationum elaboratiorum exempla exceperis, nudæ fere theſes ad diſputandum proponerentur. Et ſane in magnam huius laudis partem ire Academiam Fridericianam, illi largientur, qui ingentem diſſertationum exaſciatarum, in omni eruditionis parte inde ab Academiæ auſpiciis conſcriptarum theſaurum, qui ſtudia, quæ in emendandis per illas et reformandis Muſarum ſacris, in profligandis ex ſanctiori diſciplina, iuriſprudentia, arte ſalutari, philoſophia, litteris humanioribus, veterum erroribus, et in puriori eruditione proponenda, et quæ inprimis magni nominis Iuriſconſulti Strykii, Thomaſii, Ludouici, Gundlingii, Ludewigii, Heineccii in iuriſprudentia, ad rationis principia reducenda, et ex omni antiquitate illuſtranda, et in diuerſis iuribus peregrinis et patriis, turpiter mixtis, ad ſuos fontes reuocandis, in elaboratiſſimis diſſertationibus poſuerunt, qui denique excitata inde aliarum Academiarum æmula ſtudia circumſpiciunt. Fecit, quæ ex argumentis eruditis et ſelectioribus, ſub curatius examen reuocatis, expectari poterat vtilitas, vt non minus gratum eruditis fuerit, quod in iiſdem iunctim edendis adhibebatur ſtudium, quam de iiſdem frequentius colligendis deſideria augerentur. Collegit eam in rem vota doctorum laudatiſſimus Kappius l. c. p. 25. et ipſe in votis habuit, vt iuris vniuerſi, publici, feudalis et Germanici haberemus ex diſputationibus ſelectis, adornandos theſauros; ne dum ad paucos redi-

rediret, qui ex diſſertationibus, non adeo magno numero impreſſis, vel tractu temporis diſtractis, vel delitiſcentibus vel ſæpe omnino pereuntibus ſperabatur fructus, vel exiguus redderetur vel intercideret prorſus.

VT de diſſertationum, quæ ad iurisprudentiam pertinent, collectionibus dicam, non contemnendum in nonnullis Academiis integri Iurisconſultorum ordinis fuit conſilium, ſelectas ſingulorum exercitationes iunctim editas, in plura volumina reuocare, quales ſunt *Argentoratenſium* tribus decadibus, nec non *Baſileenſium* IX. voluminibus comprehenſæ diſſertationes. Superſunt non minus ſingulorum Iurisconſultorum diſſertationes, vel ab ipſis vel aliorum ICtorum cura in faſciculos et volumina congeſtæ; in cuius rei exemplum nominare liceat ex Academia Tubingenſi, HARPRECHTI, a) LAVTERBACHII, b) SCHWEDERI, c) ex Heidelbergenſi TEXTORIS, d) ex Argentoratenſi KVLPISII, e) OBRECHTI, f) ex Kilonienſi, MAVRITII, g) ex Gieſſenſi HERTII, h) STRAVCHII, i) ex Francofurthana COC-

a) FERDINANDI CHRIST. HARPPRECHTI *diſſertat.* quarum noua editio prodiit Tubingae 1737.

b) WOLFF. AD. LAVTERBACHII *diſputationes varia* V vol. prodierunt Tubingae.

c) GABRIEL SCHWEDERI *diſſertationes varii argumenti*, collectae cura nepotis *Wolf. Pauli Schwederi*.

d) IOAN. WOLFFG. TEXTORIS *diſputationes Academ. iuris publici et priuati.*

e) IOAN. GEORGII KVLPISII *diſſertationes Academicas edendas* curauit IOAN. SCHILTERVS Argentorati 1705

f) VLRICI OBRECHTI *Academica*, in vnum volumen collecta; et GEORGII OBRECHTI *diſſertationes*.

g) ERICI MAVRITII *diſſertationes* cum IOAN. NIC. HERTII editae ſunt Francofurti 1692.

h) IOAN. NIC. HERTII *commentationes et opuſcula* correctiora duobus voluminibus A. 1737. cura V. A. IOAN. IACOBI HOMBERGII prodierunt.

i) IOAN. STRAVCHII *diſſert. ad vniuerſum ius Iuſtinian. et diſſ. exoticae iuris publici.*

COCCEII, k) RHETII, l) DITHMARI, m) ex Ienenſi STVRMII n) et ill. BVDERI, o) ex Wittenbergenſi BEIERI, p) ZIEGLERI, q) BERGERI, r) ex Lipſienſi TITII, s) BARTHII, t) GRIEBNERI, u) ex Hallenſi, STRYKII, x) THOMASII, y) GVNDLINGII, z) LVDEWIGII, a) HEINECCII b) diſſertationum collectiones. Ordine in iiſdem colligendis vario vſi ſunt: alii eaſdem iuxta *temporis*, quo editæ ſunt, ſeriem, alii, habita *doctrinarum* ratione, quæ ad ſingulas iuris partes pertinere videbantur, coniunctas ediderunt.

DVM Venerabilis Senis, Venerandi Parentis iuſſu meditor diſſertationum eius, ad *ius ciuile* pertinentium, faſciculos, rem me nec inutilem nec ingratam facturum præſentio, ſi quid ex eruditorum benignis, quibus eaſdem ſeorſim dudum editas exceperunt, iudiciis ominari fas eſt, ſi porro nonnullarum diu diſtractarum raritatem, ſi denique quam mendoſe aliæ, proprio typographorum auſu,

k) HENRICI DE COCCEII *exercitationes curioſæ Palatinæ Traiectinæ et Viadrinæ Tom. II.*

l) IOAN. FRIDER. RHETII *diſſert. II. Vol.*

m) IVSTI CHRISTOPH. DITHMARI *diſſertat. academ. et Francof. Sylloge.*

n) GOTTL. STVRMII *diſſertationes Ienenſes.*

o) CHRIST. GOTTL. BVDERI *opuſcula.*

p) GEORGII BEIERI *diſſertationes et opuſcula edidit* CHRIST. GOTTFR. HOFFMANNVS.

q) CASPARI ZIEGLERI *diſſertationes ſelectae varii argumenti prodeunt* GEORG. BEIERVS.

r) IOAN. HEINRICI BERGERI *diſſertat. varia ſelecta.*

s) GOTTL. GERHARD. TITII *diſſertationes Iuridic. varii argumenti A. 1724. edidit* V. A. FERD. AVG. HOMMELIVS.

t) GOTTFR. BARTHII *diſſertationes iuridicas* nunc ornavit Vir ill. GEORG. CHRIST. GEBAVERVS.

u) MICH. HENRIC. GRIEBNERI *ſelecta opuſcula iuris publici et priuati.*

x) SAMVEL. STRYKII *diſſertat. volum.* VIII.

y) CHRIST. THOMASII *volumen diſſertationum Lipſienſium nondum editum.*

z) NIC. HIER. GVNDLINGII *exercitation. Academicae* Vol. II.

a) IO. PETRI DE LVDEWIG *Opuſcula Miſcella.*

b) IO. GOTTL. HEINECCII *variorum opuſculorum ſylloge.*

cauſis, recuſæ ſint, conſidero. Recipies iam eaſdem, Beneuole Lector, recognitas, correctiores et in commodiorem vſum compactas in nonnulla volumina.

QVAE cum in inſignem numerum excreuerint, et præcipuas *iuris Ciuilis*, quæ in Digeſtis occurrunt, doctrinas ex Iure *Romano*, *Germanico*, et *Vſu forenſi* explicent, auctor fuit Venerandus Parens, in iiſdem digerendis ſequi *Digeſtorum ordinem*, eoque modo vna eademque collectione duplicem iniret lectorum gratiam, vt non collectionis modo diſſertationum rationem præ ſe ferat, ſed et præcipuis *Pandectarum Doctrinis*, commentarii ad inſtar, inſeruiat. Sane ſi quid recte iudico, ipſa iurisprudentiæ ratio ſuadere in eiuſmodi collectionibus eam methodum videtur, qua hactenus in ipſa iuriſprudentia explicanda vſi ſunt. Iuriſconſulti, vt quæ ſingulis doctrinis ornandis illuſtrandiſque inſeruiunt, eo loco proponantur, ad quem pertinere videbantur. Et cum eodem conſilio, nonnullis abhinc annis, amantiſſimus Frater, qui iam in ſupremo Sileſiæ inferioris, quod Glogauiæ eſt, Regimine ſecundi Præſidis munere fungitur, Carolus Auguſtus de Böhmer in digerendis Venerandi Parentis *Deciſionibus et Conſultationibus* eundem Digeſtorum ordinem ſecutus ſit; iis, quæ ibi ex ipſis rerum argumentis et *rerum iudicatarum exemplis* ad ſingulorum fere Digeſtorum titulorum illuſtrationem faciebant, iungere his voluminibus par erat ea, quæ ad *theoriam* ſeu ſolida iuris principia, ex ipſis fontibus eruenda, facere

 vide-

videbantur; vt quæ ad iuris Digeſtorum argumenta illuſtranda pertinerent, ex his exercitationibus, quoad vſque ſufficiunt, ſupplere, et vbi hæ deficerent, ibi ex ipſis rerum argumentis illuſtrationem expectare liceret. Quod itaque *ordini*, quo digeſtæ ſunt, quodque *argumentis*, quibus ornandis inſeruiebant conuenire videbatur, inſcriptæ ſunt EXERCITATIONES AD PANDECTAS, eisque, quæ ad eundem finem collineabant, alia minora Venerandi Parentis opuſcula, programmata, præfationes, commoda ratione inſerta, vt quæ eorum ad *Digeſta illuſtranda* facerent, hoc loco iunctim edita proſtarent. Quod iam prelum exit primum earum volumen, *viginti duas* ſiſtit ad librum *primum Pandectarum* exercitationes; quas recenſere, et quæ in illis ſunt diſſertationum earumque Reſpondentium, quorum vel in gratiam conſcriptæ, vel qui et ipſi ex conſilio Venerandi Parentis moderanteque eodem et ſeueriorem cenſuram adhibente, ſtylum adcommodarunt, nomina dare, a re non alienum futurum arbitror.

QVAE iuri Romano feliciter interpretando inſeruire poſſint, quatuor prioribus exercitationibus proponuntur. PRIMA *de veſtigiis et vſu antiquitatum Dacicarum in iure Romano*, ſpecimen eſt iuris Romani, ex antiquitatibus Dacicis illuſtrati, in emendanda et ornanda *L. 1. §. 9. D. de cenſibus*; ſpecimen omnino, quo et aliorum ſtudia ad Daciæ, Traiani Prouinciæ, et in quam tot iuris

Itali-

Italici Coloniæ deductæ ſunt, antiquitates ex veterum ſcriptis et marmoribus eruendas, excitari poſſint.

QVANTVM Iuriſconſulto proſit, noſſe veterum Iuriſconſultorum philoſophiam, vt inde natæ et ad iuris artem translatæ opiniones eo rectius intelligantur, ipſis rerum et legum explicatarum argumentis oſtenditur in EXERCITATIONE SECVNDA *de Stoica Iureconſultorum philoſophia* anno clↄ Iↄ ccI. publici iuris facta, quam et olim iunctis aliorum, qui idem argumentum ornarunt, libellis CHRISTIANI OTTONIS A BOECKELEN de *diverſis familiis Iureconſultorum*, IOANNIS PHILIPPI SLEVOGTII de *Philoſophia Papiniani*, EVERHARDI OTTONIS de *Stoica veterum ICtorum philoſophia*, nec non de *vera non ſimulata iurisprudentia*, CORNELII VAN ECK de *religione et pietate veterum ICtorum*, IOANNIS SAMVELIS HERINGII de *Stoica veterum Romanorum iurisprudentia* anno clↄ Iↄ cc xxiv. edidit Ienenſis ICtus GOTTLIEB SLEVOGTIVS. Et operæ pretium profecto fecit Vir Ampliſſimus IOANNES GOTTFR. SCHAVMBVRGIVS, qui eodem conſilio vtiliſſimum argumentum, eleganti, quam de *iurisprudentia veterum ICtorum Romanorum Stoica* hoc anno edidit, tractatione explicauerit.

CVM vſus legum ex curatiori, quæ tum rectiorem verborum legis ſignificatum, tum eius rationem indagat, hoc eſt *grammatica* et *logica* interpretatione pendeat: principia eius traduntur in EXERCITATIONE TERTIA *de interpretationis grammaticæ fatis et vſu vario in iure Romano*.

Egre-

Egregia eſt obſeruatio, in varia, qua Iuriſconſulti Romani vſi ſunt *legum interpretatione*, rationem ſufficientem contineri iuris antiquioris *ſtricti* et nouioris *humanioris*; cum ſuperſtitioſa verborum legis XII. Tabularum veneratio et ad verba legum adſtricta interpretatio non potuerit non triſtem aſperamque producere iuris doctrinam, legis actiones, formulas ſolennes, directas actiones, verbaque directa; vt ſi quæreres, quis eſſet Iuriſconſultus, vix alium inuenires, quam qui

> *Carmina componat, declamet, concrepet omnes*
> *Et peragat cauſſas, ſitque Catone prior*
> *Iuriſconſultus*, paret, non paret, *habeto,*
> *Atque eſto, quidquid Seruius et Labeo* c).

cum contra ex ratione legum, mira Prætorum et Iureconſultorum arte, deducta interpretatio, iuriſprudentiam ad æquitatem et humanitatem reuocauerit. Et ſane hæc ſunt eruntque ſemper iuriſprudentiæ fata, vt pro varia interpretum, vel *verba legum* captantium, vel *rationem* earum ſequentium, ratione varia ſemper futura ſit iuriſprudentiæ indoles. ſiquidem et ipſa *Sectarum* apud Iureconſultos Romanos auſpicia a LABEONIS *ſtrictiori*, et ATEII CAPITONIS ad nouioris ſtatus rationes producta *laxiori* interpretatione repetenda ſint. Immo Auguſtus Imperator, in iuribus interpretandis omnem legum vim verti animaduertens, Iuriſconſultos, ſibi obnoxios, publica de iure reſpondendi facultate inſtruxit, quorum

in

c) PETRONIVS in *Satyrico* c. 137.

in iure, per nouas interpretationes ad ſtatum monarchicum inflectendo, operam ſibi proficuam fore ſentiebat. Ceterum quæ *ab humanitate* recedit, ſtricta interpretatio magis in *grammaticæ* interpretationis *abuſum* abit; cum contra rectior vſus, qui tum in verborum corruptorum integritate reſtituenda verſatur, et arte critica regitur, tum in genuino verborum legis ſignificatu eruendo occupata eſt, veri nominis Iuriſconſultis ſemper in deliciis fuerit.

IN illa quæ apud Romanos celebrabatur, ad verba legum adſtricta interpretatione mirus fuit litterarum verborumque conceptorum cultus, vt, *uti quis lingua nuncupaſſet, ita ius eſſet.* Verba ſolennia ex legum verbis determinata, *directa* vocabantur, diſtincta admodum a *vulgaribus*, cuius diſcriminis, quanta in teſtamentis, legatis, codicillis, fideicommiſſis, heredis inſtitutione, exheredatione, ſubſtitutione directa et obliqua, actionibus ſolennibus, contractibus bonæ fidei et ſtricti iuris vis et efficacia fuerit, luculenter exponitur in EXERCITATIONE QVARTA de *verbis directis et obliquis* quæ eſt diſſertatio, Reſpondente *Ioanne Iacobo Groſs*, Wurtenbergico, anno CIϽ IϽ XVII. habita. Quantæ verborum ſolennium ac formularum cognitio in iuri-prudentia Romana, quoad maximam partem formularia, vtilitatis ſit, vel ex ſolo BARNABAE BRISSONII incredibilis induſtriæ de *ſolennibus Populi Romani formulis*, opere, in quo

ampliſſimum formularum in publicis priuatisque Romanorum negotiis vſum, collectis vndique veterum formulis oſtendit, aperte intelligitur. In quo tamen cum id iure ac merito deſideraueris, quod formularum ſolennium collectoris officio defunctus, iura earum exponere neglexerit: id inprimis in hac exercitatione actum eſt, vt præcipua verborum directorum et obliquorum in præcipuis negotiis formularis iura et effectus oſtenderentur, et ita via ad rationes iurium in reliquis formularis negotiis ex ipſa formularum indole ac ſolennitate eruendas ſterneretur.

SVPEREST in titulo de iuſtitia et iure non adeo frequens, nec omnino ab aliis ſub curatius examen reuocata, doctrina de iure futuro ſeu eo, cuius vel exiſtentiæ vel exercitii competentis ratio in exiſtentia futuri euentus poſita eſt, cuius vberiorem tractationem exhibet EXERCITATIO QVINTA *de iure futuro* a Generoſiſſimo Reſpondende *Leonhardo Reinhardo a Dieſt, Equite Cliuenſi*, anno CIↃ IↃ CC XL. publice propoſita. Tota diſſertatio in duo capita diuiſa, capite I. iuris futuri indole ſolerter enucleata, præcipuæ quæſtionis, an pro iure futuro declarando ſeparata actio iure Romano inſtitui potuerit, deciſionem negatiuam dat, vtriuſque partis rationibus diligenter expenſis. Alterum caput, quæ pro iure futuro conſeruando competant remedia, propoſitis eam in rem ex iure ciuili, canonico, feudali et publico exemplis

plis larga manu ſuppeditat; appellationis extraiudicialis, proteſtationis, cautionis præſtandæ, inuentarii futuræ ſucceſſionis cauſſa conficiendi, mandatorum ſine clauſula ad auertenda futura damna petendorum, arreſti, noui operis nunciationis, tranſactionis, pactorum ſucceſſoriorum futuræ ſucceſſionis conſeruandæ cauſſa ineundorum, interuentionisque rationibus expoſitis.

SVCCEDVNT ad *Libri I. tit. II. de Origine iuris* exercitationes. Quantum iuri Iuſtinianeo, quæ ante Iuſtinianum floruit iurisprudentia tum in iuris anterioris ſeruati tum in mutati iuris rationibus perſpiciendis inſeruiat, illi profecto ſciunt, qui veterum ſcriptorum tanquam tabularum, e naufragio ſeruatarum, fragmentis, ab ANTONIO SCHVLTINGIO in *iurisprudentia Anteiuſtinianea* collectis, iuſtum pretium ſtatuere norunt. Non minore honore habenda ſunt, quæ apud AVRELIVM AVGVSTINVM, virum non vulgari legum Romanarum cognitione imbutum, et forenſibus ſtudiis in primo iuuentutis ſuæ flore deditum, in vaſtiſſimis operibus eius ſuperſunt iurium ante Iuſtinianum conſtitutorum fragmenta; quorum et politioris doctrinæ Iurisconſulti in vera legum mente eruenda non ſine fructu rationem habuerunt: vt vel ſolum elegans apud AEGIDIVM MENAGIVM in *amœnitatibus iuris ciuilis cap. X.* exemplum docet. Felicem ſimilium ex Auguſtino fragmentorum in iure Romano vſum comprobat EXERCITATIONE SEXTA

comprehenſum *ſpecimen iuriſprudentiæ anteiuſtinianeæ ex Auguſtino Hipponenſi Epiſcopo*, quod doctiſſimus Reſpondens *Georgius Theodorus Schunemannus*, Regiomontano-Pruſſus, anno cIↄ Iↄ CC XLII. diſſertatione inaugurali propoſuit. Iurium ex Auguſtino illuſtratorum octo argumenta ibi habes: I) donationem, præterquam *patrono*, nemini reuocare fas fuiſſe, ſi liberi ſuperuenerant: II) valuiſſe *omnium bonorum* donationem; III) licuiſſe parentibus exheredes ſcribere liberos ante Iuſtiniani tempora *pro arbitrio*, modo, iudicis cognitione interueniente, cauſſa probata eſſet: IV) *documentis* non minorem probandi vim, ac teſtibus, ineſſe in probandis *criminibus*. Deinde V) *Antonini Caracallæ* reſcriptum, ad cauſſas adulterii et actionem de moribus illuſtrandam pertinens, et ex Codice Hermogeniano ab Auguſtino ſeruatum, VI) vſus *relationum*, in cauſſis dubiis ad principem faciendarum, et quæ VII) ex more ſolenni, milites ſignandi, et VIII) ex vetuſto *titulos* ædibus monumentisue ſepulchrorum præfigendi more ad illuſtranda iura pertinent, proponuntur.

EXERCITATIO ſeptima et octaua in ſpecialioribus iurium tum Romanorum tum Germanicorum originibus eruendis occupatur. SEPTIMA eſt *de iuribus diuerſis ex diuerſitate climatum natis* diſſertatio Reſpondente *Ioanne Petro Willebrandt*, Roſtochienſi, anno cIↄ Iↄ CC XLII. habita. Ea eſt legum ratio, vt non minus ad mores genium-

niumque populi, quam ad clima regionis attemperentur; quas, niſi ad eiuſmodi ſpecialiores et genti cuilibet proprias rationes attenderis, nec recte intellexeris, nec de earum inter alias gentes applicatione recte ſtatueris. Quantæ in Germaniæ foris vtilitatis ſit hæc obſeruatio in iuribus, in peregrino Italiæ climate natis, in Romanis, inquam, ac Longobardicis iuribus tum intelligendis tum in patria applicandis, ipſis rerum argumentis in laudata exercitatione expenditur.

SEQVITVR altera ſimilis argumenti eaque OCTAVA EXERCITATIO *de varia iurium innouatione per expeditionem cruce ſignatorum* a Generoſiſſimo *Georgio Daniel de Stoll a Weſpach*, Memminga-Sueuo, an. CIƆ IƆ CC XL. defenſa. Præmiſſis capit. I. ſingularibus, quæ iurium innouatorum rationes continent, expeditionum cruciatarum circumſtantiis, cap. II. tum in *iure eccleſiaſtico* mutatæ pœnitentiæ externæ rationes, Epiſcoporum titularium, vicariorum generalium et ſpecialium, Ordinum militarium, Capellarum, in ingentem numerum auctarum, et in eccleſias parochiales ruri immutatarum, natales, tum *in iure priuato* miræ ſtatus ruſticorum mutationis origines ex his expeditionibus repetuntur. Nouorum ex eiſdem in *iure publico et feudali* ortorum inſtitutorum ſpecimina dat caput III. nobilitatis diplomaticæ, torneamentorum interdictorum, inſignium gentilitiorum et hereditariorum, inueſtituræ per prouinciarum vexilla

conceſſæ, feudorum ignobilibus collatorum, et pignoratitiorum feudorum originibus exinde arceſſitis,

IVRIS communis quod hodienum in foris ſequimur, altera pars eſt ius Canonicum, de cuius inter proteſtantes vſu, cum adeo varie ſenſerint Iurisconſulti, aliis eundem certis doctrinarum limitibus iuſto arctius circumſcribentibus, aliis neglectis canonum puriorisque Euangelicorum doctrinæ rationibus, iuſto liberalius et incautius de ſanctionum canonicarum vſu decernentibus; media via incedendum, conſideratoque prius eccleſiæ noſtræ ſtatu, rationibusque iuris Canonici cum religionis noſtræ principiis collatis, de vſu eius ſtatuendum eſſe docuit Venerandus Parens in EXERCITATIONE NONA *de media via in ſtudio et applicatione iuris Canonici inter Proteſtantes tenenda.*

OMNIS tandem iurisprudentiæ vis in *ſcientia leges ad facta applicandi*, in eaque vera *praxeos* ratio conſiſtit, in qua curatius eruenda eiusque arctiori cum iuris ſcientia ſeu theoria nexu explicando verſatur EXERCITATIO DECIMA *de iniuſta theoriæ et praxeos oppoſitione forenſi*, cui iungenda VNDECIMA *de ſeruitute tritura forenſis.* Quamquam tritura forenſis, ſi ex vero æſtimetur, *iurium, in foro receptorum et ad facta controuerſa applicandorum, ſcientiam* deſignet, et tum *iurium*, quæ in foro teruntur, tum *modi*, quo ex recepto more applicantur, ſcientiam complectatur; in ſeruitutem tamen tunc abit, ſi vnica

pra-

praxeos ratio in eo, quod aliquid ita receptum dicatur, ponitur. Qui aliorum iudicio ita ducuntur, vt neglectis veris iurium applicandorum rationibus, ſolum id, quod in foro teritur, ſequuntur, ſeruis ſimiles, ab alieno arbitrio ita pendent, vt quid ab aliis, quaue formula in ſimili argumento iudicatum, duntaxat, an recte et ex legum ratione et ſententia iudicatum, numquam diiudicent.

QVAE ad *titulum III.* de *legibus, SCtis et longa conſuetudine*, nec non ad *titulum IV. de Conſtitutionibus Principum* pertinent coniunctæ ſex exercitationes, varias iurium ſpecies illuſtrant. Prior in dignissima et ab aliis vix primis labiis deguſtata de *Sanctionum pragmaticarum indole et auctoritate*, doctrina, in eaque tum *iuris Romani* ſententia, qua reſcriptum in cauſſa publica ad vniuerſitatem emiſſum, tum ex *recentioris aeui* ſignificatu, quo legem de ſtatu imperii publico latam deſignat, exponenda verſatur; eaque eſt DVODECIMA, defenſa a Generoſiſſimo S. R. I. Equite *Eberhardo Friderico Wilhelmo L. B. de Ellrichshauſen* a. CIƆ IƆ CC XXXVII. cuius exercitationis argumentum, concinna ratione in *Actis Academicis Lipſienſibus* expoſitum, in ima margine ſubiungam. d)

ALTE-

d) Argumentum diſſ. de Sanctionibus Pragmat. breuibus ſic recenſent *Acta Academica ad annum* CIƆ IƆ CC XXXVII. *Sect. VI. n.* 47. *p.* 167. Cap. I. Cel. Auctor de ſanctionibus pragmaticis ex mente Iuris Romani agit, vbi explicata vocis ſanctionis etymologia eam primo quidem extremam tantum denotaſſe monet legum partem, poſtea vero ipſas leges ſanctiones appellari conſueuiſſe. Pragmatici appellationem, Graecae eſſe origi-nis

ALTERA diſpenſationum, quae ſubditos in actu determinato a legum obligatione eximunt, et privilegiorum

rum diſcrimina, diſpenſationum fata tam ex iure Romano quam eccleſiaſtico iuxta ſeculorum ſeriem, iura principum in eiſdem, cum in negotiis ſecularibus tum eccleſiaſticis, indulgendis ſub examen reuocat, quæ eſt EXERCITATIO DECIMA TERTIA *de ſublimi principum ac ſtatuum euangelicorum diſpenſandi iure in cauſſis et negotiis tam ſacris quam profanis* a Reſpondente Generoſiſſimo *Ioanne Chriſtiano de Rauner*, Auguſtano, a. CIↃ IↃ CC XXII. publici iuris facta. Excipit hanc quæ *de Finibus priuilegiorum regundis* a Viro Ampliſſimo *Ioanne Ludouico du Puy* Haſſo-Caſſellano, an. CIↃ IↃ CC XXXVI, publice propoſita eſt EXERCITATIO DECIMA QVARTA, in explicanda principum et ſtatuum imperii in priuilegiorum fini-

c bus

Ex Latio hæc appellatio ad Francos quoque et Germanos tranſiit, unde iam in Regum Francorum capitularibus reperitur, [illegible]. Regum quoque Francorum præcepta, quibus bona eccleſiis ceſſa ſub ſpeciali tuitione ſeu mundeburdio imperiali eſſe voluerunt, hoc nomine inſignierunt. Frequentius tamen, monente Balutio, ſanctiones hæ præcepta dicta ſunt [illegible] Capitularium, quamuis præcepti vocabulum quandoque latius quoque pateat. hinc Auctor præceptorum cum ſanctionibus pragmaticis [illegible] deducit. Poſtea pragmaticæ ſanctiones [illegible] ſignificatu Romano [illegible] et in legibus [illegible] in genere vel edictis principum applicari cœpit. Hanc vero ſanctiones pragmaticæ ſunt conſtitutiones ſcriptæ ſummorum imperantium vel Principum de publico reipublicæ ſtatu ob ſalutem publicam cum conſenſu procerum latæ, et perpetuum robur ſanctionum et inuiolabilitatem habent. Ad ſanctiones itaque eiuſmodi noſter pragmaticas Auctor refert Auream Bullam, Pacem Religioſam, cuius auctoritatem contra Pontificem defendit, Pacem Oſnabrugenſem et Receſſus Imperii, quatenus [illegible] cauſſas publicas concernunt. An vero Capitulationes quoque Cæſareæ [illegible] propterea dubitat, quoniam [illegible] cum Imperatoris perſona exſpirent, quamuis quæ in iis ad ſtatum publicum pertinent vim ſanctionum pragmaticarum omnino habeant. Hic addit quoque ſanctionem pragmaticam Caroli VI. de ſucceſſione [illegible] in auguſtiſſima gente Auſtriaca, [illegible] et hæc conſenſu ſtatuum imperii comitiis [illegible] comprehenditur, [illegible] Auctor monet occurrere etiam in Germania noſtra alias edictas ſanctiones, [illegible] cauſſas concernentes, ad [illegible] ob perpetuam quam ſtudent, vim pragmaticarum nomine inſigniri.

bus vel reſtringendis vel extendendis auctoritate et iudicum in iiſdem iuſto iudicio regundis, officio potiſſimum occupata. *Statutorum naturam* eorumque obligandi principia rectiora explicat EXERCITATIO DECIMA QVINTA, reſpondente *Chriſtiano Siegfrido Neſemo,* Zittauienſi, an. CIↃ IↃ CC XXI. habita diſſertatio. Illam iuris ciuilis partem, quae et ſtrictiſſime *ius Ciuile* Pomponio vocatur in *L. 2. §. 5. D. de origine iuris,* quaeque in *ſola prudentum interpretatione conſiſtit*, illuſtrat DECIMA SEXTA EXERCITATIO *de more Iurisconſultorum antiquo et recentiori de iure reſpondendi et reſponſorum collectionibus;* cui iungenda DECIMA SEPTIMA *de collectionibus, vſu et praeſtantia deciſionum praecipue Rotae Romanae et Mentanarum.*

AD *titulum V.* de *Statu hominum* illuſtrandum pertinet duplex exercitatio. Prior *de iure et ſtatu hominum propriorum a ſeruis Germaniae non Romanis deriuando et de vſu huius doctrinae* a *Friderico Schroetero*, Laubo Luſato, an. CIↃ IↃ CC XVI. defenſa DECIMA OCTAVA EXERCITATIO, ſtatu Seruorum Germaniae ex rectioribus iuris patrii fontibus expoſito, impugnat et euertit veterum Iureconſultorum ſententiam, qui in his inſtitutis *Germanorum* explicandis ad iura *peregrina* confugientes, quae de ſimili ſeruorum Romanorum et colonorum praeſertim conditione traduntur iura, ad homines proprios tranſtulerunt. Sed vix eſt, vt eam veterum Iureconſulto-

rum

rum opinionem appellem, cum eius patrocinium nouiſſime ſuſceperit Vir Celeberrimus AVGVSTINVS LEYSERVS in ea, qua *conditionem hominum propriorum Romanis non incognitam fuiſſe*, cenſet *meditatione II. ſpeciminis XVI meditationum ad Pandectas*, ſententiæ ſuæ rationibus ita ſubductis: apud Romanos medium aliquod, inter liberos et ſeruos, hominum genus reperiri, quod in omnibus fere cum hominibus propriis Germanorum conueniat: *Colonos* hos vocari, ſi agro colendo addicti eſſent, *inquilinos* vero, ſi non agrum, ſed domum ſaltim poſſiderent e): extare de his varias conſtitutiones in *L. vnic. C. de Colonis Illyricianis, L. vn. C. de Colonis Palæſtinis, L. vn. C. de Colonis Tracenſibus, L. 13. pr. L. 15. L. 23. §. 1. C. de Agricolis cenſitis et colonis L. 2. C. in quibus cauſſis coloni cenſiti*, eaque, quæ in his legibus de nuptiis et liberis colonorum dicuntur, hodie, niſi diuerſa conſuetudo in aliquo loco extet, ad noſtros homines proprios accommodari poſſe. De quibus argumentis, vt eo rectius iudicari poſſit, videndum prius de ſtatu colonorum apud Romanos. Deuictis tot prouinciis imperioque Romano ſubiectis, cum alia prædia reipublicæ dominio ſeruarentur, alia ciuibus Romanis ſub certis præſtationibus concederentur, fundorum prouincialium culturæ non rectius proſpiciendum eſſe putauerunt Romani, quam prædiis vel prouincialium curæ relictis, vel

 traic-

e) De hac inquilinorum deſcriptione, quæ et aliis Colonis vſui eſt, quid monendum ſit, luculenter exponit IACOB. GOTTHOFREDVS *in comment. ad Cod. Theod. tom. I. p. 502.*

traiectis eodem conſilio in prouincias colonis. Coloniarum enim ducendarum præcipuam rationem in prædiorum prouincialium cultura poſitam fuiſſe, quæ in coloniecis nummis bouis et aratri ſymbola conſpiciuntur, ſatis aperte loquuntur f). In his itaque alii erant prædiorum domini, g) quibus in togatæ ſagatæque militiæ præmium aſſignati erant fundi prouinciales: alii vilioris ſortis homines, in ſpecie *Coloni* dicti, *qui fundis alienis in deuictis Romanorum prouinciis colendis ſe ſuosque lege perpetua addixerant.* Itaque omnis conditionis colonorum ratio, non rectius, quam in *abſoluta et perpetua ad prædia aliena colenda et cum ipſis prædiis connexa obligatione* ponenda, eſſe videtur; quo et ea tendunt, quando coloni *prædiis, non hominibus, adſtricti* eſſe dicuntur h); quamquam eo, quod fundis inſeruirent, non potuerint non fundorum dominis obnoxii eſſe. Ex quo perpetuo, qui prædia inter et colonos intercedebat, nexu et illud intelligitur, cur quædam velut *terræ membra* habiti, i) cum fundis quidem, *abſque illis* vero numquam alienarentur, k) nec in vendendo prædio retineri poſſent, ſed quodam æternitatis iure prædio adſcripti, l) in inuentario

f) De quo Vid. V. A. EVERARD. OTTO *de aedilibus coloniarum et municipiorum* c. I. p. 4. ubi et cum in rem obſeruat, veteres colonias ducere, vel agros aſſignare, promiſcue duxiſſe.

g) Hi domini poſſeſſionum culturæque terrarum vocantur in *L. unic. C. Theod. quod* [illegible] et a colonis diſtinguuntur in rubr. tit. *Cod. in quibus cauſis coloni, cenſiti dominos accuſare poſſunt,* et in rubr. tit. *Cod. Theod. ne colonus inſcio domino ſuum alienet peculium vel litem ei inferat ciuilem.*

h) *L. 26. C. Theod. de annona et tributis.*

i) *L. 23. pr. C. de agricol. cenſitis et Colonis.*

k) *L. 2. C. eodem titulo. L. 2. C. in quibus cauſis Colonis.*

l) *L. ult. C. Th. de annona et tributis. L.* 3. C.

tario ſeu fundi inſtrumento deſcriberentur, liberis quoque eadem conditione obnoxiis, et terræ colendæ veluti natis m). Coloni igitur prædiorum dominis non niſi ratione illius *obligationis colonariæ, cum prædiis connexæ,* ſuberant, et non niſi eo intuitu ab illorum diſpoſitione pendebant: quare cum dependentia ab alterius dominio ſeruitutem conſtituat, non niſi intuitu illius obligationis abſolutæ, cum prædio connexæ, ſeruitutem ſeruiebant. *Seruos terræ* eos vocant leges, n) *et pene eſſe affirmant, vt quadam dediti ſeruitute videantur* o). Et hactenus *prædio* ſeruiebant coloni. A quo nexu colonario ſi diſceſſeris, quoad reliqua omnia, omnium iurium et obligationum in ciuitate capaces, ideoque liberi et perſonæ erant. *Liberos* eoſdem vocant leges, p) *conditione ingenuos* eſſe, q) eorumque *liberos* libertate frui, r)

 decer-

3. *C. Th. de Cenſu*, IACOB. GOTTHOFREDVS in comment. *ad Codicem Theodoſianum Tom. I. p.* 494. ſeqq.

m) *L.* 13. 16. 21 *ſeq. C. de agricolis*.

n) *L. un. C. de Colonis Thracenſibus*.

o) *L.* 2. *C. in quibus cauſis Coloni dominum accuſ.*

p) *L. un. in fin. C. de Colonis Illyricianis Novell.* 162 c. 2. *L.* 23. §. 1 *C. de agricolis*. Vnde demum in pœnam violatæ per fugam obligationis colonariæ in ſeruitutem vocari is eſſe patet ex *L.* 1 *C. Th. de Colonis fugitiuis. Ipſos etiam colonos qui fugam meditantur, in ſeruilem conditionem ferro ligari conveniet, ut officia, quæ liberis congruunt, merito* ſeruilis condemnationis *compellantur implere.* Conf. IACOB. GOTHOFREDVS *l. c. com. I. p.* 497.

q) Quæ verba ſunt *L. un. C. de Colonis Thracenſibus*. Conditione ergo ſerui non erant, nec id euincunt, quæ modo propoſui argumenta a ſpeciali illo nexu colonario deducta, quibus vtitur Ill. IOAN. GEORG. ESTOR in obſeruatione *de harmonia iuris ciuilis et Haſſiaci in emphyteuſi*, quæ extat in Ill. IOAN. PHILIPP. KVCHENBECKERI *Analectis Haſſiacis Coll. III obſ.* I. §. 7. et 8. *p.* 156.

r) Hoc perſpicue ſancit *L.* 23. §. 1. *C. de Agricolis. Liberos colonorum eſſe quidem in perpetuum ſecundum præfatam legem liberos, et nulla deteriore conditione prægrauari: non autem habere licentiam, relicto ſuo rure, ad aliud migrare, ſed ſemper terræ inhærere, quam ſemel colendam patres eorum ſuſceperunt.*

decernunt, eosque ſeruis et libertis opponunt s). Contractuum et connubiorum iure gaudebant, t) et ſibi acquirendi facultate pollentes, u) ſoluta, quam dominis pro ſolo debebant, fructuum parte, x) cetera proprio peculio reſeruabant.

QVAE cum ita ſeſe habeant, quam antea adſtruxi colonorum limitatam, *intuitu prædiorum*, quibus ſe addixerant, ſeruitutem, non minus *eorum*, ac *liberorum* ingenuitati ac libertati officere arbitror, quod patriæ poteſtati ſeu patris Quiritario dominio obnoxii in ſeruilem cauſſam deducti venderentur, vindicarentur, noxæ darentur. Ex quibus, ſi recte rationes inire licet, coloni fuerunt *ingenui* ac *liberi*, quamquam intuitu prædiorum *alieni iuris*: y) pariter atque *liberos* vocamus ingenuos, etiamſi *iuris alieni* ſint ratione patriæ poteſtatis.

QVAE cum fuerit colonorum apud Romanos ratio, an porro ex eorum iuribus hominum propriorum conditio æſtimanda ſit, iudicatu erit facillimum. Ea enim in omni iurium peregrinorum applicatione prima et princeps viſio eſt, an idem, de quo leges ſanciunt, adſit obiectum, vel ſaltim eædem diuerſorum ſubiectorum rationes; ne dum diuerſum ponimus ſubiectum, a diuerſis ad diuerſa inadæquatam ducamus argumentationem

s) *L. 2. Cod. Th. de Pignoribus L. 1. C. Th. quod iuſſu.* IACOB. GOTHOFREDVS *ad Cod. Theodoſ. Tom. I. p.* 493.

t) *L. vlt. C. de agricolis.*

u) *L. 2. C. in quibus cauſſis Coloni.*

x) *L. 8. C. de agricolis.*

y) Vnde *alieni iuris* vocantur in *L. 1 et 2. Cod. Th. de fugitiuis Colonis.*

nem legumque applicationem. Enimuero qui colonorum Romanorum propaginem dixerit homines proprios, diu ante iura Romana recepta Germanis cognitos, quique eoſdem habuerit homines proprios ac colonos, quos notione iuribusque diuerſos diſtinctos cognoſcemus, arbitror fore neminem.

QVI alterius proprietati quoad corpus obnoxii ſunt ſub operarum præſtandarum obligatione, homines proprios vocant Germani. Conditione *ſerui* ſunt, cum coloni conditione *liberi* ſint ac ingenui. Ex proprietate dominorum dimiſſi *manumittuntur*; cum coloni, quibus ſalua libertas erat et ingenuitas manumittantur numquam, ſed a fundorum dominis dimiſſi, ab obligatione colonaria fundum colendi liberentur z). Colonus *addictione tacita* colonario nexui non ſubiicitur, niſi per XXX. annos, in colonaria conditione verſatus ſit a): iure Germanico pro addictione tacita ſolum domicilium in eo loco, vbi aer ſeruos reddere dicitur, habetur b). Colonum facit *abſoluta* illa ad prædium determinatum colendum *obligatio*, cum prædio connexa; hominem proprium *proprietatis nexus* obſtringit; coloni obligatio ad nullas alias operas, niſi *ad prædium alienum determinatum colendum* pertinet: hominis proprii obligatio non ad determinati prædii alieni culturam, ſed in genere ad *omnes*

ope-

z) *L. 21. in f. C. de Agricolis.*
a) *L. 18. et L. 23. §. 1. C. de Agricol.*
b) HERTIVS *in paroemiis iuris lib. II. paroemia XII. in tom. II. Op. p. 608*

operas, corpore præſtandas, c) ni conuentione pro paciſcentium arbitrio definiantur. Coloni non niſi *cum prædio*, cui adnexa eſt colonaria obligatio, numquam ſine eo alienantur; homines proprii cum prædio, cuius domino ſeruiunt, et ſine eodem. Colono *litem Domino* ſuo inferre, præterquam certis caſibus, d) negatur: hominis proprii ius aduerſus dominum agendi ad nullas cauſſas iure Germanico adſtrictum eſt: vt iam, quæ Germanorum propria ſunt in homines proprios iura, Romanis ignorata, vtpote ius circa eorum nuptias, ius mortuarii aliaque iura in laudata *exercitatione XVIII.* luculenter expoſita prætercam.

QVAE cum ita ſint, recte colligimus iura *colonorum* Romanorum non eſſe iura *hominum propriorum* Germanorum: ac proinde ex ſtatu colonorum non poſſe concludi, conditionem hominum propriorum Romanis cognitam fuiſſe, nec illorum iura ad hos transferri poſſe, niſi quæ de diuerſis ſubiectis diſponunt iura incongrua ratione miſcere placeat. Nec eſt, quod illorum iura in nonnullis conſpirare, obuertas. Neque enim infrequens eſt, diuerſarum gentium inſtituta per rationes eaſdem generales determinari, et ſic eadem inter diuerſas gentes iura naſci. Deinde et illud obſeruandum, nonnulla, quæ colonorum et hominum propriorum communia ſunt

c) Angarias parangarias aliasque operarum ſpecies refert REINKAVS *ſpecim. iur. Germ. lib. I. c. V. §. 4. ſeq.*

d) Quas refert IACOBVS GOTHOFREDVS *in comment. ad Cod. Theod. Tom. I. p.* 495.

ſunt iura, diuerſis ſpecialibus principiis determinari. Ex *abſoluta* illa et *cum prædiis* perpetuo connexa *colonorum obligatione* concipitur ius domini prædii, colonum vna cum prædio alienandi, eundem fugitiuum in nexum colonarium reuocandi, eundem obligationi non ſatisfacientem caſtigandi, eiusque ius in coloni liberos. Quamquam eadem ſint domini in homines proprios iura, eadem tamen non ex quodam colonario nexu ſed ex dominica poteſtate determinantur.

HOMINVM propriorum quædam velut propago, ſi quos ex ſeruitute ad quandam libertatis ſpeciem vocatos eſſe ſcimus, ita compellare licet, illi ex ruſticis ſunt, qui ſimiles libertis, quos *non multum ſupra ſeruos eſſe*, iam olim obſeruauit TACITVS *de moribus Germanorum c. XXVI*, quas olim ex *ſeruitutis* ratione debebant operas, eaſdem, iam liberi facti, *intuitu prædii*, cum quo connexæ ſunt, debent. Horum originem, ſtatum, variasque ad libertatem perueniendi rationes, eorumque ad operas præſtandas obligationem explicat EXERCITATIO DECIMA ET NONA *de libertate imperfecta ruſticorum in Germania* a *Ioanne Chriſtophoro Hopffenſtock*, Wurtembergico, anno CIↃ IↃ CC XXXIII. defenſa, cuius conciſam ex *Actis Academicis* recenſionem in ima margine ſubiicere, a re non alienum fore, arbitror. e)

e) Acta Academica ad unum circa argumentum his verbis exponunt: CIↃ IↃ CC XXXIV. Sect. II. p. 33. exercitationis Cel. Boehmerus hac diſſertatione oſtendit, maxi-

SEQUITUR VIGESIMA quae ad Libri I. Pandectarum titulum VI, illustrandum pertinet EXERCITATIO *de le-gato-*

gitimatione ex damnato coitu natorum, reſpondente *Augu-ſto Gotthelff Hilligero*, Dreſdenſi, anno ciↄ iↄ cc xxvii. publice ad diſputandum expoſita. Habes ibi breuem introductæ legitimationis hiſtoriam: quam excipit illius, quæ omnem legitimationis rationem ex fictione explicat, opinionis confutatio. Neque enim veterum Iureconſultorum Romanorum interpretationibus, neque edictis Prætorum, quorum ea præcipua ars erat, fictionibus in iuribus figendis refigendisque vti, ſed nouiorum *Imperatorum conſtitutionibus* natales debet legitimatio, qui ſicut, non ope fictionum, ſed iure quodam ſuo, noua iura dabant, ita non minus vi *ſummi imperii* illegitimis iura legitimorum liberorum vel mediate vel immediate ex reſcripto indulgentes, eam gratiam non niſi ex concubina, ceu licito concubitu, ſuſceptis faciebant, quo eo ſanctior prohibitionis, quæ vagos adulterinos inceſtuoſosque coitus damnabat, iuxta *Nouellam LXXIV. c. VI.*

ruſticos, et ſinguli redimerent libertatem, [illegible] cenſum in recuperationem libertatis ſubierant, et ad operas [illegible] ruſticas aliaque onera, quæ ante manumiſſionem præſtare ſoliti fuerant, ſe adſtringerent. Libertas ruſticorum horum nihilominus manſit imperfecta, id quod ex antiquis Galliæ manumiſſionibus et iure Romano probat. Generali illa manumiſſione, cuius mentionem fecimus, non vti poſſunt in Germania nobiles [illegible]. Hodie tamen in pleriſque prouinciis ruſtici imperfecte liberi ſunt. Quo mutatio ſtatus tacite et occulte abſque manumiſſione contigit. Occaſionem enim mutationi huic præbuerunt præcipuam [illegible] creſcentem nobilium potentiam, expeditiones cruciatæ, vſus iuris Romani, qui iam Sec. XIII. in Germania inualuit, indulgentia et negligentia quorundam dominorum, calamitates denique Germaniæ publicæ. Ex his, quæ adducit Cel. Auctor, concludit, mutato ſtatu ruſticorum, mutata nequaquam eſſe onera ſeruilia. Inde 1) ruſticos omnino operas [illegible] præſtare debere, 2) ius quoddam dominus in ruſticos relictum fuit, quod in manumiſſionem abiit; 3) ruſtici operas determinatas allegantes probare debent actionis ſuæ fundamentum actione conteſtoria, 4) [illegible] precaria et violentia non præſumitur, 5) ruſtici proprietatem [illegible] in agris [illegible].

c. VI. eſſet auctoritas. Tandem nouior iuris Canonici, quæ ex damnato coitu natis legitimationem tribuit, doctrina proponitur. Et ſane ex iuris nouioris principiis longe alia ac in Latio cœpit eſſe legitimationis ratio. Cum enim eminentiora patriæ poteſtatis iura, ad quæ adquirenda apud Romanos vel maxime pertinere legitimatio videbatur, ab Vrbe in Germaniam non migrauerint; quid, quæſo, ſi de illis tantum impetrandis agendum fuiſſet, Germanos ad legitimationem requirendam ſollicitos reddidiſſet? Itaque noua, eaque Romanis incognita, ratio eius vſum firmauit. Ex quo enim illegitimi ob natalium turpitudinem in clericorum odium, ex eo in aliorum contemtum, ex hoc in quandam leuis notæ maculam inciderunt: infelix eorum conditio cum ipſos, tum qui ſanguini ſuo bene cupere ſolebant, genitores ſollicitos reddidit, de illa turpitudine, impetratis legitimorum natalium iuribus, tollenda. Subuenerunt deſiderio iura Canonica. Cum enim illegitimis, ab ordinibus ſacris excluſis, eo fine, vt ad ordines capeſſendos idonei redderentur, legitimationem indulgerent. Pontifices, eamque gratiam non naturalibus modo, verum ſpuriis quoque facere Secul. XIII. incœperint. f) Facile, vt tum erant tempora, aliis perſuade-

f) Exemplum legitimationis ab INNOCENTIO PP. III. Tiderico, filio Tiderici Marchionis, extra connubium nato, et tum praeſuli Merſeburgenſi electo indultae, exhibet *Chronicon Montis Sereni ad annum* CIↃ CCX. apud MENCKENIVM *Tom. II. ſcript. rer. Germ. p.* 217. Tidericus *pro eo, quod non erat de legitimo matrimonio natus, non videbatur ſine licentia ſummi Pontificis poſſe promoueri. Sed interueniente Conradi Marchionis Papa eum legitimauit.*

fundebant, ſe vi infinitæ, quam ſibi arrogabant, poteſtatis quibuscunque ſpuriis ad ſeculares quoque actus legitimorum natalium iura conferre poſſe g). Quæ dum Pontifices audebant; Imperatores, quod in iure legitimandi poſitum eſt, maieſtatis ius, ſuo iure exercuerunt, h) in eoque neglectis, qui ſummo imperio ex legibus Romanis poni non poterant, legitimationis limitibus, liberius verſati, eandem tum ipſi cuiuſcunque generis illegitimis, ad abſtergendam omnis ignominiæ maculam, per diplomata impertiebantur, i) tum eius indulgentiæ facul-

g) Ita profecto rationes ſubducit INNOCENTIUS P. P. III. cum cap. 13. X. qui filii ſint leg. tum [illegible] in Epiſtol. lib. V. append. I. tom. I. [illegible] Diplomate [illegible] cum quibusdam [illegible] legitime [illegible] diſpenſavit [illegible] quae ad actus ſpirituales legitimandi [illegible] quoque promoveri conceſſit. Cum igitur maiori [illegible] in ſpiritualibus, quam in ſecularibus [illegible] debeat non debet, quin ipſe [illegible] ad actus legitimare valeat ſeculares. Sed [illegible] erat, cum hoc quaeſtio non ex maiori ad ſpirituales quam ad ſeculares [illegible], ſi verius rei [illegible] qua [illegible] potestas, ſed ex iure ſummi imperii, iura legitimorum liberorum illegitimis indulgendi, penderet.

h) Ad hoc principium provocat Carolus Imp. IV in diplomate legitimationis apud IOAN. WOLF. HOFFMANNUM Tom. II collect. [illegible] documentorum num. XI. p. 9. illos . . . ſuper [illegible] defectu natalium de plenitudine Caeſareae poteſtatis [illegible] diſpenſamus, eos legitimamus, & ad omnia & ſingula iura legitima reducimus, quocumque genere maculam abſtergimus & abolemus.

i) In diplomate [illegible] Carolus IV. de legitimatione filio ex adulterio ſuſcepto indulgenda [illegible]. Pro parte [illegible] natalium [illegible]. [illegible] et Imperatores in gratia legitimationis faciunda legibus Romanis [illegible] poterant, [illegible] exemplo eiuſdem Imperatoris qui in certo diplomate [illegible] tum in ſpecie [illegible] de naturalibus [illegible] legitimis, derogat. [illegible] legitimationis literas quas [illegible] apud D. ADAM FRIDERIC GLAFEY in [illegible] p. 461 [illegible] non modo [illegible] ſed etiam [illegible]. Sic Carolus IV. Wilhelmum de [illegible], nec non Aemilium de eadem [illegible] natum

facultate Comites Palatinos inſtruebant. Itaque ab eo tempore legitimationis gratia liberis, ex damnato coitu ſuſceptis, frequenter indulgeri cœpit k). Quin iure id fecerint Imperatores, dubium vix videbitur aduertenti, iura ſummi imperii, quorum numero id eſt, de quo quæritur, imperantium arbitrio, ad publicam tantum ſalutem adſtricto, dirigi; nec minus ſumma ratione moueri principes, ad ciues, quos non niſi infauſta natalium turpitudo ab honoribus honeſtoque artificii genere infelici ſæpius exitu, arcet, idoneos ad honeſtum vitæ genus gerendum reddendos.

CETERVM quouſque hodie pertingat legitimationis concedendæ ius, non rectius, quam ex ipſis legitimorum liberorum, quæ legitimatione impetrantur, iuribus æſtimandum eſt. Legitimorum liberorum iura alia *intuitu*

natum ad legitima iura euexit, quamquam conſuetudo clerici cum religioſa propemodum ſacrilega cenſeretur. Vid. Dn. GLAFEY l. c. N. CCLXXII. p. 263. Porro Conradi de Maguntia, in ſacris ordinibus conſtituti, quatuor filios naturales, ex ſoluta ſuſceptos, legitimatos reperies *ibid.* N. CXII. p. 189. nec non filios ex presbytero et ſoluta genitos *ibid.* N. DIII. p. 619.

k) Indolem legitimationis apud Germanos omnium optime explicant antiquæ iuris legitimandi, Comitibus Palatinis conceſſi, formulæ. Carolus Imp. IV Eraſmo de Lyprandis, legum Doctori, apud Dn. GLAFEY in *anecdotis n. XII. p.* 25 concedit *liberam et omnimodam poteſtatem quoslibet Baſtardos, ſpurios, nothos manſeres, et quoſcunque ex damnato coitu et illegitime natos, illuſtrium, Spectabilium, Ducum, Comitum, Baronum et procerum natis dumtaxat exceptis, legitimandi, natalibus reſtituendi - - - et abſtergendi omnem maculam, ex defectu natalium contingentem.* Idem Imperator in alio diplomate *ibid.* N. XCV. p. 159. concedit ius *ſpurios, nothos, Baſtardos ſeu alios quouis modo etiam ex damnato coitu illegitime natos legitimandi - - - et defectum et inhabilitatem in talibus, quem vel quam ex aduerſo natiuitatis patiuntur origine, tollendi et totaliter abolendi.* In alio diplomate Caroli IV apud IOAN. GVIL. HOFFMANNVM l. c. p. 25. et apud Dn. GLAFEY l. c. p. 592. eadem facultas ad natos ex inceſtu extenditur.

tuitæ reipublicæ competunt, alia ratione *familiæ*. *Illa* dum honeſtatem publicam indeque pendentem ad munera publica adſpirandi honeſtumque opificii genus eligendi facultatem concernunt, ex libera imperantium conceſſione pendent. Quæ ergo ad hæc ſola legitimorum liberorum iura impetranda comparata eſt legitimatio, libero imperantis arbitrio adeo relicta eſt, vt eius gratiam, irrequiſitis, inuitis, et præmortuis etiam illegitimorum liberorum parentibus, ſolis iſtorum precibus ductus, facere illegitimis poſſit l); *Hæc* vero iura familiæ, commodum paternæ educationis, ius ſuccedendi, aliaque familiæ commoda et honores concernunt. Si vero illud certum eſt, quæ aliis competunt iura, non niſi eorum, quorum intereſt, conſenſu cum aliis communicari poſſe: certiſſimum et illud eſt, iura familiæ, non niſi patris, tamquam familiæ principis, conſenſu, et iura familiæ agnatica, non niſi agnatorum, quorum intereſt, conſenſu ex principis legitimatione indulgeri illegitimis poſſe. Cuius rei hoc conſequens eſt, vt quæ, patre inui-

l) De legitimatione ad illegitimorum preces, inſciis vel etiam præmortuis parentibus, ad tollendam duntaxat ignominioſæ natiuitatis maculam facta conferri meretur diploma Maximiliani Imp. I. Friderico ſapienti datum, quod exhibet PAVLVS MARTINVS SAGITTARIVS in diſſertatione de *Comitis Palatini Caeſarei dignitate Friderico ſapienti collata* apud MENCKENIVM Tom. II *ſcript. rerum Germanic. p.* 791. *Concedimus et largimur, quod poſſit et valeat naturales, baſtardos, ſpurios manſeres, nothos et inceſtuoſos, - - - et quoſcunque illegitime natos, ſeu natalium defectum patientes, et quoſcunque alios ex damnato et illicito coitu procreatos, natos vel naſcituros ſiue vnicum defectum natalium ſeu plures ſimul patiantur, etiamſi infames ſint, ad inſtantiam parentum ſeu ipſorum legitimandorum vel etiam per procuratorem, - - - volentibus, vel etiam mortuis eorum parentibus, legitimare.*

inuito vel irrequiſito, ab illegitimis impetratur legitimatio, ſuccedendi aliaque *familiae* iura tribuat numquam, et ſola *natalium honeſtorum* reſtitutione circumſcripta ſit.

SEQVENS a *Remboldo Adamo Hecht*, Crucenaco Palatino, anno CIↃ IↃ CC XXI. defenſa EXERCITATIO VIGESIMA PRIMA *de ſtatu liberorum ſui iuris factorum per ſeparationem vel nuptias* cautum Tituli VII. Lib. I. Pandectarum vſum, prouidamque iuris Romani in emancipationis doctrina ad inſtituta iuris Germanici applicationem exponit. Caput I. in ſingulari emancipatorum, a quo illorum iura et obligationes pendebant, ſtatu exponendo occupatum, explicata prius per mancipationes et manumiſſiones liberos emancipandi ratione, in tribus potiſſimum momentis omnem emancipatorum rationem collocat; I) liberos in *ſeruilem cauſſam* deductos eſſe, patrem, interueniente fiduciae pacto, *patroni*, et filium *liberti* ad inſtar habitum, patri manumiſſori autem, vi iuris patronatus, ſucceſſionis commodum non minus delatum eſſe, quam legitimam liberorum impuberum tutelam: inde vero II) emancipatos capite diminutos, nec non, III) iuribus familiae agnationisque amiſſis, extraneorum ad inſtar habitos eſſe, eaque ratione in teſtamento inſtitutos, tamquam extraneos heredes, non ipſo iure, ſed ex aditione demum adquiſiuiſſe hereditatem, ceterum a ſucceſſione excluſos fuiſſe, nec eis dari a

patre

patre tutorem, nec eis pupillariter ſubſtitui potuiſſe. In Anaſtaſiana deinde emancipatione, in qua vetus mancipatio interueniſſe fingebatur, ratione modi emancipandi quidem multum, in vetuſto emancipatorum ſtatu vero nihil immutatum eſſe probatur; niſi quod Anaſtaſius Imp. ad parentum preces emancipatis, vt ſucceſſionum tutelarum ceteraque familiæ iura ſalua integraque ſeruarent, gratiam fecerit nonnumquam. Tandem eamdem Iuſtinianeæ emancipationis rationem fuiſſe, contra vero non omnem patriæ poteſtatis ſolutionem nec illam, quæ propter inſigniores filiorum in Nouella LXXXI. determinatas dignitates contingebat, pro emancipatione habendam eſſe cuincitur; nec omnes ex patria poteſtate dimiſſos iure emancipatorum cenſendos, nec hos in ſeruilem cauſſam deductos, nec capite minutos, nec iurium familiæ iacturam paſſos eſſe. Caput II. diuerſam Germanorum in liberis, ex parentum poteſtate dimittendis, rationem, diuerſum liberorum, per ſeparatam œconomiam vel nuptias ſeparatorum, ſtatum, diuerſa eorum, quæ ratione familiæ et gentis ſalua ſeruant, iura ſolerter explicat, ad eamque tranſit quæſtionem: an auus nepotibus, ex filio ſeparato ſuſceptis, poſt filii mortem pupillariter ſubſtituere poſſit? quæ ibidem propoſitis perpenſisque rationibus omnibus, adductoque reſponſo, affirmatur. Exercitationis huius argumentum expoſui paullo vberius, vt eo rectius iudicium ſit eorum, quæ ad eam impugnandam obuertit

e Vir

Vir Ampliſſimus et Conſultiſſimus CHRISTIANVS VLRICVS GRVPEN in eo libello, quo multo doctrinæ adparatu *Diſceptationes forenſes* anno CIↃ IↃ CC XXXVII. propoſuit *cap. II. membri III.* pag. 209. vſque ad pag. 250. Quod enim inſtituti ratio poſtulabat, quodque a humanitate Viri Doctiſſimi me impetraturum facile præſentiebam, commodum erat hoc loco, propoſitorum argumentorum Vindicias ex iure Quiritium ſumere, et quam Venerandus Parens iuerat viam, eamden redire. Itaque, vt in re præſenti, qua de re diſceptetur, conſtet, propoſitis ſingulis Viri Doctiſſimi argumentis paucis ſententiam dicere iuuabit.

PRINCIPIO monet, in explicanda emancipationis ratione longe alia, quam quæ expoſita ſunt in citata exercitatione, ponenda eſſe principia, quorum hanc ſummam facit. "I. Omnis qui *viuo patre* de eius poteſtate exit "et aut 1) ſui iuris fit, emancipatione, ſacerdotio Flami"nis Dialis et Virginis Veſtalis, dignitate, hodie ſepara"tione et nuptiis, aut 2) in alterius poteſtatem *tranſit* ad"optione, conuentione in manum, ideoque, quod ſiue "exit ex patris poteſtate, ſiue ſimul tranſit in alterius po"teſtatem, *quocumque demum modo exeat tranſeatque*, ca"pite minuitur, mutat familiam, amittit iura familiæ, ſui "heredis, agnationis, fitque extraneus ad familiam. "II. Omnis, qui *morte patris* ſui iuris fit adeoque morte "parentis adhuc eſt in patria poteſtate, ſiue in familia, "fami-

"familiam non mutat, ſed continuat, capite non minui-
"tur, eſt atque manet ſuus heres atque agnatus. III. Qui
"morte patris ſui iuris factus familiamque patris conti-
"nuat, ſi arrogatione in alterius familiam tranſeat, ſolo
"tranſitu familiam ſuam cum ea, in quam tranſit, com-
"mutat ideoque capite minuitur." Quæ hoc loco de familiæ mutatione proponuntur, ad emancipationis effectum pertinent. Cum effectus ponat cauſſam; ordinem naturalem ſecutus Venerandus Parens, non niſi, emancipationis indole prius luculenter explicata, ad eius effectus exponendos progreſſus eſt, prætermiſſis reliquis familiam mutandi modis, tamquam a propoſito alienis. Vt adeo nihil ſit, quod eo nomine in tractandi ratione deſiderari iure poſſit. Sed venio ad ipſas hypotheſes, quibus Vir Doctus rem omnem explicandam eſſe cenſet, inter quas hæc princeps eſt, quod filiusfamilias, quocumque demum modo viuo patre exeat e patria poteſtate, (ſiue id emancipatione ſiue per dignitates in Nouella LXXXI, determinatas ſiue id hodie ſeparatione et nuptiis contingat) capite minuatur, familiam mutet, iuribusque familiæ, ſui heredis et agnationis amiſſis, extraneus fiat ad familiam, Ad hypotheſin Viri docti eo rectius intelligendam illud antea omnia monendum videtur, exitum e patria poteſtate ab eo promiſcue accipi pro exitu ex familia, cuius probationem pag. 219. ſuſcipit. In quo promiſcuo ſignificatu cum totius hypotheſeos error deliteſcat, de eo prius curatius agendum, vt

 cur-

euidenter adpareat, l) exitum e patria poteſtate non ſemper exitum e familia comprehendere, vel ſi ll) in certo ſignificatu promiſcue accipi queat, fallere id, quod eius conſequens eſt.

FAMILIAM multiplicis ſignificatus vocem eſſe, notiſſimum eſt. In eius ſignificatu, quatenus ad vnius cognationis homines pertinet, determinando tria a ſe inuicem ſeparanda, gens, familia, domus. *Domus* eſt ſocietas plurium perſonarum, quæ ſunt ſub vnius patris poteſtate. Hanc VLPIANVS familiam iure proprio vocat, m) eamque, vt a reliquis ſignificatibus ſeparet, *domum* diſerte appellat. Deinde complexus plurium domuum, ab eodem ſtipite deſcendentium, *familiam* conſtituit: eamque VLPIANVS, communi vniuerſæ cognationis iure *familiam* appellari obſeruat n). *Gens* denique eſt complexus plurium familiarum, ab eodem vltimo ſtipite deſcendentium o): et hanc *familiam* vocat VLPIANVS p). Triplici ſignificatui reſpondent ſui, agnati, gentiles. Perſonæ, in vnius patris poteſtate conſtitutæ, vocantur *ſui*, et in domo ſunt. Perſonæ, in familiam conſtitutæ agna-

m) In L. 195. D. de Verborum Signif. *Iure proprio familiam dicimus plures perſonas, quæ ſunt ſub vnius poteſtate.* [illegible] *pater familias appellatur, qui in* DOMO *dominium habet.* [illegible] APVLEIVM *Apolog.* p. 576. [illegible]

n) cit. L. 195. §. 2. *communi iure familiam dicimus omnium agnatorum.*

o) [illegible] *domus*, *familia*, *gentis* [illegible] [illegible] videntur. Ampliorem earum deſcriptionem exhibet [illegible] in libro ſingulari de gentilitate veterum Romanorum cap. 1. §. [illegible]

p) Cit. L. 195. §. 5. *Item appellatur familia plurium perſonarum, quæ ab eiuſdem vltimi genitoris ſanguine proficiſcuntur, ſicuti dicimus familiam Iuliam, quaſi a fonte quodam memoriæ.*

agnati, et in gente conſtitutæ *gentiles* vocantur; ab vtriſque vero differunt *cognati*, ſanguinis vinculo per feminium nexum iuncti, qui, cum feminæ ex connubiis in aliam gentem tranſirent, non poterant non pro natis extra familiam et gentem haberi.

EXPOSITO triplici familiæ ſignificatu porro obſeruo, emancipatos vetuſto ritu in cauſſam ſeruilem deductos et capite minutos non modo iura *domus* et *familiæ* ſed et iura *gentis* amiſiſſe. Prius ſatis perſpicuum eſt; nec de poſteriori dubitandum, cum CICERO q) quando gentilium notionem perquirit, hoc deſideret, *quod capite non ſint deminuti.* Itaque et emancipatione, qua minima capitis diminutio efficiebatur, peracta, filius emancipatus iura gentis amittebat; et ſic *ſuus*, *agnatus* et *gentilis* eſſe deſinebat.

DE emancipatione itaque vera ſunt quæ de promiſcuo vſu formulæ *ex poteſtate patris exire*, et *ex familia exire* monet Vir doctus, eoque inprimis pertinent, quæ eam in rem adfert pag. 219. teſtimonia. Vnde et emancipati *familia patris exemti* dicuntur *per emancipationem.* r). Eadem et vera erant in adoptione, quæ æque ac emancipatio interueniente mancipationum et manumiſſionum ritu contingebat s).

QVAE vero in emancipatione et adoptione occurrunt

q) CICERO *Topic. cap.* 6.
r) *L. vlt. C. de adopt.*
s) *L. penult. C. de adopt.*

tunt *particulares* in mancipationis ritu poſitæ rationes, ceſſant in aliis, quibus liberi viuo patre ex patria poteſtate exibant, modis, qui ideo nec cum capitis diminutione nec cum iurium familiæ amiſſione coniuncti erant. Vt per exempla eamus, I) Sacerdotio Virginis Veſtalis patriam poteſtatem ſolui ſine capitis diminutione auctor eſt GELLIVS, t) qui, *Virgo Veſtalis*, inquit, *ſimul capta atque in atrium Veſtæ deducta et pontificibus tradita, eo ſtatim tempore ſine emancipatione et ſine capitis minutione e patris poteſtate exit et ius teſtamenti faciendi adipiſcitur.* E patria poteſtate II) exibant filii, patre in exilium miſſo; quod non poſſet filium ciuem Romanum in poteſtate habere homo peregrinæ conditionis effectus u). Quis vero filios, hoc modo patris peregrini poteſtate ſolutos, capite minutos, iuriumque agnationis, ſucceſſionis tutelarumue iacturam ex patris delicto paſſos eſſe exiſtimauerit? Quis III) quorum patri patria poteſtas in pœnam ob inceſtas nuptias infantium expoſitionem, vel filiarum proſtitutionem fuerat adempta, x) quis, inquam, huius liberos, in quorum comodum liberatio a patria poteſtate decreta, iuribus familiæ et gentis excidiſſe et capite diminutos dixerit? Conſtat porro IV) emancipationem Anaſtaſianam ex principali indulgentia ad parentum preces nonnunquam ea ratione indultam eſſe, *ne legitima iura per emancipationem extinguerentur, ſed eadem*

t) GELLIVS *Noct. Attic. Lib. I. cap. XII.*
u) Vt ait CAIVS *Lib. I. Inſt. tit. 6. §. 1.*
x) *L. 2. C. de infant. expoſit. L. 6. C. de ſpectaculis* NOVELLA XII. *cap. I. et II.*

dem iura tam emancipato vel emancipatae contra perſonas alias, hoc modo ſibi coniunctas, quam aliis iisdem contra eum vel eam, in hereditatibus vel in ſucceſſionibus et tutelis nec non in ceteris ſeruarentur intacta. Vi huius ſpecialis indulgentiae liberi, etiamſi viuo patre ex eius poteſtate exiiſſent, nec capite minuebantur, nec vlla familiae agnationisue iura amittebant nec extranei erant, ſed ipſo iure heredes y). Eadem ratione V) Iuſtinianus aliquod legitimorum familiae iurium perdere eos vetuit, quos ob dignitates, in Nouell. LXXXI. determinatas, patriae poteſtatis nexibus liberatos eſſe voluit. Itaque et hi, ſi a patria poteſtate diſceſſeris, omnia iura familiae ſalua et integra ſeruant. Quae cum ita ſint, manifeſta ratione conſtat, iuri Romano, aduerſam prorſus eſſe, illam hypotheſin, filiumfamilias quocumque demum modo exeat e patria poteſtate, capite minui, familiam mutare, iura familiae ſui heredis et agnationis amittere et extraneum fieri ad familiam. Multo minus vero ſalua iuris hodierni ratione iſta hypotheſis ad liberos per ſeparatam oeconomiam vel nuptias ſeparatos transferri poteſt, quibus familiae nec agnationis iura leges Germanorum vnquam in dubium vocarunt, quosque emancipatorum, capite diminutorum, extraneorumque iure cenſere non oportebat. Atque hoc eſt primum, quo integram diſſertationem Vir doctiſſimus petebat, argumentum: ex quo patet exitum e patria poteſtate vniuerſim non poſſe habe-

y) L. 11. C. de legit. hered.

haberi *pro exitu e familia*; nec ab eis, quæ in nonnullis ſpeciebus dimiſſionis a patria poteſtate veluti in emancipatione, datione in adoptionem, conuentione in manum obtinebant, tamquam a particulari poſſe ad vniuerſale produci argumentationem.

ALTERVM Viri doctiſſimi argumentum, priori innixum, eam ſententiam impugnat, qua in imaginariis illis, quæ in emancipatione vetuſta interueniebant mancipationibus et manumiſſionibus, idoneam rationem capitis diminutionis liberorum familiæque mutationis contineri exiſtimabat Venerandus Parens. Diſcrimen enim conſtituit Vir doctus inter *ipſum exitum e familia*, ſiue e patria poteſtate, et inter *modos*, quibus fieri debebat exitus. In modis exeundi a patria poteſtate, in mancipationibus illis et manumiſſionibus, rationem capitis diminutionis prorſus non collocandam eſſe arbitratur, ſed vnice in ipſo exitu ſe patria poteſtate: neque PAVLLVM z) priori ſententiæ adſtipulari cenſet, dum *emancipato filio*, inquit, *et ceteris perſonis capitis diminutio manifeſto accidit, cum emancipari nemo poſſit niſi in imaginariam ſeruilem cauſſam deductus*: ſi quis enim ex ratione Paulli inferret, in iſta imaginaria per mancipationes et manumiſſiones in cauſſam ſeruilem peracta deductione contineri fundamentum capitis diminutionis, eum argumentari a conſequentia rationis contra analogiam iuris eaque argumenta

z) L. 3. §. 1. D. de capite minutis.

menta fallere. Tandem vt probet ſolo exitu ex patria poteſtate ac proinde et ſolutione patriæ poteſtatis per dignitatem, per ſeparatam œconomiam et nuptias induci capitis diminutionem, hanc argumentationis ſummam in §. VI. pag. 218. facit. Capitis diminutio nihil aliud eſt quam familiæ mutatio, et familiæ mutatio nihil aliud eſt, quam exitus e familia, et exitus e familia nihil aliud eſt, quam exitus e patria poteſtate. Verum enim vero cum hæc argumentatio propoſitioni illi erroneæ ſuperſtructa ſit, quaſi omnis exitus e patria poteſtate ſit exitus e familia, ei vberius confutandæ, non immoraturus reliqua paucis excutiam.

PRINCIPIO illud conſtat ex *determinatione modorum* oriri ſpecies rerum; ac proinde in modis varie determinatis contineri rationem ſufficientem eorum, quæ ſpeciei propria ſunt, nec generi conueniunt. Ad modos tollendi patriam poteſtatem emancipatio, tanquam *ſpecies*, referenda eſt; quique in ea interueniunt ſolennes mancipationum manumiſſionumque ritus, rationem ſufficientem continent eorum, quæ emancipationi propria, nec ad alios modos exeundi e patria poteſtate producenda ſunt. Res omnis ex ipſa imaginarii illius ritus origine et veteris iuris auctorum teſtimoniis manifeſta et illuſtris eſt. Imaginarius mancipationum et manumiſſionum, qui in emancipatione interueniebat ritus, a Iuriſconſultis, qui ex legibus componebat actus legitimos, indu-

ctus, a) imitabatur veterem illam de qua Lex XII. Tabb. ſancit mancipationem, qua filius, rei mancipi ad inſtar, per aes et libram ter venundatus extra familiam alienabatur et manumiſſione interueniente ſui iuris fiebat. Quam in rem auctor eſt VLPIANVS, b) qui, *Liberi*, inquit, *parentum poteſtate liberantur emancipatione, id eſt, ſi poſteaquam mancipati fuerint manumiſſi ſint. Sed filius quidem ter mancipatus ter manumiſſus ſui iuris fit: id enim Lex XII. tabularum iubet his verbis: Si pater filium venumduit, filius a patre liber eſto.* Vnde rationem eius, quod liberi e patria poteſtate exeant, veteres non poterant non in mancipationum ritu collocare. CAIVS c) *per mancipationem*, inquit, *filii ſui iuris efficiuntur. Sed filius maſculus tribus mancipationibus de poteſtate patris exit, et ſui iuris fit.* Si ergo, vt recte cenſet, qui eum ritum ampliſſime deſcribit THEOPHILVS d) filium familias ſui iuris efficiunt tres emancipationes et tres manumiſſiones; ſi porro, vt idem ait, e) capite minuitur, qui *dum alieno iuri ſubiectus erat, ſui iuris factus eſt:* conſequens profecto eſt, tres mancipationes et tres manumiſſiones efficere capitis diminutionem. Vel ſi breuius rationes nectere placeat; ſi capitis diminutio per emancipationem inducitur iuxta

a) Vberius rem omnem exponit Cl. SCHELTINGA in diſſert. I. *de emancipat. cap. II. et III.*

b) VLPIANVS *fragm. tit. X.* §. 1.

c) *Inſtit. lib. I. tit. 6.* §. 3. apud SCHVLTINGIVM in *iurisprudentia Anteiuſtinianea p.* 50. Conf. IDEM *Lib. I. tit. 6.* §. *vlt.* p. 59. et 60.

d) THEOPHILVS in *Paraphraſ. Inſt. lib. I. tit.* 12. edit. Fabrot. p. 93. αὐτεξούσιον δὲ τὸν παῖδα ποιοῦσι τρεῖς ἐμανκιπατίωνες καὶ τρεῖς ἐλευθερίαι.

e) THEOPHILVS l. c. *lib. I. tit.* 16. §. 3. p. 109.

iuxta §. 3. *Inſt. de capitis diminut.* emancipatio vero mancipationibus manumiſſionibusque interuenientibus efficitur: conſequitur capitis diminutionem per mancipationes et manumiſſiones induci. Vera igitur et iuris analogiæ conformis eſt antea excitata PAVLI ſententia, qui rationem capitis diminutionis emancipatorum euidenter in eo collocat, quod imaginario iſto ritu in cauſſam ſeruilem deducerentur. Vt adeo nihil ſit, quod argumentationi Pauli, iurium ſui temporis optime gnari, obuerti poſſit, cum ratio, qua vtitur, cum principiis iuris egregie conſpiret.

PROXIMVM huic eſt Viri doctiſſimi argumentum, f) quo per rerum naturam fieri potuiſſe negauit, vt qui viuo patre exiſſet ex eius poteſtate, in familia perſiſteret, et heres ſuus, agnatus et conſanguineus maneret, quod 1) familia conſiſteret ex perſonis patris poteſtati ſubiectis, quod 2) heres ſuus is eſſet, qui tempore mortis in poteſtate erat, quod 3) agnati eſſent, qui eo tempore, quo paterfamilias moritur, eius poteſtati fuerint ſubiecti, quod 4) conſanguinei eſſent, qui in poteſtate fuerunt mortis tempore; ex quibus infert, filiosfamilias, quocunque modo ſiue per dignitatem ſiue per ſeparatam œconomiam et nuptias exeant e patria poteſtate, ſuos, agnatos, conſanguineos eſſe deſinere, et extraneos fieri ad familiam. Verum enim vero vt prætereamus, quod iam an-

f) Dn. GRVPEN in *diſcept. forenſ. l. c. §. IX. X. XI. et XII. p. 125. et ſeqq.*

tea monuimus, iura *domus* paternæ cum iuribus *familiæ*, ad quæ proprie iura *agnationis* pertinent, non miſcenda eſſe, neque familiæ, agnationis et conſanguinitatis nexum ſolo patriæ poteſtatis vinculo determinari, eosque, qui abſque capitis diminutione ex domo paterna exeunt, nihilominus iura familiæ ſeruare, confutabimus Viri docti opinionem, ſi oſtenderimus, eorum, quæ propoſita ſunt, rationem, in *capitis diminutione* contineri, eaque ideo ad illos modos ſoluendi patriam poteſtatem pertinere, qui capitis diminutionem inducebant, neutiquam vero ad illos, de quibus hoc loco quæritur, ad liberationem videlicet ex patria poteſtate per dignitatem et per ſeparatam œconomiam ac nuptias. Cum minima capitis diminutio iacturam ſtatus familiæ inferret: iura familiæ, ſuitatis, et agnationis non poterant non per eandem amitti. Vnde VLPIANVS, g) *plane autem*, inquit, *ſuus eſſe deſinit, ſi capitis diminutione vel magna vel minore exit de poteſtate.* Et POMPONIVS, h) *capitis diminutione*, inquit, *pereunt legitimæ hereditates, quæ ex Lege XII. tabularum veniunt: ſiue aliquo viuo ſiue antequam adeatur hereditas eius, capitis minutio interceſſit: quoniam deſinit ſuus heres vel agnatus recte dici.* Cum itaque iure Romano ratio iurium familiæ amiſſorum in capitis diminutione poſita ſit; dubitari profecto nequit, quin filii, per dignitatem ex poteſtate patris exeuntes, ſalua ſeruent familiæ agnationisque iura, cum capite

g) L. 1. §. 4. ff. de ſuis et legitimis heredibus. h) L. 11. ff. de ſuis et legit. hered.

capite non minuantur i). Id vero multo magis de ſolutione patriæ poteſtatis per ſeparatam oeconomiam et nuptias aſſerendum, quæ iure Germanico imperium parentum tollebat, iura familiæ non tollebat. Cum enim maiores noſtri patris poteſtatem non niſi in imperio in liberos conſtituerint, ſolutio patriæ poteſtatis quoque nil niſi imperium ſeu ius dirigendi liberorum actiones tollebat. Salua itaque liberis, ita ſeparatis, familiæ agnationisque iura: ignoratæ Germanis capitis diminutionis emancipationisque rationes: et vniuerſim obtinebat quod TACITVS k) refert: *Heredes ſucceſſoresque ſui cuique liberi.*

QVONIAM vero Vir Ampliſſimus illud præcipue impugnauit, l) quod liberi, ob dignitatem ex patria poteſtate exeuntes, omnia familiæ iura integra ſeruauerint; eaque diſputatio ad conſtitutionis Iuſtinianeæ interpretationem redeat: primo Iuſtinianum, deinde interpretem audiamus. Poſtquam Imperator liberos ob eminentiora epiſcopatus, patriciatus, conſulatus, præfecturæ prætorianæ, præfecturæ ciuitatis, ſimiliaue, quibus fungebantur munia, patriæ poteſtatis nexibus ipſo iure et *vna cum ipſo verbo, quo hoc illis officium donatur*, ſolutos declarauit; ita porro ſancit m): *Illud quoque cauemus; vt*

i) Idem ſatis perſpicue docet IVSTINIANVS in Nov. LXXXI in qua ius agnationis, ſuitatis et familiæ liberis ſaluum ſeruatum eſſe, ex ipſa Nouellæ diſpoſitione mox oſtendemus.

k) *de Moribus German.* c. 20.

l) in *diſquiſ. forenſ.* l. c. p. 243. et p. 154. ſeqq.

m) NOVELLA *LXXXI*, c. 11.

non hos tales ſuas poteſtates ſimilia praebere, qualia alia, quae per emancipationes fiunt, ſed praecipuum quoddam praemium imperium conferre talibus ſuis poteſtatibus. Non enim volumus eum, qui ita ſua poteſtatis fit, perdere ALIQVOD LEGITIMORVM IVS, *ſed ſint et* GENERI *ad eos, et ipſis ad* GENVS *intacta* LEGITIMA *et* EX NATVRA *ſeruata iura.* Huius conſtitutionis interpretationem ex *legitimorum iurium* ſignificatu pendere autumat Vir doctus, legitima iura autem eſſe *tutelarum et hereditatum* iura, hoc eſt 1) jus ſuccedendi ab inteſtato, 2) legitimam tutelam agnatorum, et 3) legitimam curam furioſi et prodigi; ab his vero iuribus, liberis per dignitatem e poteſtate exeuntibus, integris ſeruatis, non poſſe inferri conſequentiam ad omnia iura familiae ſeruata, ideoque fallere Doctorum ſententiam, quae, poſito inter iura liberorum proficua et oneroſa diſcrimine, illa liberis ſeruata, ab his eoſdem liberatos eſſe contendat.

QVAE interpretatio cum verba *legitimorum iurium* captet; de vero Nouellae ſenſu ſollicitis videndum eſt, quaenam patriae poteſtatis iura ex Iuſtiniani conſtitutione ſublata ſint, quaenam liberis ſalua integraque ſeruata. Expediti vero iuris eſt, alia iura vi patriae poteſtatis *patri* in liberos competiiſſe, quorum numero ſunt ius dirigendi actiones liberorum eorumque nuptias, ius vſusfructus bonorum aduentitiorum, et quae ex dominio quiritano ſupererant reliquiae in vnitate perſonarum, quod vlla inter patrem

patrem et filium eſſet nec actio nec obligatio, cetera: alia vero virtute patriae poteſtatis cum *liberis* communicata eſſe iura, qualia ſunt familiae iura. Illa in iuris paterni aeternitate liberis oneroſa, haec proficua dixerunt Doctores. Vt adeo pateat ipſam diſtinctionem a re non alienam eſſe. Iuſtinianus vero *indignum legibus ſimul et temporibus reputans, eum, qui talibus praeeſt, quique tot hominibus imperat,* n) adhuc ſub poteſtate manere, paternoque imperio regi, eoſdem ſuae poteſtatis eſſe ac paternoque imperio ſolutos decreuit ipſisque peculium donari iuſſit: quo ipſo conſequebatur, quae patri intuitu perſonae liberorum eorumque bonorum competebant, ſoluta eſſe iura: quae oneroſa appellari antea obſeruauimus. Sed cum nollet Imperator, vt quae ex dignitatis eminentioris ratione atque ex filiorum commodo ſanxerat, liberorum, quae ex patriae poteſtate ad eos proficiſcebantur, iuribus commodisque fraudi eſſent; cauit, *ne ius illud ſua poteſtatis ſimilia praeberet reliquis, quae per emancipationes contingunt; et iure illi ſua poteſtatis praecipuum quoddam donum praeberi iuſſit* o). Quo rectius vero intelligatur, quaenam ſint, in quibus nouam illam ex patria poteſtate liberandi rationem ab *emancipatione diſcernendam* conſtituit Imperator, obſeruandum, alia *emancipationi* cum aliis omnibus, *poteſtatem patriam ſoluendi modis* eſſe *communia,* eoque pertinere, quod imperium et ius patris in

n) NOV. LXXXI. cap. I. ex Verſione Cod. HOMBERGII p. 510.

o) NOV. LXXXI. cap. II. ex verſione HOMBERGII.

in liberos eorumque bona tollatur; alia vero emancipationi eſſe *propria*, ea videlicet, quæ per *ſpeciales emancipationis rationes* determinantur. Ex ſpeciali emancipationis indole id ſupra euictum eſt, filium in ſeruilem veluti cauſſam deductum et capite minutum familiæ iura omnia amiſiſſe. Hi ex propria emancipationis indole deducti effectus, non poterant non in nouo illo patriam poteſtatem ob dignitatem ſoluendi modo ceſſare, cum *rationes* eorum ceſſarent. Itaque Iuſtinianus ex Verſione Celeberrimi Hombergii, *Neque enim volumus*, inquit, *vt qui ita ſua poteſtatis factus eſt vel ſit, perdat aliquid ex legitimis iuribus ſed tam* FAMILIAE *in eos, quam ipſi in* FAMILIAM LEGITIMA *iura intacta habeant et iure naturæ illis ſeruentur.* Si ergo filii per dignitatem ex poteſtate patria exeuntes, nullum eorum iurium, *legitimorum* tum *naturalium* iurium amittunt, quæ illis in familiam et familiæ in illos competunt, omnia profecto familiæ iura ſalua illis et intacta ſunt. Et ſane nihil aliud hoc loco conſtituit Iuſtinianus, quam quod et olim ſpeciali beneficio ad parentum preces emancipatis liberis indulgere imperatoribus ſolenne erat. eamque in rem ANASTASIVS, *ſi ab eo*, inquit, *qui ex ſacro reſcripto ſecundum noſtram conſtitutionem fieri poſtulauerit emancipationem liberorum, petitum ſit, quatenus ei, qui emancipandus emancipandaue eſt, minime legitima iura per emancipationem extinguantur: eadem iura tam emancipato*

pato

ſiue quam emancipata contra perſonas aliis hoc modo ſibi connexas, quam alus iisdem contra eum vel eam in hereditatibus vel in ſucceſſionibus et tutelis NEC NON CETERIS *ſeruentur intacta* p). Eadem fere formula, qua hoc loco Anaſtaſius, ibi Iuſtinianus eadem diſpoſuit. Qui igitur fieri poteſt, quæ adeo perſpicue de omnibus familiæ iuribus ſaluis integrisque ſeruatis traduntur, ſalua iuris ratione, ad quædam duntaxat legitima iura, ad iura videlicet ſucceſſionum et tutelarum reſtringantur? cum et Anaſtaſius ſpeciebus illis recenſitis mox ſubiiciat *nec non ceteris*. quæ vocula profecto non ad ſpecies reſtringit, ſed omnia intelligi docet præter eas, quæ exempli loco adductæ ſunt ſpecies. Quæ inquam ratio excogitari poteſt, vt cum *eminentiora familiæ*, quæ in ſucceſſionibus tutelisque verſantur, iura ſeruata ſint, reliqua negata dici queant? Rem eo nondum expediuit Vir doctus, quod iura ſucceſſionum et tutelarum, iura legitima appellari oſtenderit; nam omnia iura familiæ vel legitima ſunt, ſeu lege ciuili determinata, vel naturalia, ex ſanguinis vinculo oriunda. Vtraque et generi ſeu familiæ ad eos et ipſis ad genus ſeu familiam intacta legitima et naturalia iura ſalua et integra eſſe voluit Imperator. Ius *ſuorum heredum* iura *agnationis*, quæ liberis per dignitatem patria poteſtate ſolutis ſeruata eſſe negat Vir doctus, ſunt *iura legitima*, quorum

 mul-

p) L. 11. C. de legit. hered.

nullum perdere eoſdem decreuit Imperator. *Vocantur autem*, inquit CAIVS, q) *agnati, qui legitima cognatione iuncti ſunt. Legitima autem cognatio hac eſt, qua per virilis ſexus perſonas coniungitur.* Immo ius *ſuorum heredum* inter præcipua *ſucceſſionum* iura refertur ex ipſa legum XII. tabularum diſpoſitione: *Si inteſtatus moritur, cui ſuus heres non eſcit agnatus proximus familiam habeto.* Nec eſt, quod obuertatur, *ſuos heredes* proprie vocari illos, qui in *poteſtate morientis* fuerunt, ac proinde ſuos amplius dici non poſſe, qui poteſtate exierunt. Illud enim inprimis videndum eſt, in quo *ius ſuorum heredum* conſiſtat; quod in eo poſitum eſſe conſtat, quod liberi *ſtatim ipſo iure heredes exiſtant, nec aditione indigeant* r). Quod ius cum ex legis ciuilis diſpoſitione vnice pendeat, et ad legitima ſucceſſionis liberorum iura pertineat; dubium profecto non eſt, quin legislator illis quoque tribuere poſſit, qui proprie ſui non ſunt. Nec id infrequens Romanis fuit, cum notiſſimo exemplo conſtet, *ius trium liberorum* quod matrimonii, trium liberorum fœcundi, præmium eſſe voluerat Auguſtus, beneficio principali indultum ſæpius fuiſſe illis, qui liberis orbi immo et ſteriles fuerant s). Quicunque itaque ſimili ratione ius ſuorum here-

q) CAIVS *Inſtit. lib. II. tit. VIII. apud* SCHVLTINGIVM p. 157.

r) *L. 14. D. de ſuis et legit. hered.*

s) conf. HEINECCII *Syntagma antiquit. lib. I. tit. XXV, §. 8.*

heredum ex principali conſtitutione conſequuntur, iiſdem, ac ſui, iuribus fruuntur, heredesque exiſtunt ipſo iure. Iam vero, vt ex ipſa Iuſtiniani conſtitutione iterum argumentum ducamus, ſi omnia legitima familiæ iura liberis, propter dignitatem patria poteſtate exeuntibus, intacta ſeruauit, et, vt nullius eorum iurium iacturam paterentur, conſtituit Iuſtinianus, ius ſuorum heredum quoque, tamquam præcipuum quoddam familiæ et ſucceſſionis ius, iiſdem ſaluum integrumque ſeruauit. Quæ cum ita ſint; eiusmodi filii nec familiam mutant, nec capite minuuntur, nec extranei fiunt ad familiam. Neque hæc ſententia eo argumento labefactatur, quo ab indirecto ita concludit Vir doctus: ſi filius, per dignitatem a patria poteſtate liberatus, non fieret extraneus ad familiam, conſequeretur, ei valide donari non poſſe, cum tamen poſterius falſum eſſe conſtet. Huius argumenti enim conſequentia fallit, cum ratio, cur filio, per dignitatem ex poteſtate dimiſſo, donari poſſit, in eo conſiſtat, quod nexus patriæ poteſtatis inter patrem et filium per dignitatem ſolutus ſit, neque is amplius cum patre pro vna perſona habeatur. Illud enim, quod in familia adhuc perſiſtat, nec pro extraneo habeatur, donationis valorem non minus euertit, ac ſi donatio inter eiuſdem familiæ agnatos eſſet inita.

BREVITATIS ſtudio mitto argumenta, quæ fictionem mancipationum et manumiſſionum in Anaſtaſiana emancipatione interuenientium petunt, et quæ ex eis, quæ in ipſa exercitatione XXI. p. 924. et ſeqq. luculenter expoſita ſunt, conuelluntur. Particulam *quaſi*, quæ in *L.* 5. *C. de emancipationibus* occurrit, fictionis argumentum eſſe, dudum a iuris interpretibus obſeruatum eſt.

TANDEM peruenio ad illam quæſtionem, cuius intuitu Doctiſſimus Grupen antea diſputata argumenta expoſuit, an videlicet auus nepotibus ex filio ſeparato ſuſceptis, poſt filii mortem pupillariter ſubſtituere poſſit? Hanc eo inprimis argumento negauit, quod liberi per ſeparatam œconomiam et nuptias e patria poteſtate exeant, familiam mutent, et extraneorum ad inſtar habendi ſint, ac proinde nepotes ex eis nati, nec in aui poteſtate, nec in familia conſiſtant, et per conſequens auus nepotibus poſt filii ſeparati mortem pupillariter ſubſtituere nequeat. Non repetam, quæ antea eam in rem expoſita ſunt argumenta; vnum tantum ex *iuris patrii* principiis addam, quod vel maxime ad hanc quæſtionem conficiendam pertinere videtur. Aequiſſimum fuit Germanorum principium, t) l) poteſtatem aui viuo et ſuperſtite patre non porrigi ad nepotes,

t) de quo egi in diſſ. de neceſſario conſenſu parentum in nuptiis liberorum cap. II. §. 31

potes, ſed hos eſſe in patris ſui poteſtate: illo patre vero mortuo in aui paterni poteſtatem cadere nepotes. Id vero principium tum veteri iure Germanico tum nouiſſimo teſtatiſſimum eſt. LEX BVRGVNDIONVM *tit. LVIII.* hanc in rem egregie ita cauet. *Nepos, amiſſo patre, cum rebus omnibus ad aui ordinationem vel ſollicitudinem conferatur: ea tamen ratione, ſi mater ſecundas nuptias crediderit eligendas* u). Cum iure patrio vetuſto conſpirat ius nouiſſimum, ſiquidem aui poteſtatem, poſt patris mortem, in nepotes hodienum ſaluam integramque ſeruatam eſſe, cum vniuerſalis fere Germaniæ conſuetudo euincit, x) tum vero tot conſtitutionibus prouincialibus, quæ aui conſenſum in nepotum nuptiis deſiderant, ſatis clarum atque manifeſtum eſt. Illud autem aui ius in nepotibus, ex filio ſeparato ſuſceptis, vel maxime ſeſe exſerere, ex eo manifeſta ratione perſpicitur, quod liberi vel per ſeparatam oeconomiam vel per nuptias hodie, vi vniuerſalis Germaniæ conſuetudinis, y) ex patria poteſtate exeant, ideoque vix vllus auorum poteſtati locus relinqueretur, niſi et id daretur, morte filii, a patre ſeparati, demum incipere aui poteſtatem in nepotes, ex filio ſuſceptos. Si enim poneremus aui in nepotes, poſt filii ſeparati mortem,

u) *Matre videlicet vidua manente, [illegible] erat in liberos poteſtas, [illegible]*

x) *Conf. Strykii diſſ. de iure auorum.*

y) *Quam inſigni teſtimoniorum apparatu inſtruxit Dn. [illegible] Gruppen in diſcept. forenſ. cap. 5.*

tem, ius nullum eſſe; conſequeretur, vt cum nepotes fere ſemper ex liberis, vel per ſeparatam oeconomiam vel per nuptias ſeparatis, ſuſcipiantur, auo, neque filio viuo, id quod extra dubium eſt, neque eodem defuncto, ideoque nullam prorſus competere poteſtatem: id quod cum omnem aui poteſtatem euerteret, ex iuris patrii principiis ſane ſentiendum eſt, auo in nepotes, ex filio ſeparato ſuſceptos, ſtatim poſt filii mortem competere poteſtatem. Prorſus aliena ſunt, quae ex iure Romano moueri hoc loco poſſent dubia; indolem enim poteſtatis aui hodie non ex iure Quiritium aeſtimamus, neque auo paterno, filio ſuperſtite, poteſtatem vindicamus in nepotes. Quamquam ergo iure Romano nulla aui eſſet in emancipati filii nepotes poteſtas: id tamen verum fuerat ideo, quod emancipatione tollerentur iura familiae. Iure Germanico per ſeparationem quidem naturalis patris poteſtas tollitur, ſed ſaluis familiae iuribus: aui poteſtas autem ideo tolli nequit, quod ne nata quidem ſit, viuo patre, ſed, eo demum defuncto, nepotes, ex eodem ſuſcepti, tranſeant in aui poteſtatem. Huius rei vero hoc conſequens eſt, vt cum ſubſtitutionis pupillaris, quae nepotibus fit, ratio in aui poteſtate poſita ſit, auus quoque hodie impuberibus nepotibus, ex praedefuncto filio ſeparato ſuſceptis, pupillariter ſubſtituere queat. Eadem ſententia pluribus aliis adhuc rationibus tum in reſponſo in citata exerci-

tatio-

tatione XXI. pag. 952. tum in reſponſo Anteceſſorum Francofurtenſium, quod Dn. Grupen l. c. p. 135. exhibet, euicta eſt.

SVPEREST VIGESIMA SECVNDA ad Lib. I. Pandectarum Tit. IX. ſeqq. EXERCITATIO *de maieſtate imperii magiſtratuum maiorum*, qua Amantiſſimus Frater, IOANNES SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER ſummos in vtroque iure honores anno CIↃ IↃ CCXXV. meritus eſt, qua expoſita maiorum magiſtratuum apud Romanos auctoritate et imperii maieſtate, cautus iuris Romani vſus, prouidaque ad maiores per Germaniam magiſtratus applicatio expenditur et ſupremorum imperii tribunalium iura ſuccincte explicantur. Sed cum iam alterum Exercitationum ad Pandectas volumen prelum expectet, lubens filum abrumpo, Teque, Beneuole Lector, Inſtituti rationi mihique fauere, vehementer cupio, Teque valere iubeo. Scribebam in Georgia Auguſta Calend. Decembr. CIↃ IↃ CC XXXXV.

INDEX PRIOR
EXERCITATIONVM
SECTIONVM ET CAPITVM.

Ad Lib. I. Pandectarum Titul. I.

Exercit. I. De Veſtigiis et vſu antiquitatum Dacicarum in iure Romano. pag. 1

II. De Stoica Iureconſultorum philoſophia. pag. 15

Exercit. III. De Interpretationis grammaticæ fatis et vſu vario in iure Romano. pag. 22

IV. De verbis directis et obliquis. pag. 94

V. De iure futuro. pag. 143

Cap. I. An et quatenus pro iure futuro declarando agi poſſit? pag. 143

Cap. II. De remediis, quibus ius futurum conſeruarii poteſt. pag. 163

VI. Specimen Iurisprudentiæ Anteiuſtinianeæ ex A. Auguſtino, Hipponenſi epiſcopo. pag. 210

Ad Lib. I. Pandectarum Titul. II.

VII. De iuribus diuerſis ex diuerſitate climatum natis. pag. 271

VIII. De varia iurium innouatione per expeditionem cruce ſignatorum. pag. 299

Cap. I. de ſingularibus expeditionis in terram San-

Exercit. Sanctam circumſtantiis, quæ anſam innouationi iurium dederunt. *ibid.*

Cap. II. de Innouatione iurium ſacrorum et priuatorum per expeditionem cruce ſignatorum. pag. 312

Cap. III. de Innouatione iurium in cauſſis publicis et feudalibus per expeditionem ſacram. pag. 327

VIIII. De media via in ſtudio et adplicatione iuris canonici inter Proteſtantes tenenda, pag. 344

X. De iniuſta theoriæ et praxeos oppoſitione. pag. 357

XI. De ſeruitute trituræ forenſis. pag. 390

Ad Lib. I. Pandect. Titul. III. et IV.

XII. De ſanctionum pragmaticarum indole et auctoritate. pag. 398

Exercit. Cap. I. de ſanctionibus pragmaticis ex mente iuris Romani. *ibid.*

Cap. II. de ſanctionum pragmaticarum medii et recentioris æui indole et auctoritate. pag. 443

XIII. De Sublimi Principum ac Statuum Euangelicorum diſpenſandi iure in cauſſis et negotiis tam ſacris quam profanis. pag. 481

Sect. I. De iure diſpenſandi in genere. *ibid.*

Cap. I. De conceptu diſpenſationum genuino, tum et de fatis earundem in iure ciuili. *ibid.*

Cap. II. De hiſtoria et fatis diſpenſationum in iure eccleſiaſtico tam veteri quam nouo. pag. 503

Sect. II. De iure diſpenſandi in ſpecie. pag. 538

Cap. I. De iure diſpenſandi in negotiis ciuilibus ſeu profanis. *ibid.*

Cap.

Exercit. Cap. II. De iure diſpenſandi in negotiis ſacris et eccleſiaſticis. pag. 565

XIV. De Finibus priuilegiorum regundis. pag. 605

Cap. I. De Priuilegiis eorumque finibus in genere. *ibid.*

Cap. II. De finibus Priuilegiorum regundis. pag. 621

XV. De natura Statutorum, quæ in ciuitatibus prouincialibus conduntur eorumque obligandi principio. pag. 693

Cap. I. De legum et iuris in ciuitate diuerſitate principii tamen vnitate. *ibid.*

Cap. II. De natura Statutorum, quæ in ciuitatibus prouincialibus conduntur eorumque obligandi principio. pag. 654

XVI. De more Iureconſultorum antiquo et recentiori de iure reſpondendi et reſponſorum collectionibus. pag. 666

Exercit. XVII. De Collectionibus, vſu et præſtantia deciſionum præcipue Rotæ Romanæ et Meuianarum. pag. 687

Ad Lib. I. Pandectar. Titul. V.

XVIII. De Iure et Statu hominum propriorum a ſeruis Germaniæ non Romanis deriuando et de vſu huius doctrinæ. p. 736

Sect. I. De hiſtoria Succeſſionis et iurium ſeruitutis Germanicæ. pag. 738

Sect. II. De ſtatu et iure hominum propriorum nec a ſeruis nec libertis Romanorum repetendo. pag. 767

Sect. III. De vſu huius doctrinæ in effectibus priſcæ ſeruitutis in hominibus propriis. pag. 780

XVIIII. De Libertate imperfecta ruſticorum in Germania, pag. 810

Ad

Ad Lib. I. Pandectar. Titul. VI.

Exercit. XX. De Legitimatione ex damnato coitu natorum, pag. 865

Ad Lib. I. Pandect. Titul. VII.

XXI. De ſtatu liberorum ſui iuris factorum per ſeparationem vel nuptias. pag. 913

Cap. I. De ſtatu emancipatorum ſecundum doctrinam iuris Romani. *ibid.*

Cap. II. De ſtatu eorum, qui ſui iuris facti ſunt per ſeparationem vel nuptias. pag. 929

Ad Lib. I. Pandect. Tit. IX. et X. et ſeqq.

XXII. De Maieſtate Imperii magiſtratuum maiorum. pag. 955

Cap. I. De Maieſtate imperii magiſtratuum maiorum Romanorum, *ibid.*

Cap. II. De Maieſtate imperii magiſtratuum maiorum per Germaniam. pag. 973

EXER-

EXERCITATIO AD PANDECTAS I.

AD LIBR. I. D. TIT. I. ET II.

DE

VESTIGIIS ET VSV ANTIQVITATVM DACICARVM IN IVRE ROMANO.



§. I.

Quæ apud Romanos viguit olim iuriſprudentia, in immenſam tandem excreuit ſyluam, vt ſub ea laboraret reſpublica, et in contentiones forenſes degeneraret

Iuriſprudentia Romana ambitus et ambagibus

atque ſcinderetur. Malum hoc ſub ipſis creuit imperatoribus, poſtquam AVGVSTVS quibusdam ICtis poteſtatem dedit, ius dubium *authentice* interpretandi, et ſucceſſores hoc inſtitutum propagandum eſſe duxerunt, quod variis ſectis, confuſionibus, et contrariis iurium ſententiis natales dedit, fluctusque penes eos, qui ius populis, ſub imperio Romano degentibus, dicebant, peperit ingentes. Morbo huic quidem *reſcriptis principum* medicina adhibita, quibus tamen parum effectum videtur, cum quotidie ex *ſectis* nouae producerentur procellae, et noua contentionum ſemina progerminarent. TERTVLLIANVS, inter ICtos natus et educatus, *in apol. c. IV.* huius emendationis mentionem facit, et, *nonne et vos*, ait, *quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis totam illam veterem et ſqualentem ſyluam legum nouis principalium reſcriptorum et edictorum ſecuribus vaſtatis et caeditis?* Mox vero ſubiungit: *quot adhuc vobis repurgandae latent leges?* euidentiſſimo documento, antiquitati adhuc lumen deeſſe neceſſarium, et nouam forenſibus diſcordiis adferendam medicinam. Antiquus, ſed incertus AVCTOR *de rebus bellicis*, qui ſub THEODOSIO ſcripſiſſe videtur, et cuius opuſculum *Notitiae vtriusque imperii* adiectum eſt, Imperatori *in fin. opuſculi* auctor eſt, vt tandem vltimam operi manum addat, et legum atque iurium confuſionem purget. *Diuina prouidentia*, inquit, *ſacratiſſime imperator, domi foriſque reipublicae praeſidiis compoſitis, reſtat vnum de tua ſerenitate remedium ad ciuilium curarum medicinam, vt confuſas legum contrariasque ſententias improbitatis reiecto litigio iudicio auguſtae dignationis illumines. Quid enim ſic ab honeſtate conſiſtit alienum, quam ibidem ſtudia exerceri certandi, vbi iuſtitia profitente diſcernuntur merita ſingulorum.* Sed hoc conſilium effectu caruit;

ex ſectarum multitudine,

quibus nec Reſcriptis medicina allata.

fuit; nec felicior THEODOSII iunioris et VALENTINIANI conatus fuit in *l. 1. C. de reſponſ. prudent.* quo non ſedata ICtorum contentio, ſed incertitudo iurium promota.

§. II. Opus deſperatum tandem aggreſſus IVSTINIANVS, molem legum per varias compilationes coanguſtauit, idque ad minimum effecit, vt certiori iure in poſterum populus vteretur. Quo inclementiora vero huius compilationis fata poſt IVSTINIANI obitum fuerunt, eo illuſtrior rurſus ſeculo XII. apparuit, ex tenebris in lucem protracta, tanta felicitate, vt fere occidentem vniuerſum peragraret, et eruditorum curas atque meditationem excitaret. Infeliciſſimum quidem priorum interpretum ſtudium, immo tamdiu omnis in compilationis huius illuſtratione labor inanis fuit, quamdiu ſub ſeruili gloſſatorum iugo iacuit. Laetiora tandem apparuerunt tempora, quae eam cultiorem reddiderunt, atque ad eam exornandam ſtudium *antiquitatum*, artem *criticam*, atque *moralem* diſciplinam attulerunt. Sicuti ex *intima antiquitate* conſarcinata ſunt fere omnia, quae in hac *collectione* continentur, ita non aliter, quam ex iisdem fontibus, vnde manauit, illuminari poteſt. Quae ad *ius* mere *priuatum* ſpectant, tam ampliſſimo apparatu quidem non indigent, licet notitiam morum Romanorum omnino expoſtulent: aſt longe patentior campus, in quo antiquitatum rudera in magna copia deprehenduntur, nobis aperitur, ſi quae *ius publicum* tum *orientis* tum *occidentis* tangunt, intuemur, et ſedula meditatione perſcrutamur. Vaſtiſſimus olim orbis Romanus varias in prouincias diuiſus, infinitis paruit magiſtratibus, Praefectis, Praeſidibus, quorum adminiſtratio illis circumſcripta legibus, quae *ius publicum* huius imperii tum *occidentalis* tum *orientalis* con-

Id praeſtitit Iuſtinianus per nouam compilationem,

variis interpretationibus ſubleuatum,

illuſtratum tandem ex antiquitatibus

maxime in iis, quae ad ius publicum antiquum ſpectant.

conſtituerunt. Huius veſtigia vbique leges Romanæ, in noſtrum *corpus* collectæ, memorant, ad ea prouocant, et ſic talem requirunt interpretem, qui rei Romanæ vetuſtæ penitiorem habet peritiam. Quamuis enim, quæ *iuris publici Romani* ſunt, a reipublicæ noſtræ formula et ſtatu abhorreant, nec in rem eius verti poſſint: non tamen ideo prorſus negligenda aut parui ducenda, quod ſine horum intellectu ſcita iuris Romani nec tradi, nec idoneo perfundi lumine queant, in quo tamen omnis ICtorum labor verſatur, qui interpretandis legibus Romanis præpoſiti ſunt, exemplo IACOBI GOTHOFREDI, incredibili eruditione *codicem Theodoſianum* ex penu *iuris publici antiqui* hoc modo illuſtrantis.

Quæ opera ICtis hodie commendanda.

Inſtituti ratio.

§. III. Paucis in præſentia, quæ dicta ſunt, ex ANTIQVITATIBVS DACICIS, in iure noſtro obuiis, illuſtrare liceat, collectis expoſitisque, quæ de *Dacia* ius Romanum adhuc memorat, veſtigiis, ex quibus vſus harum antiquitatum in explicatione huius iuris, in nonnullis argumentis, perſpicue appareat. Peruulgatum eſt, Daciam hodie magnam *Hungariæ* partem, eamque, quæ *mediterranea* ſpeciatim vocatur, ſeu *Tranſyluaniam* conſtituere, quæ *prouincia* TRAIANI olim dicta fuit, quod hic imperator eam in formam prouinciæ redegerit, victo DECEBALO, vt DIO CASSIVS *lib. LXVIII.* aliique plena manu referunt. In eam prouinciam TRAIANVS *colonias* deduxit, nomen inde ſortitas, quod primarium eorum officium in *agris colendis* conſiſteret, eisdem in deuictis hoſtium terris aſſignatis. Rationem *coloniarum* et differentiam a *municipiis* optime tradit A. GELLIVS in *Noct. Att. lib. XVI. c. 13* qui, *Municipes*, inquit, *ſunt ciues Romani ex municipiis, legibus ſuis et ſuo iure vtentes, muneris tantum cum populo*

Dacia Prouincia Traiani,

ex colonis Romanis formata.

Romano

Romano honorarii participes, a quo munere capeſſendo appellati videntur, nullis aliis neceſſitatibus, neque vlla populi Romani lege adſtricti, niſi, inquam, populus eorum factus eſt. Poſt pauca pergit: *ſed coloniarum alia neceſſitudo eſt: neque enim veniunt extrinſecus* (vt municipes) *in ciuitatem, nec ſuis radicibus nituntur: ſed ex ciuitate quaſi propagatæ ſunt: et iura inſtitutaque omnia populi Romani, non ſui arbitrii habent, quæ tamen conditio cum ſit magis obnoxia, et minus libera, potior tamen et præſtabilior exiſtimatur, propter amplitudinem maieſtatemque populi Romani, cuius iſtæ coloniæ quaſi effigies paruæ ſimulacraque eſſe quædam videntur.* Vnde etiam *coloni* dicti, ſicuti municipii iure fruentes *municipes l.* 17. §. 10. *D. ad municip.* Talis deductio *auctoritate publica* fiebat, et ſic, ſub imperatoribus, eorum auſpicio; in quo a *receſſione* diſtinguebatur. Illuſtrabo hoc SERVII *ad L.* I. *Aeneid.* verbis: *Colonia eſt, quæ græce ἀποικία vocatur, dicta autem eſt a colendo. Eſt autem pars ciuium aut ſociorum miſſa, vbi rempublicam habeant ex conſenſu ſuæ ciuitatis, aut publico eius populi, vnde profecta eſt, conſilio. Hæ autem coloniæ ſunt, quæ ex conſenſu publico, non ex receſſione ſunt conditæ.* Ita quidem regulariter; extra ordinem enim quandoque ciuitates *ius coloniarum* ſine *deductione* accipiebant, quod declarat VLPIANVS in *l.* I. §. 3. 4. *l. f.* §. 5. 6. 7. *D. de cenſib.* quo ipſo vſum *vernaculæ linguæ* adhuc retinebant, cum quæ ex ciuitate vel Italia deducebantur coloniæ, vſum *latinæ linguæ* quoque in prouinciam adferrent, ad poſteros ibidem propagatum.

quarum rationes explicantur.

§. IV. Colonias *Daciæ* quod concernit, egregium antiquitatis veſtigium de his ſeruauit VLPIANVS in *l.* I. §. 9. *D. de cenſibus*, cuius verba tamen in pleriſque editionibus admodum corrupta ſunt et infecta. In *vulgata* hoc modo legitur:

Verba Vlpiani de coloniis Daciæ emendata.

Inclyta quoque Cirenensium colonia a diuo Traiano deducta iuris Italici est. HOLOANDER non *inclyta* ſed *indicia* legit, quem ſecuti CHARONDAS, HOTTOMANNVS, RVSSARDVS; ſed ſine ſenſu. Peior adhuc eſt lectio DIONYSII GOTHOFREDI, ſubſtituentis *Iudicia*, et pro *Traiano* legentis TRAHIANO ex mendoſa lectione *codicis Florentini*, cuius auctoritatem in apertiſſimo errore ſequi, quam veritatem indicare, voluit. Res enim ipſa loquitur et ſubiecta *coloniarum* exempla teſtantur, legendum eſſe: *In Dacia quoque Zernenſium colonia, a Diuo* TRAIANO *deducta, iuris Italici eſt. Zarmizegethuſa quoque eiusdem iuris eſt item Napocenſis colonia et Apulenſis et Pataviſſenſium vicus, qui a Diuo* SEVERO *ius coloniæ impetrauit.* Hoc modo huius textus admodum corrupti lectionem integrandam eſſe obſeruauit CVIACIVS *lib. X. obſ.* 35 et ex *Baſilicis* præterea probauit. Prima colonia in Daciam a TRAIANO deducta *Zernenſium* dicitur, quam lectionem probat CVIAC. *cit. loc.* et *ad Notit. imper.* prouocat, vbi *ſub diſpoſitione Ducis Daciæ Ripenſis* fit mentio *præfecturæ legionis tertiæ decimæ Geminæ Zernis*. praetereaque ex vetuſta inſcriptione, in qua memoratur *Colonia Dacica Zernis*, illuſtratur. Enim vero inſcriptionem huc non pertinere, perſuaſiſſimum habeo, quæ potius *Zarmizegethuſam* deſignat, quæ non raro in inſcriptionibus ZERMIS vocatur. Pariter obſeruante CELLARIO *in Geograph. antiq. tom.* 1. *p.* 602. ZERNIS, in *Notit. imper.* deſignata, ad *antiquam* Daciam a TRAIANO deuictam non pertinet, ſed ad *nouam Aureliani* cis Danubium in Moeſia collocatam. Cum enim AVRELIANVS teſte VOPISCO *in vita eius c.* 40. *vaſtatum Illyricum et Moeſiam deperditam videret, prouinciam trans Danubium Daciam a Traiano conſtitutam, ſublato exercitu et prouincia-*

1) *Zernenſium colonia.*

libus,

libus, reliquit, deſperans eam poſſe retineri abductosque ex ea populos in Moeſiam collocauit, appellauitque ſuam Daciam, vel *Ripenſem* in qua ZERNIS a *Notitia imperii* deſignata, ſita fuit. Alibi ergo et quidem in *antiqua Dacia* quærenda eſt *Zernenſium colonia*, quam ſe reperiſſe credit CELLARIVS in loco, qui medius eſt inter *Cibinium* et *Coroniam*, Cronſtatt, et CERNE appellatur, id quod tamen certo adfirmare auſus non eſt. Probabilius forſan eſt, coloniam hanc non procul a *ponte* TRAIANI in *pontibus Seuerini*, cuius ſtructuram depingit DIO *lib.* 8 collocatam fuiſſe, non vero in admodum *remoto tractu* ab hoc ponte circa *Coroniam*, cum e re TRAIANI eſſe videretur, circa hunc pontem coloniam Romanam collocare, præſidio certiſſimo ei futuram. Etenim colonia erat *ſubſidium aduerſus rebelles, et imbuendis ſociis ad officia legum*, iudice TACITO *lib. XII annal. c.* 32. h. e. vt legibus et imperiis Romanis deuicti adſueſcerent. Videlicet non adeo procul ab hoc ponte ab vna parte occurrit fluuius CZERNE, et ab altera locus, qui CZERNETZ vocatur, in quo tractu colonia *Zernenſium* ſine dubio deducta, et vel a *flumine* vel a *loco* deſignato ita dicta, quod a *fluminibus* denominare populos in morem abiiſſet. Eum in finem autem plures alias colonias in hanc prouinciam deuictam deduxit, ne poſt tot cædes incolis et cultoribus populis egeret, eamque a totali interitu vindicaret TRAIANVS.

§. V. Regia DECEBALI et auguſta Dacorum *Zarmizegethuſa* fuit, calamitate bellica ciuibus orbata, quem defectum colonia eo deducta ſuppleuit TRAIANVS, cuius ſecundo loco meminit VLPIANVS, inter *Sergetiam* et *Alutam* flumina ſitæ. VLPIAE TRAIANAE nomen ei addidit imperator, *z) Zarmizegethuſa.* *Vlpia Traiana poſtea dicta.*

perator, vt deuictæ gentis monumentum ſibi conſtrueret perpetuum. Teſtes ſunt inſcriptiones plurimæ apud GRVTERVM, inprimis p. 245. n. 1. vbi hæc ſiſtitur:

IMP. CAES. DIVI. TRAI. PARTHICI
FILIO. NERVAE. NEPOTI. TRAIANO
HADRIANO. AVG. PONTIFICI. MAXIMO
TRIB. POT. II. COS. II. P. P. COL
VLPIA. TRAIANA. AVG
DACICA. SARMIZ

Alia occurrit p. 248. n. 7. vbi vocatur: VLPIA. TRAIANA. AVG. DACIAE. SARMIZG. ſeu *Sarmizgethuſa*, vti p. 437. n. 1. inſcriptio docet. Et quia caput regni olim fuit, inde *metropolis* dicta p. 272. n. 2. hac inſcriptione:

IMP. CAES
M. ANTONIO. GOR
DIANO. PIO. FELICI
AVG. PONTIF. MAX
TRIB. POT. II. COS. P. P
COLONIA. VLPIA
TRAI. AVG. DACIC
SARMIZ. METROP
DICATISSIMA. NV
MINI. MAIESTATI
QVE. EIVS.

Referta eſt *Dacia* huiusmodi monumentis, vt lapides, viæ publicæ, et rudera pontis Traiani loquuntur. Vnde recte colligit SCHVRTZFLEISCHIVS in *Dacia conſulari* §. 7. poſt neglectam ab AVRELIANO Daciam non omnia *Latini cultus* veſtigia deperdita eſſe, quod vel vſus latinæ linguæ, corruptior

prior licet, admodum familiaris tamen Hungaris, Tranſyluanis et Walachis, demonſtrat.

§. VI. Tres adhuc colonias memorat VLPIANVS, *Napocenſem*, *Apulenſem*, et *Patauicenſium vicum*, *qui a Diuo Seuero ius coloniæ impetrauit*. *Napocenſis* a ciuitate *Napuca* inter Tibiſcum et Rhabonem flumina ſita, dicta fuit, quam hodiernam *Claudiopolim*, *Clauſenburg*, Tranſyluaniæ eſſe putat REINESIVS *claſſ.* 1. *inſcript.* 168 *p.* 185. et IACOBVS SPONIVS *in miſcell. antiq. erud. p* 168. Probat id ipſum REINESIVS ex inſcriptione in veſtibulo ædium prope baſilicam Claudiopoli repertam: 3) *Napocenſis.*

NVMINI. AVG
M. VLP. CAECIL
BASSIANVS
M. AGG
AVGVSTALIS
COL. NAP
D. D

Apulenſem coloniam non procul ab Alba Iulia fuiſſe, rudera magnæ vrbis adhuc docere, obſeruat CELLARIVS *in Geograph. antiq. tom.* 1 *p.* 601. Ipſam vero *Albam Iuliam*, Weiſſenburg, *Apulam* fuiſſe, cenſet REINESIVS *claſſ* 1. *inſcript.* 8. quod vel inde probabile eſt, quia lapides, coloniæ *Apulenſis* mentionem facientes, *Albæ Iuliæ* reperti ſunt. Siſtit REINESIVS *cit. loc* aram Albæ Iuliæ e cella quadam effoſſam, quæ hanc coloniam memorat. Idem euincunt lapides Albæ Iuliæ reperti apud GRVTERVM *p.* 40. *n.* 15. *p.* 105. *n.* 10. *p.* 345. *n.* 3. et inprimis *p.* 346. *n.* 5 huius tenoris: 4) *Apulenſis.*

AVRELIAE
APOLLONIAE
T. AEL. LVPVS
EQ. R. PONTIF
ET. II. VIRAL
COLONIAE
APVLENSIS
MATRI. CA
RISSIMAE

5) *Pataniſſenſis* Supereſt *Patavicenſium vicus* vel *Petavicenſium*, vt legendum exiſtimat CELLARIVS in *Geograph. antiq. p.* 601. cuius ſitus obſcuritate laborat, quamuis quidam hunc vicum non procul a *colonia Apulenſi* collocent. In hunc vicum vero non colonia

cui ius coloniae datum: et quidem iuris Italici. deducta, ſed ei a diuo SEVERO *ius coloniae* datum. Videlicet hæ omnes *coloniæ* in eo conueniebant, quod *iuris Italici* eſſent, et immunitatem a *tributo ſoli* et *capitis* haberent, in quo beneficio *ius Italicum* præcipue verſabatur. Præterea quoque efficiebat, vt in reliquis eodem iure eſſent hæ coloniæ, quo ipſa *Italia* gaudebat, in traditionibus nexi, in vſucapionibus, in annali exceptione, et in iure capiendi, quæ plenius illuſtrantur a CVIACIO *lib. X. obſ.* 35. et SPANHEMIO *in orbe Romano c.* 19.

Præſides Daciæ §. VII. Ipſa Dacia in prouinciam redacta præſides accepit, quorum mentionem facit VLPIANVS in *l.* 7. §. 14. *D. de interd.* inquiens: *quibusdam tamen præſidibus, vt multis prouinciis interdicere poſſint, indultum eſt, vt præſidibus Syriarum, ſed et Daciarum.* Notandum tamen eſt, nomen *præſidum* generale fuiſſe, & omnes deſignaſſe, qui *prouincias* gubernabant, *l.* 1. *D. de offic. præſ. Nou.* 8. & ab imperatoribus miſſi erant, quales erant

etiam

etiam *conſulares*, ſeu *legati Cæſarum conſulares*, per quos rege-bantur. Dacia *conſularis* inde dicta, de qua vid. SCHVRTZ-FLEISCH. in pecul. diſſert. Conf. *l.* 1. *C. Theod. de conſular. & præſid.* Sicuti enim Dacia inter *maiores* prouincias referenda, armis & vi in officio retinenda, ita *maiorem magiſtratum* deſi-derabat, quales erant *conſulares legati*, vnde ipſæ prouinciæ *conſulares* dictæ, vid SPANHEMIVS *de vſ. & præſtant. numiſm. tom. II. p.* 595. vbi etiam has enumerat *conſulares prouincias*, *Sy-riam*, *Hiſpaniam*, *Germaniam*, *Britanniam*, *Thraciam*, *vtramque Mœſiam* ac DACIAM. Talis conſularis ſeu prouinciæ maioris rector *iure conſulari*, quod hunc magiſtratum antea geſſerat, regebat prouinciam, inſulis conſularibus ornatus, Cæſaris ipſius magiſtratus, qualis erat magiſtratus in Dacia. Hæc Cæ-ſaris prouincia erat, *Auguſti Dacia* inde dicta in nummo ab EZECHIELE SPANHEMIO *in diſſ. ad Iuliani Cæſares p.* 236. adducto, expreſſius vero in GRVTERI *inſcript.* 7. *p.* 259. de M. AELIO ANTONINO PIO *quare conſulares dicti?*

CVIVS. NVTV. ET. AVSPI
CIIS. PROVINCIA. DACIA
GVBERNATVR.

Huic opponebantur *prouinciæ populi* per *proconſules* adminiſtra-tæ, quæ peioris erant conditionis, obſeruante SPANHEMIO *tom. I. de vſu & præſtant. num. diſſ. XIII. p.* 590. *n.* 3. *proconſulares* inde dictæ, teſte CAPITOLINO *in M. Antonino c. XXII.* De-nique qui *prouinciis minoribus* præficiebantur a Cæſare, *præſides* ſimpliciter dicebantur, ex equeſtri ordine lecti. Obiter no-to, *Daciarum* in plurali fieri mentionem in *cit. l.* 7. quod omnis Dacia in tres prouincias eſſet diuiſa, in *Alpeſtrem*, *Mediterrane-am*, quæ *Tranſyluaniam* complectebatur, & *Ripenſem*, adeoque

inde erat, quod *Præſes Daciæ* iuxta *cit. l.* pluribus prouinciis interdicere poſſet.

Præſides Daciæ ſub Conſtantino M.

§. VIII. Sub CONSTANTINO M. adhuc mentio fit præſidis Daciæ, teſte *l. 28. C. de inoffic. teſtament.* quæ inſcripta eſt ad CLAVDIVM *præſidem prouinciæ Daciæ.* Subſcriptio loci, unde emanauit, omiſſa eſt in *codice noſtro*, expreſſa in *l. 2. Cod. Theod. de inoff. teſt.* cuius verba finalia ſunt. *Dat. VIII. Id. Febr.* SERDICAE, quæ illa ipſa *Sardica* eſt, vbi *concilium Sardicenſe* adeo memorabile celebratum eſt. Atque hæc vrbs etiam *Daciæ* adſcribitur, teſte EVTROPIO, dicente de GALERIO: *in Dacia haud longe a Sardica natus.* Multæ aliæ leges *Sardicæ* datæ ſunt a CONSTANTINO M. vt *l. 26. C. de donat.* (quæ eſt *l. 2. C. Theod. de donat.*) *l. 6. C. ad L. Jul. de vi publ. l. 2. C. de abolit. l. 1. C. Theod. de accuſ. l. 3. C. Th. de abolit. l. 1. C. Th. de hered. petit. l. 1. C. Th. de infirm. pœn.* vt inde liqueat, CONSTANTINVM ibidem ſæpius res ſuas habuiſſe. Memorat THEODORETVS *lib. II. hiſtor. eccleſ. c. 4. in f. Conſtantium orientales atque occidentales epiſcopos iuſſiſſe Sardicam conuenire. Eſt autem*, pergit, *Sardica vrbs* METROPOLIS PROVINCIAE DACIAE. At enim vero id minime de *antiqua Traiani Dacia*, ſed de AVRELIANI, de qua §. *IV.* actum, quæque *Moeſiæ* detracta eſt, intelligendum, adeoque CLAVDIVS præſes prouinciæ *Daciæ Aureliani* fuit, ſedemque in metropoli, *Sardica*, habuit. Huic *nouæ Daciæ* ortum debuit MAXIMIANVS Imperator, teſte LACTANTIO *de mort. perſecut. c. 9*, referente, *matrem eius Transdanubianam*, (in veteri Dacia) *infeſtantibus Carpis, in* DACIAM NOVAM, *tranſiecto amne, tranſfugiſſe*, quæ eſt AVRELIANI, ſeu illa Moeſiæ pars, in quam AVRELIANVS populos tranſtulerat, quos ex *Dacia Traiani* abduxerat.

in qua Sardica metropolis.

in Aureliani ſcilicet Dacia.

§. IX.

§. IX. Tandem haec Dacia, abolito priſtino vocabulo, GEPIDIA dicta fuit, quod, ATTILA defuncto, Hunnis inſignem cladem attulerint *Gepidae*, eamque prouinciam a ſe occupatam dixere *Gepidiam*, foedere quodam cum Romanis ſociati. Plenius fata DACIAE depingit IORNANDES *lib. de reb. Getic. p. m. 627.* memorans, filios Attilae gentes ſibi diuidi aequa ſorte popoſciſſe, *vt ad inſtar familiae bellicoſi regis cum populis mitterentur in ſortem. Quod cum Gepidarum rex comperit, Ardaricus de tot gentibus indignatus, velut viliſſimorum mancipiorum conditione tractari, contra filios Attilae primus inſurgit, illatumque ſeruiendi pudorem ſecuta felicitate deterſit; nec ſolum ſuam gentem, ſed et ceteras, quae pariter premebantur, ſua diſceſſione abſoluit. - - Bellum committitur in Pannonia, iuxta flumen Netad.* Quod bellum qua fortuna geſtum fuerit, in ſequentibus deſignat: *poſt multos ergo grauesque conflictus, fauit Gepidis inopinata victoria*, quam fuſius ibidem memorat. Tandem vero ſubiungit *Nam Gepidae Hunnorum ſibi ſedes viribus vindicantes totius Daciae fines velut victores potiti, nihil aliud a Romano imperio, niſi pacem et annua ſolemnia, vt ſtrenui viri, amica pactione poſtulauere. Quod & libens tunc annuit imperator, & vsque nunc conſuetum donum eſt.* His poſtremis verbis expoſuit, quid intellexerit *per annua ſolemnia*, quibus imperator hunc populum, vt in fide populi Romani perſiſteret, ſibi deuincire quaerebat; ex eoque tempore Dacia *Gepidia* dicta fuit. Haec tamen non quaerenda in antiqua TRAIANI Dacia, ſed in noua AVRELIANI, vt facile omnes circumſtantiae docent. Sub IVSTINIANO gens Gepidarum inquieta et turbida non raro a Romanis defecit variisque affecta cladibus, vt IVSTINIANVS ſibi nomen *Gepidici* impoſuiſſe legatur. Teſtis eſt AGATHIAS *lib. 1. p. 15.* THEODE-

[illegible]

Sub Iuſtiniano.

 BER-

inde erat, quod *Præſes Daciæ* iuxta *cit. l.* pluribus prouinciis interdicere poſſet.

Præſides Daciæ ſub Conſtantino M.

§. VIII. Sub CONSTANTINO M. adhuc mentio fit præſidis Daciæ, teſte *l.* 28. *C. de inoffic. teſtament.* quæ inſcripta eſt ad CLAVDIVM *præſidem prouinciæ Daciæ.* Subſcriptio loci, unde emanauit, omiſſa eſt in *codice noſtro*, expreſſa in *l.* 2. *Cod. Theod. de inoff. teſt.* cuius verba finalia ſunt: *Dat.* VIII. *Id. Febr.* SERDICAE, quæ illa ipſa *Sardica* eſt, vbi *concilium Sardicenſe* adeo memorabile celebratum eſt. Atque hæc vrbs etiam *Daciæ* adſcribitur, teſte EVTROPIO, dicente de GALERIO: *in Dacia haud longe a Sardica natus.* Multæ aliæ leges *Sardicæ* datæ ſunt a CONSTANTINO M. vt *l.* 26. *C. de donat.* (quæ eſt *l.* 2. *C. Theod. de donat.*) *l.* 6. *C. ad L. Jul. de vi publ.* *l.* 2. *C. de abolit. l.* 1. *C. Theod. de accuſ. l.* 3. *C. Th. de abolit. l.* 1. *C. Th. de hered. petit. l.* 1. *C. Th. de infirm. pœn.* vt inde liqueat, CONSTANTINVM ibidem ſæpius res ſuas habuiſſe. Memorat THEODORETVS *lib. II. hiſtor. eccleſ. c.* 4. *in f. Conſtantium orientis atque occidentis epiſcopos iuſſiſſe Sardicam conuenire. Eſt autem*, pergit, *Sardica urbs* METROPOLIS PROVINCIAE DACIAE.

in qua Sardica metropolis.

At enim vero id minime de *antiqua Traiani Dacia*, ſed de AVRELIANI, de qua §. *IV.* actum, quæque *Moeſiæ* detracta eſt, intelligendum, adeoque CLAVDIVS præſes prouinciæ *Daciæ Aureliani* fuit, ſedemque in metropoli, *Sardica*, habuit. Huic *nouæ Daciæ* ortum debuit MAXIMIANVS Imperator, teſte LACTANTIO *de mort. perſecut. c.* 9, referente, *matrem eius Transdanubianam*, (in veteri Dacia) *infeſtantibus Carpis*, *in* DACIAM NOVAM, *tranſiecto amne*, *transfugiſſe*, quæ eſt AVRELIANI, ſeu illa Moeſiæ pars, in quam AVRELIANVS populos tranſtulerat, quos ex *Dacia Traiani* abduxerat.

in Aureliani ſcilicet Dacia.

§. IX.

§. IX. Tandem hæc ipſa Dacia, abolito priſtino vocabulo, GEPIDIA dicta fuit, quod, ATTILA defuncto, Hunnis inſignem cladem attulerint *Gepidæ*, eamque provinciam a ſe occupatam dixere *Gepidiam*, fœdere quodam cum Romanis ſociati. Plenius fata DACIAE depingit IORNANDES *lib. de reb. Getic. p. m.* 627. memorans, filios Attilæ gentes ſibi dividi æqua ſorte popoſciſſe, *ut ad inſtar familiæ bellicoſi regis cum populis mitterentur in ſortem. Quod cum Gepidarum rex comperit, Ardaricus de tot gentibus indignatus, velut viliſſimorum mancipiorum conditione tractari, contra filios Attilæ primus inſurgit, illatumque ſerviendi pudorem ſecuta felicitate deterſit: nec ſolum ſuam gentem, ſed et ceteras, quæ pariter premebantur, ſua diſceſſione abſolvit. -- Bellum committitur in Pannonia, iuxta flumen Nedad.* Quod bellum qua fortuna geſtum fuerit, in ſequentibus deſignat: *poſt multos ergo graveſque conflictus, favit Gepidis inopinata victoria*, quam fuſius ibidem memorat. Tandem vero ſubiungit: *Nam Gepidæ Hunnorum ſibi ſedes viribus vindicantes totius Daciæ fines velut victores potiti, nihil aliud a Romano imperio, niſi pacem et annua ſolemnia, ut ſtrenui viri, amica pactione poſtulavere. Quod & libens tunc annuit imperator, & usque nunc conſuetum donum eſt.* His poſtremis verbis exponit, quid intellexerit *per annua ſolemnia*, quibus imperator hunc populum, ut in fide populi Romani perſiſteret, ſibi devincire quærebat; ex eoque tempore Dacia *Gepidia* dicta fuit. Hæc tamen non quærenda in antiqua TRAIANI Dacia, ſed in nova AVRELIANI, ut facile omnes circumſtantiæ docent. Sub IVSTINIANO gens Gepidarum inquieta et turbida non raro a Romanis defecit variisque affecta cladibus, ut IVSTINIANVS ſibi nomen *Gepidici* impoſuiſſe legatur. Teſtis eſt AGATHIAS *lib.* I. *p.* 15. THEODI-

[illegible]

Sub Iuſtiniano.

Gepidici nomen aſſumtum. BERTVM Francorum Regem ægre admodum tuliſſe, quod *Francici* titulo ſuperbierit, ideoque Gepidos Longobardosque & finitimas alias nationes ad belli ſocietatem inuitaſſe, nec ferendum eſſe exiſtimaſſe, *imperatorem* IVSTINIANVM *in edictis imperialibus Francici, & Alemannici, nec non Gepidici, & Longobardici aliorque huiusmodi titulos ſibi vindicare, perinde ac ſi omnes haſce gentes ſubiugauiſſet*, adeoque hanc communem iniuriam armis communibus vindicandam eſſe. Quamuis vero in monumentis legum, quæ ſuperſunt, hæc appellatio non occurrat, non tamen improbabile eſt, eum hoc adiiciali vocabulo vſum fuiſſe, cum conſtet, quam facilis in captandis his gloriæ cuiusdam argumentis fuerit, & leges infinitæ, ab eo latæ, abolitæ rurſus, & ſuppreſſæ ſint.

Concluſio. §. X. Vti vero Dacia TRAIANI et AVRELIANI imperatorum antiquorum Romanorum imperio paruit, ita potiori iure, hodiernis temporibus auguſtiſſima domus Auſtriaca eam optimo iure ſibi vindicat, atque *hereditario iure*, eoque *perpetuo*, poſſidet. Videlicet ſapientiſſimis conſiliis id egit immortalis memoriæ Imperator CAROLVS VI. vt *æterno fœdere* poſteris ex vtroque ſexu Auſtriacæ domus, quæ tot potentiſſimos imperio Romano dedit imperatores, attributa fuerit, vt hodie AVSTRIACAE DACIAE appellationem optimo iure mereatur.

EXER-

EXERCITATIO II.

AD LIBR. I, PAND. TIT. I.

DE STOICA IVRISCONSVLTORVM PHILOSOPHIA.

§. I.

Qui ad iurisprudentiæ noſtræ ſtudium accedunt, idque interpretari annituntur, duas in claſſes generatim haud immerito diuidi poſſe videntur. Quidam enim leui brachio illud ipſum aggrediuntur, contenti, ſi ex aliorum ſcriptis & doctrinis ſapiant. Quidam vero rem ex ſuis propriis enucleare fontibus ſtudent, non tam reſpicientes, quidnam communiter tradi ſoleat, ſed ita ſe gerentes, vt legitimis interpretationis adhibitis regulis in fundamentum inquirant. Equidem in præſenti lætari poſſumus, quod inciderimus in eiuſmodi tempore, vbi Doctores celebriores, claſſi ſecundæ ſeſe adſcribentes, indefeſſis laboribus eo rem perduxerunt, vt infinitis tenebris diſcuſſis ad lucem veritatis peruenire eo rectius iam poſſimus. Illud inprimis a pluribus iam obſeruatum fuit, multum adiumenti adferre interpreti cognitionem variarum *hypotheſium*, ex quibus *ICti Romani* concluſiones ſuas deduxerunt. Hoc enim conſtat, non eadem veteribus ICtis principia fuiſſe, quin, ſicuti in *varias ſectas* multi tranſierunt, ita quoque *diuerſas hypotheſes* ſæpe inter ſe fouiſſe, & inde in oppoſitas ſæpe dilapſos fuiſſe concluſiones. In eo tamen magis

Subſidia iurisprud. ex Philoſ. Stoica.

gis inter ſe conueniebant, quod plerique ICtorum *philoſophiam Stoicam* excolerent, ex eaque inprimis, quantum ad moralia, principia repeterent, quippe quæ non poterant non ethnicis arridere; id quod SCHILTERVS (a) aliique iam oſtenderunt. Et quid opus eſt verbis, cum tam infinita exempla in iure noſtro occurrant, quæ meras concluſiones et hypotheſes ex hac philoſophia contineant, et inde vnice genuinam ſuam recipiant interpretationem? Huius obſervationis neglectus non poteſt non contortas explicationes parere, ſicut, quantas adhuc pepererit, res ipſa loquitur. Plerumque enim vbi ICti ex ſingulari *Stoicorum hypotheſi* concluſiones formarunt, quæ cum Peripateticæ ſcholæ principiis ſubſiſtere nequeunt, mirifice ſe Doctores torſiſſe animaduertimus, quando eiusmodi leges ſecundum normam *philoſophiæ Ariſtotelicæ*, quæ vnica tunc omnium fere occupauerat animos, enucleare & veram diſſonantiam ad concordiam coactam et violentam deducere laborabant.

§. II. Res ipſa exemplis fiet clarior. Inuenientibus vel ſolum *tit. I. Dig. de iuſt. et iure*, in ſingulis fere §. §. ſeſe ſponte offerunt talia exempla, quæ vnice ex *philoſophia Stoica* interpretanda ſunt. Ne iam aliquid moneam de deriuatione *iuris*, quam VLPIANVS a *iuſtitia* deducit *more Stoico*, obſeruante SCHILTERO, (b) nam hoc leve eſt: tantummodo ad famoſam illam definitionem *iuris naturalis* prouocabo, vbi ſi commentarios euoluimus, in eiusmodi labyrinthum incidimus, vnde egredi vix datur. Vident interpretes, vix commode

exemplo definitionis iuris nat.

(a) *In Manud. Philoſ. Mor. c. I. §. 5. ſeqq.* (b) *cit. l. § 7.*

modo illam definitionem poſſe defendi ex principiis philoſophiæ communis, qua imbuti ſunt, et tamen Stoicæ philoſophiæ principiis deſtituti fruſtra omnem movent lapidem, vt hanc ipſam ab abſurditate liberent. Conuenit vero optime cum principiis Stoicis, quod nec diffitetur ipſe HVBERVS in *digreſſionibus Iuſtinianeis* c) Duo videlicet in hac definitione conſideranda ſunt, 1) quid intellexerint Stoici per *naturam?* 2) cur animalibus ius naturale adſcripſerint? Quid per *naturam* intellexerint, explicat Stoicorum facile princeps SENECA d) inquiens *Quid aliud eſt natura, quam Deus & diuina ratio toti mundo & partibus eius inſerta.* Neque vero plura hic ex Stoicis allegare opus eſſe cenſeo, cum iam ab aliis, VT IVSTO LIPSIO e) et Budeo f) id ipſum ad oculum demonſtratum. Deducit ſimul nos illud Senecæ effatum ad cauſſam ipſam, cur ius naturale adſcribi poſſit beſtiis. Nimirum diuinam illam eſſentiam diffuſam per omnia corpora, et toti mundo inſertam eſſe cenſebant, diuerſo modo tamen ſeſe exſerentem, aliter quidem in hominibus, aliter in beſtiis. Hinc non poterant non rationem adſcribere ipſis beſtiis, et ita ius naturale adiudicare eis, quod et ipſe PVFENDORFIVS optime obſeruauit. g) Ex hoc fundamento collegerunt poſtea, homines inter ſe eſſe cognatos; quia vnius animæ eſſent facti participes. h) FLORENTINVS ICtus i) idem innuit, dum hominem homini inſidiari nefas eſſe concludit, quod *inter nos cognationem quandam natura* i. e. DEVS, *conſtituerit*, quæ ſententia ſano ſenſu accepta admitti poteſt, ſed cum intimius fontem eius, vnde propullulauerit, indagemus, ſub veſte pulcra putidum latitat corpus, iudice Budeo. k) Neque tantum

in

c) *lib. I. c. II. §. 2.* d) *lib. IV de Benef. c. 7.* e) *de Manuduct. ad Stoic. Phyſiol. lib. I. c. 5.* f) *diſſert. 1. de Error. Stoic. § 2 ſeqq.* g) *de iur. Nat. & gent. lib. 2. c. 3. §. 2.* h) BVDEVS *c. l.* i) *in l. 3 D. de I. & I.* k) *cit. l.*

in hominibus et brutis hæc Stoicorum ſubſtitit aſſertio: toti mundo rationem diuinam ſeu ſpiritum diuinum vel mentem attribuerunt. Præter Senecam hoc teſtatur ipſe Zeno l) aſſerens, Deum eſſe ſpiritum διῆκον δι ὅλου τοῦ κόσμου. Haud a veritate me aberraturum puto, ſi dixerim, PAVLVM m) huc reſpexiſſe, dum diſcernit illa, quæ ex diſtantibus corporibus ſunt, ab illis corporibus, quæ *vno ſpiritu* continentur. In qua ſententia quoque fuiſſe videtur POMPONIVS n) tria genera corporum recenſendo, vnum quod *continetur vno ſpiritu, alterum quod ex contingentibus conſtat, tertium quod ex diſtantibus.*

In doctrina de partu nondum edito.

§. III. De generatione, non naſci animas ſed inſinuari in corpora, tradebant, teſte LACTANTIO o) h. e. non in vtero concipi animam ſed extrinſecus imprimi. Hinc fœtum in vtero partem ipſius vteri eſſe, non animal aſſerebant. p) Non alienus ab hac ſententia fuiſſe videtur VLPIANVS q) qui, *partus*, inquit, *antequam edatur, mulieris portio eſt viſcerum* et PAPINIANVS r) partum nondum editum *hominem non recte dici* putat, et alio loco s) VLPIANVS talem *in rebus humanis non eſſe* diſerte fatetur, interim tamen ita fingi. t)

In definitione iuſtitiæ.

§. IV. Sed reuertimur ad *tit. D. de Iuſt. et Iur.* ubi deprehendimus difinitionem iuſtitiæ, quæ ſecundum VLPIANVM u) dicitur *conſtans et perpetua voluntas, ius ſuum cuique tribuendi.* VVLTEIVS x) hic deſcribi iuſtitiam aliquam *diuinam* autumat. BACHOVIVS y) intelligit iuſtitiam in *abſtracto* conſideratam. Alii z) defectus nonnullos in ea annotant, et quis omnes

l) IVST. LIPS. *l. 1. Phyſiol. Stoic. c. 7.* m) *in l. 24. §. 3. D. d. rei Vind.* n) *in l. 30. pr. D. de Vſuc.* o) *de opific. Dei, cap. 16. 17. conf.* LIPSIVS *l. c. lib. 3. c. 18.* p) LIPS. *in manud. ad Phil. Stoic. lib. 3. diſſ. 7.* q) *l. 1. §. 1. D. de inſpic. Ventr.* r) *l. 9. in f. D. ad L. Falcid.* s) *l. 10. §. 1. D. d. V. et P. ſubſt.* t) *l. 7. pr. d. Ventr. in poſſ.* u) *l. 10. pr. de I. & I.* x) *ad pr. de I. et I. n. 6.* y) *ad* TREVTLERI *Vol. I. d. I. th. I. lit. b.* z) RACHEL. *diſp. de Iuſt. uniuerſali th. 6. ſeqq.*

omnes conglomeraret opiniones? Sed incertæ et fluctuantes ſunt plerorumque coniecturæ. Rectius ſenſiſſe videtur ADRIANVS TVRNEBVS a) aſſerens, VLPIANVM fuiſſe æmulum Stoicorum, qui vt vitium inconſtantia, ita virtutem conſtantia metiri ſolebant, videlicet *ſummum bonum in habitu virtutis* collocantes. Id aperte CICERO b) fatetur Zenonem primum diſſeruiſſe referens, *non virtutis vſum modo, vt ſuperiores, ſed ipſum habitum per ſe eſſe præclarum, nec tamen virtutem cuiquam adeſſe, quin ea ſemper vteretur.* Euidentius SENECA c) *Summum bonum in ipſo iudicio eſt et habitu optimæ mentis,* et alibi. d) *Beatum illud in vno loco poſitum eſt, in ipſa mente ſtabile grande tranquillum.* Vnde rurſus CICERO ex mente Stoicorum e) virtutem ait eſſe *conſtantem et perpetuam* vitæ rationem, et alibi, f) in ſolis virtutibus ineſſe ſcientiam *ſtabilem* atque *immutabilem.* Suppoſuerunt porro, virtutes inter ſe connexas eſſe, g) ac proinde non potuerunt non vnicuique virtuti eandem formalem rationem attribuere quatuor præſertim *virtutibus cardinalibus,* quas tantopere vrgebant et in pretio habebant, inter quas quoque refertur *iuſtitia.* Hinc neſcio, an recte rationes ineant, qui ex Ariſtotele hanc ipſam illuſtrare ſatagunt, cum hic h) euidenter contrarium afferat, felicitatem ſcilicet *non in poſſeſſione ſed vſu virtutis, neque in habitu ſed actione eſſe,* quo etiam HVBERVS i) collineare videtur.

§. V. Occurrit deinde definitio *iurisprudentiæ* k) vbi rurſus variæ deprehenduntur difficultates, quomodo *iurisprudentia* — *In definitione iurisprudentia.*

a) *Lib.* 1 *aduerſ.* c. 10. b) *Lib.* 1. *Acad. Quæſt. cap.* X. *n.* 38. c) *de Vita Beata* c. 9. d) *Epiſt.* 74. e) *Lib.* 1. *d. LL.* f) *lib.* 4. *Acad.* g) LIPS. *Manud. ad Philoſ. Stoic. Lib.* 3 *diſſert.* 4. h) *lib.* 1. *Ethic.* c. 8. i) HVBER. *præl ad D. de I. et I.* §. 1. *in f.* k) *in l.* 10. §. 1. *D. de I. et I.*

tia poſſit dici *ſcientia et notitia*, quomodo *res diuinæ* conſtituere poſſint obiectum iurisprudentiæ etc.? Sed Stoici et horum æmuli, ICti Romani non ita ſeparabant prudentiam a ſcientia, vti Ariſtotelicæ philoſophiæ addicti. Euidenter id patet ex loco Plutarchi, quem refert LIPSIVS l), vbi ita *Quid eſt bonum? non aliud, quam prudentia. Quid prudentia? Non aliud, quam ſcientia.* Inde et Seneca m) *ſine ſcientia diuinorum humanorumque beatum effici non poſſe*, aſſerit. Cum itaque iuſtitiam finem iurisprudentiæ eſſe intelligerent, illam vero pro virtute et pro ſummo bono haberent: talem quoque definitionem iurisprudentiæ efformabant, quæ huic fini, iuſtitiæ, eſſet aptiſſima. Unde et philoſophiam ſuam per *humanarum et diuinarum rerum ſcientiam* definiebant, n) et ipſe CICERO o) amicitiæ definitionem inde exſtruxiſſe videtur.

[illegible] §. VI. Ad alia iam tranſeundum eſſet, niſi breuitas, quæ intercludor, inſtitutum prohiberet. Illud tamen ſaltim adhuc monebo, quod VLPIANVS *in l. 9. §. 7. D. de pecul.* aſſerit, *licere ſeruis naturaliter in corpus ſuum ſæuire*, omnino dogma Stoicum ſupponere, fatentibus, WISSEMBACHIO p) et CVIACIO q). *Αὐτοχειρίαν* enim ſecundum Stoicam philoſophiam fuiſſe licitam, r) ipſe fatetur HVBERVS, s) hanc legem alias defendens, et pluribus deducit LIPSIVS. t) Quamuis vero HVBERVS reſpondeat, videndum eſſe non, quid VLPIANVS ſentire potuerit, et quid veteres pagani exiſtimauerint, ſed an hic locus etiam neceſſario contineat approbationem *αὐτοχειρίας*? quæ

l) *Manud. ad Phil. Stoic. lib. 3. diſſ. 3.* m) *Epiſt 74.* n) SENECA *ep. 89.* o) *de Amicit. cap. 6.* p) *comment. ad tit. de Pecul. th. 11.* q) *Obſeru. iur. Rom. lib. XXVI. c. 40.* r) *diſſ. de error. Inſtitutam. §. 23.* s) *in Eunomia Rom. ad tit. l. 9. p. 567.* t) *Manuduct. ad Phil. Stoic. lib. 3. diſſ. 22.*

qua ratione tamen, ſi regulas bonæ interpretationis adhibere velimus, hic locus aliter intelligi poſſit, non video. Communiter quidem vrgeri ſolet, leges non amplius eſſe conſiderandas vt Ulpianeas aut Paulinas, ſed vt *Iuſtinianeas*, quod hic Imperator omnia ſua fecerit. Verum ita incidimus in Scyllam, dum volumus vitare Charybdim. Quomodo enim tales leges, quæ *Stoica* principia pro fundamento habent, ſecundum Imperatorem ſunt intelligendæ? Quærere enim licet, cuinam ſectæ fuerit addictus hic Imperator, an Stoicæ, an Peripateticæ, an alii? Antequam enim id expeditum fuerit, ancipites hæremus, quomodo leges Paulinas Ulpianianeas aut aliorum ICtorum ſecundum Imperatoris mentem, quam diuinare non poſſumus, interpretari valeamus.

In legibus interpretandis principia Stoicorum attendenda.

§. VII. Haecce præfari placuit de Stoica veterum ICtorum philoſophia, ex quibus ſatis apparebit, plurimum ad genuinam explicationem legum Romanarum illa adminicula conducere. Et cum mens mea ſemper fuerit, eo annitendi, vt genuinum legum ſenſum in collegiis meis eruerem: eadem methodus futuris quoque laboribus menſuram præbebit etc. Dabam in Regia Fridericiana Anno CIↃ IↃ CCL.

EXERCITATIO III.

AD LIBR. I, PAND. TIT. I.

DE

INTERPRETATIONIS GRAMMATICAE FATIS ET VSV VARIO IN IVRE ROMANO.

§. I.

In LL. interpretandis vis verborum eruenda.

Prudenter admodum CELSVS a) monuit: *ſcire leges non hoc eſt, verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem;* quo ipſo non negat ICtus, verba legum non eſſe rimanda, et eorum ſignificatus perſcrutandos, ſed potius innuit, ad perfectam legum cognitionem non ſufficere intellectum *verborum* genuinum, ſed præterea *mentem* earum eruendam ex *rationibus* vel naturalibus, vel politicis, quibus legislator inductus legem promulgauit ſubditisque præſcripſit. Græciſmo tali ICtos ſæpe vſos fuiſſe, plura eorum loca euincunt, quibus ſignificarunt, *non tantum* hoc vel illud ſufficere, ſed præterea aliud quoque obſeruandum eſſe. Pari locutionis forma aſſerit VLPIANVS, b) actionem quod metus cauſſa *in rem ſcriptam eſſe, nec perſonam facientis coërcere, ſed aduerſus omnes reſtitui velle,* quod eo accipiendum ſenſu, vt *non tantum* aduerſus vim inferentem detur, ſed etiam contra omnem poſſeſſorem. Idem c) *inuitum* in ſeruitutibus accipiendum eſſe dicit, *non eum, qui contradicit, ſed eum, qui non conſentit*, i. e. vt

Exemplo græciſmorum.

a) *l. 17. D. de legib.* b) *l. 9. §. 8. D. quod met. cauſ.* c) *l. 5. D. de ſeru. præd. vrb.*

vt in notis obſeruat GOTHOFREDVS, *non tantum, qui contradicit.* Sed etiam idem CELSVS alibi d) ait *prædia dicimus aliquorum eſſe: non vtique communiter habentium ea, ſed vel alio aliud poſſidente,* quæ verba CVIACIVS e) recte hoc modo exponit, vt prædia aliquorum eſſe dicamus *non tantum,* ſi ea communiter poſſideant pro indiuiſo, ſed et vel aliud alio pro diuiſo poſſidente. Plura alia exempla ex iure adfert ANTONIVS AVGVSTINVS f) probaturus, multa in digeſtis græco dicendi genere reperiri, et inter alia ad hoc argumentum quoque prouocat, aiens *maxime vero omnium vtile illud eſt, quod Accurſium non latuit, cum* TANTVM *aut* SOLVM *negationi non additum intelligendum eſt. Supra enim ſcripta* (quæ antea adduxerat) *magna ex parte delicatos ſolum lectores offendunt, hæc attentiſſimum & acutiſſimum quemque perturbant.* Interim miror, ipſum ne quidem ſupra adducta CELSI verba huc quoque retuliſſe, quæ aperte tamen GRAECISMVM redolent.

§. II. Neque enim ICtum latuit, *interpretationem legum* primario eſſe duplicem, vel *grammaticam* vel *logicam.* Illa occupata eſt circa *verba legum,* quorum genuinum intellectum et ſignificatum inueſtigat. hæc ab omni obſcuritate liberat docetque, qua ratione ambiguorum nodi ſecandi, et vulneribus atque mendis, quæ verba legum corruperunt, medicina critica adferenda. Sicuti enim *notiones* nihil aliud ſunt, quam repræſentationes rerum in mente, quas vulgo *ideas* vocant philoſophi, quarum combinatio *cogitationes* operatur; ita has ipſas aliis communicamus per *ſigna,* qualia ſunt vel *ordinaria, voces* ſcilicet *lingua*

Interpretatio Legum eſt vel grammatica vel logica.

d) *l. 96. eo t. D. de verb. ſignif.* e) *l. 96.* f) *lib. II. emendat. et opin. c. 1. in comment. ad tit. de V. S. ad eam l.*

Hic verſatur in verbis Legum eorumque ſignificatu.

gua figurata g) vel verba litteris exarata ſeu expreſſa: vel *extraordinaria*, quae geſtibus, factis aliisque externis corporis motibus eduntur, quoties vel loqui non eſt neceſſe, vel non expedit, vel cum eo cogitationes noſtrae communicandae ſunt, qui noſtram linguam non intelligit, vel denique, qui ſurdus et mutus eſt a natura, vt facultate ſcribendi et loquendi deſtituatur. Etiam ipſa *taciturnitate* aliquando in vita communi alteri mentem ſeu cogitationes noſtras communicamus, ſeu easdem, quas habemus cogitationes, in altero excitamus, quando vel illas approbamus prorſus, vbi alioquin contradictione ſeu declaratione diſſenſus opus erat, vel iuſta *indignatione*, etiam tacite declarata, eas improbamus oſtendendo, ea digna non eſſe, quibus aliquid reponamus. Verum *extraordinariae notae* non tam euidentes et diſtinctae ſunt, vt quidem *voces* et *verba*, quibus *notiones* et *cogitationes* noſtras ſignificamus, ſeu externe prodimus, vt ab aliis aeque intelligi queant h). Quando ergo notiones mentis

g) Hac locutione vtitur PAVLLVS eleganter in *l. 38 D. de O. et A.* vbi: *quae non figura litterarum, ſed oratione, quam exprimunt literae, obligamur, quatenus placuit, non minus valere, quod ſcriptura, quam quod vocibus lingua figuratis ſignificaretur.* Id quod *vocibus* vel *ſcriptura* ſignificatur, alteriusque animo panditur, *oratio* dicitur, quae hic nihil aliud eſt, quam *propoſitio* ſeu *enunciatio*, qua alteri ſignificamus, quid rei conuenire vel ab alia differre debeat, vt accurate obſeruat Illuſtr. WOLFFIVS *in philoſ. ration. ſeu logica P. 1. ſect. 1 c. 1. § 41.*

h) Hac de cauſa prudenter IVSTINIANVS in *l. 10. C. qui teſtamenta fac. poſſunt*, ſurdos et mutos, qui vtroque morbo ſimul laborant, i. e. *ut neque audire neque loqui poſſunt, et hoc ex ipſa natura habeant*, (vt eius verbis vtar) ab omni teſtamenti et codicillorum factione ac donatione m. c. excluſit, quae negotia *euidentem declarationem mentis* deſiderant, quam edere non poſſunt *ſurdi et muti* a natura tales, notitia ſignorum illorum deſtituti, quibus inter homines *euidenter* et *perſpicue* cogitationes mentis noſtrae aliis communicamus, etſi *extraordinariis* aliis ſignis externis, quibusdam ſaltem notis ſaepe cogitationes ſuas extra ſe edere queant, ceu notabili exemplo illuſtrat BRVNNEMANNVS *ad l. cit.* 10. n. 8. quod tamen non ſufficere viſum fuit ad ſtrictam voluntatis declarationem, quam

[illegible]) cum verbis ſcriptis vel vocibus connectimus, aliquid alicui *ſignificare* ſeu ſigno hoc declarare intendimus, vt eandem notionem in mente eius excitare queat. Vnde, qui notionem aliquam habere ſibi imaginatur, cum tamen nullam reuera habeat, eamque voce quadam declarat, *verbum inane* profert, vel ſine mente ſonum, quia *notionem deceptricem* habet, qua ſe aliosque, quamuis ſaepe bona fide, decipit k). Quae cum ita ſint, concludendum eſt, eum, cui mentis noſtrae conceptus et cogitationes verbis vel vocibus prodere et communicare intendimus, *intelligentiam plenam* eorum poſſidere debere, h. e. vt tum *vocum* et *verborum*, quibus alter vſus eſt, ſignificatus cognitos habeat, quod illorum potiſſimum *ingenii* eſt, qui *dictionaria* ſcribunt; tum etiam vt *connexionem verborum* inter ſe intelligat, notumque habeat, quod *Grammatica* inprimis docet, ſed quia ea connectere inter ſe nequit, niſi ſignorum ſignificatus diſtinctos l) genuinos propriosque ſeu communes habeat, merito ad vtrumque *gramma-*

quae auctor legis in ſcriptum eſſe debet. Ceterum qui verbis et audiendi et loquendi facultatem quidem amiſit, *ſurdus* tamen adhuc poteſt, recte [illegible] conſuetudinem, quia [illegible] ſignis mentem ſuam declarare et aliis, quorum intereſt, communicare poteſt.

i) Quae nihil aliud ſunt, quam *rerum repraeſentationes in mente*, quae *concipere* dicimur, vt [illegible] docet Ill. Dn. WOLFFIVS *cit. l.* §. 14. et quidem clarius ac quidem [illegible] in *art. crit. P. II. S. II. c. I.* §. 1. docere, *notiones eſſe quaecunque animo noſtro obuerſantur, cum de re quapiam cogitamus.* Quale autem illud ſit, quod animo noſtro obuerſatur, et in quo conſiſtat, non exponit; ſed ſolum notionum communem docet, illud conſiſtere in *repraeſentatione rerum in mente*, vt quoties quis de his ſcribit vel loquitur, haec ſemel adaequata repraeſentatio in nobis excitetur, quae eſt vel ſine in loquente et ſcribente.

k) Hinc rurſus adduxit Ill. WOLFFIVS *cit. l.* §. [illegible] quorſum pertinent formulae ſeu carmina excantando [illegible] [illegible] *Catone de re ruſtica c. 160.* et notiſſimum illud amuletum *Abracadabra* dictum, et quae ſunt alia ſuperſtitionis [illegible], nihil ſignificantia, niſi vt nos vel alios deciperemus.

l) Dantur verba, quae *ſignificationem* habere videntur, quorum [illegible] tamen [illegible]

ticae

tiores officium dirigitur. Atque inde naſcitur *interpretatio grammatica*, quæ præcepta tradit, ſecundum quæ tum verba, maxime ſcripta, in ſe: tum nexus eorum recte intelligi, ſeu illa modo ea cogitatio colligi poteſt, quam ſcribens ſub his ſignis notisque aliis communicare voluit.

Logica verſatur in ratione §. III. Ab hac differt *logica interpretatio* legum, quæ in verborum ſignificatione non ſubſiſtit, ſed ex ratione legum adæquan-

eſſe videatur, adeoque huius etiam in interpretatione ratio habenda, ut ex verbis ſcribentis vel loquentis ſenſum eruere queamus, et ἐμφάσεως rationem reddamus, ſeu cur verbo hoc pro altero uſus fuerit: quod pluribus exemplis declarat GELLIVS in *N. Att. lib. XVIII. c. 11.* Ceterum ab initio huius §. dixi, interpretationem legum primario eſſe vel *logicam* vel *grammaticam*, ut indigitarem, in his duabus ſpeciebus præcipuum officium *boni interpretis* verſari, qui *legum ſignificationem* eruere ſtudet. Hinc duabus ſpeciebus VALENT. GVILIELMVS FORSTERVS *de interpretat. iuris, tom. II thesauri iur. Rom. p. 950* recenſet, addit vero alias interpretandi rationes: *rhetoricam, hiſtoricam, ethico-politicam, poeticam, arithmeticam, geometricam, phyſico-medicam, theologicamque*, quas a *cap. IV.* usque ad finem opuſculi ſpeciatim exponit. Sed ſicuti *Rhetorica* non tam in ſcriptorum ſcriptis explicandis, quam in cauſis perorandis controverſiisque tractandis olim conſumebatur, ut ipſemet *c. IV. n. 1.* fatetur, ita non adeo neceſſe eſt, eam in cenſum hic habere, niſi quod hæc interpretandi ratio quoque ſuam diſpoſitionem habeat: verum verba, in legibus adhibita, *propriam* an *ſpeciem* [illegible]? quæ conſideratio etiam *grammaticæ interpretationi* communis eſt, ut IVLIAN. *l. c. 10. in f.* non diffitetur. Præterea *grammatica* adiutorem [illegible] ſimul declaranda, latius patet, et *hiſtoricam notationem*, ſine qua ne quidem verba commode intelligi poſſunt, quoque complectitur. Poſtremum vero hiſtoria ſuppeditat occaſionem, cauſſas, originesque legum, ſtatum reipublicæ cui leges inſerviebant, ſiue mores hominum, quibus leges accommodandæ, depingit, ceteraque tradit, quæ ad rationes legum inveſtigandas faciunt, quibus *logica interpretatio* inſervit. Aliarum præterea utraque interpretatio ſubſidia [illegible] ex aliis diſciplinis, propria principia inſtruxiſſe, terminosque technicos et proprias locutiones [illegible], adeoque ſi quid ex *poetis* [illegible] in *iure* [illegible], ad [illegible] habetur, nec in iure interpretationem venit. Rationes *ethicæ* et *politicæ*, vel quæ ex *geometria, arithmetica, phyſica* et *arte medica* atque *ipſa theologia* deſumuntur, ex propria diſciplina ſunt eruendæ, atque ita ad ſuas vel ad *logicam* vel ad *grammaticam* interpretationem referri queunt, ut hæ duæ ſpecies reliquas quoque complectantur, quæ pro ratione [illegible] ſufficere mihi viſæ ſunt.

aliorquin et fundamentali formae principia ſolida, ex his vero concluſiones legitime nectit, et ita pleniorem eius ſenſum eruit, licet verba eiuſdem eum exprimere non videantur m). Saepe enim contingit, ut legiſlator minus locutus fuerit, plus autem ſenſerit, vel etiam ut alia verba adhibuerit, quae in ſuo ſignificatu latiorem ambitum habeant, ſed intentio eiuſdem eouſque haud pertingat, quae potiſſimum ex *cauſſa finali legis* et *mente ratione* eius *hiſtorica* cognoſcitur. Quocirca *lex* quaelibet *ſcripta* ex ratione eiuſdem *cauſſae* vel *naturali* aut amplianda, ſeu ultra verba extendenda, vel limitanda aut coarctanda contra *verborum* nimis *generalium* indolem, quae ſi in ſuo latiore ſeu ampliſſimo ſignificatu applicanda forent ad caſum contingentem praeſentem, in ſummam iniquitatem legem ipſam deducerent, a qua tamen alienus legiſlator fuiſſe videtur n). Utraque quidem interpretatio con-

D 2

m) Recte CICERO *lib. I. de offic. c. 13 ſemper in fide* (in promiſſis) *quid ſenſeris, non quid dixeris, cogitandum.* Pariter CELSUS in *l. 17 in f. D. de ſuppell. leg.* [illegible] *verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem,* [illegible] in interpretatione [illegible] [illegible] *l. 136. et l. 222. de V. S.* [illegible] [illegible] Ubi quaeſtio fuit, an etiam *ſolus* hic verbis [illegible] LABEO [illegible] formula verborum *figuram,* [illegible] *grammatica interpretatione*, ut ſummus Grammaticus, [illegible] PROCULUS [illegible] praeferebat *interpretationi legum,* quod [illegible] liberam in [illegible] prorſus eſſe [illegible] [illegible] POMPONIUS in [illegible] *l. 112.* Atque hoc [illegible] [illegible] [illegible] ICtus in *l. 30. D. de LL.*

n) Hoc indigitat ICtus in *l. 25. D. de LL.* [illegible] *ratio aut aequitatis benignitas patitur, ut quae ſalubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeveritatem.* Quemadmodum ergo [illegible] [illegible] *quod ſine curatore* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] *ſine curatore* [illegible] [illegible] [illegible], quod ſi [illegible]

coniungenda in eruendo legum ſenſu, perſpicuum tamen eſt, vtramque circa diuerſum occupatam eſſe obiectum, *grammaticam* quidem circa *verborum integritatem* et *ſignificationem*, quae praecedere debet; *logicam* vero circa id, quod legislatorem *mouit* ad ita disponendum, et in quem *finem* eam diſpoſitionem fecerit, verbaque paulo latius vel arctius conceperit. Nihil enim fit ſine *cauſſa ſufficiente*, maxime in rebus et negotiis ad bene beateque viuendum comparatis et ſpecialius determinatis, adeoque ad hanc in omni oratione et lege eſt reſpiciendum, vt verum loquentis vel legislatoris ſenſum eruamus.

Vtraque vſi ſunt ICti et Impp in LL. interpretandis.

§. IV. Vtramque interpretationem olim agnouerunt ICti et imperatores, optimi legum antiquarum interpretes, adeo vt ſaepe has duas ſpecies interpretandi inter ſe quoad modum *concipiendi* diſtinxerint, vtramque tamen nexu perpetuo combinandam eſſe crediderint. Generatim enim docuerunt, *ex legibus* ius reddendum eſſe; *verbum autem*: EX LEGI-

enim verba legis ad hunc caſum extenderentur, contra intentionem legislatoris id, quod in ſalubritatem minorum conſtitutum, illis noceret. *l.* 14. *C. de procur.* Recte hac de cauſſa aſſeritur in *l.* 19. *in f. C. de fid. inſtrum. quod pro quibusdam introductum eſt, inferre eis iacturam minime rationi conuenit aequitatis.* Cautum eſt Carboniano edicto, *cognitionem de ſtatu impuberis in annos pubertatis differendam eſſe*; ſaepe tamen contingere poteſt, vt eius magis interſit, mature et ſtatim de eo cognoſcere, quo caſu, vt recte ait ICtus in *l.* 3. §. 5. *D. de Carbon. edict. non debet aduerſus pupillum obſeruari, quod pro ipſo excogitatum eſt.* Quodſi ergo iudex ſecundum *verba edicti* iudicare et rem in tempus pubertatis differre vellet, cum ſummo eum incommodo, cui conſultum voluit, aut *ſtultus* aut *iniquus* foret, ex mente VLPIAN. in *cit. l.* Addenda potius *interpretationi grammaticae* haec limitatio ex *ratione* edicti Carboniani: niſi magis conſultum fuerit pupillo, ſtatim quaeſtionem ſtatus mouere, et aduerſarium ad eam mouendam prouocare, *ne, quod fauore eorum inductum eſt, quibusdam caſibus ad laeſionem eorum videatur conuerſum*, vt dicitur in *l.* 5. §. 1. *in f. C. de ſecund. nupt.* Aliud exemplum occurrit in *l.* 8. §. 24. *D. de transact.*

LEGIBVS, *attendendum eſſe tam ad legum* SENTENTIAM, *quam ad* VERBA, vt ait VLPIANVS o) ſimulque vtramque interpretationem ad legis intellectum adferendam eſſe indigitat. Docuit IDEM p) hoc exemplo adeo praeca- [illegible]

o) [illegible]

p) [illegible]

rii *de albo corrupto*, quod punit eum, qui, quod iurisdictionis perpetuæ cauſſa *propoſitum* erat in albo, dolo malo corrupit. Quamuis enim verba prætoris hæc fuiſſe: *quod iurisdictionis perpetuæ cauſſa in albo* PROPOSITVM *erit*, et de eo, quod iam *propoſitum* erat, accipienda eſſe videantur, edicto tamen locus etiam relictus eſt, *ſi dum proponitur vel ante propoſitionem corruperit.* Etenim rurſus vtramque interpretationem coniungit ICtus dicendo: *edicti quidem verba ceſſabunt, Pomponius autem ait, ſententiam edicti porrigendam ad hæc.* Pariter *ex lege XII. tab.* libertorum et libertarum tutelam ad patronos liberosque eorum pertinere crediderunt recte ICti, *non quia nominatim in ea lege de hac tutela caueretur,* (quæ tantum agnatis eam quoad *verba* detulerat, inter quos non erat numerandus patronus) *ſed quia perinde accepta erat per interpretationem, ac ſi verbis legis introducta eſſet,* vt IVSTINIANVS ait q). Hoc VLPIANVS r) ita eleganter declarat: *per eminentiam autem legitimi dicuntur, qui ex lege XII. tabularum introducuntur ſeu* PROPALAM (i. e. aperte κατὰ τὸ ῥητὸν) *quales ſunt agnati: ſeu* PER CONSEQVENTIAM (ex ſententia legis) *quales ſunt patroni.* Vel vt IDEM alibi s) ait: *tutela legitima, quæ patronis defertur ex lege XII. tabb., non quidem* SPECIALITER *et* NOMINATIM *delata eſt, ſed* PER CONSEQVENTIAS *hereditatum, quæ* EX IPSA LEGE *patronis datæ ſunt.* Rationem conſequentiæ ex ipſa *ratione fundamentali* tutelæ legitimæ trahit euidentius imperator atque: *eo ipſo, quod hereditates libertorum libertarumque, ſi inteſtati deceſſiſſent, iuſſerat lex ad patronos liberosue eorum pertinere,* cre-

dide-

q) §. vn. I. de legit. patron. tutela. r) In fragm. tit. XI. §. 3.
s) l. 1. pr. D. de legit. tut.

dixerunt veteres, voluiſſe legem etiam tutelas ad eos pertinere, cum et agnatos, quos ad hereditatem lex vocat, eosdem et tutores eſſe iuſſerit t). Vnde recte collegerunt ICti Romani, non tantum contra legem facere, qui id facit, quod diſertis verbis lex prohibet, *ſed etiam, qui ſaluis verbis legis, ſententiam eius circumuenit,* u) quia ita legem eludere intendit, verba quidem ſeruando, ſed aperte contra *rationem legis,* quae veram *mentem* legi ſuppeditat, agendo.

Grammaticae interpretationis vſus in LL. XII tabb. productis tam durus.

§. V. Hanc vero vtriusque *interpretationis* vnionem, in recta ratione fundatam, non coluit adeousque indiſtincte priſca Romani fori aetas, quae paulo poſt XII. tabulas in aes inciſas exſtitit. Praeualuit eo tempore in plerisque cauſſis *interpretatio grammatica,* derelicta ſaepe *logica,* vnde non potuit non facies iurisprudentiae paulo horridior et deformior fieri, ab omni *aequitate* hoc modo remota x). Ratio primario petenda

t) in *cit.* §. VII. vbi etiam hanc rationem addit: *quia plerumque vbi ſucceſſionis eſt emolumentum, ibi et tutelae onus eſſe debet,* quam regulam ſuam etiam fecit QVINTVS MVTIVS SCAEVOLA in *l.* 73. *pr. D. de R. I.*

u) *l.* 29. *D. de LL.* Quod etiam eleganter confirmant imperatores in *l.* 5. *C. de LL.* et, *non dubium eſt,* inquit, *in legem committere eum, qui* VERBA LEGIS *amplexus, contra legis nititur* VOLVNTATEM. *Nec poenas inſertas legibus euitabit, qui ſe contra* IVRIS SENTENTIAM *ſaeua praerogatiua* VERBORVM *fraudulenter excuſat.* Addit, ſufficere legem aliquid prohibuiſſe, licet legislator ſpecialiter non dixerit, aliud prohibitum inutile eſſe debere, quod hoc *quaſi expreſſum ex legis voluntate colligere liceat.* Illuſtrat hoc ipſum OLENHARDVS FELDMANNVS in comm. *ad Digeſt.* et quidem ad *l.* 17. §. 15 *ſeqq. D. de LL.* exemplo huius legis: *ne quis noctu in publicum abſque lucerna prodeat.* Sine dubio contrariet in legem, qui vel lucerna abſque lumine accenſa, incedit, vel tali lucerna prodit in publicum, quae nullum edit lumen, qua fuere vti ſoliti, a quibus erant appellatae *dunkle-Laterne.*

x) Non quidem in vniuerſum abiecerunt interpretationem logicam, quod vel ex *tutela patronorum* per legitimam conſequentiam ex verbis XII. tabb. deducta, manifeſtum eſt, conſtat tamen plerosque adeo in *verbis harum legum* delicias ſuas quaeſiuiſſe, vt ſaepe *ius durum,* ſecundum verba legum, praeualuerit aequiori interpretationi.

At

tenda eſt ex *ſuperſtitioſa veneratione verborum*, quibus leges praedictae expreſſae erant, fraudibus ſine dubio patrum omnium mentibus inſinuata et per ICtos illius temporis promota, primos

Ait CICERO pro Murena cum permulta praeclare legibus eſſent conſtituta, ea Iureconſultorum ingeniis PLERAQVE corrupta et depravata ſunt. Paulo poſt IDEM addit: in omni denique iure civili aequitatem (ſeu interpretationem benignam) reliquerunt, verba ipſa tenuerunt, quo teſtimonio nihil evidentius adferri poteſt. IANVS VINCENTIVS GRAVINA in orig. iur. civil. lib. I. §. 46. hac de cauſſa quatuor aetates iurisprudentiae diſtinguit, quarum primam antiquam iurisprudentiam nominat, quae ſtatim poſt XII tabb. prodiit, aſperam quidem, ut eius verbis utar, ſcrupuloſam et triſtem, non tam in aequitate, quam in VERBORVM SVPERSTITIONE fundatam, quae CICERONIS aetatem fere attigit, manſitque annos circiter CCCL. Illuſtrat hoc exemplo ſucceſſionis agnatorum ab imperatore IVSTINIANVS in §. 3. I. de legitim. agnat. ſucceſſ. quae in agnatione fundata erat. Quamvis enim lex XII. tabb. omnes agnatos ſive maſculos ſive feminas cuiuscunque gradus ad ſucceſſionem admitteret, media tamen iurisprudentia, ut, quae erat quidem lege XII. tabularum iunior, imperiali autem diſpoſitione anterior (ex interpretatione prudentum orta) ſubtilitate quadam excogitata differentiam (inter ſorores defuncti et reliquas agnatas) inducebat, et penitus has a ſucceſſione repellebat: donec praetores paulatim ASPERITATEM IVRIS CIVILIS corrigentes, ſive, quod deerat, adimplentes, humano propoſito alium ordinem ſuis edictis addiderunt. Meminit imperator aſperitatis iuris civilis, eamque poſtea humanitati praetoriae opponit, qua verum mentem legis XII. tab. reſtituerunt, certo indicio, interpretationem primam ICtorum fuiſſe nimis aſperam et anxiam, VT GRAVINA ait, atque ut olim nudis in verbis legum Moſaicarum quaſi adhaerebant, et ſuperſtitioſo cultu quaevis verba proſequebantur, veram mentem autem ſaepe relinquebant, unde talis interpretatio quoque iudaica a Mcis dici ſolet, exemplo HARPRECHTI ad inſtit. I. o. [illegible] Denique POMPONIVS quoque in l. 120. de V. S. idem confirmat atque: verbis legis XII. tabb. his: uti legaſſit ſuae rei, ita ius eſto, latiſſima poteſtas tributa videtur, et heredes inſtituendi et legata et libertates dandi, tutelas quoque conſtituendi: ſed id interpretatione coangustatum eſt vel legum, vel auctoritate iura conſtituentium. Hac coangustatione non tantum legibus poſtea latis, ut Falcidia, Voconia ceteris adſcribenda, ſed etiam interpretationi prudentum contra mentem XII. tabularum quae ſaepe abiecerunt. Poſthumum alienum heredem inſtitui non potuiſſe, ait Imperator in § 28. I. de leg. Quod de ſententia XII. tabularum recte accipit LAELIVS TAVRELLVS in comm. ad L. Gallus et L. Velleius. Hanc autem reliquiſſe iurisprudentiam antiquam, imperator innuit in §. 26. I. eod. ut regulas tit. I. de bon. poſſeſſ. accepimus alterum, poſthumum alienum heredem inſtitutum iure civili non potuiſſe

mos *iuris* illius *ciuilis*, in ſpecie ſic dicti, conditores. Pleriſque in *diſputationibus forenſibus*, quibus has leges in varium ſenſum torquebant, y) *verbis* earum inſiſtebant his delectabantur, ac incautos atque imprudentes capiebant, et tamen ſimul praedominabantur in foro. Inde varias *regulas* colligebant, collectas vbique in vſum deducebant, et ex hac *dura interpretatione grammatica* nouum *ius ciuile* efficiebant, ab omni humanitate alienum, quod *ſine ſcripto* venire dicebatur z). Haec *interpretatio grammatica*, qua iuriſperiti in foro poſt XII. tabulas promulgatas ducebantur, ex ſuperſtitioſo *verborum* legis cultu, *ius ſtrictum* atque *aſperum* operabatur ita dictum, quod nimis aſpere *verbis legum* alligatum eſſet a). Hoc vero tandem, quia ſero ſapiebant Phryges, nauſeam praebebat, *Idque emolliebat interpre-*

E

tuiſſe adire hereditatem, quod de hac dura interpretatione accipiendum, vnde *ius ciuile* natum erat. Ius dubium in hoc principio nitens fundatum, quod in ventre exiſtentes iure hominum nondum haberi poſſent. Sed hanc aſperam interpretationem non agnouit ius XII. tabularum, vnde etiam imperator in *cit. pr.* hoc correxit ex hac ratione *quaſi et iure ciuili* (ſecundum verum ſ. L. XII tabb. mentem) eos *compararetur* fuiſſe. Eandem differentiam in exheredatione liberorum obſeruat IVSTINIANVS in §. 5. *I. de exhered. liber.* quam *nouellas*, h. e. antiquum ius ciuile, contra mentem XII tabb. introduxerat. Denique quia lex XII. tabularum adducta in *l. 120. D. de V. S.* mentionem fecerat *patrisfamilias*, inde collegerant, feminas quascunque a teſtamenti factione eſſe excludendas, adeoque rigoroſa appellatione hanc inhaerentem, quae de cunctis quoque id iure pretorio correctum fuiſſe videtur, conceſſa feminis, quae ſui iuris erant, poteſtate teſtamenti condendi, teſte VLPIANO in *fragm. tit. XX. §. 15.*

y) AL POMPONIVS in *l. 2. §. 5. D. de orig. iur.* *His legibus latis, coepit, vt natura euenire ſolet, vt interpretatio deſideraret prudentium auctoritatem neceſſariam eſſe diſputationem fori.* Haec verba corrupta ac vitioſa eſſe quilibet animaduertit facile, quae ex duobus codicibus MSS. ita reſtituit modo dictus CORNEL. VAN BYNKERSHOEK in *praetermiſſ. ad l. 2. §. 5. de orig. iur.* *His legibus latis, coepit, vt naturaliter euenire ſolet, vt interpretatio deſideraret prudentium auctoritatem, neceſſariam diſputationem fori.*

z) VT POMPONIVS *cit. l. indicat.*

a) Admodum ſuo tempore ſuamque interpretationem ſupra CICERO et contra ſtrictum aſperumque iuris ciuilis declamauit

tatio Logica Praetorum.

bebat, vt praetores pro emolliendo *iure ciuili* antiquo ex aequitate, hactenus derelicta, edicta contra illud proponerent, et ex his *interpretationem logicam* variis artibus et per indirectum

rursus

non pugnabat. In genere de interpretatione legum in orat. pro *Caecina* egregie disserit, eosque oppugnat, qui, relicta interpretatione logica, ex verbis modo omnia metiebantur, praesertim quod ipsi res esset cum AEBUTIO, qui vim interdicti *unde vi*, eludere conabatur, distinguendo inter *deiectionem*, quam negabat, et *eiectionem*, quam a se factam fatebatur, sed de illa non loqui interdictum credebat. Allegabat: *Ego eieci te, non deieci.* Respondebat CICERO, quod *tam callide verbis contorqueas, non aequitate defendas et iura non utilitate communi, sed litteris exprimantur.* Redarguit porro variis modis hanc *interpretationem literalem* atque: *Etenim cum voluntas et consilium et sententia interdicti intelligatur, impudentiam summam aut stultitiam singularem putabimus, in verborum errore versari, rem et causam et utilitatem communem non relinquere solum, sed etiam prodere? An hoc dubium est, quin neque verborum tanta copia sit non modo in nostra lingua, quae dicitur esse inops, sed ne in alia quidem ulla, res ut omnes suis certis ac propriis vocabulis nominentur? neque quicquam opus sit verbis, cum ea res, cuius causa verba quaesita sint, intelligatur? Quae lex, quod senatus consultum, quod magistratus edictum, quod foedus aut pactio, quod (ut ad res privatas redeam) testamentum, quae iudicia aut stipulationes aut pacti et conventi formula non infirmari aut convelli possit, si ad verba rem deflectere velimus; consilium autem eorum, qui scripserunt, et rationem et auctoritatem relinquamus? Sermo hercule et familiaris et quotidianus non cohaerebit, si verba inter nos aucupabimur.* Addit paullo post: *non enim verbis rerum pendere ius, sed verba servire hominum consiliis et auctoritatibus.* Idem porro inculcat contra quorundam ICtorum *interpretationem literalem*, quam in foro adhuc frequentem esse animadvertebat *lib. II. de invent.*, docetque: *nullam esse neque legibus, neque scriptura ulla, denique ne quidem in sermone quotidiano atque imperiis domesticis recte posse administrari, si unusquisque velit verba spectare, et non ad voluntatem eius, qui verba habuerit, accedere.* Specialius post pauca haec ad leges applicat, docetque, *leges nobis caras esse non propter literas, quae tenues et obscurae notae sunt voluntatis, sed propter earum rerum, quibus de scriptum est, utilitatem, et eorum, qui scripserunt, sapientiam et diligentiam.* Addit: *unde ex voluntate legis interpretari, qui sententiam eius, non qui scriptum sequantur.* Tot repetita monita indicium praebent, adhuc tempore CICERONIS ea fuisse necessaria in foro ad *callidas interpretationes* reformandas, quae vsque ad eius aetatem praeualuisse videntur. Horum diligentia et doctrina in primis factum, vt ICti ad *humaniorem iurisprudentiam*, antehac desertam, redirent, et cogitarent, quod et CICERO *lib. I. de invent.* monet, *multis in legibus multa esse praeterita, quae idcirco praeterita nemo arbitratur, quod ex ceteris, de quibus scriptum sit, intelligi possint.*

rurſus reducerent, vt ex hac cauſſa *ius ciuile* et *praetorium* ſibi opponantur b).

§. VI. Promouit vero admodum hanc interpretationem litteralem, ſeu ſecundum verba compoſitam, patrum inſtitutum, qui mox, legibus XII tabularum publicatis, *actiones* compoſuerunt, easque *certas ſolemnesque* eſſe voluerunt, ne populus, prout vellet, eas inſtitueret c). Comminiſcebantur e- *Subtilis interpretatio grammatica produxit Actiones legis et formulas ſolennes.*

E 3 num

b) Hinc diuerſitas illa [illegible] quod ius ciuile [illegible] praetorium vero magis in aequitate fundatum eſſet. [illegible] lege [illegible] l. [illegible] de [illegible]. Quibus [illegible] 6. [illegible] XII tabularum [illegible] Lex [illegible] VI. [illegible] CICERO [illegible] *in lege* [illegible] *vſu*. [illegible] Verum in hac [illegible] ICti ab omni aequitate abhorrent, quod [illegible] ſimpliciter et abſolute [illegible], et [illegible] ab hoſtibus forſan captos, reipublicae cauſſa abſentes, [illegible] culpa [illegible] poſſet, [illegible] legem [illegible] eſſe. [illegible] reſtitutionem in integrum [illegible], a ICtis in interpretando hac lege [illegible]. Quis enim crederet, hanc fuiſſe legis mentem, [illegible] Sed ICti [illegible] legis verba [illegible] reſtitutionem in integrum [illegible].

c) Ad POMPONIVM in l. 2. §. 6. ff. de orig. iuris [illegible]

rum varios ritus, certasque formulas, quibus tam voluntariæ quam contentioſæ juriſdictionis actus expedirentur, hoc ſub commento, quod quævis *legitime* ſeu *verbis legum* eſſent proponenda d), a quibus ne latum unguem liceret recedere, quæque ab ipſis, quos tangebat negotium, eſſent peragenda, excluſo omni procuratore e). Auctæ poſtmodum in infinitum hæc

CIRVS *eodem tempore fere*, *actiones compoſitæ ſunt*, *quibus inter ſe homines diſceptarent*, *quas actiones*, *ne populus*, *prout vellet*, *inſtitueret*, *certas ſolemnesque eſſe voluerunt*. *Unde legis actiones*, i. e. *legitimæ actiones* vocatæ ſunt, quod his formulis leges XII tabularum *actuoſæ* maxime fieri viderentur, ſeu in actum deducerentur. Atque tum hæ ipſæ formulæ ſeu actiones, tum harum interpretandi ſcientia apud collegium pontificum, et ita tenetra in poteſtate *patriciorum* erant, unde hoc collegium conſtabat. Hi ergo quavis occaſione conſulendi, in magna potentia propterea poſiti, ut CICERO *orat. pro Murena* teſtatur, et, quod magis erat, *hanc artem ſecum pervulgare noluerunt obtinenda atque augendæ potentiæ ſuæ cauſa*. Hiſ tandem publicatis, primariæ ICtorum partes fuerunt, in his aliis ſuppeditandis et explicandis, ut CICERO *lib. I. de orat. cap.* 55. ICtum per ſe nihil aliud fuiſſe aſſeverat, *niſi leguleium quendam cautum et acutum, præconem actionum, cantorem formularum, aucupem ſyllabarum.*

d) Facile fraude patriciorum et in primis pontificum populus in eam trahebatur ſententiam, verba ipſa legum grauiſſimum pondus habere. hinc ſuperſtitio colenda, nec actum civilem plenum conſiſtere videre, niſi adhibitis formulisque ad ſuperſtitionem usque legum verbis peractus fuiſſet. Ex hoc ſuperſtitioſo *verborum* cultu formulæ conflatæ ſunt, ex ipſis *legum verbis* compoſitæ, ut, quidquid proponendum eſſet, *verbis* ipſis *legum* proponeretur. Egregie hoc illuſtrat GRAVINA *in orig. iur. civ. lib. II.* §. 70. et, *hinc*, ait, *populi Romani ſuperſtitionem prudentes ex uſu ſuo duxerunt atque ut omnia negotia privatorum ad ſe traherent, ſingulas alias atque cogitationes contrahentium et in foro diſputantium conceptis verbis et præſcriptis formulis devinxere, ita ut omnem populum ad ſuam referrent auctoritatem traduxerunt*. Paulo ante in §. *eod. ab initio* dixerat: *Romani a prima rudes, quicquid agerent, certis verbis atque ſignis maxime exprimebant, quaſi nihil foret legitimum, niſi ea verborum et ſignorum religione fuiſſet obſignatum; nihilque ratum habebant, niſi quod ſuis eſſet verbis expeditum.*

e) *L.* 77. *et l.* 123. *D. de reg. iur.* Inde olim hæc duritiſſima iudicialis contrarietas cauſa deducebatur, quod per *procuratorem* peragi et nemo *alieno nomine* agere poſſet, ceu ipſe imperator *pr. I. de his, per quos agere poſſ.* prodit. Unde neceſſitas effecit, ut dominium litis antea per *ſolemnem cauſam* transferendum eſſet in alium, per quem conſiſtere ſuam in iudicio peragere

haec verba *ſolennia*, ita vt fere quaeuis negotia verbis *directis* et *ſolennibus* expedienda et perpauca ab his vacua eſſent f). Haec iuſto volumine collegit noſter BRISSONIVS g) eorumque ſimul *ſignificatus* in opere, *de verborum ſignificationibus*, quod in nouam formam digeſtum rurſus publicandum ſuſcepit lumen academiae noſtrae B. HEINECCIVS, dedit, vt vtrumque opus

E 3 ad

ro veſtem, quod plenius exſecuti *in diſſ. de aurea lege.*

f) Talis eſt CICERO *lib. III. offic. c. 17. ſed nos veri iuris germanaeque iuſtitiae ſolidam et expreſſam effigiem nullam tenemus, vmbra et imaginibus vtimur.* Formulas appellatione *imaginum et vmbrae* intellexiſſe CICERONEM, ipſe in ſequentibus declarat addit[que]: *eas ipſas vtinam ſequeremur! feruntur enim ex optimis naturae et veritatis exemplis.* Declarat hoc ex hac duplici formula: *vti ne propter te fidemue tuam captus fraudatusue ſim.* quam illa aurea: *vt inter bonos bene agier oportet et ſine fraudatione.* Non ſublatus formularum vſus in conſiſtendis [illegible] agrorum [illegible] ad publica et priuata alia facile tractus: velut ad *ſponſalia*, *coemtiones vxorum*, *teſtamenta*, *contractus ciuiles*, et plura alia negotia, quae ſpeciem legum [illegible] [illegible] *retinuere*, vt *tota fere iuriſprudentia prope ex ſingulis litteris atque interpunctionibus verborum conſtare fuerit*, vt [illegible] ait CICERO *pro Murena.* Sed [illegible] non ab hac [illegible] vindicare Romanorum [illegible], poſtquam hac in re [illegible] fecit noſter B. HEINECCIVS in [illegible] de iuriſprudentia Romanorum formularia quaedam, quod [illegible], in tali apologia, quae pro hac *formularia iuriſprudentia* ab aliis quoque paſſim ſuſcepta eſt, duo extrema vitanda eſſe credam: tum ne diſſimulemus ea, quae et [illegible] vſu obſeruarunt iuriſprudentium: tum ne cum CICERONE [illegible] verba haec *iuriſprudentia, fraude et fallacia pleniſſima fuiſſe* aſſeramus: quibus verbis in odium et contemtum [illegible] eſt, quod harum formul. [illegible] non intelligeret, nec [illegible] ſuas aſſequeretur.

g) In praeſtantiſſimo opere *de formulis et ſolennibus populi Romani verbis*, in quo magno labore et conuenienti ordine collegit quae ad rem *formulariam* facere poſſunt. AIMARO RANCONETO hunc tribuunt partem PATINIANA, in quibus p. [illegible] haec leguntur: *Ranconet etoit ſi mal dans ſes affaires, qu'il fournit de [illegible] a Robert et Charle Eſtienne. Le preſident Briſſon s'eſt auſſi fait honneur des formules, qui ſont de Ranconet.* Verum ab hac calumnia [illegible] vindicauit vir eruditiſſimus FRANCISCVS CAROLVS CONRADI, Profeſſor in alma [illegible] longe meritiſſimus in praefatione [illegible], quae in academia noſtra

ad intellectum iuris Romani inſigne præſtet adiumentum. Duæ vero qualitates peculiares harum *formularum* ex verborum ſolen-

ſtra anno MDCCXXXI. prodiit. Plura tamen deſiderantur viri eruditi in hoc opere, quæ licet non diſſimulanda ſint, pretio operis tamen nihil detrahunt, ſed magis acuere debent aliorum induſtriam, vt, quæ deſunt huic libro vel in eo monenda ſunt, vel ſuppleant vel emendent. Quatuor, meo iudicio, ſunt, quæ in hac *formularum* collectione præ aliis deſiderari debent. Primum eſt, *formulas* non fuiſſe eiuſdem generis, ſed quaſdam *certas ſolemnesque* ceu indicat POMPONIVS in *l. 2. §. 6. de orig. iur.* ad literam obſeruandas ſub pœna nullitatis: quaſdam vero vſu communi forenſi productas, quæ peculiares ſuos *ſignificatus* habuerant, ſed magis *arbitrariæ* fuerunt, nec pœnam *nullitatis* adiunctam habuerunt. Sicuti enim in omni doctrina *termini artis* et *formulæ*, quibus res deſignantur, ſolent introduci: ita quoque in *cauſis forenſibus* tales loquendi modi ſunt introducti, magis vſu, quam ex legum præſcripto, quibus ſapienter vtimur in negotiis forenſibus declarandis, ſed non præciſe cogimur, aut rem irritam agimus, ſi non [illegible] has formulas adhibemus. Eiuſmodi loquendi in foro formulas iam ante BRISSONIVM collegerat GVILIELMVS BVDAEVS in [illegible] qui ſub titulo *forenſium* prodiit, et *tom. III. eius oper.* inſertus. Interim opus eſt imperfectum et magis indigeſta quædam moles, quam *ordinatum* quoddam corpus, quæ tamen ex indice ſubiecto viam quandam accepit.

BRISSONIVS in commendationem ordinem ſuam compilationem quidem redegit, ſed tum *certas ſolemnesque formulas* cum aliis *conſuetis loquendi in foro modis* magis tamen *arbitrariis*, commiſcuit, quæ tamen ob *diuerſos iuris effectus* merito ſeparari debuiſſent. *Commemorat veterum legationumque* verba, ex quibus *beneficia* hereditas deberet, *certa*, *determinata*, et *ſolemnia* cum infinitis aliis erant, quod etiam CICERO *lib. I. de orat.* obſeruat: in quibus primaria ICtorum ſapientia conſiſtebat, quod ſingulares effectus eiuſdes haberent; verum plures præterea loquendi vſitatæ formulæ erant, ad quas nemo præciſe alligatus erat, quamuis vt plurimum adhibita, ne quis in ſtylum forenſem peccaſſe videretur, quod a plerisque probroſum haberi ſolet. *Secundum* eſt, quod ſignificatus *formularum forenſium* haud adhæſerit et ſpecialiter determinauerit, ſed in nuda *collectione* ſubſtiterit, quod tamen GVILIELMVS BVDAEVS vt plurimum obſeruauit, vel bonis verbis forenſium verborum genuinos ſignificatus addendo. Deſiderauit etiam hunc defectum illuſtris BYNKERSHOEKIVS in lib. ſingulari *ad l. lecta 40. de reb. credit. c. III.* cenſuitque, iuſte dubitari poſſe, an laudanda magis ſit BRISSONII in formulis comportandis diligentia, an damnanda eiuſdem de earum ſignificatione taciturnitas. Addit: *ſi omnino non verba dumtaxat ſolemnia, ſed et eorum vim et poteſtatem explicaſſet, appariturum ſatis, non-*

non

ſtricte interpretandæ erant.

rant, recedi poſſet, ſub pœna nullitatis h): altera vero, quod ſtrictiſſimam haberent interpretationem, verbisque adeo inhærendum eſſet, vt vltra ea procedi non poſſet, ſed vnice ius eſſet, quod lingua nuncupauerat vel ſcripto comprehenſum erat i). Inde vero neceſſario *grammaticæ interpretationi* primus concedebatur locus in quibuscunque cauſſis per has formulas explicandis, et ſic quoque ipſæ leges, ex quibus formulæ compoſi-

h) Hoc *nota praeced.* in *tertio momento* iam illuſtratum eſt.

i) Hæc erat ratio verborum *ſolemnium et determinatorum*, vt *grammatica* in his vbique præualeret *interpretatio*, ſepoſita *logica*, quæ mentem potius attendendam præcipit. Potiſſimum prouocaſſe videntur ICti veteres, tum ad *ſolemnem rationem* horum carminum, quæ talem ſuaderent verborum auctoritatem, tum ad legem *in tabula VI.* poſitam: *Quum nexum faciet mancipiumque, vti lingua nuncupaſſit, ita ius eſto*, vnde collegerunt, in ſolenniter perficiendis cauſſis id vnice ius eſſe, quod lingua nuncupaſſet, quod idem eſt, ac a *verbis ſolemnibus* non eſſe recedendum, nec mentem verborum aliunde ſupplendam. Sugillat vero hoc fundamentum interpretationis *litteralis* ſeu *ſtrictæ* CICERO *lib. I. de orat.* cenſetque optime, non ex vera mente legis XII tabularum colligi poſſe, ſed ex iurisperitorum doctrina hoc fluxiſſe. Ita enim nervoſe ait: *lapides me hercule omnes flere ac lamentari coegiſſet* (orator), *vt totum illud*, (ad quod ICti prouocant in foro) VTI LINGVA NVNCVPASSET, *non in XII. tabb. quas tamen omnibus bibliothecis antepono, ſed in magiſtri carmine ſcriptum videretur.* Recitat IDEM plura eiuſmodi carmina ſolemnia *in orat. pro L. Murena* additque: *in omni denique iure ciuili* (his verbis ſolennibus repleto) *æquitatem*, (quæ mentem legis per legitimas concluſiones logicas declarat) *reliquerunt, verba ipſa tenuerunt*, grammatica, immo plus quam *grammatica* contenti, vt ne quidem in *coemtione vxorum*, ab appellatione *Caiæ*, *quam exempli cauſa in alicuius* (pontificis) *libris inuenerant*, deſererent, putantes, *omnes mulieres Caias appellandas eſſe*. Inde vero *ſummum* ſeu *ſtrictum ius* naſcebatur, quod plerumque *ſummam iniuriam* conſtituebat. Eleganter IDEM *in orat. pro A. Cæcina* hoc declarat, oſtendens, ſæpe ICtos, contra quos *ſummo iure* contendebatur ex formularum ſtricto iure, non aliud præſidium cauſſæ ſuæ, quam ex *interpretatione logica*, adferre potuiſſe, quamuis hæc eo tempore adhuc admodum lubrica eſſet, et vix demum reuiuiſcere inciperet. *Nam cæteri*, ait, *cum ad iſtam orationem decurrunt, cum ſe in cauſſa putant habere æquum et bonum, quod defendant, ſi contra verbis et litteris, et, vt dici ſolet, ſummo iure contenditur, ſolent eiuſmodi iniquitati et boni et æqui nomen*

poſſent, et quibus applicandae erat, ſtrictam accipiebant interpretationem, vera earum mente neglecta. Ex hac interpretatione formularum ſtricta varias ICti nectebant regulas k), quae non poterant non ab humanitate et aequitate recedere, quam primario prae oculis habet *interpretatio logica*, unde etiam *per aequitatem* dici ſolet.

Ex quo variae [illegible] in iure ſuperſunt

§. VII.

[illegible] Unde illud, quod dicitur, VTI LINGVA NVNCVPASSIT, *[illegible]* [illegible] *tunc [illegible], ex aequo bono, [illegible]* [illegible] *ſimul ſeque, [illegible] eſſe [illegible], [illegible] defendere.* Hoc modo [illegible], in angustiis [illegible] *interpretationem logicam* [illegible] partem, eamque, non obſtante [illegible] quae [illegible] ſtrictum iuris [illegible], [illegible] eſſe.

k) [illegible] colligebant, (et quidem [illegible] [illegible]) (l) contractus *ſolemnibus* [illegible] *verbis* [illegible] *eſſe* [illegible], [illegible] l. [illegible] D. *de* [illegible]. Adeo [illegible] ſtricta verba [illegible] [illegible] [illegible], ut [illegible] quod maxime bonum et aequum eſſet, [illegible], [illegible] ſolemnibus non eſſet expreſſum. l. [illegible] D. *de verb. obl.* [illegible] contrahentes [illegible]. Quod magis [illegible] *conforme* eſt, quam [illegible], contrahentes *bona fide* [illegible] voluiſſe, [illegible] la. Hi, qui contrahebant, ſemper ſupponebant, licet verbis id non ſemper exprimerent. Et tamen in contractibus ſtricti iuris [illegible] agere non poterat, ſi formula [illegible] per [illegible] in ſtipulatione [illegible], quam [illegible] ſtipulationibus [illegible] l. [illegible] D. *[illegible]*. [illegible] ergo *interpretatio logica* in contractibus ſtricti iuris, quae [illegible] hanc [illegible], ut [illegible] tempore [illegible] ab [illegible] [illegible], [illegible] *lib. III de offic. c. 14* [illegible] k) contrarium in contractibus *bonae fidei* [illegible] interpretatio logica adeo locum habet, ut omne, quod bonum et aequum eſt, contrahentes [illegible] videantur, [illegible] [illegible], quae [illegible] [illegible] *[illegible]* [illegible]. In [illegible] [illegible] ad [illegible], ut res [illegible] ſit. Quaecunque autem ad agere debet, ut [illegible], obligatus quoque ad id [illegible], ne [illegible] quisquam ex iure [illegible] [illegible]. Atque [illegible] k. [illegible] ergo res vendita [illegible] dominium, [illegible] obligatur ad [illegible] [illegible] *praeſtandum* [illegible].

Tandem iuriſprudentia per interpretationem legicam humanior reddita.

§. VII. Tandem vero, variis remediis excogitatis, interpretationi *grammaticae*, quae luminibus iuris admodum officerat, adiuncta etiam eſt *logica*, quae per *legitimas conclusiones logicas* ex ratione eiuſdem veram legum mentem eruerunt, et ita facultatem agendi amplificarunt. Iam CICERONEM in eo totum fuiſſe, vt ex horum tortorum manibus eriperet et liberaret ius ciuile, antea dictum eſt, et eiuſdem monita adlata demonſtrant, praeſertim cum eius aetate iam ad humaniorem ſtatum, licet non peruenerit, quippe quod ex bono aequo natura per *conclusiones logicas* recte deduci poteſt, vt ut *mancipatio inique* deficiat, atque ea de cauſa *bonum et aequum*, ſeu quod recte rationi conforme eſt, vocetur. Altera (II) concluſio erat, verba teſtamenti *ſtricte* eſſe accipienda, quod verbis *directis et ſolemnibus* quarum olim eſſent exprimenda quaedam viſa fideicommiſſorum ignorarentur, quibus introductis, demum quaedam ſecundum *interpretationem logicam* eſtimabantur, quae deficiebat in verbis *legatorum et inſtitutionis heredum*. Qui *ſeruum proprium* inſtituebat heredem, ſine dubio intenderat quoque, eum liberum eſſe, licet mentio *libertatis* omiſſa eſſet. VLPIANVS tamen, ex *verborum directorum ſtricta et litterali interpretatione in fragm. tit. XXII. §. 12.* longe aliter ſubducit rationes, quum *ſed ſi ſine libertate ſeruus proprius ſit inſtitutus, omnino non valebat inſtitutio*, quae conſtitiſſet, ſi *logica interpretatione* vtendum fuiſſet. Si quis hoc modo heredis inſtitutionem verbis directis olim faciendam formamus: *Si frater meus ante me mortuus fuerit, Pamphilus heres eſto*, ſine dubio id egiſſe videbatur, vt frater, ſi teſtatorem ſuperauiſſet, heres eſſet. Verum talis tacita inſtitutio, quae per *logicam interpretationem* ex mente teſtatoris deducebatur, olim, vbi verba *directa* erant, non admittebatur. *l. 16. in f. de vulg. et pupill. ſubſtit. l. 19. D. de hered. inſtit.* Qui alteri proprietatem, alteri vero vſumfructum legare volebat, hac formula vti debebat: *Lucio Titio do lego fundum meum Tuſculanum*, DEDVCTO VSVFRVCTV. *Caio vero eiuſdem fundi vſumfructum.* Qui per incuriam omittebat formulam *deducto vſufructu*, id efficiebat, vt vterque in vſufructu concurreret, licet voluntas defuiſſet, adhibita *interpretatione logica*, repugnaret, ceu indicat ICtus in *l. 19. D. de vſu et vſufruct. leg.* his verbis: *quod niſi fecerit, vſusfructus inter eos communicabitur, quod interdum plus valet ſcriptura, quam peractum ſit*, et teſtator reuera ſenſerit. In hoc erat differentia olim inter *legata et fideicommiſſa*, quod illa quidem *verbis directis et conceptis*, haec vero *verbis qualibuscunque* relinquerentur, et ſic illa tantum in interpretationem *grammaticam*;

eum ſectis coeperit iuris ciuilis prudentia l), non quidem in totum, id quod non permittebat vſus *carminum ſolemnium* in plerisque negotiis adhuc vſitatorum, ſed tamen quoad maximam partem. Verum id nunquam praeſtitiſſet TVLLIVS, niſi coaeuum habuiſſet SERVIVM SVLPICIVM, ICtum tantae celebritatis, vt vnice fere ad eum, tanquam ad ciuitatis oraculum, omnes confluerent, et in cauſſis ambiguis eius conſilio vterentur. Hic in primis in artem deduxit iuris ſtudium prae ceteris ope dialecticae, et *interpretationem logicam* hoc modo pedetentim adhibuit ad legum veram mentem eruendam, antehac fere derelictam m). Atque *Conſilio Ciceronis* *et Studio Seruii Sulpicii.*

F 2

nieant: hoc vero etiam *legatum* admittentur. § 3. *I. de legat.* VLPIAN. *in fragm.* [illegible] *tit. XXV* § 1. Id [illegible] rum [illegible], vt verba in legatis effectum haberent. *L. 11 de R. I.* nec enim [illegible], et [illegible] interpretatione verborum. Sic *proprie vſu* legato, modicum hic etiam legitatio debebatur, vt docet [illegible] 12. § 2. *D. de vſu et habit.* [illegible] [illegible] *interpretanda ſunt* [illegible] *voluntates*, vt effectum, quem verba etiam ſuppeditant, [illegible].

l) [illegible] x. [illegible], antiquam illam, *non tam in aequitate, quam in verborum ſuperſtitione fundatam* iurisprudentiam [illegible] CICERONIS [illegible]. Adde [illegible] GRAVINA *lib. I. de orig. iur. ciu.* § 46. *qua hanc exceptis, ſuperiores longe homines ſunt*, [illegible] ſunt. Ipſe [illegible] CICERO omnis [illegible] fuit, vt [illegible] tradendi iuris ciuilis doctrinam et ad *aequitatem* [illegible] principia per *interpretationem legum* reducendi, oſtenderet, quod [illegible] poſſim, ſi liber eius, *de iure ciuili in artem redigendo*, ad nos perueniſſet, cuius meminit GELLIVS *in N. Att. lib. I c. 22.* Grauiter [illegible] redarguit [illegible], *qui* [illegible] *et* [illegible] *verbis et litteris* [illegible], et ita immedicabile vulnus iurisprudentiae inferebant, quo tamen [illegible] ad [illegible] laborauit iurisprudentia.

m) Fatetur CICERO *in Bruto*, [illegible] SERVIVM SVLPICIVM *in* [illegible] *ſummo* [illegible] *fuiſſe*, aliaque eius virtutes, quauis occaſione, laudat, vitam vero eruditionem ac ſtudia noſtris temporibus egregie pro more depinxit V. C. EVERARDVS OTTO *in tract. de vita, ſtudiis, ſcriptis et honoribus Seruii Sulpicii*, *Lemoviis*, [illegible] *tom. V theſ. iur. Roman.* p. 1555. *ſqq.* inſerta. Admodum enim in iurisprudentiam praeclara merita extitit. CICERO *in Philipp. IX. circa fin.* [illegible] *omnes*, ait, *ex omni aetate, qui* [illegible] *ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, ſi vnum in locum conferantur, cum Seruio Sulpicio non ſunt comparandi. Neque enim ille magis iuris conſultus quam*

Tandem iurisprudentia per interpretationem logicam humanior reddita.

§. VII. Tandem vero, variis remediis excogitatis, interpretationi *grammaticae*, quae luminibus iuris admodum officeerat, adiuncta etiam eſt *logica*, qua per *legitimas conclusiones logicas* ex ratione eiusdem veram legum mentem eruerunt, et ita facultatem agendi amplificarunt. Iam CICERONEM in eo totum fuiſſe, vt ex horum tortorum manibus eriperet et liberaret ius ciuile, antea dictum eſt, et eiusdem monita adlata demonſtrant, praeſertim cum eius aetate iam ad humaniorem ſtatum

rum, licet non promiſerit, quippe quod ex huius actus natura per *concluſiones logicas* recte deduci poteſt, vtut *nuncupatio legum* deficiat, atque ex de cauſſa *bonum et aequum*, ſeu quod rectae rationi conforme eſt, vocatur. Altera (II) concluſio erat, verba teſtamenti *ſtricte* eſſe accipienda, quod verbis *directis et ſolemnibus* quaeuis olim eſſent exprimenda, quamdiu vſus fideicommiſſorum ignorabatur, quibus introductis, demum quaedam ſecundum *interpretationem logicam* aeſtimabantur, quae deſiderabantur in verbis *legatorum et inſtitutionis heredum*. Qui *ſeruum proprium* inſtituebat heredem, ſine dubio intenderat quoque, eum liberum eſſe. Licet mentio *libertatis* omiſſa eſſet VLPIANVS tamen, ex *verborum directorum ſtricta et litterali interpretatione in fragm. ſubtit. tit. XXII. §. 12.* longe aliter ſubducit rationes, aiens: *ſed ſi ſine libertate ſeruus proprius ſit inſtitutus, omnino non valebit inſtitutio*, quae conſtitiſſet, ſi *logica interpretatione* vtendum fuiſſet. Si quis hoc modo heredis inſtitutionem verbis directis olim faciendam formauerat: *Si frater meus ante me mortuus fuerit, Pamphilus heres eſto*, ſine dubio id quaeri videbatur, vt frater, ſi teſtatorem ſuperuixiſſet, heres eſſet. Verum talis tacita inſtitutio, quae per *logicam interpretationem* ex mente teſtatoris deducebatur, olim, vbi *verba directa* erant, non admittebatur. *L. 16. in f. de vulg. et pupill. ſubſtit. l. 19. D. de hered. inſtit.* Qui alteri proprietatem, alteri vero vſumfructum legare volebat, hac formula vti debebat: *Lucio Titio do lego fundum meum Tuſculanum*, DEDVCTO VSVFRVCTV. *Caio vero eiusdem fundi vſumfructum.* Qui per incuriam omittebat formulam *deducto vſufructu*, id efficiebat, vt vterque in vſufructu concurreret, licet voluntas defuncti, adhibita *interpretatione logica*, repugnaret, ceu indicat ICtus in *l. 19. D. de vſu et vſufructu leg.* his verbis: *quod niſi fecerit, vſusfructus inter eos communicabitur, quod interdum plus valet ſcriptura, quam peractum ſit.* et teſtator reuera ſenſerit. In hoc erat differentia olim inter *legata et fideicommiſſa*, quod illa quidem *verbis directis et conceptis*, haec vero *verbis quibuslibet* relinquerentur, et ſic illa tantum in interpretationem *grammaticam*;

tum flecti cœperit iuris ciuilis prudentia l), non quidem in totum, id quod non permittebat vſus *carminum ſolemnium* in pleriſque negotiis adhuc vſitatorum, ſed tamen quoad maiorem partem. Verum id nunquam præſtitiſſet TVLLIVS, niſi comitem habuiſſet SERVIVM SVLPICIVM, ICtum tantæ celebritatis, vt vnice fere ad eum, tanquam ad ciuitatis oraculum, omnes confluerent, et in cauſſis ambiguis eius conſilio vterentur. Hic in primis in artem deduxit iuris ſtudium præ ceteris ope dialecticæ, et *interpretationem logicam* hoc modo pedetentim adhibuit ad legum veram mentem eruendam, antehac fere derelictam m). Atque

Conſilio Ciceronis

et Studio Seruii Sulpicii.

ticam: hanc vero etiam *logicam* adhibuerunt. §. 3. *I. de legat.* VLPIAN. *in fragm. tit. XXV* §. 1. Id tantum praecauebatur, vt verba in legatis effectum haberent, *l. 12. de R. I.* nec omnino proſus amitterent, et alteri ſtricte interpretationi vacarent. Sic *procurator vſu legato*, modicum ius etiam legatario debebatur, vt docet Ulpianus in *l. 12. §. 2. D. de vſu et habit.* neque *enim tam ſtricte interpretandae ſunt voluntates*, vt effectum, quem verba etiam ſuppeditant, amittant.

l) Vetera iura [illegible] obſeruauit, antiquam illam, *non tam in aequitate, quam in verborum ſignificatione fundatam* iurisprudentiam ſuo aeuo CICERONIS mitigaſſe. Adde vero GRAVINA *lib. I. de orig. iur. ciu.* §. 46. *qui hanc aetatem ſuperiori longe humaniorem fuiſſe*, cuius rationes [illegible] ſunt. Ipſemet CICERO auctor fuit, vt cohaerentem rationem tradendi iuris ciuilis doctrinam et ad aequitatem eiusque principia per *interpretationem logicam* reducendi, oſtenderet, quod plenius cognoſci poſſit, ſi liber eius, *de iure ciuili in artem redigendo*, ad nos perueniſſet, cuius meminit GELLIVS *in N. Att. lib. I. c. 22.* Grauiter eorum redarguit calliditatem, *qui omiſſa ſententia et aequitate ius omne verbis et literis comprehenderent*, et ita [illegible] iurisprudentiae inferebant, quo tamen fere ad eius aetatem laborauit iurisprudentia.

m) Fatetur CICERO *in Bruto*, ſe et SERVIVM SVLPICIVM *in iiſdem exercitationibus ineunte aetate fuiſſe*, aliasque eius virtutes, quarum occaſione, laudat. Vitam vero, eruditionem et ſtudia noſtris temporibus egregie pro more depinxit V. C. EVERARDVS OTTO *in tract. de vita, ſtudiis, ſcriptis et honoribus Seruii Sulpicii*, [illegible] *tom. V. theſ. iur. Roman. p.* 1555. *ſqq.* inſerta. Admodum enim in iurisprudentiam praeclara merita eius [illegible]. CICERO *in Philipp. IX. circa fin.* vt, *omnes*, ait, *ex omni aetate, qui hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, ſi vnum in locum conferantur, cum Seruio Sulpicio non ſunt comparandi. Neque enim ille magis iuris conſultus* quam

Vnde ortu [illegible] [illegible]

quo ab hoc tempore demum [illegible] ortus et [illegible] in [illegible] vſum deductus credo prorſus, quod ab hoc tempore demum

[illegible]

[illegible]

demum ope SERVII SVLPICII iurisprudentia magis ad *aequitatem* fuerit tracta n), quod ſine *interpretatione per aequitatem logica* effici non potuit. Sicuti enim antea actionibus *directis*, ad *verba legum* compoſitis, paſcebatur forum, ita per *actiones utiles* nihil aliud indigitabant ICti aurei aevi, quam in quibus per *interpretationem logicam ex aequitate* concluſiones novae eruebantur, quae licet verbis ipſis non eſſent deſignatae, ex *ratione* tamen

eruditionem et paene divinam in legibus interpretandis, aequitate explicanda, impertiuntur *ſubtilitatem*, VT IDEM rurſus in *Philipp. IX.* inuenit, ut ſic *ſcientiſſima methodo* ius primum tradidiſſe et in artem hoc modo deduxiſſe videatur.

n) Vere, pro illuſtratione huius meditationis, obſervatione viri celeberrimi EVERARDI OTTONIS *cit. l.* §. 5. *Servius*, ait, *novam periodum inchoavit, dum ius civile in formam artis redegit: hoc eſt, immenſam et horridam quaſi ſilvam in pauca genera, haec in membra quaedam digeſſit, tum propriam cuiusque vim definitione declaravit, et omnia regulis tam certis inſtruxit, ut quaecunque nova conſultatio accideret, eius iudex ius haberet, et a quo aequo arceſſendo eſſet, cautio, qui penitus moneri poſſet ingenio, appareret.* Haec nova periodus inde notabilis eſt, tum quod aequitas naturalis a SERVIO in ipſum ius tranſlata, tum quod hoc in artem deductum fuerit. Inde vero prono alveo fluit, uſum *actionum utilium* ante huius tempora fuiſſe nullum, quas demum *interpretatio per aequitatem*, ſeu *logica*, in uſum deduxit, quum veterum reliquerunt, et loco eius *verba directa in formulis actionum* tenuerunt. Id enim, quod *aequum et bonum* eſt, ſed in communi hominum ſtatu fundatum, etiam in iure *utile*, et aequitatem ipſam *utilitatem* vocari, in BRISSONII *de verborum ſignificatione* opere *ſub voce utilitas*, uberrime expoſitum eſt, et ſupra in *not. a.* verbis CICERONIS illuſtratum. Quodſi tempore TVLLII haec diſtinctio in foro inter actiones *directas* et *utiles* cognita fuiſſet, facilius ipſemet aequitas calliduſque interpretationem ARBVTII, diſtinguendo inter *directionem et utilitatem*, ex propria fori doctrina, vincere et debilitare potuiſſet, de qua poſtmodum nullus dubitandi locus ſupereſſe potuit, poſtquam *cautelas formularum*, verba directa ubique in ore habentium et allegantium, per *actiones utiles* uſum ex obturarum, atque hoc modo exceptio *non competentis actionis*, quod verba directae formulae ad caſum propoſitum non quadrarent, repelli coepit per provocationem ad *actionem utilem*, quod licet *verba directa* ad caſum non quadrarent, ratio aequitatis tamen non deficeret. Neque enim, ſi *utiles* iam olim, ante SERVIVM, cognitae fuiſſent, in rei veritate aſſerere potuiſſet TVLLIVS, eos, qui eum praeceſſerant, *aequitatem* dereliquiſſe et *verba* tenuiſſe

legis, quæ *principium iuris ſolidum* conſtituebat, per legitimam concluſionem trahi poterant o). Promota hæc *interpretatio* deinceps

o) Neque enim verba *directa* aliud denotant, quam ſiderata, determinata, et ex verbis legum compoſita, quæ *formulæ* et *actiones directæ* vocabantur. [illegible] pro [illegible] *formulæ de omnibus rebus conſtitutæ*, *ne quis aut in genere* [illegible], *aut actionem* [illegible] *poſſet*. [illegible] *ſunt enim* [illegible] *damno*, *de* [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], *a præture forma*, *ad quas* [illegible] *accommodatur*. In hac ergo admodum [illegible] erant formulæ, ut ſtatim ex iis de *genere actionis* [illegible] conſtaret, et [illegible] [illegible] dicare poſſet, ut ſupra etiam ex verbis [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible]. Hoc tamen [illegible] modi non *formulæ* ſeu *actiones legitimæ*, uti vocantur in *l.* 33 in *f. de aqu. pluv. arc.* [illegible], quod ſtatim deficere actio crederetur, quoniam verba *actionis directæ* [illegible] ad caſum propoſitum non quadrarent, et [illegible], ex *identitate rationis* et ratione naturali deducta non deficeret; in qua opinione non poterat non rerum eſſe [illegible] [illegible] temporum, quibus *interpretationi* per *æquitatem* locus nondum erat relictus. Hac reducta, [illegible] regula: *quoties deficit actio*, *directa* [illegible] *vel exceptio*, *utilis actio vel exceptio eſt*, *l.* 21 *D. de P. V.* Sic ſi fructuarius opus fecerat, per quod aqua pluvia alteri noceret, *actio legitima* ex verbis legis deducta cum dominio proprietatis erat [illegible] dabatur in præſentem dominum; *utilis* tamen in fructuarium dabatur, quaſi dominum. [illegible] ſi [illegible] opus ſecerat, et quo [illegible] fructuarius petebatur, *utilis actio* quaſi domino dabatur *l.* 22 *D. de aq. et aq. pluv. arc.* Quamvis enim verba legis et formulæ actionis *inter præſentes fundorum dominos* eſſent concepta, fructuarius tamen fundi aliquid [illegible] habebat, neque vel nocebat, vel ei nocebatur [illegible] de [illegible], [illegible] quum erat, ut ad eum extenderetur hæc actio. Pariter actio familiæ herciſcundæ datur tantum *inter coheredes*, quales non erant proprie heres *fiduciarius* et *fideicommiſſarius*, cui pro dimidia reſtituenda erat hereditas, interim, quia dimidia reſtituta non poterat absque *divisione hereditatis*, [illegible] familiæ herciſcundæ iudicium recte inter eos inſtituebatur, quod eſſent *quaſi coheredes*, *l.* 40 *D. fam. herc.* Simile exemplum eſt in *l.* 49 *eod.* [illegible] *ſponte eſt*, [illegible] *adverſus coheredem dari*, *deficiente autem familiæ herciſcundæ*, h. e. heres deficiat *actio directa*, æquitas tamen non deficit, quominus [illegible] dari. [illegible] tamen eſt hanc extenſionem ex æquitate et [illegible] [illegible] deſcendiſſe, ſi illa actio deficiebat, æquitatis tamen [illegible] non deficeret, *l.* 21 *de P. V.* ne [illegible] a [illegible] [illegible] *antiqua* recederent. Quocirca [illegible] in *l.* 7. § 2 *D. arb. furt. caſ.* neque enim qui [illegible] arborem [illegible], [illegible] arborum [illegible], *neque enim*, *ait*, *aut cædit aut ſuccidit aut ſubſecant*, quod hæc caſu actio legis Aquiliæ non deficeret. Si ſecundum *interpretationem* [illegible] fuiſſet procedendum [illegible], [illegible] locus fuiſſet relinquendus, quod neque

itemque per imperatores variis reſcriptis, et iurisprudentiis formulariis etiam in humaniorem ſenſum in plurimis deducta eſt p), vtin non

vim inferat arboribus [illegible], qui cedat vel ſuccidit arbores et quae radicibus [illegible] [illegible], et eadem ratione idem quoque remedium producere debuiſſet. Crediderunt vero ICti humaniores, ſufficere, ſi in caſu demum neceſſitatis, a[d] remedia deſtituti ad [illegible] recurrere poſſent, et quatenus fieri poſſet, *directa* [illegible] nunquam obtinerent vigorem. Sicuti itaque ICti in ſcholis [illegible] educati, poſt haec tempora interpretationi per aequitatem legum locum relinquebant et remedia extra verba [illegible] extendebant ad caſus ſimiles [illegible] aequare, ita non diſſentiendum eſt cum [illegible] [illegible] *lib. III obſ.* [illegible] actiones [illegible] fuiſſe, [illegible] cum tamen, quidquid ex doctrina ICtorum, in [illegible] deducta, eſſe introductum, [illegible] qualitatem, et actio in factum praetoria tum demum locum habere in L. Aquilia, ſi nec directa nec vtilis locum haberet § [illegible] *Aquil.*, quem in ſenſum etiam accipio L. [illegible] D. [illegible]

p) Principes in reſcriptis ſuis adeo *interpretationem legum* ſequebantur, vt, quantum fieri potuit, etiam conſtitutiones ex verbis *directis* et *ſolemnibus* olim in teſtamentis traditas, ad humanitatem magis magisque compoſuerint. In *teſtamentis* aeque ac in *ſubſtitutionibus* verba *directa* [illegible] ac *imperativa* olim fuiſſe neceſſaria, reſtrictum eſt. Quae ſibi impuberi ſubſtitutio regulariter in vtrumque caſum ſubſtituebat: *ſi heres non erit, ſive erit,* *et intra pubertatem deceſſerit*, l. [illegible] §. [illegible] *D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* Quid ergo ſi pater poſthumo ita ſubſtituerat: *ſi mihi poſt mortem meam in decem menſibus proximis filius natus fuerit et antequam in tutelam ſuam venerit, mortuus, tunc M. Curius heres eſto*. Cum poſthumus natus non eſſet [illegible], quaeſitum fuit, vtrum M. Curius hereditatem petere poſſet, an vero proximus agnatus ſuccederet? Q. SCAEVOLA negabat, teſte CICERONE *lib. I. de oratore*: [illegible] *poſthumus et natus et antequam in ſuam tutelam veniret, mortuus eſſet, heredem eum eſſe poſſe, qui eſſet ſecundum poſthumum et natum et mortuum heres inſtitutus*. L. Craſſus contra eum defendebat ſententiam, [illegible] *hanc mentem fuiſſe, vt ſi filius non eſſet, qui in tutelam veniret, M. Curius heres eſſet.* [illegible] hanc cauſam agit [illegible] [illegible] *lib. I* [illegible] et varia in vtramque partem argumenta [illegible]. [illegible] non adeo dubia fuiſſe [illegible] magis [illegible] verba teſtamenti *directa*. [illegible] [illegible] conceptam [illegible] eſſe [illegible] Q. [illegible] SCAEVOLA. Imperat[ores] tandem reſcriptis hanc litem deciſam, teſte [illegible] in L. [illegible] *D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* [illegible] *ex D. Marci et Veri conſtitutione, vt cum pater ſi in impuberi in alterum caſum ſubſtituiſſet, in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intelligatur, ſive filius heres non extiterit, ſive extiterit, et impubes deceſſerit.* [illegible] certum in hac cauſa defuiſſe, [illegible] verba

non in totum deſerere potuerint antiqua principia, ex peculiari et ſtricta ratione formularum tracta q), quæ a *logica interpretatione* aliena fuerunt. Verum tandem abolitis ſublatisque formulis antiquis atque ſolennitatibus a tempore CONSTANTINI M. in plerisque cauſſis, et per IVSTINIANVM hac abolitione dilatata, magis interpretatio *logica* coniungi cœpit cum *grammatica* r), ſine qua hæc friget, atque ab hoc tempore præualuit ſententia: *in omnibus rebus præcipuam eſſe iuſtitiæ æquitatisque, quam ſtricti iuris rationem* s).

§. VIII.

verba initialia MODESTINI, per reſcriptum imperatorum demum ad certitudinem ex *voluntate præſumta* teſtatoris, redactum, quam magis ſequebantur imperatores quam rigorem *verborum directorum*.

q) ceu *not.* k. aliquot ſpeciminibus monſtrarum iui, quorum plura adhuc rudera in *Digeſtis* ſuperſunt.

r) CONSTANTINVS enim inanem *obſeruationem verborum ſolennium ſeu directorum* ſuſtulit in *l. 15. C. de teſtam.* et THEODOSIVS minor in *l. 1. C. de formul. et impetr. act. ſubl.* ex ſententia IACOBI GOTHOFREDI in *comm. ad l. 1. C. Theod. de omiſſ. act. impetr.* omnes formulas in foro radicitus amputauit. Prius illuſtrat EVSEBIVS *lib. IV. de vit. Conſtant. M. c. 26. in f.* *Præterea antiquis legibus cautum fuerat, vt morientes, et vltimum, vt ita dicam, ducentes ſpiritum, certis quibusdam verbis teſtamenta ſcrupuloſe componerent, præſcriptaque erant formulæ et ſolennitates et verba, quæ adhi oporteret. Ex quo plurimæ fraudes admittebantur, ad circumſcribendam morientium voluntatem. Quod imperator cum animaduertiſſet, hanc etiam legem emendandam ſtatuens, vt nudis verbis et qualicumque oratione teſtamentum condere morientibus liceret et ſupremam voluntatem quouis ſcripto declarare, aut ſi mallent ſine ſcripto teſtari, id facerent adhibitis dumtaxat teſtibus idoneis, qui fidem ſeruare abſque mendacio poſſent.* Quia vero Romani inter formulas educati et inſtituti erant, non videntur hæc in deſuetudinem abiiſſe, ſed vim ſuam continuaſſe, vt, qui teſtamentum *more antiquo* feciſſet, etiam *ius antiquum* in ſuo teſtamento locum habere voluiſſe videretur. Qua de cauſſa de nouo, ſed plenius, verborum ſolennium vim et efficaciam ſingularem ſuſtulit in teſtamentis IVSTINIANVS, et legata, quibusuis verbis et formulis relicta, exæquauit, atque cum fideicommiſſis adeo commiſcuit, vt penitus vnus idemque effectus legatis datus ſit, qui fideicommiſſis cohæret. Hoc ipſo in vltimis voluntatibus magis ad *voluntatem præſumtam defuncti*, ex regulis *interpretationis logicæ* deſumtam, quam ad *verborum directorum ſcrupuloſam efficaciam* reſpici cœptum, et ita vtraque interpretatio in illis coniuncta eſt.

s) Verba hæc autem ſunt CONSTANTINI et LICINII imperato-

rum

ICti Romani grammaticæ ſtudium eo nomine excoluerunt.

§. VIII. Interim ICti veteres, cum ſcirent, quanta vis et efficacia verborum et formularum forenſium eſſet, ſtudium *grammaticæ interpretationis* non deſeruerunt, ſed in primis exemplo SVLPICII cum dialectica coniunxerunt, *ſtudio litterarum* t) magnopere intenti. Florebat eo tempore Romæ, immo etiam in prouinciis, *grammaticæ ſtudium*, quod non in proletaria quadam recte loquendi et ſcribendi arte, ſed in *profundiori* quadam *ſcientia recte interpretandi poëtas, hiſtoricos*, aliosque ſcriptores conſiſtebat, adeoque in primis occupatum erat circa *verborum* et *litterarum ſignificatus* u). Græcis quidem et latinis litteris ab ineunte ætate dabant operam plerique, poſt,

eum in *l. 8. C. de iudic.* quibus ea ſententia exprimitur: in omnibus legibus non ſubſiſtendum in interpretatione *grammatica*, quæ *ſtrictum ius* producit, ſed præterea ex *logica* hauriendas *æquitatis* et *iuſtitiæ naturalis* rationes, et has ad mentem legum aliorumque negotiorum eruendam ſimul adferendas eſſe.

t) *Studium litterarum* profiteri eos, qui *grammatici* vocantur, ait CICERO *lib. I. de orat.* ſeu potius Romani, Græcorum exemplo eos, qui vim et efficaciam verborum exquirere norunt, *litteratos* vocarunt, obſeruante SVETONIO *de illuſtr. grammatic. c. 4.* Nam, vt ait QVINTILIANVS *lib. III inſtit. c. 1 Grammaticen in Latinum transferentes litteraturam vocauerunt*, et ipſa ſtudia elegantiora et illuſtriora *litteras humaniores* dixerunt, quod *humaniores* olim eruditiores et doctiores vocarentur, vt ex VARRONE GELLIVS *lib. XIII. c. 15.* obſeruat, additque: *humanitatem appellauerunt id propemodum, quod Græci παιδείαν, nos eruditionem inſtitutionemque in bonas artes dicimus -- bonas enim ſcientiæ cura et diſciplina ex vniverſis animantibus vni homini data eſt, idcirco humanitas appellata eſt.*

u) Quinam olim Romæ et in prouinciis *grammatici* floruerint, refert ſuccincte SVETONIVS *de illuſtrib. grammaticis.* Immunitatem hi a tutela habebant modo intra numerum eſſent, quem ANTONINVS PIVS pro diuerſa conditione ciuitatum determinauerat, vt *minores* quidem *tres grammaticos maiores* autem *quatuor: maxima* denique, quales in primis erant metropoles, *quinque* haberent. *l. 6. §. 2. D. de excuſ. tutor.* Ceterum *grammatica* non tantum legendi ſcribendique et bene loquendi artem deſignat, ſed etiam, quia *ſignificatus genuini verborum* ſine rebus, quibus applicantur, non recte intelliguntur, hiſtoriarum notitiam comprehendit, mul-

ſumta toga virili, præparabantur ad forenſem eloquentiam x). ICti tamen excellentiores per totum vitæ curſum non diſcedebant ab ea ſcientia, quam ad legum cognitionem perficiendam neceſſariam credebant. *Exemplo Atei Capitonis* Ipſum ATEIVM CAPITONEM, inter ICtos tempore AVGVSTI facile principem locum tenentem, *inter grammaticos rhetorem, et inter rhetores grammaticum* fuiſſe, refert SVETONIVS y), adeo vt ab ASINIO POLLIONE *nobilis grammaticus latinus et philologus* appellatus fuerit z), alioſque inſtruxerit. Qui itaque *vim verborum*, maxime ciuilium, recte intelligebat, et *ſtudium litterarum* ad iurisprudentiam adferebat, non poterat non, præſidiis litterarum humaniorum et philoſophiæ inſtructus, ad decus ſummum tum in

multarumque rerum fabularum atque aliarum rerum ſcientiam hoc modo in ambitu ſuo continet, vt obſeruat VOSSIVS *de grammat. lib. I. c. 6.* et SALMASIVS aliique, qui litteras humaniores ad iurisprudentiam attulerunt, ſuis euincunt exemplis. Quocirca etiam *iuris ſcientia* propter antiquitates in *grammatica* neceſſaria erat, quod in ſingulis artibus *propria verba*, quibus res earum deſignantur, ſ deprehendantur, quæ ex proprio ſuo explicanda ſunt, *vt prope omnium maximarum artium ſcientiam amplexa ſit* grammatica, vt ait QVINTILIANVS *lib. III. inſtit. c. 1.* Hac arrogantiam et intolerabilem faſtum in quibusdam *grammaticis* peperit, quem ſæpe SALMASIVS in ſuis ſcriptis prodit, ſique olim notatus fuit in MARCO POMPONIO MARCELLO, qui TIBERIVM male loquentem reprehenderat, hac obiurgatione adiecta: *tu Cæſar ciuitatem dare potes hominibus, verbis non potes.* Pariter REMMIVS PALAEMON *arrogantia fuit tanta, vt ſecum et natas et morituras litteras iactaret*, teſte SVETONIO *de illuſtr. grammat. c. 22. et 23.*

x) vt ſucceſſiſſe tradit B. HEINECCIVS *lib. I. hiſtor. iur. Rom.* §. 134.

y) *de illuſtr. grammat. c. 10.* vir maxime auctoritatis, *principem in ciuitate locum ſtudiis ciuilibus aſſecutus*, vt ait TACIT. *lib. III annal. c. 75. n. 2.* ſimul tamen ad aſſentationem eruditus, vt TIBERIVM contra grammaticum MARCVM POMPONIVM MARCELLVM, illum, quod non latine dixiſſet, reprehendentem, defenderet, aſſerens, *et eſſe illud latinum, et ſi non eſſet, futurum*, ex quo ſcilicet eo Cæſar vſus eſſet, quod tamen grammaticus magna cum libertate negauit, teſte SVETONIO *cit. l. c. 22.*

z) Ceu refert SVETON. *cit. l. c. 10. n. 3.*

in foro, tum in eruditorum campo progreſſi a). Eadem praeſidia quoque coluit eodem tempore ſtrenueque exercuit M. ANTISTIVS LABEO, ſtudio grammatices deditus pariter cum CAPITONE b), vt hi *pacis decora*

Antiſtii Labeonis.

G 3

a) Poſtquam enim AVGVSTVS ex [illegible] publicis decreuerat, facultatem reſpondendi de iure, olim omnibus communem, certis tantum eruditis [illegible], et quidem cum *auctoritate authentica* committere, praeter LABEONEM eiusque C. ATEIVM CAPITONEM, cui conſulatum etiam attribuit. Vterque ergo reſpondebat de iure *authentice*, vt tamen fas non eſſet, ab eorum reſponſis recedere. Sed plane diuerſum in vtroque ingenium. *Nam* ATEIVS CAPITO *in his, quae ei tradita fuerant, perſeuerabat*, nec ab antiquis ſuis opinionibus, quas *grammaticae interpretationi* nimium indulſerant, recedebat. LABEO autem *ingenii qualitate et fiducia doctrinae plurima innouare inſtituit*, et ſic hi duo primum diuerſas ſectas fecerunt, vt POMPONIVS refert in *L.* 2. § 47. *de orig. iur.* Vterque tamen dubio procul *ſtudium grammaticorum*, et ſic vtrumque ad interpretationem legum [illegible] et [illegible] tuit.

b) [illegible] teſtimonio hoc confirmat GELLIVS *de N. A. lib.* XIII, c. 10. [illegible] LABEO, ait, *Antiſtius iuris quidem ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, et conſulentibus de iure publice reſponſitauit, ceterarum quoque bonarum artium non expers fuit, et in grammaticam ſeſe atque dialecticam litterasque antiquiores altioresque penetrauerat, Latinarumque vocum origines rationesque percalluerat, eaque praecipue ſcientia ad enodandos plerosque iuris laqueos vtebatur.* His verbis ſimul [illegible] docet, quantum ad veram interpretationem legum, maxime antiquarum, faciant *litterae humaniores et rationalis philoſophia*, quippe qui hac interpretatione tum *grammaticam* tum *logicam* damnare recte [illegible] quod illa verum [illegible] verborum, haec vero plenariam legum mentem per legitimas concluſiones, et ratione et cauſſa finali deductas, [illegible] verborum [illegible] [illegible] vel denique generalitatem verborum ambiguam ad iuſtos limites, quos legislator pro ſcopo ſuo habuit, reſtringat. Recte enim ICti docent, *rationem adaequatam et fundamentalem*, qua legislator motus ad ita diſponendum, eſſe *legis animam*; *verba autem tantum eius corpus*, quae dum conſideranda et [illegible] ſunt, ne alias lex vel in merum *cadauer* degeneret, vel relicto corpore in *phantaſma* [illegible] videatur. Rationes itaque legum ſedulo ſunt perſcrutandae, neque hoc negat NERATIVS in *L.* 21. *D. de legib.* dicens, *et ideo rationes eorum, quae conſtituuntur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his, quae certa ſunt, ſubuertuntur.* Etenim non de legibus ſatis, ſed de reſponſis ICtorum verba accipienda eſſe, optime obſeruat [illegible] in comm. ad Digeſta et quidem ad eos [illegible] quos ſimpliciter [illegible], etiam [illegible]

decora c), licet diuerſo quodammodo ingenio d), fuerint. Quocirca quia hi duo prima ſectarum capita inter ICtos fuerunt, non dubium eſt, quin etiam ſucceſſores eorum, ad exemplum capitum ſuorum, in profundiorem verborum cognitionem penetrauerint, et, *formulis* atque *verbis directis* adhuc in foro vigentibus, admodum *interpretationem grammaticam* excoluerint, veras verborum ſignificationes ſedulo quaerentes, et pro ſubſtrata materia de illis iudicantes. Inde compilatores collegerunt titulum *de verborum ſignificatione*, interpretationi grammaticae quidem inſeruientem e), ſed profundiſſimam hanc materiam non exhaurientem, quod ICtis anſam dedit, vt ex fragmentis ICtorum antiquorum ordine alphabetico vberiorem ver-

Inde varia Scripta de verbor. ſignificat.

naſſa ratione adiecta, vt indici integrum non eſſet, ab iis recedere. Notanter etiam dicit ICTVS *quae conſtituuntur*, quod ICti *iura conſtituere*, h. e. authentice interpretari dicerentur, *L. 120. de V. S.* ibi *vel legum vel auctoritate iura conſtituentium*, h. e. iuriſprudentum, qui *authentice* iura interpretabantur, reſponſa dantes. Horum in rationes inquirendum non erat, ſed ſimpliciter valebant, vt ius facerent inter partes, et alias in ſimili cauſſa.

c) vt eos vocat TACITVS *lib. III. annal. c. 75.*

d) Indolem horum diuerſam retuli *not. a.* quae etiam diuerſas peperit ſectas.

e) Notanter dixi, verba pro *ſubſtrata materia* in quacunque diſpoſitione eſſe intelligenda, quod verba, iuris maxime, ambiguam habeant ſignificationem, ceu euidenter et diſtincte hic *theſaurus Briſſonio-Heineccianus* monſtrat. Qua de cauſſa nemo idoneus *tituli de V. S.* interpres eſt, niſi qui exemplo ſummi CVIACII, qui ad eum commentatus eſt, ſedulo ante omnia animaduertat, ex quo fonte ſinguli eiusdem capita deprompta, et de quo argumento in eodem primario actum fuerit, qua methodo CVIACIVS felicem GOEDDEO aliisque interpretibus id factum eſt, vt veram ſingulorum locorum explicationem dare potuerit. Huic fini admodum inſeruiunt *indices legum* IACOBI LABITTI, ANTON. AVGVSTINI et WOLFGANGI FREYMONI in vnum cum aliis opuſculis noua et faciliori methodo collecti a V. C. ABRAHAMO WIELINGIO, qua coordinatione id effectum eſt, vt iam facilior aditus ad inueniendam veram mentem ſingularum legum factus fuerit.

verborum ciuilium copiam colligerent, ceu infra declarandum erit. Præiuerat in hoc inſtituto iam dudum MARIVS VERRIVS FLACCVS, nobiliſſimus grammaticus, qui ſub Auguſto floruit f), et qui hunc poſtea ſecutus eſt, SEXTVS POMPEIVS FESTVS, qui *Verrii* libros de *verborum ſignificatione* in compendium deduxit, atque intermortua et iam ſepulta verba præteriit g). Dolendum vero, quod hoc antiquitatis vtiliſſimum monumentum in PAVLI Diaconi Longobardi manus tempore CAROLI M. inciderit, qui illud peſſime mutilauit, *vt cadauer pro homine, truncum pro corpore, ſemianimem pro viuo nobis reliquerit* h), cum tamen tot eruditorum paulisper reſtitutum, qui ICtis, ſolidiori philoſophia ductis, inſigne bene- *M. V. Flacci,* *S. P. Feſti,*

G 3 nefici-

f) VERRIVM FLACCVM ab AVGVSTO nepotibus eius præceptorem electum fuiſſe et cum tota ſchola in palatium tranſiiſſe, tradit SVETONIVS *de illuſtr. grammaticis c. XVII.* Varia ſcripſerat et inter alia etiam *de verb. ſignificat* libros, qui ſoli integriores conſeruati ſunt cura POMPONII FESTI.

g) SEXTI POMPONII FESTI ætas incerta quidem, non dubium tamen eſt, quin poſt MARTIALEM et CANIVM, quos laudat, vixerit, et ætatem chriſtianorum imperatorum attigerit, ceu obſeruat ANDREAS DACERIVS *in præfat.* eiusdem *libris de V. S.* præmiſſa. Præter hos libros ſcripſit etiam *de verbis priſcis* opus, quod plane intercidit, quem defectum poſtea ante ſeculum et quod excurrit, ſuppleuerunt AVSONIVS POPMA in libris duobus *de vſu antiquæ locutionis* et IANVS LAVRENBERGIVS *in Antiquario*, in quo ordine alphabetico antiqua obſoleta et minus vſitata verba exponunt, quæ olim merito fugienda eſſe cenſuerunt CAESAR et AVGVSTVS. Ille enim, teſte GELLIO *de N. A. lib. I. c. 10 in f.* ſcripſerat: *habe ſemper in memoria atque in pectore, vt, tanquam ſcopulum, ſic fugias inſolens verbum.* Hic vero *reconditorum verborum fœtores* vitaſſe et *genus loquendi elegans ac temperatum ſectatus* legitur apud SVETON. *in Aug. c. 86. n. 1.* Scripſit præterea AVSONIVS POPMA libros quatuor *de verborum differentiis*, et CORNELIVS FRONTO *de vocum differentiis* coniunctim cum aliis opuſculis editis, quæ etiam in *interpretatione grammatica* antiquarum legum Romanarum vſum inſignem præſtant.

h) Vt loquuntur ANDREAS DACERIVS et IOSEPHVS SCALIGER *in præf. ad Feſtum.* Ille inter omnes editiones optimam anno MDCXCIX in publicum emitti curauit, multa reſtituit,

neficium attulerunt i), quia hoc vtiliſſimo opere, tot vulneribus licet confecto, infinita iuris Romani capita illuſtrari poſſunt, et tum BRISSONIVS, tum HEINECCIVS in hoc opere, cuius in gratiam hæc ſcribo, eo egregie vſi ſunt, atque cogitationes ſuas exornarunt k).

§. IX.

ſtituit, et infinita notis eruditis illuſtrauit, adiectis IOSEPHI SCALIGERI, FVLVII VRSINI et ANTONII AVGVSTINI notis et alia fragmentis Feſti in calce apparentibus. Fata et hiſtoriam huius mutilati corporis plenius prælaudatus DACERIVS enarrat, et quid in hac elegantiſſima editione præſtiterit, ſimul refert in *præfat.* Addit IOSEPHVS SCALIGER in *ſua præfat. ad Feſtum*, mutato *Feſto* idem contigiſſe, quod ipſemet in VERRIO FLACCO auſus erat. *Feſtum enim, ait, qui Verrii Flacci libros truncaſſet, æquo animo debuiſſe ferre, ſi quomodo ipſe Verrium tractauerat, ſimiliter ipſe ab ipſo Paulo* (Diacono) *acciperetur.*

i) Id agnouit ſuo tempore IOSEPHVS SCALIGER *in præf. ad Feſtum*, atque, *tantum*, ait, *profecimus ex huius præſtantiſſimi ſcriptoris emendatione, vt ea e tenebris eruerimus, quæ ante hac nec nobis ipſis cognita fuerunt, nec temere apud alium ſcriptorem reperias. Sunt namque vetuſtatis venerandæ monumenta, præſertim ex antiquiſſimo Romanorum tum ciuili tum pontificio iure, item ex regiis legibus, ex duodecim tabulis, ex antiquis fœderibus et aliis, quæ enumerare labor eſſet.* Denique recte poſt pauca ſubiungit: *is eſt enim ſcriptor, qui omnium manibus quotidie teritur, et ſine quo humanioris literaturæ candidati ad perfectam Romanæ antiquitatis cognitionem, quæ ſunt huius noſtri incunabula, peruenire non poſſunt.*

k) Huic ſuo modo quoque iungendus AVL. GELLIVS *in noct. Attic.* in quibus ſparſim veros vocum antiquorum intellectus ſiſtit, et multa antiquitatum Romanarum capita egregie exornat. Plura etiam ex ICtorum, quorum Digeſta mentionem faciunt, ſcriptis hauſit, vt SABINI, cuius fragmentum tradit *lib. VII. c. 4.* CAPITONIS et LABEONIS, de quibus quædam adfert *lib. XIII. c. 10. et 11.* aliorumque. NONIVS MARCELLVS ſcriptor variæ et antiquæ lectionis plura quoque habet *de verborum proprietate* ſeu etymologia, *de honeſtis* ſeu elegantibus *dictis*: *de varia ſignificatione ſermonum*: *de impropriis*, ex antiquiſſimis ſcriptoribus collecta, quæ etiam ICtus interpres iuris Romani, exemplo ſummi CVIACII, in rem ſuam vertere poteſt, quamuis mendis et ineptis interpretationibus non careat, vt docuit LVDOLPHVS KVSTERVS in *diatriba de vſu verbo ſeruo p. 81. et 91.* quod variam ſignificationem habet, et in primis quoque *verbum iuris* eſt, in cuius proprium ſenſum, quando de hereditate prædicatur, et, *vtrumque heredita-*

§. IX. Hoc modo vera interpretatione, h. e. tum *grammatica* tum *logica*, reſtituta, paullatim graue deliquium paſſa eſt *latinae linguae* elegantia, in ICtorum antiquorum libris l) admodum obſeruata, in cuius genuino [illegible] et *interpretatione grammatica* rite et ſolide [illegible] runt m). Solent verba, vbi lingua quaedam per *barbariſmos* et *ſoloeciſmos* corrumpitur n), vel alia *verborum noua* mutatio inducitur, *Latinae linguae ſenium corruptione reddita in foro, per barbariſmos & ſoloeciſmos.*

dinatum, dicitur, pertendatur vir doctiſſimus p. 83. ſqq. pluribus inquirit.

l) Ediderunt GEORG. CASPAR KIRCHMAYERVS *elogia et elegantias latinitatis veterum ICtorum*, et ANDREAS DVCKERVS *opuſcula varia de latinitate veterum ICtorum*. Inquirit de illa fere indoctum LIPSIVS aequam huius leve lautius excedente LAVRENTIVS VALLA, cuius locum hoc pertinentem integrum dedit [illegible] de LVDEWIG in *vita Iuſtiniani c. VIII §. 48. n. 295.* CAROLVS DV FRESNE *in praef. ad gloſſar. infim. et med. latinit.* quatuor aetates *linguae latinae*, h. e. *infantiam, pueritiam, adoleſcentiam et ſenectutem* attribuit, atque hanc, *ſenectutem eſſe dicit, quae poſt imperium latium ſimul cum moribus et hominibus in Romanam ciuitatem irrepſiſſe, atque peregrinisque verborum per ſoloeciſmos et barbariſmos corrupit.* Ad hanc ſeneſcentem aetatem praeter Gellium, Macrobium, Lampridium, Spartianum, Trebellium, Pollionem, vtrumque Victorem, Feſtum aliosque [illegible] refert [illegible] *eorum* [illegible], qui in pandectis a compilatoribus relati ſunt, quamuis, monente Dn. de LVDEWIG *cit. l. §. 48*, alia ſit *grammatica eorum et ratio*, in qua plures etiam termini technici et forenſes ſeu modi loquendi ſpontanei tum in foro vſitati occurrunt, alia vero quae [illegible] auctores vſi ſunt, vt prodeſſet vigor latinae linguae in pandectis parum defeciſſe videatur, prout etiam [illegible] in hoc praeſtantiſſimo theſauro data occaſione oſtendit.

m) Vt iam ante traditum eſt. His, quae collecta ſunt *in tit. de V. S.* adhuc alia recenſi poſſent, praeſertim in materia teſtamentaria et titulo de *legatis* occurrentes, vt HAHN *ad Weſenb.* [illegible] *de legat.* catalogum collegerit eorum verborum, quorum ſignificatum ICti dederunt, quae maiore doctrina etiam [illegible] *ad tit. de leg.* §. 75. [illegible] fallit, vt [illegible] quantum momenti *in interpretatione verborum ſit, ipſi ICtorum libri maxime* [illegible], *in hac* [illegible] *laborantes.*

n) Soloeciſmus proprie in *ſenſu*, barbariſmus in voce committitur. Veteres non *barbarum* ſermonem ſed *ruſticum* dicere, obſeruante GELLIO in *N. A. lib. XIII c. 6.* *Barbariſmus* itaque committitur quando verbum, quod genuina latinitas haud agnoſcit, vel non in eo ſenſu, quo oportet et tribuitur, adhibetur, atque ita proprium ſignificatum habet. *Soloeciſmus* quando quid peccatur contra analogiam latinam

cetur, paulatim a vera *ſignificatione antiqua* deflectere, praeſertim ubi ſtatus antiquus reipublicae, iudiciorum, et modi procedendi immutantur, antiqua tamen verborum figura retenta, quae diverſum a priori ſtatu ſignificatum iam induit o). Qui ergo interpretis

tini ſermonis, ſi prima ſit verborum conſtructio vid. OVDENDORP ad l. § 4. Nonnunquam tamen *barbariſmus* adſingitur verbis, quaſi in nova ſignificatione acceptis, quam tamen genuina latinitas admittit, ut verbum *arripere* teſtatur, quod HEINECCIVS in hoc *theſauro* pro *apprehendere* etiam apud TERENTIVM ſeſe deprehendiſſe obſervat. Et idem quoque dici debere de verbo *acceptare*, quod ſatis latinum eſt, et eundem cum *accipere* ſignificatum admittit. [illegible] paſſim obſervare oportet, quando novi ſignificatus vocabulis aſſignati ſunt, quod circa *interpretationem grammaticam* inſignem uſum praeſtat.

o) Verba *iuris* olim ſuam peculiarem ſignificationem habuerunt propriamque vim et poteſtatem, quae in proximis in eorum effectu in foro cernebatur. Quam inſignis differentia verborum *directorum* et *obliquorum* in legatis et fideicommiſſis, quamque diverſa interpretandi ratio utrobique adhibita fuerit, docet optime imperator in § 3. *I. de leg.* quod diſcrimen tamen ibidem ſuſtulit, et omnia legata fideicommiſſis exaequavit. Hoc ipſo vero factum eſt, ut antiqua legatorum formulae a veteri ſua ſignificatione paulatim deflecterent, et, facta exaequatione, ex natura fideicommiſſorum, quae pinguior erat, explicari deberent. In diverſis legatorum formulis olim inſigne diſcrimen erat, tum ratione ſignificationis tum *effectuum variis*, quod diſcrimen tamen ſuſtulit omnino voluit IVSTINIANVS in § 2. *I. de leg.* praecepitque, ut omnibus legatis una eſſet natura et quibuscunque verbis aliquid relictum, liceret id perſequi non ſolum per actiones perſonales, ſed etiam per in rem et per hypothecariam, quarum actionum ratione olim praecipua formularum erat differentia. Parum ergo hodie refert, haec dixerit: *do lego*, hanc *damnas eſto heres*, *dare ſine mea Caia*. Utroque caſu rei vindicatio locum habebit, ſecus ac olim. Olim *iudicium accipi* dicebatur *per litis conteſtationem*, *L.* 30. *de iudic.* adeoque, ut in theſauro BRISSONIANO notatur, *iudicium* obſervatum eſt, *vero quoque*, *iudicium* deſignabat ſtatum cauſſae poſt litis conteſtationem, quae ſignificatio vere forenſis erat. Non tamen id ita praecise ſubſiſtendum eſt, quando IVSTINIANVS in legibus ſui temporis hac appellatione utitur, cum etenim *iudices pedaneos* ſublatos, et ita *iudicium* non univerſaliter denotare poterat *ſtatum cauſſae*, *ad iudices pedaneos poſt L. C. delatum*. Ait imperator in § 13. *I. de act.* errorem in libellis circa *genus actionum* inſtitutae commiſſum, cognita veritate, actori corrigere permitti *in eodem iudicio*. Qui vero haec verba poſtrema de *ſtatu cauſſae poſt L. C.* accipere, quae non a ICto quodam antiquo in Digeſtis, ſed a IVSTINIANO prolata ſunt, qui his verbis non determinat

pretis boni officio fungi deſiderat, linguam illius temporis eiusque ſignificationem intelligere debet, quo ſcriptum aliquod editum eſt, adeoque ex coaevis vel eiusdem ſcriptoris opuſculis atque ſcriptis colligere, quis ſenſus ex *verbis* adductis, quocunque vitio ſermonis infectis fuerint, erui debeat p). Hunc in finem *Vnde coaevorum ſignificationes addiſcendae;*

H adno-

tinat tempus, quo adhuc correctio permiſſa eſt, quod aliunde determinandum eſt. Videlicet et *in eodem iudicio*, h. e. *proceſſu*, ſed ante L. C., id demum permiſſum ſit, quia nondum ſtatus controverſiae formatus, et ſic ſine offenſa libellus adhuc mutari poteſt. *Extra ordinem* olim ius dici dicebatur, quando ipſe praetor ius dicebat, non dato iudice pedaneo, quod tamen, *in cauſis ſummariis* exceptis, fiebat, ut *tit. de extraord. cognit.* monſtrat. Hoc cum formulis ſublato, omnia iudicia eorum uno eodemque ordine peracta ſunt, ſervata tamen in modo procedendi aliqua diverſitate, et non amplius *iudicia hodie hoc ſenſu extraordinaria* dici potuerint, qua locutione tamen adhuc utitur IVSTINIANVS in *§ fin. I. de interd.* et TRIBONIANVS in *rubro ... l. 47. D. de negot. geſt.* unde tamen minime colligendum, poſtea omnem proceſſum *ſummarium* fuiſſe quod imperator aſſeruerit, ſuo tempore omnia iudicia *fuiſſe extraordinaria*. Infinita alia occurrunt in codice, quae novas plane ſignificationes induerunt, explicanda non ex antiquis ICtorum ſcriptis, ſed ex uſu forenſi illius temporis, quo lex ſcripta eſt.

p) Hoc monitum in genere obſervarunt ICti recentioris aevi, non in ſcholis BVLC ... ARI et BARTOLI educati, ſed humanioribus litteris nutriti, qui infinita loca ICtorum nodoſa hoc lumine illuſtrarunt, et ex ſcriptoribus antiquis veros verborum ſignificatus et ſenſus formularum antiquarum eruerunt, quorum in cenſum merito quoque HEINECCIVS noſter referendus eſt, quod ſcripta eiusdem, quorum inſignis numerus, teſtantur. Reliquos, qui optimarum litterarum praeſidiis ius Romanum exornarunt, et per *grammaticam interpretationem* reconditos eius ſenſus reſtituerunt, cum in bibliothecis appareant, in unum collegit et *tomis V* edidit vir in hoc eruditionis campo verſatiſſimus, et de iurisprudentia optime meritus EVERARDVS OTTO, ſub titulo: *theſauri iuris Romani, continentis rariora meliorum interpretum opuſcula, in quibus ius Romanum emendatur, explicatur, illuſtratur.* His ſi adiunxeris CVIACIOS, BYNKERSHOEKIOS, MERILLIOS, LVDEWIGIOS, OTTONES, SCHVLTINGIOS, BVDAEOS, DVARENOS, BALDVINOS, CONTIOS, CONNANOS, HOTOMANNOS, BRISSONIOS, GRAVINAS, FABROTTOS aliosque, qui hac methodo in interpretandis legibus Romanis uſi ſunt, nihil deſiderari hodie amplius poterit ei, qui ad ſolidiora tendunt. Ad hoc quidem hodie in hac et aliis academiis illi, qui iuri operam dant, ſedulo ducuntur, et optimis inſtruuntur monitis, ut maiori cura et induſtria in hac litterarum humaniorum palaeſtra decertent. Sed in pleris-

que

quo nomine commendanda gloſſaria.

admodum vtilis eſt eorum labor, qui *gloſſaria veterum* operibus aliorum auctorum vel ſcriptis editis adiunxerunt, vt vera *interpretatio grammatica*, ſcriptoris aeuo conueniens, inde haberi queat q), quippe quae eandem vtilitatem praeſtant, ac quidem titulus de

quae deficit, quod dolendum, ſtrenue defuderunt, ſi haec ſtudia elegantiora [illegible] plures ad hoc propoſito [illegible] defectus [illegible] linguae latinae [illegible] ſaepe in academiis [illegible] quam in deſiſtere [illegible], credentes, haec elegantiora ſtudia ad grammaticos vel profeſſores [illegible] pertinere, [illegible] non [illegible], ſed [illegible], quaſi haec ipſum [illegible], omnis vero fundamento deſtituta, in [illegible]. Inde tanta penuria horum vetis interpretum [illegible] eſt, quae hoc praeiudicio ab omnibus retro ſeculis plerique capti fuerunt. Optime id obſeruauit v. c. EVERARDVS OTTO in *praef.* tom. I. *theſ.* [illegible]

q) Quarum in pretio ſint ſcriptorum, in vſum Delphini editi, et cum ampliſſimis verborum indicibus [illegible], notum eſt, qui nobis [illegible], ex quibus hoc commodum [illegible] verborum [illegible] occurrentium capitis, ſenſum, [illegible] ſelectiorum integrarumque ſententiarum opera habere poſſent. Iam enim ſeculo XVI. duo locupletiſſimi indices [illegible] ad HORATIVM in hunc vſum confecti ſunt, alter quidem ab HENRICO STEPHANO recognitus, alter vero a THOMA TREELERO conditus, qui nullum verbum, quod HORATIVS habet, omittit, magno vſui futurus iis, qui rei *grammaticae* operam dant, quantum ſimpliciter eorum verba ſine vlla interpretatione referant, vt [illegible] ſit, eandem in Gallia [illegible], qui tandem induſtriam ad ſcriptores antiquos adhibuerunt, quo, quae ad [illegible] verborum pertinent, [illegible] ſemper in promtu eſſent. Indicem verborum opuſculo ANTONII AVGVSTINI, epiſcopi *Tarraconenſis, de nominibus propriis* [illegible] *Florentinis* ſubiecit [illegible], et tom. I. *theſauri* [illegible] *Romani* [illegible], inſigne praebet documentum, quam magnus ſperanda ſit vtilitas, ſi tales verborum indices [illegible] quidem in *pandectas* et ſcriptores [illegible] atque [illegible], qui labor tamen non eſt [illegible] hominis, ſed [illegible] *grammaticae* peritorum, qui varios quoque verborum intellectus diſcernerent, et [illegible] eosdem ſingulis vocibus

de verborum significatione. Haec corruptio latinae linguae et styli forensis potissimum contigisse videtur, translata sede Romana Constantinopolin, h. e. e Latio in Graeciam. Quamvis enim usum linguae in ea adhuc servari voluerit CONSTANTINUS M. r), palam tamen est ex ipsis rerum documentis, sensim ad- modum

Quando styli forensis corruptio contigerit?

H 2

hoc addere [illegible] fine. Cum saepe superiore seculo, quae nunc in lucem operam daturi, observabam, a LINDENBROGIO [illegible] in hoc fuisse, et plurimorum [illegible] operis [illegible] tales indices [illegible] concederet, sub tit. *concordantiarum* [illegible] dam. Sed plura impedimenta obstiterunt, quo minus hic labor ad exoptatum perduci [illegible], inter quae praecipuum, [illegible] fuit, quod deficerent conditiones idoneae, [illegible] pore [illegible] in academiam Germaniae, quam [illegible] fuit. Quod [illegible] MENCKENIVS [illegible] hic liber, quem [illegible] Denique [illegible] et longe [illegible] vastissimi operis [illegible] *thesauro* [illegible] et [illegible] magna utilitate [illegible] sperandum, [illegible] in hoc [illegible] esse. Specimen [illegible] ad Codicem *Theodosianum* [illegible] IACOBVS GOTHOFREDVS, tum in *glossario* [illegible], tum in indice verborum et rerum, sed non exhaurient verborum copiam in *Codice Theodosiano* repertorum, [illegible] monstrat [illegible] ut, qui in publicum [illegible] tales [illegible], et [illegible] topographica aliaque singularia capita [illegible] distinguere [illegible] ad exemplum [illegible], quam hac methodo editores [illegible] publicarunt. FRIDERICVS LINDENBROGIVS [illegible] Codicis legum antiquarum [illegible] *glossarium* sive interpretationem vocum difficilium et obscurarum, in quo tales *glossas* [illegible], qui [illegible] ordinem alphabeticum [illegible] magisque nostro scopo inservirent, ut [illegible] VERNEI [illegible] glossaria ad scriptores medii aevi pertinentia. Eundem scopum multo magis haberent et tenerent, qui [illegible] et *grammaticae* [illegible] et [illegible] verba [illegible] per indices accuratos exhiberet, ad exemplum CICERONIS, SALVSTII, SVETONII, CORNELII NEPOTIS, SOLINI [illegible] ceterorumque scriptorum classicorum, quorum editiones plurimorum [illegible] illustratae hodie exstant et facilem viam praebent ad verba [illegible] in usu [illegible], quo quilibet scriptor utitur, interpretanda.

r) *Quod satis superque* [illegible] argumentis [illegible] in *praefat. ad glossar. script. med. aev.* § [illegible] [illegible] *et seq.*

modum vitiatum fuiſſe nitorem huius linguæ, nec amplius antiquam elegantiam in ea ſeruari potuiſſe, ſed loco eius *ampullas* proieciſſe atque *ſeſquipedalia verba* imperatores in legibus, h. e. nouum et inflatum ſcribendi genus adhibuiſſe, quo non potuit non ſæpiſſime ſenſus verborum ambiguus et obſcurus naſci, et grammaticæ interpretationi ingens poni obſtaculum s). Auctum eſt hoc verboſiſſimum ſcribendi genus, maxime tempore IVSTINIANI, vt eius leges indicant, præfationibus immaturis munitæ et ſtylo Triboniani, hominis græci exaratæ, litteralem ſenſum admodum turbante t).

§. X.

et ſucceſſorum diu eodem conſeruatus ſplendore. Ex conſtitutione THEODOSII iunioris, et VALENTINIANI, in l. 3. C. *Theod. de ſtud. liberal. vrbis Rom. et Conſtantinop.* relata, in vniuerſum Conſtantinopoli erant latini oratores tres: latini grammatici ſeptem: græci ſophiſtæ quinque: grammatici decem: philoſophus vnus: duo iuris profeſſores, qui iuris et legum formulas pandebant. His, fundata academia Conſtantinopolitana, non alibi quam in *Capitolii auditorio*, quod *publicum* erat, docere poterant, ſub grauiſſima pœna, vnde liquet, ad exemplum *Romæ antiquæ* voluiſſe imperatores in *noua vrbe* quoque artes liberales latino et græco idiomate ſedulo exerceri et excoli.

s) Luculentum teſtimonium præbent leges *Codicis Theodoſiani*, in quibus obſcuritas verborum, dum inflatum ſcribendi genus affectarunt plerique conditores earundem, non potuit non naſci, vt IACOBVS GOTHOFREDVS ingentem cautam circa *grammaticam* vocum *interpretationem* adhibere neceſſum habuerit. In hac tamen non ſubſtitit, ſed occaſiones ex antiquitatibus et rationem politicam vberrime adiecit, ex quibus vera interpretatio *legum* primario colligenda eſt.

t) Tum ob antiquitatem et obſcuritatem, tum ob verboſiorem vltra modum ſtylum. Equidem DIODORVS apud GELLIVM *lib. XI. c. 12.* cenſuit, *nullum verbum eſſe ambiguum*, ſeu variam admittere ſignificationem, quod a linguæ latinæ vſu omnino alienum eſt, maxime in iure noſtro, vt vel præſens theſaurus monſtrat. In eo tamen ſecure eidem aſſentior, quod nemo ambiguum dicat aut ſentiat. *nec aliud*, addit, *dici videri debet, quam quod ſe dicere ſentit is, qui dicit. At cum ego aliud ſenſi, tu aliud accepiſti, obſcure magis dictum, quam ambigue videri poteſt. Ambigui enim verbi natura illa eſſe debuit, vt, qui id diceret, duo vel plura diceret; nemo autem duo vel plura dicit, qui ſe ſentit vnum dicere.* Integrum tamen, dum TRIBONIANVS talia verba adhibuit, quæ legentem facile a vera eius mente deflectere potuerunt, reſpectu *legentium* ad minimum ambigue ſcripſiſſe dici poteſt. Verum,

vt

Fata interpretationis grammaticæ iuris Rom. poſt Iuſtinianea tempora.

§. X. Sed de fatis latinæ linguæ eiusque corruptione per ſecula ſubſequentia hoc primario non ero ſollicitus u), qui duntaxat *fata varia interpretationis grammaticæ* congerere conſtitui circa *ius Romanum*, quatenus latino idiomate ſcriptum eſt. Equidem iuris huius auctoritas in foris Italiæ poſt IVSTINIANI tempora naufragium quoddam paſſa, ſed non penitus interiit, quamuis, rudibus ſeculis paulo poſt ſubſequentibus, deeſſent, qui ius illud interpretarentur et eius fundamenta cupidæ legum iuuentuti traderent x). Seculo XII. tamen reuiuiſcere ſtudium

H 3 legum

ut recte I. G. HEINECCIVS in *opuſc. minorib.* et quidem *opuſc. VII.* quod *defenſionem Iuſtiniani et Triboniani* continet, *p.* 215. obſeruat, TRIBONIANVS et ſocii eiusdem *inciderunt in illud ſeculum, quo priſcus latinæ linguæ nitor atque elegantia iam perdi coeperat, eiusque in locum ſucceſſerat, genus dicendi tumidum, tumidum et valde inſuaue, quale tum in conſtitutionibus* IVSTINIANI *Codici inſertis, tum in nouellis eiusdem, quotquot certe latine ſcripta ſunt, vbique deprehendimus.* Purgauit B. Vir vtrumque, et imperatorem et eius exquæſtorem ſacri palatii, ab aliis vitiis, quæ ipſis a cenſoribus quibusdam affingi ſolent; ſed ab hoc malo, in quod per infelicitatem ſeculi inciderant, eum liberare nec voluit nec potuit. Hic verboſior ſtylus etiam prologos legum *Iuſtinianearum* produxit, merito reprobandos ex iudicio SENECÆ *epiſt. XCIV.* ubi dicit: *non probo, quod Platonis legibus adiecta principia. Legem enim breuem eſſe oportet, quo facilius ab imperitis teneatur. Velut emiſſa diuinitus vox ſit: iubeat, non diſputet. Nihil videtur frigidius, nihil ineptius, quam lex cum prologo. Moneo, dic, quid me velis feciſſe. Non diſco, ſed pareo.* Plura de hoc argumento agit perill. Dn. DE LVDEWIG *in opuſcul. miſc. ed. tom. V. p.* 936 *ſqq.*

u) De hac corruptione linguæ latinæ prouincias agit eiusque cauſas ſigillatim aperit ſæpe laudatus DVFRESNE *in præfat. gloſſar. ad ſcriptor. med. æui a §. 11. vsque ad finem.*

x) *Tanta hæc erat, ut* GRAVINA *de orig. iur. ciu. lib. I. §. 139. ait diuturnam barbariem intenderat, ut ius Romanum quod magno ſtudio, deleti a Longobardis, a Carolo magno quæſitum, tamen exemplariorum inopia eorumque obſcuritate perperam, usque ad ſeculum undecimum, nempe ad Lotharii tempora* (quibus in Amalphi vrbe codex pandectarum repertus eſt) *in tenebris delituerit.* Famam vero hanc de repertis Amalphi pandectis et reſtituto ea occaſione iuris Romani ſtudio, relationem admodum ſuſpectam eſſe, recte cenſet I. G. HEINECCIVS in *hiſtor. iur. ciu. lib. I.* §. 414. quin potius credendum eſt, defuiſſe idoneos interpretes, qui eundem legum iuuentuti iuris Romani aditum aperire potuerint, vtut aliquis vſus et quædam memoria eius ſupereſſet. Hic deſe-

legum Romanarum coepit, poſtquam nouos interpretes nactum, qui mox adeo acceperunt infinitorum legum ſtudioſorum ſectam, vt vndequaque ex omnibus regnis iuuenes Bononiam aduolarent, iuris addiſcendi cauſſa et noua haec oracula audiendi y). Intelligo IRNERIVM, eiusque diſcipulos BVLGARVM, MARTINVM, HVGONEM A PORTA, IACOBVM HVGOLINVM, aliosque, qui ex eorum ſchola prodierunt z). Verum ſub his interpretibus nouis, qui in tenebris et ſumma caligine artium liberalium vixerunt, priſtinum lumen legum, quod dudum iam ſepultum iacuerat, reſtitui non potuit, qui quidem illuſtrationis gratia *notulas*, quas *gloſſas* dixerunt, in iuris Romani capita ſcripſerunt, quae tamen magis ſenſum deprauarunt turbaruntque, quam

Sub Ict. Bononienſibus.

De explicatione iuris Rom. per gloſſas.

defectus grauem ſine dubio peperit cladem iuris Romani in foro, *quantum eſt enim eius in ciuitate, niſi ſint, qui iura regere poſſint?* vt ait POMPONIVS in *l.* 2. § 13. *D. de orig. iur.*

y) Nam AZONIS tempore, qui circa finem ſeculi XII floruit, Bononiae circiter *decem millia* ſtudioſorum fuiſſe, quorum magna pars Germanicae iuuentutis conſtabat, obſeruat HOTTOMANNVS *in dedicat. praefix. commentat. ad tit.* cum BOLOGNINO *ad auth. habita C. ne filius pro patre not. r.*

z) PEPO quidem primus interpres Bononienſis iuris ciuilis fuiſſe traditur, ſed adeo ineptus ad hanc ſpartam, vt ODOFREDVS ad *l.* 6. *D. de I. et I.* illum interpretibus non eſſe accenſendum, ſed primum IRNERIVM, qui magno cum applauſu ius ciuile docuit, nominandum exiſtimauerit. Hic Conſtantinopoli ius ciuile, ſine dubio ex *Baſilicorum libris*, didicerat, obſeruante CIRONIO *lib. V. obſeru. iur. can. c.* 5. qua de cauſſa ſumma induſtria codices antiquos vndequaque latentes conquiſiuit, atque in ſe his interpretari coepit. Eius diſcipuli in textu adducti, veſtigia IRNERII quidem preſſerunt; ſed quid ſperari poterat de his interpretibus, qui artem interpretandi genuinam prorſus non callerent, ſed opinionibus incerti inter ſe pugnarent. Interim tanta fuit horum quatuor diſcipulorum auctoritas, vt, cum anno MCLVIII FRIDERICVS I. in campis Roncalicis comitia haberet, eos quoque his intereſſe iuberet, vt tradit MORENA *in rebus Laudenſ.* apud LEIBNITIVM *tom. I. ſcript. Brunſuic. p.* 8[illegible] et BVLGARVM atque MARTINVM in ſuo comitatu haberet. Cum enim in medio eorum equitaret, quaeſtionem eis propoſuit, *verum de iure eſſet dominus mundi?* quod negauit BVLGARVS, ſed MARTINVS intrepide affirmauit et ineptis rationibus; vnde de horum interpretum idoneitate ius ciuile interpretandi iudicium ferri poteſt.

quam declararunt, atque ita infinitos errores introduxerunt. Deſtituti enim erant præſidiis optimarum litterarum, et ſufficiente linguæ antiquæ latinæ peritia, eiusque ſignificatuum genuinorum expertes, cum tamen abſque his præſidiis legum Romanarum *grammatica interpretatio* plane mortua et ieiuna ſit a). Præterea in antiquitatibus Romani fori, doctrina morali, et rationali aliisque neceſſariis ſubſidiis adeo rudes fuerunt, vt ex hoc defectu fundamentali nil niſi incertas concluſiones, quas *opiniones* dixerunt, produxerint, de his inter ſe altercauerint, et nonnunquam monſtra ſententiarum ediderint, atque *ſolis auctoritatibus*, quibus aduerſariis ſuperiores eſſe contenderunt, eis

abſque mo- rali.

De auctoritate gloſſarum et gloſſatorum.

a) Non errauit GRAVINA *de orig. iur. ciu. lib. I. §. 144.* cenſendo ab IRNERIO vsque ad ALCIATVM *ſtuporem* quodammodo *iuris prudentiam* fuiſſe. Equidem ſi PANCIROLLO *de clar. legum interpret. lib. II. c. 4.* credimus, *Irnerius tanta ingenii ſubtilitate et diligentia tum obſcura explanando, tum conſonantia citando et contraria ſoluendo excelluiſſe dicitur, vt LEGVM LVMEN vocari promeruerit*, quod ODOFREDVS ad *l. 6. de iuſt. et I.* prodidit. Admitti hoc poteſt pro quantitate illius temporis, quo quidem etiam lumen apparens maximam admirationem mouebat, quæ vulgarium *auctoritatis* mater et magiſtra eſt. Hac primus ille interpres tum ſuis diſcipulis adeo omnes obcæcabat, vt in eorum verba ſeu *gloſſas* iurarent, et quod dixerint, non quid dici debuerint, pro imperio aſſumerent, probarentque. *Gloſſæ* et *gloſſemata* olim vocabantur *vocabula minus vſitata, obſcura ac peregrina*, obſeruante GERARDO IO. VOSSIO in *etymol. lingu. lat. voce gloſſema*, quorum interpretes *gloſſographi*, immo horum verborum expoſitiones *gloſſemata* dicta ſunt, quæ pueri ediſcere ſolebant. Ita enim QVINCTILIANVS *lib. I inſtit. c. 1. Protinus enim poteſt interpretationem linguæ ſecretioris, quas græci γλώσσας vocant, dum aliud agitur, ediſcere, et inter prima elementa conſequi rem, poſtea proprium tempus deſideraturam.* Proinde grammatici erant, qui *gloſſas* has ſcribebant. Verum hi noui interpretes, nihil minus quam *grammatici* erant, ſed notulas quaſdam inconditas, et obſcuras, infinitisque erroribus ſcatentes, legibus adiiciebant, quas *gloſſas* vocarunt, adeoque non vocabula *peregrina et minus vſitata* explicabant gloſſographi, ſed peregrinas meditationes et mutuo cohærentes cogitationes, ſub titulo *interpretationum*, circa leges efformabant, quas, more eccleſiaſtico, *gloſſas* dixere.

eis robur addere allaborauerint b). Præcipue vero gloſſatorum et inter eos MARTINI ſententiæ adeo prævalebant, ut piaculi inſtar

b) Præſertim poſtquam ACCVRSIVS, *idolum illud advocatorum*, expoſitiones veterum interpretum contraxit, ſuasque auxit, easque in unum collegit atque corpori iuris adiecit, quas quidem metrice evexit GRAVINA *de orig. iur. lib. I* §. 155. negare tamen non potuit, eum in vitia decidiſſe *ob imperitiam hiſtoriarum et linguæ proprietatis ſibi ab ætate illa denegata*, ſine quibus præſidiis vera [illegible]. Fuit eruditus ACCVRSIVS, felicitate ingenii præditus, in græcis etiam verſatus, BARTOLO, ſæpius eidem contradicenti, longe præferendus, ſed non fuit idoneus interpres, *grammaticæ eruditione* deſtitutus, quam deſiderat interpretatio legum Romanarum, ut ex ipſis rerum teſtimoniis liquet. Interim eo tempore *gloſſemata* hæc tantæ auctoritatis erant, ut *idolum curiæ* dicerentur, obſervante CARPZOVIO *lib. V reſp.* 50. n. 3. iisque veritatis indubitatæ certitudo attribueretur, ut in compendio exerc. *tom. I. iur. eccl. proteſt. lib. I. tit.* 2. §. 41. Lubet hoc teſtimonio, quod RAPHAEL FVLGOSIVS in *L. ſi fortunam C. de oblig. et act.* adfert, illuſtrare. Ait enim: *Noſſe, quanta ſit auctoritas gloſſatoris. Nam bene dixit Cynus, gloſſam venerandam propter præſumptam idololatriam per advocatos, ſignificans, quod ſicut antiqui idola adorabant pro Diis, ita advocati adorant gloſſatores pro evangeliſtis. Volo etiam potius pro me gloſſatorem, quam textum, nam ſi allego textum, dicunt advocati diverſæ partis et etiam iudices: credis tu, quod gloſſa non ita viderit illum textum, ſicut tu, et non bene intellexerit, ſicut tu? Ego recordor, (et ſit illud pro nunc) quod dum eſſem ſcholaris, eram ſatis acutus, et dum ſemel eſſemus multi ſocii in una collatione, auſus fui, unum textum allegare contra ſententiam doctoris mei: tantam audaciam habui. Dixit mihi: fatue, tu loqueris contra gloſſam, quid dicis tu? Et ego reſpondi: et ſi gloſſa dicit ſic, ego dico ſic, ignarus auctoritatis gloſſatorum. Credebam enim, quod eſſent commentarii apoſtillæ, quales ſunt in libris grammaticæ, ſicut ſuper Virgilium et Ovidium. Sed tamen non ita eſt. Fuerunt enim gloſſatores maximæ ſcientiæ et auctoritatis. Niſi aliud non eſſet, quam gloſſarum ordinatio, et de quibus poteſt dici id, quod de nobis dici poſſe, videlicet quod totum corpus iuris viderunt? Itaque vere ſtandum eſt eis, qui viderunt, quam nobis, qui non vidimus.* Hoc modo opiniones gloſſatorum pro ratione et fundamento decidendi, a plerisque aſſumtæ, et inſtar oraculorum habitæ. Pari fere utuntur aliorum interpretum placita, ſi idem et gloſſarum ſtabilis fundata, aucta ſunt, ut ſi victoriam certam ſibi promittere poſſet, qui ex plurimorum ſuffragiis aliquid affirmare vel negare valeret, quod talis ſententia diceretur *communis* vel *recepta*, i. e. conſenſu plerorumque, etiam errantium et ſine fundamento aliquid aſſerentium, approbata. Huic fulcro plerique per aliquot ſecula, tanquam muro aheneo, inædificarunt deciſiones et definitiones, quæ in opi-

tibus

inſtar crederetur ab horum doctrinis recedere, vel extra caſtra MARTINI aut BVLGARI militare, quamuis ab omni grammatica

I

tica

rilem publicarunt, aliasque ad auctoritatem gloſſæ et communem ſententiæ prouocantes. In vol. I tract. fol. 203 CIRSETI de auctoritate gloſſæ breuis relata eſt meditatio, quæ nihil niſi ſtoliculos de gloſſæ auctoritate et opinionum communium ſpirat, inter quos hoc præcipuus eſt: non debemus recedere ab opinione ſapientum et maxime gloſſarum, nec præſumimur pro ſententia videris, quæ ſolitus eſt ſequi opiniones inſolitas. Nihilominus deprehenderunt huius nobis adiutatores gloſſæ varias ſibi contradicentes, quas collegit DVNVS relatus in vol. ead. ergo de earum concordia admodum ſolliciti et anxii interpretes veterum fuerunt, cum ſuo exemplo docuit ANTONIVS NICELLVS, Placentinus de concordia gloſſar. tam inter canones, quam inter leges ibid. relatus. Quia vero præterea, vt dictum eſt, ſæpe auctoritatibus et opinionibus inter ſe pugnarent, neceſſe fuit, oſtendere viam, eligendi veriorem ſententiam et opinionem. Hunc in finem ſcripſit tract. olim MATTHIAS MATHESILANVS, ſuo ſæc utriusque iuris monarcha, vt ibi vocatur, de electione veriorum opinionum eod. vol. I. fol. 203. relatus, cuius in præfatione de vtilitate eius opuſculi hoc iudicatur modo: *Solent enim ſere legum gymnaſia ſtudentes et aduocati ad prætorea practicantes inter eorum opiniones ſtare ſuſpenſi et titubare, quam de opinionibus contrariis eligant veriorem: cum in utraque ſapientia ample referta eſt paſſim dubiis et diſcrimis, in quibus opiniones contrariæ ſunt affixæ, quapropter prohibent legum ſpes ſupinas inſudantes hoc opere viſo ſumma de labore ſolatium de dubio verum, et de variis altercationibus collum erit.* Inter alia hanc regulam ponit: *in dubio eligendam illam ſit ſententiam, quæ eſt pro ſauorabiliori cauſa. Si vero,* ait, *de hoc ſauore non appareret, puta, quia peteret a te conſilium ſuper tali caſu, nec apparet, quis ſit reus vel actor, vel quia opiniones ſunt, quæ ex diuerſis opinionibus contra ſe erroneum ſe poſſit: tunc ſorte eſt eligenda illa opinio, quam tenent doctores maioris auctoritatis, etiamſi ſint numero pauciores, niſi forte pro alia parte eſſet numerus duplo maior, quia tunc illa opinio eſſet tenenda.* Hoc in diſcrimine ambiguo cum res aequiponderaret noſtra ſtateræ, non potuere non pleriſque interpretes, ingentem apparatum opinionum, concluſionum, quæſtionum, deciſionum, &c quem *collectanea* dicere, corradere in *proprios* vſus vel etiam in *commune*, more TVSCHII, BERTACHINI, DOMINGII aliorumque *repertoria*, in quibus contrariam conſtruxerunt, edere, magno cum applauſu ab omnibus excepta, quia ex his facile cauſſam ſuam inſtruere et opinionum atque auctoritatum cohortibus in aciem deducere poterant. Denique hi, qui in argumento quodam proloquii operis explicando verſabantur, vel commentaria ad ius Romanum ſcribebant, per quæſtiones eadem quemuis proponebant: illas ex ſententia maioris partis

deci-

tica et *logica interpretatione* aliena ſæpe tradiderint et in forum traduxerint. In primis MARTINI auctoritate capti aſſeſſores Rotæ Romanæ ſuas deciſiones ad eius ſomnia et commenta compoſuerunt, vnde decretales, ex his vero errores MARTINI, tanquam ex equo Troiano, in forum, vt ius *populi auctoritate* roboratum, prodierunt, ac proceſſum iuris communis effecerunt vel potius infecerunt c). Longa eſt iniuria diuturna miſeries, ſub qua iuris Romani prudentia gemuit atque laborauit, vt quia *incertum ius* eſſet, ſolis opinionibus inter ſe pugnantibus innixum, ſententiæ forenſes et iudicata caſibus fortuitis

De miſera facie iurisprudentiæ iſto aevo.

decidebant: auctoritatibus infinitis certabant: declarationes, limitationes ſublimitationesque ſubiiciebant, et ita ſua collectanea digerebant, vt quævis contradictoria in concordiam reducere et ſingulis lectoribus ſuppeditare poſſent, quæ ſententiæ, quam propugnare intendebant, prodeſſent. Ita vero omnis interpretatio *grammatica* et *logica* in tenebris iacebat et methodus, quæ ad certa reducendi principia, atque inde concluſiones legitime deducendi, prorſus incognita erat, vt ius plane *incertum* eſſet.

c) Hic, ex nobili familia Goſia ortus, nouæ ſectæ auctor fuit, cuius aſſeclæ *Goſiani* dicti, quod in plurimis diuortium a BVLGARI doctrinis faceret, et *ingenii qualitate ac ſubtili doctrina*, exemplo LABEONIS, ſed non eadem ſoliditate, multa innouaret, quin potius magis audacter impetu, quam ex ſolidis iuris fundamentis procederet. Indulgentiſſime a Cæſare FRIDERICO I habitus fuit, adeo vt hic etiam de iure Romano cum eo conferret, eiusque ſententiam, ab aliis in dubium vocatam vel negatam, præferret, atque conſtitutione publica non nunquam inſtrueret, ceu *auth. ſacramenta puberum, C. ſi adv. vendit.* docet, ex contentionibus inter BVLGARVM et MARTINVM nata, Cæſare huius opinionem in *cit. conſtitut. auth.* approbante, obſeruante PANCIROLO *de clar. LL. interpret. lib. II. c.* 14. Ex hac gratia Cæſaris, accedente eiusdem audacia, auctoritas eius admodum creuit, quamuis nec BVLGARVS eius deſtitutus fuerit, cuius diſcipuli quotidie in expeditione contra eos, qui in caſtris MARTINI militabant, erant poſiti, ipſe vero in plurimis MARTINO ſuperior. Nihilominus errores eius etiam in decretales irrepſerunt, vt oſtendi *in prolog. ad* MEVII *deciſ. §.* 9. et *tom. I. Iur. eccl. proteſt. tit. de cauſ. poſſeſ. et propr.* §. 1. *ſeqq.* exemplo cumulationis petitorii cum poſſeſſorio, ex eius doctrina permiſſæ et in *c.* 5. *X. eod.* approbatæ.

tuitis vulgo attribuerentur. Huius mali vnica cauſſa fuit, quod in academiis rari eſſent, qui ad veram *interpretationem grammaticam* iurium ea adferrent veterum monumentorum et optimarum litterarum ſtudia, ſine quibus friget, plerorumque autem doctorum auctoritas, adhuc ſeculo præcedente, omne punctum ferret, qui antiquis et *receptis*, vt loquuntur, *opinionibus*, mordicus inhærerent, eosque vt nouaturientes traducerent, qui elegantioribus doctrinis præditi nouis luminibus illuminarent iurisprudentiam, cane peius et angue vitandos, vtpote ad *theoriam* vnice natos, ad *praxin* inidoneos, quam ex receptis ſine fundamento opinionibus efformabant d). Ita in tene-

d) Opponunt plures *theoreticos practicis*, illorum appellatione eos denotantes, qui veram mentem legum ſecundum regulas vtriusque interpretationis tradunt; hos vero vocantes, qui eius vſum contrarium effabricare auſi ſunt. Enimuero vſus Romani iuris contrarius vel ex antiquis legum Germanicarum ſcitis arceſſendus, quæ impedimento fuerunt, quo minus iuris Romani ſententiæ in forum trahi potuerunt: vel ex erroneis veteranorum ICtorum ſententiis et *opinionibus* vt vocant, *communibus* a pluribus ex præiudicio auctoritatis aſſumtas eſſe dicitur. Priori caſu non eſt pugna inter *idem*, ſed *diuerſum ius*, quæ docet, ius Romanum non eſſe in hoc vel illo argumento receptum, ſed iuris Germanici auctoritatem in foro conſtanter retentam. poſteriori vero, ſi *theoriam praxi* opponis, eſt pugna inter idem ius, in quo errores ex opinionibus antiquorum natos opponunt veræ legum menti, illosque ſub prætextu *putatiuæ praxeos* foro obtrudere conantur contra veræ interpretationis indolem et diſpoſitionem *l. 19. D. de LL.* ceu exemplum de *quadragenaria præſcriptione*, contra petitionem hereditatis liberis ex ſententia antiquorum competente, docet, qua ſententia nihil a mente legum Romanarum alienius dici poteſt. Hunc vnicum excipiendum caſum exiſtimo, ſi errores contra verum iuris huius ſenſum legibus imperii publicis approbati ſunt, id quod factum eſt in prouocatione ex *l. diffamari 5. C. de ingen. manum.* et *l. ſi contendat 28. de fideiuſſ.* vtut hic vſus ex ipſis legibus earumque vera interpretatione erui non poſſit, ceu monſtrauit GERARDVS NOODT in *comm. ad tit. de iudic.* Egi de hoc argumento ſeu de *confuſa theoria et praxeos oppoſitione forenſi* in *praefat. tom. II. P. I decif. et conſult.* atque oſtendi, qua ratione in vnionem et concordiam reduci debeant.

tenebris iacuit interpretatio tum *grammatica*, tum etiam pro parte *logica*, et quamuis a tempore WESENBECII iam ad *principia certa* reuocata fuiſſe videatur iuriſprudentia, a cuius tempore *ſyſtemata* in academiis præualuerunt, ad methodum digeſtorum conflata, horum tamen conditores vtplurimum deſerere faſtidierunt *communes*, vt loquuntur, *opiniones*, præiudicio auctoritatis capti, et ſufficientibus copiis, quibus vtraque interpretatio inſtruitur, deſtituti, h. e. humanioribus litteris, antiquitatibus Romanis, doctrina iuris naturæ et rationali philoſophia.

De reducta ſec. XVI. iuriſprudentia humaniori per interpretationem grammat. et logicam.

§. XI. Aduenerunt tandem lætiora tempora circa ſeculum XVI. quibus litteræ humaniores reuiuiſcere, et ad vitam ex ſepulcris reduci cœperunt, ERASMO, REVCHLINO aliisque orbem melioribus litteris illuminantibus e), ſub quibus elegantiorum ſtudiorum reſtauratoribus inſignis reformatio tum in religione, tum in aliis eruditionis partibus et ſic etiam in iure ſecuta eſt f). Etenim ANDREAS ALCIATVS, qui anno MDLI.

Opera Alciati,

e) ERASMVM potiſſimum et REVCHLINVM barbariei in Germania bellum indixiſſe, prolixius ex hiſtoria ſeculi XVI. euicit HERMANNVS *van der* HARDT, profeſſor Helmſtad. meritiſſimus *in hiſtoria litteraria reformationis*, ita quidem vt *P. I.* de ERASMI meritis in reſtitutionem rei litterariæ plena manu agat: *P. II.* vero REVCHLINI, ICti eximii, et in Cæſaris atque principum conſiliis viri ſpectati ardorem recenſeat in tenebris expellendis, et luce veritatis per bonas litteras reducendas; *græcam* enim et *hebraicam* linguam egregie excoluit, vt illam Pariſiis doceret, hanc vero, edito *lexico Hebraico, pro fontibus veteris teſtamenti hebraicis legendis et cognoſcendis*, omnibus ſedulo inculcaret commendaretque. Barbaros, quorum immenſa copia fuit, vterque adeo offendit per cladem regno tenebrarum illatam, vt ab inſidiis non eſſent immunes, ceu prælaudatus *van der* HARDT fuſius enarrauit.

f) Feruere ſub prædictis ducibus inceperat litterarum optimarum et linguarum exoticarum ſtudium, frementibus licet fratribus ignorantiæ, admodum dolentibus, per nouatores orbi vniuerſo nouas eruditionis leges; ſibi

MDLI. deceſſit g), exemplo eorum, qui tenebris obductas artes liberales in lucem protrahere omni ope conabantur, omni mentis ardore litteris humanioribus quoque incubuit, et in adoleſcentia adhuc conſtitutus græcas latinasque litteras, inuſitato hucusque more, in iurisprudentiam, frementibus barbaris ICtis h), intulit, et ſic diſcipulis ſuis viam ad *grammaticam interpretationem* legum Romanarum aperuit. Parem gloriam in Gallia nactus eſt circa idem tempus AEMILIVS FERRETTVS, qui Auenione ius ciuile egregie docuit atque anno MDLII. et ita *Aemilius Ferretti.*

 paullo

ſibi incognitas, inuiſas, ſuſpectasque præſcribi. Sub his turbis et contradictionibus tamen ardor in meliores creuit litteras, et tum Theologis tum ICtis oculos aperuit, adeo vt ERASMO, qui barbariem primus debellauerat *cit. l. P. E. p.* 164. obiectum fuerit, quod viam ſtruxerit, LVTHERVS vero, hac ſtructa, in eccleſiam irruperit, et denique (quod ego addo) ALCIATVS cum reliquis ſociis bonæ notæ regnum MARTINI et BVLGARI grauiter impugnauerit, licet illud penitus deſtruere haud potuerint. De horum ICtorum barbarorum commentariis, in graui ſitu illorum temporum caligine editis, omnique litterarum hiſtoriæ et philoſophiæ ſolidæ lumine deſtitutis iudicium M. ANTON. MVRETI adducit I. HEINECCIVS *in hiſtor. iur. ciuil. lib. I. §.* 412. *in not.* Agnoſcit veritatem huius obſeruationis, quam hic euici, ipſemet GRAVINA *in orig. iur. ciu. lib. I. §.* 172 et, *ſub idem tempus*, ait, *qui in Italiam, indeque in Europam vniuerſam ſtudia bonarum artium et priſca elegantia diuinitus remeabant; dum, præcinente Valla, Politianus, Parrhaſius, Bembus, Eraſmus aliique complures vetuſta ſecula tenebris obducta recludunt. dum inde artes omnes priſtinum nitorem recipiunt: iurisprudentia quoque Alciati manu ex humo ſublata oculos ad primordia ſua reflectens vetera ornamenta natiuamque dignitatem a priſcis repetiit auctoribus.*

g) Teſte THVANO *lib. IX. ad ann. MDLI.* vbi aſſerit, hunc annum ANDREAE ALCIATI vltimum fuiſſe, *qui primus politiores litteras et antiquitatis cognitionem ad iuris ſcientiam attulit.*

h) Vix XXII. annum egreſſus anno MDXVII, anno illo propter reformationis ſalutaris initia notabili, *paradoxa* et *diſputationes* edidit, quæ, vt ait PANCIROLLVS *de clar. LL. interpret. lib. II. c.* 149. *barbaris fruſtra infectantibus, aut ineptis litteratoribus mordentibus maximam et in prima iuuentute laudem compararunt.* Primo docuit Ticini, ſed cum diutius oblatrantes, nec hi illum ferre poſſent, in Galliam ſeceſſit ibique maiori gloria et ſucceſſu feliciori ea tradidit, quæ ad expurgandam iurisprudentiam facere poſſent.

Maxime in Gallia.

paullo poſt ALCIATVM orbi ereptus eſt. Horum exemplo plures alii excitati ſunt, in Gallia præſertim i), ad barbariem ex iurisprudentia expellendam ope interpretationis *grammaticæ* ex humanioribus litteris inſtruendæ, quibus quidem pars ICtorum maior ob innouationem oblatrauit, ſed impedire non potuit, quo minus nouis his luminibus iurisprudentia illuſtraretur. Intelligo IACOBVM CVIACIVM, GVILIELMVM BVDAEVM, ANTONIVM AVGVSTINVM, FRANCISCVM HOTTOMANNVM, FRANCISCVM DVARENVM, HVGONEM DONELLVM, GVIDONEM PANCIROLLVM, BARNABAM BRISSONIVM, fratres PITHEOS, aliosque, quamuis horum conatus egregii barbariem, ex academiis Germaniæ maxime, profligare non valuerint, præualentibus iis, qui illam magis in deliciis habuerunt, quam veram legum interpretationem, adeo vt nec hodie penitus depulſa fuerit, præſertim quod quidam ſolidiori iurisprudentiæ nimia et intempeſtiua in ipſum ius Romanum cenſura magis nocuerint quam profuerint k). Tandem vero lætior lux præter Belgium Germani-

i) Vt vel nomina paullo poſt relata indicant. Addam confeſſionem ipſius M. AVRELII GALVANI, Ferrarienſis, *in praef.* tractatus limatioris doctrinæ *de vſufruct.* uentis. *Ego quamuis neminem deſpiciam, et omnes, vt debeo, venerer, tamen Gallos maxime omnium in theoricis ſtudiis ſuſpicio atque commendo: quorum opera factum eſt, vt ciuilis veterum Romanorum ſapientia tandem in ſuas ſedes poſt multa ſecula quaſi poſtliminio remigrauerit.*

k) Ita recte rationes ſubduxit I. HEINECCIVS *lib. I. hiſt. iur. ciu. §. vlt. et quidem,* ait, *vt vera fateamur, non parum ſolidiori iurisprudentiæ nocuit intempeſtiuum quorundam ſtudium, qui cum elegantiores litteras cum iurisprudentia coniunxiſſent, omnem doctrinæ laudem in eo poſitam exiſtimabant, vt audaciſſima criſi leges non emendarent, ſed figerent, refigerentque, omniaque Romanorum inſtituta petulantiſſime riderent, Iuſtinianum omnemque eius laborem, ludibrio exponerent, meraſque antinomias, Tribonianiſmos et neſcio, quæ alia monſtra, vel laruas potius, venarentur,* quia

maniam quoque aſpexit hoc ſeculo, erecta circa finem ſeculi praecedentis hac academia, in qua ſtudia humaniora refloreſcere coeperunt, religionis purior cultus reductus, philoſophia in nouam melioremque plane formam reſtaurata, et ipſi iuriſprudentiae ſtudio noua lux accenſa, tum per maiorem iuris tam *publici* quam *priuati Germanici* culturam, tum etiam per *iuris Romani* et *canonici* purgationem ab infinitis erroribus, poſtquam ſitis in elegantiores litteras et antiquitates *Romanas* atque *eccleſiaſticas* admodum creuit, et HEINECCIVM, ſidus illud academiae noſtrae, quoque inter alios excitauit, vt omni prorſus conatu *interpretationem grammaticam* in integrum reſtitueret, et ſcriptis ſuis veram legum Romanarum mentem reduceret l). Quemadmodum vero

Deinde etiam in Germania.

quis et nouum ius, ſi fieri poſſet, conderent, nihilque ſuo loco ſtare permitterent. Teſtatiſſimum eſt, HOTTOMANNVM hoc morbo, TRIBONIANVM et IVSTINIANVM rodendi, laboraſſe, adeoque plerorumque ICtorum animos a ſe auertiſſe, vt cum HORATIO *lib. I. Sat. IV. v. 85* exclamare potuerint:

Hic niger eſt, hunc tu, Romane, caueto.

Nec diſſimulat hunc in eo naeuum GRAVINA *cit. l. lib. I. §. 175* ſed, *non modo, ait, in Accurſianis et Bartolinis interpretibus reprehendendis, ſed in ipſo Triboniano, quem et Antitriboniano, peculiari libello, concidit, perpetuo exagitando, collectam tota vita opinionem verecundia atque modeſtia prorſus amiſit.* Quidam *ſcita* Romanorum *poſitiua*, quatenus rationi a ſe formatae et pro *recta* venditatae conformia fuerunt, admiſerunt; quatenus ei repugnarunt, impune deſeruerunt, et iuriſprudentiam ex ſuo cerebro nouam condere voluerunt, quorum in numero quodammodo B. TITIVS, praeſertim *in obſeruat. ratiocinantibus in Lauterbach*, eſſe videtur. Etenim *logica interpretatio* aſſumit principia ex iure poſitiuo eiusque rationibus, atque inde recte ratiocinatur, ac concluſiones format; non tamen verba et grammaticam interpretationem deſerit, aut poſitiuas leges impugnat deſtruitque, quod ab officio interpretis alienum eſt. Tales interpretes *ſceletorum* inſtar ſunt, qui *corpus legum* nullum vel paucarum tantum, quae ſuae rationi conformia ſunt, agnoſcunt.

l) Ipſe vir beatus in *praefat. Bynkershoeki obſeruat. praemiſſa*, quae in *opuſc. minor.* ſeorſim editis, *tertium* conſtituit, *p. 23 ibid.* ita de ſe loquitur: *Ex quo cum elegantioribus litteris, quibus me a puero non infitior mediocriter eſſe verſatum, iuriſprudentiam interiorem coniungere ſtudui; ſtatim*

vero hæc academia ingentem auditorum numerum doctrinis ſuis aluit atque innutriuit, ita ex hac facile prodierunt, qui in aliis academiis quoque eodem ardore et pari conatu hodie veſtigia Heineccianá aliorumque, qui in omni eruditionis genere docuerunt, atque adhuc docent, premunt, vt felicior meſſis in vniuerſum ſperanda ſit.

Grammatica interpretatio occupatur 1) circa integritatem textus.

§. XII. Sicuti vero omnis grammatica interpretatio in duobus potiſſimum conſiſtit, tum, vt verborum euidenter corruptorum integritas reſtituatur, et genuina ab adulterinis et falſo adſperſis ſeiungantur tum etiam, vt verborum obſcuritati orationisque

ſtatim mirifice adamare et fere in oculis ferre cœpi ICtorum humaniorum volumina meaque intereſſe exiſtimaui, vt ea diurna nocturnaque verſarem manu. In primis autem exoſculatus ſum illuſtre, quod ætate noſtra illuxit, ingenium CORNELII VAN BYNKERSHOEK, *cuius ego lucubrationes tam auide ſemper perpolutaui ac ſi diurnam veluti ſitim explere cuperem. Quamuis enim non ignorem, alium eſſe eorum guſtum, quibus nihil, niſi quod Bartoli aut Baldi lucernam olet, ad palatum eſſe ſolet ego tamen meum ſecutus genium, alias mihi quæſiui delicias, easque in* BYNKERSHOEKII *ſimiliumque ſcriptis abunde reperi, admiratus præcipue viri eruditiſſimi iudicium acre, ingenium ſollers, iuris ſcientiam inuſitatam, ac denique incredibilem, quo omnia ſua condire ſolet, cultum orationis.* Quid in arte critica, in elegantiorum litterarum cultu, et antiquitatibus Romanis præſtiterit vir vere eruditus, nemo eſt, qui neſciat, ſcriptaque eius, præſertim commentarius *in legem Iuliam et Papiam Poppæam*, *antiquitates Romanæ*, *hiſtoria iuris ciuilis*, aliaque plurima, abunde reſtantur atque euincunt. Ipſe vir beatus cum aliis Germaniæ ICtis labem Germanæ litteraturæ ab exteris aſperſam, quaſi duntaxat in exteris terris enaſcerentur plantæ, quæ horto veræ eruditionis et elegantiorum ſtudiorum inſeri mererentur, abſterſit, docuitque ſuo exemplo, non in Belgio tantum ingenia talia deprehendi, quæ *grammaticam interpretationem* ex humanioribus litteris et antiquitatibus inſtruere et iurisprudentiam nitori priſco reſtituere valerent Loquitur præterea vel theſaurus *de verborum ſignificatione* Briſſonianus, quæ eius vires ingenii in diſcernendis verborum Romanorum et forenſium variis acceptionibus fuerint, quibus potiſſimum *interpretatio grammatica* indiget ad veram mentem legum eruendam.

que ambiguitati lux clarior affundatur m). Ita hi ipſi, qui præſidia litterarum humaniorum ad iuris Romani culturam attulerunt, in vtroque capite ſollertiſſimi indagatores fuerunt, et ad noſtra vſque tempora felices fecerunt progreſſus n). Ad primum enim quod attinet, quod *artis criticæ* primarium, non tamen vnicum opus eſt, negari nequit, textus in iure noſtro, codicum antiquorum vitio, quandoque adeo mendoſos et deprauatos eſſe, vt manu critica opus ſit, nec aliter verus ſenſus inde erui poſſit, quam ſi ex coniecturis legitimis, aliqua probabilis immutatio fiat o). Non

eique inſeruit ars critica.

K aliter

m) Recte obſeruat, VALENTINVS GVILIELMVS FÖRSTERVS *de iuris interpretatione, tom. II theſ. iur. Rom.* p. 914. relatus, lib. I. c. 2 grammaticam interpretandi rationem eſſe duplicem: alteram, quæ lectionis veritatem indagat et inprimis emendandos locos corruptos et deprauatos: aliam, quæ verborum obſcuritatem et orationis ambiguitatem declarat. Neque enim de *verborum ſignificatione* iudicium ſanum ferri et idoneus ſenſus inde erui poteſt, antequam conſtiterit, verba eſſe integra et incorrupta. de quo ſi iuſta de cauſſa dubitatur, ante omnia curandum, vt ea reſtituantur in integrum. Recte itaque cenſuit MVRETVS *lib. XIX. var. lect. c. 14. nullam hominum genus magis prodeſſe ſtudiis, quam eos, qui ſedulo operam in mendis eluendis emendandisque ponunt.* Spectatum hoc etiam illuſtri BYNKERSHOEKIVS *in præfat. ad tom. I. obſeruat. iur. Rom.* ad iuris noſtri emendationem, neceſſariam quandoque, applicat, et cautiones ſuppeditat, ſub quibus ad hanc medicinam accedendum eſt.

n) Idem etiam obſeruat BVRMANNVS *cit. l.* et *poſterior ætas*, ait, *attulit elegantiores litteras, hiſtoriam iuris, fragmenta veteris iuris, Baſilica, Theophilum, Harmenopulum, inſcriptiones legum, ſubſcriptiones item in codice, lectionum varietates et, vt vno verbo abſoluam, criticam attulit, ſine qua nemo eſt, qui perfecte ſapiat in illa arte.* Ex quo ſimul liquet, *criticam autem pertinere ad grammaticam interpretationem*, immo illam ipſam conſtituere, quod non ſimpliciter diffitetur CLERICVS *de arte crit. vol. I. praef. ſect. 1. §. 1.* maxime ſi in ſenſu antiquorum, prout ſupra *not. u.* dictum eſt, *grammaticos* deſignemus, nec eos tantum intelligimus, qui elementa latini ſermonis tradunt. Ipſe vir illuſtris, antea laudatus, proprio exemplo in ſuis *obſeruationibus* luculenter docuit, quam ingens ſubſidium *grammaticæ interpretationi* adferat *ars critica*, etiam circa emendationem locorum difficilium occupata, quamuis ea non vnice abſoluatur, ſed latiorem omnino ambitum habeat.

o) De *origine mendorum* in veterum libris et *antiquitate* plenius agit CLERICVS *de arte crit. Vol. II. Sect. I. c. I. et 2.* Vitia enim olim irrepſiſſe in textum librorum et noſtri codicis legum

et

Regula et Cautela [illegible]

aliter tamen ad hanc medicinam recurrendum, quam si (I) neceſſitas eam vrgeat deſideretque, vt aliter vulnera infecta ſanari nequeant p). Cauendum quoque, (II) ne nimis

ex *librariorum* incuria, qui ipſimet deſcriberent libros, vel plurimis ſimul dictarent, vt vna opera plura eiusdem libri haberentur exemplaria, nemo eſt, qui neſciat, nec ſatis vllus negare poterit. *Ipſi auctores*, vt vtar verbis [illegible] cit. l. *non ſemper ſcribendo operi erant intenti, quia calamus aliquando aberrauerit, non magis olim quam nunc, remoti a vitio fragilitatis humanae. Et quam larga mendorum materies a librariis vel dictantibus vel ſcribentibus? quidquid enim ex antiquitate ſupereſt, manu fuiſſe ſcriptum atque ita per aliquot ſecula propagatum, non eſt, qui neſciat, vllus. Quantumque vel diligentiſſimi quique laborarent in deſcribendo ſuo vel alienorum opere, hos homines erraſſe non putabis, qui et vel operas mercenarias vel voce vel calamo locabant? qui eſurientes feſtinabant, vt pretio opera ſua potirentur? qui, vel gnari, ſe erraſſe, errorem non mutabant, ne ob deformitatem operis pretio quod decederet? qui denique omnium rerum fere imperiti erant, nedum harum, quas ſcribendas excipiebant? Sane hos, ſi erraſſe neges, Deos facis, non homines.* [illegible] et vnde dicere poſſis, ab eo tempore, quo ars ſcriptoraria inuenta eſt, ſemper etiam vitia in eam per dictationem incuriam irrepſiſſe, adeoque ab omni aeuo quoque in his corrigendis ſollicitos fuiſſe, quorum ea res erat. Olim autem *grammaticos* partem hanc fuiſſe, obſeruat SVETON. *de illuſt. grammaticis* c. 24. probatque exemplo M. VALERII PROBI, de quo ait: *multa exemplaria contracta emendare ac diſtinguere et annotare curauit ſoli huic, nec vlli praeterea grammatices parti deditus*. quae verba optime illuſtrat SAMVEL PITISCVS *in comment. ſur.* Si ipſe CICERO ſuo tempore *lib. III. ad Quintum fratrem epiſt. III. in f.* de grauiſſimis librorum ſcriptorum mendis conqueritur, ſcribitque: *de latinis vero* (libris) *quo me vertam, neſcio. ita mendoſe et ſcribuntur et veneunt*, quid ſani et integri de poſteriorum ſeculorum libris deſcriptis, praeſertim in ipſa temporum caligine, exſpectandum?

p) Haec eſt ſententia prudentiorum artis criticae peritorum, cum bene [illegible] ſit de [illegible] eſſe ſollicitum, non ferre audere alienam peruertere, immutare, et hoc modo ſenſum alienum auctori alicuius ſcripti affingere. Sicuti vero medicina tunc demum opus, vbi de morbo euidenter conſtat, ita quoque ad ſanandum textum nunquam procedendum, niſi eundem manifeſto laborare vitio conſtet. Suo tempore [illegible] *de* [illegible] c. II. n. 9. hoc malum, collatis libris, grauiter irrepſiſſe con-

[illegible]

[illegible] hac [illegible], sed admodum probabile sit, [illegible] vel [illegible] litterae [illegible] textu [illegible]

K 2 pote-

[illegible] ut [illegible] IUSTUM LIPSIUM [illegible] correctionem [illegible] Vnde [illegible]

[illegible] Hispaniae, cui etiam [illegible] lex [illegible] hac [illegible] INSPICIENTE [illegible] Verba [illegible] VANDE WATER [illegible] quod [illegible] vel [illegible] Ego correctionem nullam hoc casu [illegible] Paulus [illegible] Paulus [illegible] vel [illegible] quod [illegible]

potuiſſe q). Præferam vero (III) ex medicina facile arripiendam, quæ, interpunctione nova adhibita, ſenſum magis idoneum ſuppedita-

[illegible] poſſidentis melior ſit. Hoc ipſum tamen pugnare cum l. 1. C. de precar. et Salvian. interd. [illegible], in qua interdictum Salvianum contra extraneum ſive tertium poſſeſſorem penitus denegatur, adeoque pro interdicto Salviano, legendum [illegible]. Verum hæc [illegible] emendatio, quæ pro lubitu [illegible] verba, quæ ſenſum adeo immutant, ut a rubro plane alienus ſit, [illegible] metamorphoſin non admittere verba, quæ [illegible] ſequuntur [illegible]. Particula [illegible] hoc indicat, in [illegible] quoque de interdicto Salviano, non de [illegible], de quo [illegible] agit, [illegible] locutum fuiſſe. Nec ulla [illegible] eſt, [illegible]. Hoc eſt [illegible] eſt applicanda, [illegible] ſub voce extraneus [illegible] eſt monſtratum. [illegible] Aut enim hoc interdicto [illegible] agere intendunt [illegible] poſſidet, quo caſu melior conditio poſſidentis eſt, [illegible]. Aut vero neuter poſſidet, tunc ſinguli contra extraneum, [illegible], ut [illegible] hoc loco [illegible] de-

[illegible], qui non eſt creditor, [illegible] eſt quoque debitor, non [illegible] poſſeſſor tertius. Denique hæc interpretatio eo magis arripienda, poſtquam ex l. 1. C. de precar. et Salvian. interd. conſtat, hoc interdictum contra tertium poſſeſſorem non dari, [illegible] extraneum tertium poſſeſſorem [illegible] nec valuit, nec potuit.

q) De hoc [illegible] [illegible] libros [illegible] [illegible]. Quamvis [illegible] [illegible] (I) ut [illegible] (II) ut [illegible] [illegible] legendum eſt [illegible] [illegible] eſſe [illegible].

peditate r), vel etiam artis typographicæ facto contingentia vitia, quæ ſæpe turbant ſenſum, ſine immutatione vlla verborum, in melius mutare poteſt. Sæpe enim quædam litteris, vt vocant, *antiquis* exarata ſunt, quæ *iacentibus* ſeu *verſalibus*, vt loquuntur typothetæ, exprimi debuiſſent, quo facto facile omnis difficultas ſuperari poteſt s). Denique (IV) codices MSCtos optimæ notæ,

vel

probat I. G. HEINECCIVS in *opuſcul. minor. opuſc. III p. 15.* cum CLERICO *de arte critica P. III ſect. 1 c. 14.* vbi etiam c. 17. leges emendandi et cautiones addit.

r) Cum enim veteres codices ſine interpunctione ſcripti ſint, merito illæ emendationes probandæ, quæ loca vitioſa ſeuli interpunctione emendant, et evidentiorem inde ſenſum ſiſtunt. Probabile admodum eſt, in *l. 14 §. 1 D. de pignor. act.* mendum duplex inepiſſe, tum in voce *ut*, pro qua NOODT *ad eo tit.* legit *at*, tum in ipſa interpunctione, quam ita ingenioſe reſtituit: *venit autem in hac actione et dolus et culpa; at in commodato venit et cuſtodia, vis maior non venit.* Hac emendatione recepta, omnis difficultas, quæ vulgatam lectionem preſſit, ceſſat.

s) *Formulæ* pactorum etiam vpluriumum litteris diverſis ſeu *curſivis* a reliquis ſolent diſtingui, quæ tamen nonnunquam non integris iisdem litteris exaratæ ſunt. Hoc contigiſſe in *l. 69. D. pro ſoc.* non ſine ratione iudicat I. N. de LYNKER in opuſculo, cui titulum dedit *ſuſpecta atque vitia, ad l. 69. D. pro ſoc.* faciliorem tamen ſenſum textui attribui poſſe cenſet, ſi hoc modo diverſis exſcribitur typis: „cum „ſocietas ad emendum coiretur et convenirets *ut unus reliquis nundinas, i. e. epulas præſtaret, eosque a negotio dimitteret, ſi eas eis non ſolverit;* et „pro ſocio et ex vendito cum eo agendum eſt. „Hac ratione verba *ſi eas eis non ſolverit* partem pacti conſtituunt, non autem ad deciſionem ICti pertinent. Optimum quoque factum fuiſſet, ſi in recentioribus editionibus corporis iuris ciuilis verba ICtorum *relationes a deciſione* diverſis typis diſtinguerentur, ne quis illa pro his acciperet, et ICtis contrariam mentem aſſignet. Hac ratione obſeruata ſæpe interpretatio facilior et felicior euadit, errores autem ſimul deteguntur, vt obſeruauit in *vindiciis pacti de non præſtanda euict.* ad *l. 11 §. 18 D. de act. emt. vend.* quæ hoc modo diverſis eſſet exaranda typis: „qui autem habere licere vendidit, videamus, quid debeat præſtare: et „multum intereſſe arbitror, vtrum hoc „pollicetur, per ſe venientesque a ſe „perſonas non fieri, quo minus habere „liceat: an vero per omnes; nam ſi „per ſe, non videtur id præſtare, ne „alius evincat. proinde ſi euicta res erit, „ſiue ſtipulatio interpoſita eſt, ex ſtipulatu non tenebitur: ſiue non eſt interpoſita, ex empto non tenebitur.„ Hæc erat deciſio VLPIANI, quæ generatim pronunciat, præſtationem euictionis prom-

ſiſ-

vel inde defluentes editiones accuratas conſulere neceſſe eſt, adhibitis etiam graecis verſionibus, quibus non raro ad veriorem et certiorem lectionem deducimur e). His adhibitis cautelis, facile illorum obiurgationes et iras contemnere poſſumus, qui omnes,

ſit hoc caſu deficere. His praemiſſis, refert IVLIANI ſententiam circa hoc argumentum certo modo diſtinguentis, quae vt a prioribus curate diſtingui poſſunt, hoc modo enarranda erunt: ſed IVLIANVS lib. XV Digeſtorum ſcribit, etiamſi aperte venditor pronunciet, per ſe heredemque ſuum non fieri, quo minus habere liceat, poſſe defendi, ex empto eum in hoc quidem non teneri, quod emtoris intereſt, verumtamen, vt pretium reddat, teneri. Ibidem ait, idem eſſe dicendum, etſi aperte in venditione comprehendatur, nihil euictionis nomine praeſtatum iri, pretium quidem deberi re euicta, vtilitatem non deberi. Neque enim bonae fidei contractus hanc patitur conuentionem, vt emtor rem amitteret et pretium venditor retineret: niſi forte, inquit, ſic quis omnes iſtas ſupra ſcriptas conuentiones recipiet, quemadmodum recipitur, vt venditor nummos accipiat, quamuis merx ad emtorem non pertineat: veluti cum futurum iactum retis a piſcatore emimus, aut indaginem plagis poſitis a venatore, vel pantheram ab aucupe: nam etiam ſi nihil capit, nihilominus emtor pretium praeſtare neceſſe habebit. Ita ampliſſime VLPIANVS refert ſententiam IVLIANI, eam tamen ſuam non facit, ſed potius contrarium indiſtincte dicendum eſſe aſſerit, vti indicant verba eius deciſiua: „Sed in ſupra „ſcriptis conuentionibus contra erit di„cendum, niſi forte ſciens aliena „vendit; tunc enim ſecundum ſupra „a nobis relatam Iuliani ſententiam „dicendum eſt, ex empto eum tene„ri, quia in dolo eſt." Hoc modo textu enarrato, palam eſt, VLPIANVM plane non ſequi ſententiam IVLIANI, nec recepiſſe diſtinctionem inter pretii reſtitutionem et praeſtationem eius, quod intereſt, vt illa quidem ex empto praeſtanda ſit, non vero hoc, cum verba vltima, quae deciſiua [illegible] ſunt, indicent. [illegible] diſtinctionem praedictam receſſiſſe, quae tamen a pleriſque interpretibus per errorem aſſerta eſt, quaſi ab VLPIANO probata eſſet.

e) Hoc etiam recte commendarunt [illegible] BYNKERSHOEK [illegible] et [illegible] HEINECCIVS [illegible] aliique, cum ſaepe ex codicibus optimis nota lectio vulgata emendari queat, vt ſenſus melior euadat. Pariter etiam prorſus ex verſionibus conſulendae, quae ſaepe ambiguitates a corruptione vel remouent, vel cum [illegible], praeſertim ſi antiquiorum codicum quoque [illegible] lectio ſit. Sic in §. 9. L. de [illegible] vulgata lectio haec eſt: [illegible] conſtituente domino [illegible] et [illegible] poſtea [illegible] habuerit, [illegible] eſt [illegible] ſit. Conſule cum [illegible], quae cum paraphraſi THEOPHILI coniunctim edidi, [illegible]

omnes, etiam leuiſſimas, mutationes verborum reſpuentes, ex ſuperſtitione ducti, quod ne iota quidem in noſtro legum theſauro perdi debeat, ſed omnia ſana et integra ſint, qui tamen nil niſi contortas et irrationabiles vtplurimum interpretationes in obſcuris et vitioſis locis adferre, et contradictiones cumulare ſolent u). Tandem (V) etiam hoc quoque inter-

ante MSCtum membranaceum ex Bibliotheca Uffenbachiana, ad me eo tempore, quo nouam parabam editionem, transmiſſum, in quo lectio ſupra [illegible] habetur hoc modo: *ſed heres poſtea ratum non habuerit, quam illa non eſt mortuus ſine voluntate eius, tamen tamen religioſus fit.* Facile hanc reciperem lectionem, niſi obſtaret THEOPHILI paraphraſis, quae cum lectione vulgata conſpirat, eo magis recipienda, quia ipſe THEOPHILVS inter adiutores fuit, quos IVSTINIANVS adhibuit ad componendas Inſtitutiones, vti in *praefat.* praemiſſa *de Theophili paraphraſi* docui. E contrario admodum corrupta eſt lectio *l.* 13. §. 1. *D. de re iudic.* quae tamen facile emendari poteſt ex Baſilicis, in quorum *tomo I. p.* 603. vera legis huius ſententia refertur.

u) Duo hominum genera iuriſprudentiae eſſe periculoſa et cauenda, pari conſenſu et animo adſerunt BYNKERSHOEK et HEINECCIVS *cett.* [illegible], quorum prius traditum eſt [illegible] et eos concernit, qui non medicinam adferunt, ſed ſcribunt in libros [illegible] poſterius eorum, qui *ſuperſtitione* ducti, omnem, etiam *neceſſariam* et probabilem correctionem faſtidiunt, et in ſordibus viuere, quam vel vnius literae reformationem admittere malunt, cenſentes, ius valere et receptum, eamque lectionem in foro auctoritatem recepiſſe, quae *gloſſatoribus* conformis eſt. Equidem et ego horreo illud emendationis genus, quod *correctionem* [illegible] in foro operatur; *interpretationes* tamen *grammaticae* illud genus merito recipiendum arbitror, ſine quo obſcura, et in grauiſſimis poſita ſyrtibus, intelligi non poſſunt. Cum enim etiam in hoc admodum neceſſarium ſit, cum *legum* interpretatione [illegible], haec ſophiſtica vtiliſſimum [illegible], ſi prior negligatur. Qui [illegible] in vulgata lectione *l.* 13. §. *fin. de vſufr.* in infinitas abſurditates et ἀντινομίας incidunt, ac rationes [illegible] nobis communicantur, vt [illegible] pugnent et mendaces [illegible]. Denique quia omnes concedunt, *grammaticam interpretationem* in iure noſtro explicando neceſſariam eſſe: eius officium vero potiſſimum in duobus conſiſtit, vt [illegible] hoc §. [illegible] eſt ab illa ſeparari illa ſoli circa [illegible], quae circa *interpretationem verborum*, neceſſario primo exquirendam, verſatur.

terpretationis huius officium eſt, vt, quæ aliena manu interpolata ſunt, vel etiam a Triboniano adiecta, a genuinis ſeparentur, modo idonea ratione demonſtrari queat, neceſſario talem interpolationem factam fuiſſe.

II. In genuino verborum ſignificatu eruendo.

§. XIII. Præterea interpretatio grammatica in eruendo verborum ſenſu genuino primario occupata eſt, obſcura et ambigua declarat, et ex ſcriptis vel eiusdem auctoris vel aliorum eiusdem ætatis illuſtrat, quo in ſenſu hæc vel illa verba, olim in foro et rebus agendis vſitata, accepta fuerint, quæ, ob defectum hiſtoriæ et antiquitatum Romanarum atque litterarum humaniorum, *ex accidente* hodie obſcura videntur, quamuis olim non fuerint x). Qui enim idonee interpretari antiquorum ſcripta cupit, linguam illius temporis, quo aliquid ſcriptum eſt, intelligere y) auctoris ipſius propria philoſophiæ, qui

x) Id declaratum eſt § *X* atque *not. x ſeqq* obſeruatum, quanta barbaries inter primos ſeculi XII. interpretes atque ſubſequentium temporum ex hoc defectu regnauerit in ſcholis Italiæ et Germaniæ, et quam inſignis lux ſeculo XVI. affulgere cœperit reſtitutis litteris humanioribus et reuocato antiquitatum Romanarum ſtudio, quod §. XI plenius iam expoſitum, ita vt hic ex ante dictis meſſem idoneam facere queamus.

y) Hoc monitum ſupra § *IX.* dedi et *nota* p. explicui atque inde deduxi, ICto et interpreti iuris Romani admodum *neceſſaria* eſſe præſidia humaniorum litterarum, nec tantum, vt Bulgariſtæ loquuntur, *ornamento* inſeruire, quo ICtus carere queat. Qui ita rationes ſubducunt, ne quidem ad *grammaticam interpretationem* ſe idoneos eſſe, publice produnt, ſed incertis *opinionum* et *ſententiarum receptarum* procellis iactantur. Sicuti itaque, qui opus in gallica lingua ſcriptum interpretari deſiderat, ad minimum huius linguæ peritus eſſe debet, ita quoque pariter nemo ICtorum veterum ſcripta intelligere poteſt, qui eorum ſermonis et reconditorum verborum iuris ſenſuum intelligentiam non habet. Verum interim ſuperſedeo, hæc vlterius examinare, poſtquam hac in re mihi otium fecit PETRVS DANIEL HVETIVS *libro II. de interpretatione*, qui quidem primario in libris recte vertendis occupati ſunt, ſed eiusmodi præcepta ſuppeditant, quæ etiam hac in obſeruatione vſum præſtant.

cui addictus fuit, principia cognita habere z): rem ipſam, de qua agit, quamque verbis exponit, intelligentia ac ratione comprehendere a), ac denique varias vocum ſignificationes curate obſeruare debet. Sunt etiam in iure *termini technici* b), ſicuti in ceteris diſciplinis et artibus generis humani, quorum intelligentia in primis in interprete deſideratur. Vno verbo eodem lexico ſeu verborum ac formularum theſauro vti debet interpres, quo gauiſus eſt ſcriptor antiquus, ſeu ICtus Romanus, legis explicandæ auctor. Atque hunc in finem non tantum *lexica* ſeu *dictionaria* in vniuerſum *interpretationi grammaticæ* admodum inſeruiunt c), ſed ſpeciatim illi rei iuridicæ inſignem operam præſtant, qui verborum, quæ ad ius pertinent, ſyllogen ordine alphabetico colligunt, varias eorundem ſignificationes

L an-

z) Vt plerosque ICtos Stoicæ ſectæ addictos fuiſſe, *exercitatione II. de Stoica ICtorum philoſophia* monſtraui, de quo argumento ex profeſſo quoque egit v. c. EVERARDVS OTTO ſingulari oratione, oſtenditque plerorumque ICtorum reſponſa placitis Stoicorum conuenire. Praeterea cum inter veteres ICtos ſectæ fuerint, multum proderit interpreti noſſe, cui familiæ addictus fuerit ICtus, cuius textum interpretatur.

a) Docet hoc prouincia *grammatici*, quæ lattiſſimum ambitum habet, ſupra §. *VIII. not.* n. iam deſignatum, quæ etiam merito ICto commendata eſſe debet, vt *not.* a. *et* b. exemplo CAPITONIS et LABEONIS monſtraui.

b) Hanc de *verborum iuris* ſignificatione obſeruationem, ſupra *not.* o. *ad* §. *IX.* illuſtraui, cui addi poteſt, quod, abrogatis licet verbis *directis* et *ſolennibus*, iuriſprudentia tamen adhuc ſcateat infinitis *propriis verbis*, quibus doctrinas iuris deſignat, et forum inſtruit, quæ proprias ſuas ſignificationes forenſes habent, quæ in theſauro Briſſoniano abunde adductæ ſunt.

c) Latius de hoc argumento *not.* q. diſſerui, atque vſum *Lexicorum* atque gloſſariorum oſtendi. His addi poſſunt, qui *aduerſaria* exemplo ADRIANI TVRNEBI et CASPARIS BARTHII ediderunt, quippe quæ nihil aliud intendunt, quam *interpretationi grammaticæ* et *verborum ſignificationibus* atque *integritati* ſuppetias ferre, ad quorum euolutionem accurati indices multum faciunt.

annotant, atque ex antiquitatibus ac litteris humanioribus explicant illuſtrantque, quo ſemper copia ſufficiens in promtu ſit.

De ſubſidiis interpretationis ex Opere Briſſoniano de Verb. Signif.

§. XIV. Hæc fuerunt fata *interpretationis grammaticæ* in iure ciuili, quam, vti dixi, ſuis ſcriptis egregie promouit par nobile ICtorum BRISSONIVS et HEINECCIVS, adeoque non mirandum, eosdem pari conatu et inſtituto eundem ſuſcepiſſe laborem in exornanda doctrina vere grammatica *de verborum, quæ ad ius ciuile pertinent, ſignificatione*, aliis lexicis iuridicis longe præferendum d). Prodiit hic theſaurus Briſſonianus aliquoties Pariſiis et Francofurti e), denique etiam Lipſiæ an. MDCCXXI. inſigni cum applauſu ab eruditis exceptus. Poſtquam enim BRISSONIVS tot ingenii dotibus ornatus facile perſpexerat, quam egregia *vtilitas* ex grammatica interpretatione, quæ potiſſimum circa *verborum ſignificationes* occupata eſt, ſperanda, et quanta neceſſitate a ſingulis, qui iuri operam non proletariam, ſed in ſolidis fundatam principiis, dare conſueuerunt, hæc doctrina expetenda eſſet: præterea vero animaduerterat defectum in hoc argumento vniuerſalem, quem ne quidem in milleſima parte interpretes ad *tit. de verb. ſignificatione* ſuppleuerant, id curæ cordique ei vnice fuit, vt faciliori methodo, ſeruato ordine alphabetico, *verba iuris* neceſſaria colligeret, eorum diuerſas acceptiones ex ipſis legibus et coæuis ſcriptoribus doceret, et hoc mare immenſum ſi non exhauriret,

d) In promtu eſt CALVINI *lexicon iuridicum*, cuius labor tamen non eſt comparandus cum *theſauro* BRISSONII *de verb. ſignif.* præſertim nouiter B. HEINECCII cura emaculatius edito. Nec HOTOMANNI *comment. de verbis iuris* cum finem aſſecutus eſt, quem BRISSONIVS ſibi propoſuit obtinuitque.

e) Francofurti enim prodiit MDLVII. et MDLVIII. item MDLXXXVII. ac MDLXXXIII. Poſthuma editio, ab ipſo auctore adhuc emendata et aucta,

ret, aliis tamen viam monſtraret, acceſſionibus nouis et quotidianis hunc theſaurum exornandi. Eſt enim hic labor immenſus nec vnius fere hominis, alienis publicisque præſertim diſtricti negotiis, vt merito mirandum ſit, ICtum ſub tanta laborum publicorum farragine, eam ſibi grauiſſimam prouinciam impoſuiſſe, vt vtrumque theſaurum et *de formulis* et de *verborum ſignificatione* perficiendum ſuſciperet, niſi vires ingenii ſufficientes, et ſolida eruditione ſubactum pectus in ſe cognouiſſet, ſitimque præterea expleri neſciam ad exornandam iurisprudentiam per *grammaticam interpretationem* vulgo neglectam ſenſiſſet. Hac admiranda et pæne diuina virtute tandem effectum eſt, vt vtrumque opus in incrementum rei litterariæ communis in publicum prodire iuſſerit.

§. XV. Verum, quod vtplurimum in eiusmodi *collectionibus verborum* contingere ſolet, vt inchoatum opus eſſe videatur in primo ſuo ſyſtemate potius, quam perfectum et exædificatum, magis hoc theſauro ſitim eruditorum acuiſſe quam ſatiaſſe viſus eſt BRISSONIVS, præſertim quod ipſe præuiderit, talem a ſe ſuſceptum laborem eoque conſilio peractum, cui multa adhuc etiam ab aliis addi poſſent et deberent. Hac de cauſſa tum ipſemet poſteriores editiones, præſertim eam, quæ poſthuma fuit, et anno MDXCVI, Pariſiis prodiit, multis acceſſionibus ditauit, atque emendatiores reddidit tum præterea etiam IO. OTTO TABOR et IO. CHRISTIANVS ITTERVS opus in Gallia natum et educatum, in Germania nouis copiis inſtruere, atque, quantum in ipſis fuit, in perfectiorem ſtatum deducere conati ſunt. Sed vt verum fatear, non *Huius theſauri emendatio ſuſcepta olim a Tabore et Ittero.*

ſta, Pariſiis prodiit anno MDXCVI. HENRICO IV. regi dedicata.

eadem felicitate parique exitu. Omnes in hoc vnice fuerunt, vt, neglectis Briſſonianis meritis, expolitiones multas deſiderantibus, ſuas tantum venales exponerent, et orbi erudito theſaurum BRISSONII variis acceſſionibus locupletatum ſiſterent. Neque enim in id neruos ingenii et induſtriæ intenderunt, vt hoc opus, quod plurimis allegatorum erroribus et aliis defectibus ſcatebat, purgarent et emaculatius atque ornatius orbi litterario ſiſterent, vel quæ inordinate et alieno loco poſita erant, meliori ordini aptiorique loco reſtituerent, id quod tamen ante omnia in tali *collectione verborum* eſt neceſſarium, quæ vtilitatem ſperatam non ſortitur, ſi fontes, vnde ſingula hauſta ſunt, non accurate deſignati, ordo vero naturalis verborum turbatus eſt. Præterea hi duo viri præſtantiſſimi ſæpe ſine delectu, quæ ipſis obuia fuerunt, conduxerunt, et operi Briſſoniano, ad inſtar lectorum multum notorum qualiumcunque adiunxerunt, præſertim vero ex *Codice Theodoſiano* f), cuius non eandem, quam iuris, in meliori æuo nati, rationem habuerat BRISSONIVS, multa ſuppleuerunt. Denique nouis auctoritatibus et argumentis, quibus ille vſus haud erat, quasdam eiusdem coniecturas et obſeruationes quidem exornarunt vel corroborarunt, quæ tamen vberiorem illuſtrationem ex penu litterarum humaniorum ampliſſimo omnino deſiderabant.

Quid in eo perficiendo præſtiterit Heineccius?

§. XVI. Quæ cum ita eſſent, conclamatum atque in ore omnium erat, longe adhuc præſtantiorem ICtum et quidem præſidiis tum optimarum litterarum, tum antiquitatum Romanarum inſtructiſſimum deſideratum fuiſſe artificem, qui hoc præ-

f) In eo potiſſimum TABORIS labor verſatus eſt, vt IACOBI GOTHOFREDI *gloſſarium ad Cod. Theod.* et ſcriniis compilaret, et verba diuerſarum ætatum confunderet.

præſtantiſſimum opus, a BRISSONIO quidem inchoatum, ſed impolitum et rude relictum, perpoliret, immo etiam imperfectum plenius exædificaret eique vltimam manum adderet. Vno verbo illuſtrem noſtrum HEINECCIVM, ICtum ad hoc opus perficiendum aptum natum, deſiderauit, cuius ſub curis eruditis et meditationibus ſelectis hic theſaurus in nouam formam conuiceretur, acceſſionibus neceſſariis et *grammaticæ iuris interpretationi* inſeruientibus augeretur, et ab infinitis mendis purgaretur. Gloriæ et ſingulari incremento *Briſſoniani nominis* ceſſit, quod ICto humaniſſimo ſocius contigerit humaniſſimus: eruditionis laude corruſcanti adiectus ſit comes indiuiduus optimarum artium ſtudiis eruditus et excultus: interpreti iuris illuſtri additus adiutor æque illuſtris, et, vt paucis dicam, quod BRISSONIVS itineris, quod ingreſſus erat, ſodalem acceperit HEINECCIVM, vtpote cui ab egregiis animi dotibus datum erat, vt præ aliis defectus emendare, diſtinctius vocabulorum ſignificationes proponere, omiſſa ſupplere eaque ad meliorem οἰκονομίαν et συνταξιν, quæ memoriæ et facili inuentioni verborum maxime opem affert, deducere, quæ præpoſtere et inordinate propoſita erant, denique operi huic vltimam limam, quæ adhuc deerat, addere poſſet. Qui enim merita viri illuſtris in rem litterariam egregia ſedulo animo perpendet, ille mox leonem ex vngue agnoſcet, atque intelliget, aptiorem huic operi perficiendo præfici non potuiſſe, quod etiam ipſa lectio vſusque huius theſauri aſſiduus confirmabunt.

§. XVII. Videlicet eas ſibi leges in hoc moleſtiſſimo labore dixit vir erudiciſſimus HEINECCIVS, ſine quibus ad plenam perfectionem deduci non potuit. Etenim (I) *formæ* ſibi rationem ante omnia habendam eſſe duxit, quæ emendationem ne- *Ratione ordinis*

 ceſſariam

ceſſariam hinc inde deſiderabat. Nam quamuis BRISSONIVS, ex inſtituto lexicorum, opus ipſum ſecundum ſeriem alphabeticam diſpoſuerit, eumque verborum ordinem, qui ei conuenire videbatur, ſeruauerit, neſcio tamen, qui factum fuerit, vt ab hoc itinere recto quandoque declinauerit, et ſeriem verborum, aptis et accommodatis locis curate ponendam, magno cum euoluentium incommodo, ſæpe neglexerit g). Vbicunque ergo litterarum ordo confuſus erat, ſollicitam beatus auctor dedit operam, vt eundem reſtitueret, tum in ipſa articulorum, quos vocant, ſerie h), tum in ſingulis eorum membris atque ſectionibus, ſæpe præpoſtere poſitis i). Præterea (II) ſicubi vocabula, quæ ſingularem propriamque ſedem merebantur, extra eam vagari deprehendit, ea, quantum fieri potuit, magna cum ſolertia conquiſiuit et conuenientiori loco collocauit, quo, quæ diſtinguenda ab aliis erant, accurate ſecerneret, nouosque hoc modo ſæpe articulos, a BRISSONIO ſæpe cum aliis mixtos, formaret k).

In ſupplendis & curatius eruendis vocum ſignificationibus.

§. XVIII. Quoniam vero (III) vniuerſum hoc opus primario in eruendis verborum *ſignificationibus*, variis diuerſisque verſatur, alienæ curæ adhuc multum relictum eſſe facile animaduertit doctiſſimus editor, adeoque innumeris verbis ſignificationes a BRISSONIO omiſſas addidit, earumque varietatem, ſi qua eſſet, ordinatius atque curatius notauit, cuius rei tot fere ſunt exempla, quot articuli. Cum enim plura ſæpe ſcripto ſignificantur propter verborum ambiguitatem, vt liceat ei, qui contradicat, ſigni-

g) Sic articulo PRAEDECESSORES ſubiectus articulus PRAEDES, qui potius et conuenientius referri debuit ad articulum PRAES.

h) Vti ex articulis CALX, CALIX, CAVTELA, ſuis locis repoſitis, perſpicere licet.

i) Exemplum eſt in articulo CESSARE, cuius *ſubſecta* ſecundum ſeriem alphabeticam collocata ſunt.

k) Exemplum eſt in articulo CAPIO, cui meliori ordine alii affines ſubiuncti ſunt, quod et in artic. CAVERE et PRAEFECTVS factum.

ſignificationem ſcripti eo trahere, quo expediat et velit, omnino, maxime in legibus ſcriptis, eſt opera danda, vt varii verborum intellectus ſiſtantur, et idoneis teſtimoniis firmentur, quo ſingulis vocibus, prout materia, de qua agitur, id poſtulat, ſuus genuinus ſignificatus attribuatur l) et a diſſentientium inſidiis liberetur. Praeterea vero (IV) *ordine idoneo* opus eſt, in varia verborum ſignificatione curate inter ſe diſtinguenda, et iis coniungendis, quae ad eandem cauſam ſpectant. Quocirca illuſtris editor diuerſas verborum ſignificationes, nulla ratione antea diſtinctas, ſed indigeſta mole collectas et ſic admodum confuſe poſitas, ſigno ( ) diſtinxit, numerosque tot addidit, quot eſſent peculiares notiones, quod ipſi operi non tantum inſigne ornamentum, ſed etiam facilem viam conciliauit, vno intuitu quaeuis perluſtrandi, quae ad vnam eandemque ſectionem pertinebant, et ſpeciatius in laudatione operis ad numerum prouocandi, quo quis theſin ſuam firmare intendit.

atque ordine idoneo a ſe inuicem diſtinguendae.

§. XIX. Frequentiſſime quoque (V) leges allegandae a BRISSONIO omiſſae, nec auctores, quorum verba tamen adducta, laudati ſunt, quandoque etiam loca auctorum vel legum male excitata et adducta, denique alius pro alio auctor m) allegatus, prout in eiusmodi collectionibus facile contingere ſolet, niſi ſingularis ἀκρίβεια et grauis ſollicitudo adhibeatur. Id ergo ſibi negotii quoque datum fuiſſe recte cenſuit B. HEINECCIVS, vt ea, quae emendanda in hoc argumento eſſent, emendaret, neglecta diligenter ſuppleret, auctores omiſſos adderet, et veros locos auctorum

In citationibus LL. & auctorum emendandis.

l) Vti *not. p. ad §. XII* appellatione extranei illuſtratum eſt ex *l. 1. de* [illegible].

m) Sic ſaepe leges, quae allegari debebant, omiſſae, vt in PRAECAVERE *l. 26. §. 7. D. mandat.* In art. PRAEFECTVS *l. 3. pr. D. de offic. praef. vigil.* In artic. PERFVSORIE *l. 2. §. 12. D. ad SC. Trebell.* In artic. PRAESENS *l. 10. §. 12. D. quae in fraud. credit.* In articul. PARRICIDA varii ex VALERIO MAXIMO loci emendandi, et ipſius auctoris nomen diſtinguendum erat.

ctorum reſtitueret. Hac de cauſſa quoque (VI) ſingulas pæne leges, quarum infinitus numerus adductus eſt, omnesque, qui in partes vocantur, auctores veteres indefeſſa opera euoluit, fontesque, vnde ſententias ſuas probare annisus eſt BRISSONIVS, maturo iudicio expendit, male indicatos rectius ac curatius indicauit, ac denique, quæ minus recte ex cuiusdam auctoris vel legis verbis collegit, ſedulo annotauit, contrariumque modeſte adſtruxit. E contrario (VII) repetitiones nonnunquam in opus Briſſonianum irrepſiſſe animaduertens, eas tollendas recte iudicauit.

Itque curatius & diſtinctius proponendis.

§. XX. Non parum quoque (VIII) compendii præſtantiſſimo operi acceſſit ex hoc beati auctoris conſilio, quo leges omnes ſingulasque earum ſectiones, quas *paragraphos* vocant, antiquo more a BRISSONIO verbis initialibus laudatas, noua ratione, hodie in vniuerſum vſitata, numeris diſtinxit, vt euoluentibus mox præſto eſſent loca, quæ antea non tam facile quærentibus apparebant. Præterea auctorum locos ſedulo euoluit, et quia non niſi *libros* eorum, omiſſis CAPITIBVS, notauerat BRISSONIVS, hæc quoque addidit, et ita omnia inſtruxit, vt, quæ in hoc theſauro laudata ſunt, ſine vlla moleſtia facile a quærentibus inueniri queant.

In adiecta verſione latina græcorum ſcriptorum.

§. XXI. In gratiam quoque eorum (IX), qui græca vel ignorant, vel non ſatis in ea lingua verſati ſunt, verbis ex græcis ſcriptoribus, quorum teſtimonio ſæpe vſus eſt BRISSONIVS, transſcriptis, latinam interpretationem ex melioribus interpretibus ſubiecit, non raro etiam ipſemet auctor græca ciuitate Romana donauit, quo referendæ ſunt veteres gloſſæ, quædam epigrammata græca, et quæ ex MOSCHOPVLO THOMAQVE magiſtro transſcripſit BRISSONIVS.

§. XXII.

§. XXII. Sed quod (X) caput rei eſt, quodque iam dum in *Briſſoniano theſauro* deſiderarunt eruditi, ingentem numerum vocum, quas noſter præteruidit omiſitque, magna cura addidit. Hanc operam in primis promouerant V. C. CORNELII VAN BYNKERSHOEK *obſeruationes*, quæ præ ceteris B. auctori ſemper in deliciis fuerunt, nec non CAR. ANDR. DVCKERI opuſcula varior. *de latinitate veterum ICtorum*, quamuis etiam plurima ex proprii penu depromſerit, et ita inſigni cumulo verborum hoc opus auxerit. Idem conſilium quoque TABOREM et ITTERVM in additamentis nouis operi adiiciendis habuiſſe conſtat, quæ tamen etiam ſedulo examinauit, et quaſdam horum virorum celeberrimorum obſeruationes, minus probatas, ſuſtulit, proletaria et vbiuis obuia omiſit, aut quæ ſuperfluis, quam opus erat, verbis propoſita erant, coanguſtauit atque arctius contraxit. Quo vero additiones ITTERI et TABORIS ab AVCTORIS noſtri vberioribus copiis diſtinguerentur, illas quidem vncinulis [ ] incluſit, has vero manus σχήματι (☞) et primis nominis litteris: HEIN. ſignificauit ſibique vindicauit, quæ in ſingulis fere paginis frequenter occurrunt.

In nouis ſupplementis adiectis.

§. XXIII. Quæ præterea (XI) *ornamenta* et *emendationes* neceſſaria viſa fuerunt, prudenter et erudite vbique interniſcuit. Quidquid enim humaniores poſt BRISSONIVM ICti de *verbis, quæ ad ius pertinent*, obſeruarunt, illud omne, tum teſtimoniis, tum rationibus, quibus vtuntur, breuiſſime allatis expenſiſque, locis conuenientibus in ſuos vſus vertit, obſeruationes et emendationes Briſſonianas nouis auctoritatibus et argumentis vel adiuuit vel meliora edoctus nouam ἐπίκρισιν iis adiecit atque ſub ſuam cenſuram vocauit. Oculi regulariter plus vident, quam oculus, et poſteriores curæ ipſum BRISSONIVM induxerunt,

In variis adiectis emendationibus & illuſtrationibus.

vt plura in opere ſuo emendaret, plurima ſine dubio adhuc correcturus, ni triſtiſſimo, ſed prematuro periiſſet fato, cuius vicem eruditi in perpetuum dolebunt. Sed, quod viro eruditiſſimo funeſtiſſimus denegauit caſus, hoc eruditus orbis HEINECCIO illuſtri acceptum ferre debet, qui et dotibus ingenii egregiis et iis praeſidiis litterarum optimarum inſtructus fuit, quae ad hunc theſaurum emaculatius et ornatius ſiſtendum deſiderata fuerunt.

De forma externa editionis Heineccianae.

§. XXIV. Denique (XII) ratione *formae externae* quoque haec editio aliis, quae eruditorum manibus teruntur, longe praeferenda. Singuli enim articuli non tantum *maioribus*, vt decuit, litteris exarati, ſed etiam ipſa *verba*, ſub ſingulis *articulis* collecta, diuerſo charactere, quo facilius in oculos incurrerent, expreſſa, praeterea, quae eis conueniunt, diuerſis etiam typis ſunt notata, et ita omnia diſtincte, ordinate, et curate digeſta ſunt, vt, ſi cum antiquis editionibus hanc comparaueris, nouum plane *verborum, quae ad ius pertinent, theſaurum* in lucem prodiiſſe, nec tam aedificium antiquum refectum, quam nouum prorſus ex ruderibus antiquis pro parte retentis et nouis infinitis tignis adiunctis exſtructum videatur.

De fatis eiusdem.

§. XXV. Id vero merito mecum dolet vniuerſus litteratus orbis, quod inter tot egregia opera HEINECCIANA hoc ipſum ſit *poſthumum*, quod nunc demum poſt annum a morte beata ipſius, quae d. XXXI. Aug. MDCCXLI. contigit, ſingulorum vſibus publice ſiſtitur atque offertur. Interim vir beatus ea adhuc felicitate vſus fuit, vt, ſe adhuc valente et viuente, *tomum primum* operis ſub prelo ſudare non tantum, ſed etiam ſub morbo grauiſſimo ad finem perductum viderit, et integrum opus a), praeter pauca, [illegible] fue

a) vſque ad litteram F.

ſua manu deſcripſerit reliqua, quæ deſcribenda adhuc erant, ſolerti curæ et fidei filii cariſſimi, patris veſtigia ſummo ſtudio legenti et natu maioris, IO. CHRISTIANI GOTTLIEBII, I. V. Candidati digniſſimi, commiſerit, qui etiam debitam adhibuit curam, vt voluntatem patris beati exacte impleret. Nec dubium eſt, quin opus hoc jam penitus exædificatum et diu deſideratum, ſitim eruditorum expleturum et communi omnium approbatione et applauſu in publicum proditurum ſit. Meum fuit, pro ſingulari inter nos culta amicitia, qua συμφιλολογεῖν cum viro erudito per plures annos licuit, de præſtantia huius theſauri quædam præfari, et quae grates manibus pijs defuncti debeantur, pro eius inſignibus in rem litterariam meritis, publice docere. Sed etiam meum fuit et officium poſtulauit neceſſitudinis, poſt cineres etiam memoriam amici colendiſſimi celebrare, eique ſequens cenotaphium erigere:

LVGE.
QVI. HAEC. ATTONITVS. LEGIS.
ET. ACCEDIS. AD. HOC. MONVMENTVM.
SVB. QVO. NON. CINERES. CLAVDVNTVR.
SED. IN. QVO. PVBLICA. LVGENDI. CAVEA. PANDITVR.
EXTINCTVM. MOESTISSIMO. FVNERE. FLEMVS. DOCTOREM,
OCCASVM. SIDERIS. GERMANIAE. MICANTIS.
QVOD. LVXIT. SPLENDVITQVE. PER. ERVDITVM. ORBEM.
LVGEMVS. OBITVM
VIRI. ILLVSTRIS. OMNIQVE. ELOGIO. MAIORIS
IOANNIS. GOTTLIEBII. HEINECCII.
IVRISCONSVLTI. CONSVMMATISSIMI.
POTENTISSIMO. REGI. BORVSSIAE. A. CONSILIIS. INTIMIS.
IVRIVM. ET. PHILOSOPHIAE. PROFESSORIS. PVBLICI.
IN. REGIA. FRIDERICIANA
VEL. HOC. SOLVM. NOMEN. SVFFICIT
AD. COMMVNEM. PLANCTVM. ET. LVCTVM. EXCITANDVM.
QVIS. ENIM. AEQVO. ANIMO. FERRE. POTEST.
VIRI. DOCTISSIMI. EXITVM. EX. HAC. VITA.
LVGET. ACADEMIA. REGIA.
MOERET. ORDO. ICTORVM. INCLYTVS.
SQVALENT. CIVES. ACADEMICI. ET. HVIVS. CIVITATIS.
AFFLICTANTVR. EXTERI.
TOTVS. LITERATVS. ORBIS. TAM. SALVTAREM. CIVEM. DESIDERAT.
PLVRIMAE. VBIQVE. FLENDI. CAVSAE. GRAVISSIMAE.
QVIS. ENIM. NON. DOLVIT. CASVM. VIRI.
QVEM. REX. POTENTISSIMVS. BORVSSIAE. COLVIT.
ORBIS. LITERATVS. OBSERVAVIT.
ACADEMIA. NOSTRA. DILEXIT.
SINGVLI. STVDIORVM. CVLTORES. IN. OCVLIS. TVLERVNT.
QVOD. MENTIS. CVIVSVIS. OCVLOS. SVA. DOCTRINA. ILLVSTRAVERIT.
PLVS. VIDENS. QVAM. TOT. ALIORVM. OCVLI.
SED. EHEV. IAM. OCVLOS. CLAVSIT.
QVORVM. ACIES. OMNIA. PENETRAVIT.
IN. RE. LITERARIA. ABSCONDITA. RESERAVIT.
TOT. INGENII. FOETVS. FELICISSIMOS. EDIDIT.
IN. RE. LITERARIA. IVRIDICA. PHILOSOPHICA.

QVI.

QVIBVS. ALIARVM. GENTIVM. ERVDITIS. PALMAM. PRAERIPVIT.
OSTENDENS.
GERMANIAM. ETIAM. DECORA. PLVRIMA. ET. INGENIA. MAGNA.
ALERE.
NEC. ERVDITIONEM. SOLIDAM. SOLIS. EXTERIS. GENTIBVS. PROPRIAM.
DOCVIT. ELEGANTISSIMO. ELOQVIO.
CIVES. IN. TRIBVS. ACADEMIIS. DEGENTES.
SED. SCRIPTIS. SVIS. ETIAM. REMOTISSIMAS. GENTES. DOCVIT.
EOSQVE. IN. VIAM. DEDVXIT. VERITATIS.
QVIBVS. EIVS. AVDITORIVM. ADIRE. NON. LICVIT.
IMO.
EFFICACIVS. ET. PLENIVS. DOCVIT. IN. SCRIPTIS.
QVAM. VIVA. VOCE. ET. LINGVA.
ILLA. MORTE. EIVS. PRAEMATVRA. OBMVTVIT.
HAEC. LOQVI. DESIIT
D. XXXI. AVG. ANNI. MDCCXLI.
SED. SCRIPTA. EIVSDEM. ADHVC. SEMPER. LOQVVNTVR.
PER. OMNE. AEVVM. DOCEBVNT.
ET. ITA. DOCTOR. PERPETVVS. ERIT.
QVI. VIX. AD. SEXAGINTA. ANNOS. VIXIT.
VIXIT. EHEV.
SED. ITA. SEMPER. VIXIT.
VT. POST. MORTEM. OMNIBVS. PERPETVO. PRODESSET.
QVI. IN. LITERIS. VIVVNT.
SINGVLIS. EXEMPLVM. PRAEBENS.
ITA. VIVENDVM. ESSE.
QVO. VIVENTES. GENERI. HVMANO. SINT. IN. DELICIIS.
MORTVI. COMMVNIBVS. HOMINVM. COMMODIS. INSERVIANT.
ET. ITA.
OMNIVM. SECVLORVM. VIVANT. PROSINT. CONSVLANT.
POSTERITATI.

Scrib. Halae d. XIII. Aug. MDCCXLII.

EXERCITATIO IV.
AD LIBR. I. PAND. TIT. I.
DE
VERBIS DIRECTIS ET OBLIQVIS.

§. I.

Vtilitas thematis.

De *verbis* agere conſtitui, quorum ingens pondus et efficacia apud Romanos vbique fuit, in actibus quibuscunque cauſſisque ciuilibus. Nec hoc otioſum, & in antiquis iuris *fabulis*, iam dudum abolitis et ſublatis, quærendum eſſe exiſtimes, cum omne illud, quod ad verum legum Romanarum *intellectum* plurimum confert, earumque *rationes* genuinas ſiſtit, fructu ſuo carere nequeat, vtut ſublatum eſſe videatur. Neque hæc vtilitas tantum in eo quærenda, vt *hiſtoria iuris antiqui obliterata* illuſtretur, id quod nudæ ſpeculationis opus eſt; ſed etiam, quod caput rei eſt, vt concluſiones iuris Romani, quæ ex his antiquis fabulis in Pandectis ſuperſunt, ſano ponderentur iudicio, & quatenus foris noſtras applicari poſſint, inde ſtatuatur, nec ſine delectu illorum ſententia recipiatur, qui quæuis hodie in vſum trahenda eſſe, temere poſtulant.

An dentur iura verborum, et an his leges ſcriptæ?

§. II. Verum forſan inane erit, de verbis diſputare, *verborumque* Iura euoluere, quæ haud dari videntur. *Leges non verbis ſed rebus primario poſitas fuiſſe*, ait IVSTINIANVS *in l. 28. C. de Vſur.* et in *l. 2. C. commun. de legat.* expreſſius addit: *non*

nos non verbis ſed ipſis rebus leges imponimus, quod etiam alibi repetit, vt in *l. 3. C. de liber. præter. l. 9. C. quæ res pign. §. 2. I. de legat* Nam leges normam negotiis hominum præſcribunt, res humanas et diuinas dirigunt, docentque, quomodo *iuſte* agendum, non quomodo loquendum ſit. Vnde *leges ſcire, non eſt, verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem, l. 17. D. de Legib.* quæ potiſſimum ex ratione earum deſumenda et haurienda. Optime de hac doctrina iudicat CICERO *orat. pro Cæcina cap. XIII.* vbi verba edicti, deiectos de poſſeſſione concernentis, explicat, quæ aduerſarius eludere videbatur, diſtinguendo inter *deiectionem et eiectionem. Haec ergo te*, ait, *armatis hominibus, non deiecta, vt tantum facinus non in æquitate defenſionis, ſed in vna littera latuiſſe videatur.* Deinde *cap. XVII.* obiicit aduerſario: *An tu, qui tam diligenter et tam callide verbis controuerſias, non æquitate diiudicas, et iura non vtilitate communi, ſed litteris exprimis poteriſne dicere, deiectum eſſe eum, qui tactus non erit?* Tandem hæc ſubiicit *cap. XVIII. Annon cum voluntas, et conſilium, et ſententia interdicti intelligatur, impudentiam ſummam, aut ſtultitiam ſingularem putabimus, in verborum errore verſari: rem et cauſſam et vtilitatem communem non relinquere ſolum, ſed etiam prodere? An hoc dubium eſt, quin neque verborum tanta copia ſit, non modo in noſtra lingua, quæ dicitur eſſe inops: ſed ne in alia quidem vlla, res vt omnes ſuis certis, ac propriis vocabulis nominentur? neque vero quidquam opus ſit verbis, cum ea res, cuius cauſſa verba quæſita ſunt, intelligatur? Quæ lex*, pergit, *quod Senatusconſultum, quod magiſtratus edictum, quod fœdus, aut pactio, quod, vt ad priuatas res redeam, teſtamentum, quæ iudicia, aut ſtipulationes aut pacti et conuenti formula non infirmari aut con-*

Rationes dubitandi ex Cicerone declarantur.

conuelli poteſt, ſi ad verba res deflectere velimus: conſilium autem eorum, qui ſcripſerunt et rationem et auctoritatem relinquamus? ſermo mehercule et familiaris et quotidianus non cohaerebit, ſi verba inter nos aucupabimur. Denique imperium domeſticum nullum erit, ſi ſeruulis hoc noſtris conceſſerimus, vt ad verba nobis obediant: non ad id, quod ex verbis intelligi poſſit, obtemperent. Inde concludit, *non ex verbis totum pendere ius, ſed verba ſeruire hominum conſiliis et auctoritatibus*, et paullo poſt: *verba reperta eſſe, non quae impedirent, ſed quae indicarent voluntatem*; item, *verba non venire in iudicium, ſed eam rem, cuius cauſſa haec in legem vel interdicta conuecta ſunt.* IDEM *lib. II. de inuent.* eandem doctrinam repetit, et inter alia, *leges nobis*, ait, *curae ſunt non propter litteras, quae tenues et obſcurae notae ſunt voluntatis, ſed propter earum rerum, quibus deſcriptum eſt, vtilitatem et eorum, qui ſcripſerunt, ſapientiam et diligentiam*: addit, *legem in ſententiis non in verbis conſiſtere, et iudicem tunc demum obtemperare, ſi ſententiam eius non ſcripturam ſequatur.*

In legibus magis ad mentem quam verba reſpiciendum.

Et tamen inter Romanos verbis et formulis leges datae.

§. III. Ita vtique philoſophandum fuiſſet, ſi Romani ſimplicitati iuris ciuilis inhaeſiſſent, & eius rationem nunquam ab aequitate ſeiunxiſſent. Miror CICERONEM *pro Caecina* verba facientem, ita inter Romanos ICtos et iudices de iure Romano iudicaſſe, vt non tam in fece Romuli quam in Platonis Republica peroraſſe videretur. Quis ignorat, inter Romanos omnia fabulis, formulis, ſolennibus verbis, immo et ſyllabarum aucupiis oppleta et infecta fuiſſe, vt nec in cauſſis diuinis nec humanis tam publicis quam priuatis ſine illis, aliquid validi peragi potuerit? Docent id formulae, quas longa ſerie refert BARNABAS BRISSONIVS *de ſolennib. pop. Rom. verbis*, et ſuccincte etiam repetit PITISCVS *in Lexic. antiq. Rom. voc. formula.*

Teſta-

Teſtantur idem tot concluſiones, quæ ex iis in noſtro adhuc ſuperſunt iure. Neque enim hæc verborum in foro Romano viſitatorum ſolennitas ſine *effectibus ciuilibus* fuit, ipſa negotiorum efficacia et effectus ciuiles plurimi inde dependerunt, vt recte aſſeri poſſit, *verbis etiam iura ſcripta fuiſſe*, vtut negari nequeat, Ius iura ſcripta fuiſſe propter res ſeu negotia in vita ciuili occurrentia. Neque hoc abſolute negat CICERO, qui id potiſſimum intendit, in legibus interpretandis non primario *verbis* inhærendum, ſed legislatoris voluntatem inſpiciendam eſſe; quamuis in eo non ſubſiſtit, ſed præterea verborum aucupia, in foris viſitata, *tacite* reprobaſſe videatur. Alibi apertius de his verborum reticulis et fabulis loquitur et mentem ſuam denudat. *Sed nos*, ait, *l. III. de offic. veri iuris germanæque iuſtitiæ ſolidam et expreſſam effigiem nullam tenemus: vmbra et imaginibus vtimur.* Quid erant *imagines* et *vmbræ* aliud, quam illa *miſera diligentia*, cuius meminit Lucius Titius *in l. 88. in f. D. de legat. 3.* vel *fabulæ*, quarum mentionem facit IVSTINIANVS *in proœm* §. 3. vel *verborum aucupia et litterarum tendiculæ*, de quibus CICERO *orat. pro Cæcin.* agit. Et tamen his fere olim vniuerſa iurisprudentia repleta, vel vt IDEM *Orat. pro Muræna cap. XI.* ait, hæc *prope in ſingulis litteris atque interpunctionibus verborum occupata fuit. Nam cum permulta*, addit, *præclare legibus eſſent conſtituta, ea ICtorum ingeniis pleraque corrupta ac deprauata ſunt.* Recenſuerat in antecedentibus plura verba ſolennia in foris viſitata, ad quæ hæc applicat, atque illa *inaniſſima prudentiæ, fraudis et ſtultitiæ pleniſſima* fuiſſe contendit. *In omni denique iure ciuili*, pergit cap. XII. *æquitatem reliquerunt, verba ipſa tenuerunt.* Et paulo poſt: *iam illud mihi quidem mirum videri ſolet, tot homines tam ingenioſos*

Quod nec Cicero negat.

per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, vtrum diem tertium, an perendinum: iudicem, an arbitrum: rem, an litem dici oporteret. Itaque dignitas in iſta ſcientia conſularis nunquam fuit, quæ tota ex rebus fictis commentitiisque conſtaret, gratiæ vero multo etiam minores.

Stricte verbis ſolemnibus adhærendum erat.

§. IV. Hæc *verboſa ſimulatio prudentiæ*, prout a CICERONE vocantur formulæ, reuera adeo ſuperſtitioſe obſeruanda, hæc *carmina* adeo ſtricte attendenda erant, vt in optima ſæpe cauſſa ſuccumberet, qui in iis errauerat, vel iure deficeret, licet æquitate haud deſtitueretur, ſi iuſtitiam ſinceram et his quisquiliis haud fucatam, haud intuerentur. In his recte clientibus ſuggerendis deſudabant ICti, de his contendebant litigantes et patroni cauſſarum, *formularii* inde dicti, obſeruante PITISCO *cit. tr. voce formularii.* Ex his ipſis iudices, prætoresque ambigua cauſſarum fata decidebant, vt CICERO *l. 1. de Orator. cap. 55.* non inepte ICtum nihil aliud eſſe dixerit, niſi *leguleium quendam cautum et acutum, præconem actionum, cantorem formularum et aucupem ſyllabarum.* Id quod cum non raro iniquum eſſet, et ita ſummum ius in ſummam degeneraret iniuriam, varia contra hos lapſus vel ſtrictam *iuris umbratilis* rationem excogitata ſunt remedia, in primis a prætoribus, quorum edicta ea de cauſſa magnum habuere pondus ex æquitate, qua commendabatur. Huc reſpexit SENECA *l. 6. Ep. 49. Quid enim aliud agitis, cum eum, quem interrogatis, ſcientes in fraudem inducitis, quam vt formula cecidiſſe videatur? Sed quemadmodum illum Prætor, ſic hos in integrum philoſophia reſtituit.* Specialius QVINTILIANVS *III. 8.* oſtendit, quomodo quis formula cadere potuerit *In omnibus fere cauſſis*, ait, *in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſunt quæſtiones: an huic, an*

cum

cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore agere liceat?

Effectus ciuiles inde deducti.

§. V. Longum foret ire per ſingula, et vſum horum verborum ampliſſimum et in quæuis negotia ſe diffundentem oſtendere. Equidem, quem ſupra laudaui, BRISSONIVS magno apparatu eadem collegit, ſed, quod ſæpius miratus ſum, effectus eorum ciuiles et concluſiones inde deductas haud tetigit, ſine quibus tamen non ſatis vſus eorum concipi poteſt. Non fuiſſe eorum vſum *arbitrarium* ſed *neceſſarium*, facile concipi poteſt, quia et intentio eorum, qui ea introduxere et praxis contrarium oſtendunt. De illa egregie edifferit GRAVINA *in origin. iur. ciuil. p. m. 439.* et, *hanc autem*, ait, *populi Romani ſuperſtitionem prudentes ex vſu ſuo eſſe duxerunt, atque vt omnia negotia priuatorum ad ſe traherent, ſingulos actus, atque cogitationes contrahentium et in foro diſputantium conceptis verbis & praeſcriptis formulis deuinxere, ita vt omnem populum ad ſuam ipſarum auctoritatem traduxerint. Nihil enim agere petereue licebat, niſi conſultis ICtis, apud quos manebat ſcientia faſtorum et nefaſtorum ſiue dierum, quibus licebat fari, aut non in iudicio, quod erat lege agere etc.* De praxi *et vſu earum* IDEM *p. 451.* ita ait: *Romani a primo rudes quicquid agerent certis verbis atque ſignis mentem exprimebant, quaſi nihil foret legitimum, niſi ea verborum et ſignorum religione fuiſſet obſignatum, nihilque ratum habebant, niſi quod ſuis eſſet ritibus expeditum.*

Tandem ſublatae ſunt formulae.

§. VI. Verum plura nolo adferre, poſtquam hæc ſatis plana et manifeſta ſunt, vt in dubium vocari nequeant. Sublatæ vero tandem hæ ſunt formulæ et ſcrupuloſa verborum inuolucra, vt hodie in iuris Romani prudentia, quam manibus terimus, nulla forſan illorum ratio haberi videatur. Certe in *L. 1. C. de form. et impetr. act. ſubl.* (quam non CONSTANTI-

NO, ſed THEODOSIO Iun. adſcribendam eſſe cenſet IACOBVS GOTHOFREDVS *in Comment. ad l. 1. C. Theod. de omiſſ. act. imper.*) expreſſe cautum: *Iuris formulæ aucupatione ſyllabarum inſidiantes cunctorum actibus radicitus amputentur.* Quæ olim *in donationibus* uſitata erant, reiecta ſunt in *l. f. C. de donat.* Eadem in teſtamentis ſunt ſublata in *l. 15. C. de teſtam.* permiſſumque *quibuscunque verbis* mentem ſuam declarare. Idem confirmat EVSEBIVS *l. IV.* de vita CONSTANTINI M. *c. 26. in f.* aiens: *præterea antiquis legibus cautum fuerat, vt morientes, et vltimum, vt ita dicam, ducentes ſpiritum, certis quibusdam verbis teſtamenta ſcrupuloſe componerent, præſcriptæque erant formulæ et ſolennitates ac verba, quæ addi oporteret. Ex quo plurimæ fraudes admittebantur, ad circumſcribendam morientium voluntatem. Quod Imperator cum animaduertiſſet, hanc etiam legem emendauit, ſtatuens, vt nudis verbis et qualicunque oratione teſtamentum condere morientibus liceret, et ſupremam voluntatem quouis ſcripto declarare, aut ſi mallent ſine ſcripto teſtari, id facerent adhibitis duntaxat teſtibus idoneis, qui fidem ſeruare absque mendacio poſſent.* Verba hæc vltima oſtendunt, EVSEBIVM forſan referre voluiſſe diſpoſitionem *l. 26. C. fam. erciſc.* in qua parentibus, inter liberos teſtantibus, ſolennia ſunt remiſſa, interim quia antiquitatem declarant, ea adferenda eſſe cenſui. *Verba ſolennia* etiam ſublata ſunt in ſtipulationibus, *§. 1. I. de verb. oblig.* in interdictis *l. vlt. C. de interd.* et fere in quibuscunque cauſſis, quæ olim non aliis, quam *verbis ciuilibus* perfici poterant. Quæ cum ita ſint, quid eſt, quod eorum memoria adhuc refricetur? Quid iuuat de inani diſputare arte, quæ hodie effectu caret? Quid opus eſt antiquati iuris veſtigia colligere, ea ſollicite explicare, et antiquas fabulas contra

Ex illorum iure tamen ſuperſunt conclusiones,

tia monitum Imperatoris rurſus reuocare? Equidem nec hoc ſine fructu eſſe poſſet, cum etiam antiquitatum ſtudium iucunditatem adferat, et ad multa utilitatem præbeat. Verum propior ratio eos, qui iura tractant, tangit, quibus compertum eſt, plura adhuc ſupereſſe ex antiquis verborum aucupiis veſtigia in legibus, quæ nec intelligi nec applicari poſſunt, ſi antiquati iuris rationes negliguntur. Digeſta collecta ſunt ex *veteris prudentiæ voluminibus*, ex illis ICtorum ſcriptis, quæ vſum *verborum ſolennium* adhuc ſuo tempore ſuppoſuere. Inde contra rationem artis plura collectioni iuris Romani inſerta ſunt, ex antiquis fabulis depromta, quæ, ſublatis his, uſum amplius habere nequeunt. Corruunt eo ipſo plures controuerſiæ, quæ vulgo mouentur in teſtamentis, legatis, contractibus, aliisque cauſſis, quæ vnice in litem vocatæ ſunt propter *verborum inanium captiones*, vti vocantur in *l. f. C. qui admitt.* hodie tamen ſublatas, amputatas, reciſas. Superari potuiſſe plures difficultates, ſi modo TRIBONIANVS in iurium veterum collectionibus, magis cautus fuiſſet, nemo negabit. Verum poſtquam id minime factum eſt, noſtrum erit, illa, quæ ex *antiqua arte formularia* fluunt, ſollicite colligere, et, quod ſublatis formulis, vſum nullum in foris noſtris habere poſſint, oſtendere. Cum vero hoc magnæ molis opus deſideret, nec breuiori exercitatione expediri poſſit, quædam tantum adferre iuuabit, a quibus ad alia facile progreſſus fieri, poteſt.

quæ ſine illo intelligi nequeunt.

§. VII. Ex antiqua illa verborum ſolennitate fluxit diſtinctio decantata, quam exponere conſtitui, inter verba *directa* & *obliqua*, quæ ab interpretibus iuris varie exponitur. Aliorum explicationes haud enarrabo, ſed mox ſententiam meam adferam. Verba *directa* apud Romanos erant *ipſæ formulæ* ſeu *verba populi*

Inde orta diſtinctio inter verba directa et obliqua.

Directa erant certæ formu-

 Romani

le & ſolennia verba.

Romani ſolennia, quibus in negotiis plerisque vtendum erat, quæque peculiarem habebant efficaciam et virtutem. His opponebantur verba *inflexa* ſeu *obliqua*, h. e. *vulgaria*, *communia*, quæ quibuscunque exprimi poterant orationibus, in iure haud determinatis.

Quid directum in ſenſu naturali?

Directum enim vi vocis denotat, quod *recta* ad aliquid tendit, nullisque ambagibus indiget, vnde et *recto iure* vel *directo iure* fieri dicitur, apud CAIVM *l. II. Inſt. tit. 7. §. 7.* et *obliquo* aut *inflexo* opponitur, quod non ita *recta*, ſed per *anfractus* quosdam aut *incuruationes* prouehitur. Vnde illud apud CICERONEM *in top. omnibus eſt ius parietem directum ad parietem communem adiungere*, h. e. parietem per *lineam rectam* exſtruere. Quid eſt, *tela dirigere arcu*, apud HORATIVM *l. IV. Od. 9.* aliud, quam tela per lineam rectam emittere, **gleich zu ſchieſſen**? Sicuti itaque, quod *directum* eſt, rectam quaſi lineam ſeu tramitem tenet, *obliquum* vero, quod ab ea recedit, ita in ſenſu ciuili *verba*

et ciuili?

directa dicebantur, quæ compoſita erant ſecundum *normam legis præſcriptam*, tanquam ductam quandam lineam, qua omnia peragenda erant, quæ vero ab ea *norma* et *regula* recedebant, *inflexa* et *obliqua* dicebantur, ad inſtar lineæ curuæ et *obliquæ*, quæ ad *lineam rectam* componi nequit.

quid obliqua et inflexa?

Directa vt plurimum *verbis* concepta erant *imperatiuis*, non *quibuscunque*, ſed lege præſcriptis, quod oſtendit *l. 2. §. 6. D. de orig. iur.* inde etiam *imperatiua* dicta fuere.

directa vocata etiam imperatiua

Ait Imperator in *l. 15. C. de Teſtam.* parum referre, inſtitutio heredis vtrum fiat *imperatiuis* et *directis verbis* aut *inflexis*, ſubiungitque *verborum ſolennium neceſſitatem in poſtremis iudiciis ordinandis amouendam eſſe*, quo ipſo *directa* verba intelligit, olim in teſtamentis vſitata. Similiter VLPIANVS *in fragm. tit. 24. §. 1. Legatum eſt*, ait, *quod legis modo i. e. imperatiue teſtamento relinquitur.* Leges imperant iubentque, et ſicuti Leges

XII.

XII. Tabb. inprimis ſtilo *imperatiuo* vtebantur, vt *eſto*, *ſeruato*, *tacito*, *orato*, *addicito* &c. ita quia ex his legibus *formulæ* erant compoſitæ, quibus inter ſe homines vterentur, iuxta *l. 2. §. 6. D. de orig. iur.* illæ in primis *directæ* dicebantur, quæ ad *modum legis imperatiuum* erant compoſitæ et determinatæ, vt eis homines in vita communi vterentur. Sic verbum *iubeo* fuiſſe *directum*, docent Imperator *in l. 1. C. commun. vtriusque iudic.* et VLPIAN. *in fragm. tit. 21.* adeoque formula in teſtamentis *Filium heredem eſſe iubeo*, rata erat, non illa *heredem inſtituo, vel facio*, teſte VLPIANO *cit. l.* haud alia de cauſſa, quam quod illa formula ex *legis modo* præſcripta, non hæc eſſet, quippe quæ iuxta ſtylum LL. XII. Tab. *imperatiuam* haud exprimeret vocem. Ea de cauſſa quoque vocantur *ciuilia in l. 7. D. de vulg. & pup. ſubſtit.* quod *ciuilia* illa ius ciuile præſcripſerit ciuibus, vt CHARONDAS *ad Vlpian. tit. 21. §. 1.* notat, obſeruante SCHVLTINGIO *in iurisprud. vet. anteiuſt. p. 660.* ſimiliter et *legitima verba* dicuntur, quibus olim *legitima* tutores dandi erant, *l. 8. C. de teſt. tut.* vt et libertates, quæ *directis* et *legitimis verbis* relinquebantur, *l. 24. C. de teſt. manumiſſ.* quorum etiam facit mentionem SENECA *l. IX. contr. 2.* ibi *adhibentur deinde verba legitima*, quæ *eadem controu.* affert, ſimulque oſtendit, *imperatiue* fuiſſe concepta. Denique, quod maxime notandum, *ſolemnia* quoque paſſim dicta ſunt, vt liquet ex *l. 10.* *ſolennia* *C. de contrah. & commit. ſtipulat.* vbi LEO Imp. ita: *Omnes ſtipulationes, etiamſi non ſolennibus vel* DIRECTIS, *ſed quibuscunque verbis conſenſu contrahentium compoſitæ ſint, vel legibus cognitæ, ſuam habeant firmitatem.* Indicat hæc diſpoſitio Leonina, vt plurimum quidem *verbis imperatiuis* conſtruiſſe verba *directa*, ad *legis modum*; ſed non ſemper, adeoque ſuffeciſſe, quod eſſent *ſolemnia*, h. e. publice determinata, et ſuis certis formulis conſtantia.

tia. Vnde etiam *Actio directa* vtili oppoſita dicebatur, quando formula concepta accurate applicari poterat. *l. 47 D. de Neg. geſt.* In *iudiciis*, quatenus olim *arbitriis* opponebantur, ſtricte *formulæ* inhærebatur, vnde CICERO *pro Q. Roſc. Comoed. p. m. 51. Quid eſt in iudicio? Directum, aſperum, ſimplex*, quia ſtricte formulæ inhærendum erat.

Directa erant determinata, §. VIII. Ex hactenus dictis, ni fallor, ſatis liquet, *directa verba* fuiſſe *ſolennia*, et vel *vſu forenſi* vel *arte Iureconſultorum* vel *lege* determinata, præſcripta, recepta, et vt plurimum *formula imperatiua* concepta. *nec qualiacunque ſufficiebant,* Neque enim liberum fuit, quibuscunque vti verbis, licet mentem *verborum directorum* exprimerent. illa ipſa *carmina* erant cantanda, quæ recepta erant, et in illa lingua, in qua præſcripta. Sane *do, lego*, verba *directa* erant. cur vero non *heredem facio, heredem inſtituo?* Ratio diuerſitatis dari nequit, ſi a *determinatione forenſi* vel *ciuili* recedimus. *Iubeo*, verbum *directum* eſſe ſupra dixi, non, *volo, mando, impero, iniungo*, §. *vlt. I. de ſingul. reb. per fideic. relict.* PAVL. *l. IV. ſentent. tit. 1 §. 6.* quanquam et his verbis imperet teſtator. Verba, *exigo vt det*, non erant directa, per *l. 118 D. de leg. 1.* etiamſi æque imperatiua eſſe videantur, vt *iubeo:* ſed *vſu ciuili* et *forenſi* haud erant *recepta* et *ſolennia*. Immo de verbo *iubeo* olim dubitatum fuiſſe, conſtat *ex l. 28. §. 13. et 14. D. de liberat. leg.* Vnde eſt, quod Imperator in *l. 2. C. commun. de leg.* dicat dubitatiue *ſiue directis verbis, quale eſt* IVBEO *forte:* et tamen *iubeo* imperandi vox eſt. Videlicet quia *formulæ* et *verba directa* ex LL. XII. Tabb. erant compoſita, iuxta *l. 2. §. 6. D. de orig. iur.* inde illa potiſſimum in vſu forenſi vſitata recepta et approbata erant, quæ in legibus ipſis reperiebantur, ſecundum quas formulæ erant compoſitæ. His ſingularis *efficacia* et *virtus* erat tributa. his præciſe olim in cer-

tis

dis cauſſis vtendum, adeoque etiam *latino ſermone* erant proponenda, quo ipſæ leges. Legatum, quod olim *verbis directis* relinquendum erat, *Græce* ſcriptum non valebat, teſte VLPIANO *tit. 25. §. 9.* cum contra fideicommiſſa quibuscunque verbis fieri poſſent, et ſic quoque quocunque ſermone, quia verba *ſolennia, directa*, et *ciuilia* non deſiderabant. *l. 11. pr. D. de leg. 3.* Permiſerunt poſtea Imperatores, vt tutores verbis Græcis in teſtamento dari poſſent, quod olim, quia *verbis directis* dandi, ſecus erat, *vt ita*, aiunt, *dati videantur, ac ſi legitimis verbis eos teſtator dediſſet.* Si *directa verba* qualiacunque *imperatiua* fuiſſent, parum interfuiſſet, quo idiomate expreſſa fuiſſent. Quæ itaque non erant *directa*, h. e. vſu forenſi ex legum verbis depromta, et approbata, dicebantur *vulgaria*, *l. 26. D. de fideic. libert.*, *obliqua et inflexa*, *l. 15. C. de teſtam.*; item, *quæcunque*, vt in *cit. l. 15.*, nonnunquam *precaria*, quæ in quibusdam negotiis vſitata erant, immo eandem cum directis conſeſſa. Denique quædam erant *communia*, quæ certo modo etiam *directa* eſſe poterant. *l. 4. §. 2. D. de vulg. et pup. ſubſtit.* vnde et practici occaſionem nacti ſunt agendi de *verbis communibus*, in qua materia late ſeſe diffundit BERLICH. *P. 3. concl. 15.* Conf. CARPZ. *P. 4. c. 9. def. 6.* MANZ. *de teſtam. valid. et inualid. tit. 12. qu. 14.* de quibus infra agendum eſt.

Sermone latino proferenda.

His opponebantur vulgaria, obliqua, inflexa.

§. IX. Verum iuuat horum verborum differentiam, et ſingularem *directorum* efficaciam paucis euoluere, vt inde appareat, etiam leges *verbis* fuiſſe poſitas. Vocant veteres *verba directa* haud raro *carmina* a ſingulari efficacia, qua prædita erant. Magnam ineſſe vim *verbis conceptis*, ad inſtar *carminis* alicuius prolatis, ſuperſtitioſi docebant, vt ſuis carminibus vel Deos cogere, vel naturæ ſtatum ſe mutare poſſe temere exiſtimarent; id quod Ma-

Directa etiam carmina dicta ſunt a ſingulari efficacia.

tia. Vnde etiam *Actio directa* vtili oppoſita dicebatur, quando formula concepta accurate applicari poterat. *l. 47. D. de Neg. geſt.* In *iudiciis*, quatenus olim *arbitriis* opponebantur, ſtricte *formulæ* inhærebatur, vnde CICERO *pro Q. Roſc. Comoed. p. m. 51. Quid eſt in iudicio? Directum, aſperum, ſimplex*, quia ſtricte formulæ inhærendum erat.

Directa erant determinata, *nec qualiacunque ſufficiebant,*

§. VIII. Ex hactenus dictis, ni fallor, ſatis liquet, *directa verba* fuiſſe *ſolemnia*, et vel *vſu forenſi* vel *arte Iureconſultorum* vel *lege* determinata, præſcripta, recepta, et vt plurimum *formula imperatiua* concepta. Neque enim liberum fuit, quibuscunque vti verbis, licet mentem *verborum directorum* exprimerent. illa ipſa *carmina* erant cantanda, quæ recepta erant, et in illa lingua, in qua præſcripta. Sane *do, lego*, verba *directa* erant. cur vero non *heredem facio, heredem inſtituo?* Ratio diuerſitatis dari nequit, ſi a *determinatione forenſi* vel *ciuili* recedimus. *Iubeo*, verbum *directum* eſſe ſupra dixi, non, *volo, mando, impero, iniungo*, §. *vlt. I. de ſingul. reb. per fideic. relict.* PAVL. *l. IV. ſentent. tit. 1. §. 6.* quanquam et his verbis imperet teſtator. Verba, *exigo vt des*, non erant directa, per *l. 118. D. de leg. 1.* etiamſi æque imperatiua eſſe videantur, vt *iubeo*. ſed *vſu ciuili* et *forenſi* haud erant *recepta* et *ſolemnia*. Immo de verbo *iubeo* olim dubitatum fuiſſe, conſtat *ex l. 28. §. 13. et 14. D. de liberat. leg.* Vnde eſt, quod Imperator in *l. 2. C. commun. de leg.* dicat dubitatiue *ſiue directis verbis, quale eſt* IVBEO *forte:* et tamen *iubeo* imperantis vox eſt. Videlicet quia *formulæ* et *verba directa* ex LL. XII. Tabb. erant compoſita, iuxta *l. 2. §. 6. D. de orig. iur.* inde illa potiſſimum in vſu forenſi vſitata recepta et approbata erant, quæ in legibus ipſis reperiebantur, ſecundum quas formulæ erant compoſitæ. His ſingularis *efficacia* et *virtus* erat tributa: his præciſe olim in cer-

tis

tis cauſſis vtendum, adeoque etiam *latino ſermone* erant proponenda, quo ipſæ leges. Legatum, quod olim *verbis directis* relinquendum erat, *Græce* ſcriptum non valebat, teſte VLPIANO *tit. 25. §. 9.* cum contra fideicommiſſa quibuscunque verbis fieri poſſent, et ſic quoque quocunque ſermone, quia verba *ſolennia, directa,* et *ciuilia* non deſiderabant. *l. 11. pr. D. de leg. 3.* Permiſerunt poſtea Imperatores, vt tutores verbis Græcis in teſtamento dari poſſent, quod olim, quia *verbis directis* dandi, ſecus erat, *vt ita,* aiunt, *dati videantur, ac ſi legitimis verbis eos teſtator dediſſet.* Si *directa verba* qualiacunque *imperatiua* fuiſſent, parum interfuiſſet, quo idiomate expreſſa fuiſſent. Quæ itaque non erant *directa,* h. e. vſu forenſi ex legum verbis deprompta, et approbata, dicebantur *vulgaria, l. 16. D. de fideic. libert., obliqua et inflexa, l. 15. C. de teſtam.;* item, *quæcunque,* vt in *cit. l. 15.,* nonnunquam *precaria,* quæ in quibusdam negotiis vſitata erant, immo eadem cum directis confuſa. Denique quædam erant *communia,* quæ certo modo etiam *directa* eſſe poterant. *l. 4. §. 2. D. de vulg. et pup. ſubſtit.* vnde et practici occaſionem nacti ſunt agendi de *verbis communibus,* in qua materia late ſeſe diffundit BERLICH. *P. 3. concl. 11.* Conf. CARPZ. *P. 3. c. 9. def. 6.* MANZ. *de teſtam. valid. et inualid. tit. 11. qu. 14.* de quibus infra agendum eſt.

ſermone latino proferenda.

His opponebantur vulgaria, obliqua, inflexa.

§. IX. Verum iuuat horum verborum differentiam, et ſingularem *directorum* efficaciam paucis euoluere, vt inde appareat, etiam leges *verbis* fuiſſe poſitas. Vocant veteres *verba directa* haud raro *carmina* a ſingulari efficacia, qua prædita erant. Magnam ineſſe vim *verbis conceptis,* ad inſtar *carminis* alicuius prolatis, ſuperſtitioſi docebant, vt ſuis carminibus vel Deos cogere, vel naturæ ſuarum ſe mutare poſſe temere exiſtimarent; ad quod Ma-

Directa etiam carmina dicta ſunt a ſingulari efficacia.

gicis carminibus atque incantationibus etiam hodie creduli adſcribunt. VIRGILIVS *ecl. 8. v. 64. ſqq.* inducit veneficam, magicis artibus carminibusque animum viri flectere amantem, ſub cuius nomine Poeta ita canit:

nihil hic niſi carmina deſunt,
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam:
Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſi:
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Per *carmina ſolennia* ſacerdotes *Deos et ſacra* euocabant, Romanis vrbem expugnantibus, de quo *euocationis carmine* agit BRISSON. *de ſolenn. pop. Rom. verb. l. 1. p. 43.* illudque *p. ſeq. conceptis verbis* refert. Erant *carmina ſolennia deuotionis*, quibus vel ciuitates deuouebantur, vel perſonæ ſingulari cum efficacia, vt credebant, de quibus IDEM *p. 109.* agit. Formulæ exorciſmi, verbis conceptis conſtant, quibus Pontificii ſingularem efficaciam adſcribunt, quas falſe perſtringit ERASMVS *in colloqu.* quem *exorciſmus ſeu ſpectrum* inſcribit. Quid ergo mirum, quod propter ſingularem efficaciam, *verbis directis* datam, *carmina* dicta fuerint. Ita CICERO pro *Murena*: *Prætori quoque carmen compoſitum eſt*, quo formulas a prætore recitandas intelligit, et *l. 1. de orat. cap. 57. p. m. 190.* *Totum illud, vti lingua nuncupaſſet, non in XII. Tabb. ſed in magiſtri carmine ſcriptum videretur.* Sicuti enim carmina magica vel deuotionis concepta erant, haud immutanda; ita et verba directa, *certa, ſolennia, et determinata* erant, peculiarem habentia efficaciam.

Verba directa ſtricte vel-uenda non

§. X. Videamus ergo, quam vim et virtutem hæc Romanorum *carmina* habuerint. Prima et præcipua verborum directorum qualitas fuit, *quod ſtrictiſſimam haberent naturam et indolem,*

lem, ita vt, nec quoad ſyllabam ad inſtar carminum magicorum ab *mutanda aut*
ea recedi, nec vltra ea procedi poſſet, ſed vnice quod lingua nun- *transferenda.*
cupaſſet, vel ſcripto comprehenſum, ius eſſet. Alias in omni diſpoſitione potius ad *voluntatem* et *mentem* diſponentium, quam *verba*, reſpicimus, quod in §. 2. oſtenſum eſt. Formularum verborumque ſolennium diuerſa erat ratio et conditio. hæc vrgebant Romani. vltra illa non procedendum eſſe aſſerebant. fore verba directa ſine peculiari effectu, ſi, quod verba directa non continent, admittendum eſſet; in hoc a *verbis vulgaribus* illa diſtinguenda eſſe, quippe in quibus *longius* demum procederetur, magis voluntatis ratio haberetur, non in directis. hæc a iuriſperitis ideo eſſe inuenta, vt omnia ad punctum circumſtantialiter exprimerentur; hoc ius inde *ſtrictum* appellari, in ceteris magis *æquitatem* obſeruandam eſſe. Ni me omnia fallunt, ICti ad hanc *Inde ius ſtri-*
concluſionem prolapſi ſunt, ex Legum XII. Tabb. diſpoſitio- *ctum.*
ne, qua ita cautum: *Cum nexum faciet mancipiumque, vti lingua nuncupaſſit, ita ius eſto*, h. e. vti locutus ſuit, ita ius eſto, *eiusque ratio*
vel potius quodcunque in traditionibus rerum pactum adiectum, *oſtenditur.*
valeat. Inde vrſerunt ICti hæc verba *vti lingua nuncupaſſit, ita ius eſto*, indeque collegere, nudis inhærendum verbis, maxime *ciuilibus, ſolennibus, directis.* Hanc interpretationem, vſu forenſi approbatam, ſugillaſſe videtur CICERO *de orat. l. 1 cap. 57.* oſtendens, qua ratione *ICtus* et *orator* in cauſſis controuerſis diſpari prorſus ratione procedant, quod ille *carminibus* ſuis inhæreat, inde ius petat, et his incumbat. hic vero alio artificio vtatur, quo iudicum mentem flectere poſſit, quod ſæpe plus præſtare valeat, quam ICtorum cautelæ. *Lapides me hercule omnes, ut, flere ac lamentari,* (orator) *coegiſſet, vt totum illud* (quod ICti vrgent) VTI LINGVA NVNCVPASSET, *non in XII. Tabb. quas tamen*

omnibus bibliothecis anteponis, ſed in magiſtri carmine ſcriptum videretur. Ni me omnia fallunt, id agit TVLLIVS, vt oſtendat, non tam *ex mente* LL. XII. Tabb. verba adducta in foro accipi, quam ex *magiſtrorum ſeu iuriſperitorum carmine*, qui ad ſuas *formulas*, ſeu *verba directa* hæc trahebant, indeque colligebant, verbis ipſis inſiſtendum, nec ab iis *quoad ſyllabam*, aut *litteram* recedendum. Atque id ſæpe *durum, aſperum, & amarum* erat, indeque *ſtrictum ius*, quod ex formulis deducebatur, contra quod nonnunquam ipſi ICti clamabant, et prætorum auxilium inuocabant. Ipſemet CICERO *orat. pro A. Cæcina*, hanc ICtorum concertationem de *efficacia verborum directorum*, eisque oppoſitæ *æquitate*, in ſcenam producit, et fontem praxeos aperit. *Nam ceteri*, ait, *tum ad iſtam orationem decurrunt, cum ſe in cauſa putant habere æquum et bonum, quod defendant, ſi contra verbis et litteris et (vt dici ſolet) ſummo iure contenditur: ſolent eiuſmodi iniquitati et boni et æqui nomen dignitatemque opponere.* Summum ergo et ſtrictum ius in verbis directis erat, quod vt plurimum ab æquitate deuiabat. Vnde fontes *ſummi iuris* petiuerint ICti contra æquum, docet in ſequentibus: *Tum illud, quod dicitur:* VTI LINGVA NVNCVPASSIT irrident: *tum aucupia verborum et litterarum tendiculas in inuidiam vocant: tum vociferantur, ex æquo et bono, non ex callido verſutoque iure rem iudicari oportere: ſcriptum ſequi calumniatoris eſſe: boni iudicis, voluntatem ſcriptoris auctoritatibus defendere.* Neque enim tantum *verba directa ore* nuncupabantur, ſed etiam *ſcriptis* exprimebantur, quod vel *teſtamenta* et *contractus chirographarii* aliaque negotia in ſcriptis contracta docent.

Inde alium ſeruus inſtituen- §. XI. Exemplis dicta declaranda ſunt. Lege Aelia Sentia prohibitum erat manumittere ſeruos in fraudem creditorum. *pr.*

l. qui

l. qui et ex quib. cauſ. manum. Id tamen debitoribus obaeratis ſolatii loco, ne iniuria poſt mortem adficerentur, permiſſum erat, vt poſſent ſeruum *cum libertate* heredem inſtituere, hac recepta formula: *Dauus meus liber et heres eſto.* Quid vero ſi teſtator Dauum ita inſtituiſſet heredem: *Dauus heres eſto*, grauis inter ICtos oboriebatur diſceptatio, an hæc inſtitutio rata validaque eſſet? *Libertatis* non erat facta mentio. et quamuis forſan ea ſubintelligi deberet, obſtabat tamen, quod in verbis directis *ad litteram et ſyllabam* omnia eſſent exprimenda, omiſſa vero haud attendenda. *l. 99. D. de V. obl.* Concertatum eade re fuiſſe inter ICtos ex ante adductis principiis, colligo ex § 2. *I. quib. ex cauſ. manumitt. et pr. I. de hered. inſtit.* vbi Imperator notanter ait *proprios autem alios quidem ſecundum plurium ſententias* (qui verbis *directis* ſtricte inhaerendum eſſe ſtatuebant) *non aliter, quam cum libertate, recte inſtituere licebat.* Immo VLPIANVS *tit. 22. Inſtit. §. 12.* diſerte ait *ſed ſi ſine libertate ſeruus proprius ſit inſtitutus, omnino non conſtat inſtitutio.* Equidem ſi ſecundum probabilem teſtatoris voluntatem iudicandum fuiſſe, nullum dubium ſuberat, quin ſimul libertas ſeruo heredi inſtituto data fuerit, quoniam, qui vult finem, media quoque voluiſſe cenſeri debet, quae ad finem faciunt. Ergo qui vult ſeruum heredem eſſe, non poteſt non quoque voluiſſe, vt ſimul liber ſit. Verum ratio praegnans dubitandi erat, quod in teſtamentis *verbis directis* omnia eſſent exprimenda, vt *omiſſorum* ratio haberi non deberet. Proinde cum expreſſe *libertas* data haud fuerit, dicendum videbatur, talem inſtitutionem *ſine libertate* inutilem fore. IVSTINIANVS tamen, quo regnante verba *directa* efficaciam ſuam magnopere amiſerant, noua conſtitutione conſtituit, *noua humanitatis ratione*, vt dicitur in *cit. §. 2.* qua ius ſtrictum et

dus erat cum libertate

durum mitigauit, *vt ex ipſa ſcriptura inſtitutionis*, in qua ſtricto iure libertatis mentio facienda erat, *etiam libertas ei competere videatur*, id quod ideo ſe induxiſſe dicit in *pr. cit. quoniam æquitatis erat*, et ICtis etiam quibusdam iam olim placuit, qui *ſummum ius* ſummam iniuriam credidere. Nulla ſine dubio de hac re lis vnquam mota fuiſſet, niſi *verborum directorum* efficacia et ſtricta natura ei anſam dediſſet, quæ ſæpe ad iniquiſſimas ſententias interpretes inducebat. Fluxere etiam inde rationes dubitandi in caſibus, *l. 1. §. 5. D. de hered. inſtit.* adductis, vbi vel obli omiſſam vocem in verbis directis, facile tamen ſubintelligenda, dubitatum et diſceptatum fuit, an valeret talis inſtitutio heredis?

Inde in fideicommiſſis magis ad voluntatem, in legatis vero magis ad ſyllabas reſpiciebatur;

§. XII. In eo videlicet erat inſignis differentia, inter verba *directa et vulgaria* ſeu *obliqua* in fideicommiſſis vſitata, quod his *largius quam directo* diſponi potuerit, vt ait LICINIVS RVFINVS in *l. 16. D. de fideic. libert.* Sane in fideicommiſſis *ſola voluntas* ſeruabatur; *l. 127. D. de leg. 1.* non item in legatis, quæ olim *verbis directis* relinquenda erant, in quibus magis leges ad *verba* quam *voluntatem* reſpiciebant, quod innuit IVSTINIANVS in *l. 2. C. commun. de leg. et fideic. in f.* vbi ſublato iſto diſcrimine hanc rationem ſuggerit. *nos enim non verbis, ſed ipſis rebus leges imponimus.* Expreſſius hoc diſcrimen depingit in §. *3. I. de legat.* his verbis *Cum enim antiquitatem inuenimus, legata quidem ſtricte concludentem*, (h. e. ſtrictiſſime verba legatorum directa capientem) *fideicommiſſis autem, quæ ex voluntate magis deſcendebant defunctorum*, (vt verborum non primario haberetur ratio, cum etiam nutu relinqui poſſent, et *quæcunque* ſufficerent verba) *pinguiorem naturam indulgentem: neceſſarium eſſe duximus, omnia legata fideicommiſſis exæquare.* In fideicommiſſis ergo,

ergo, quod nulla verba directa deſiderarent, magis *æquum et bonum*, magis *voluntas* attendebatur: in legatis magis *verba*. Id innuit VLPIANVS *tit. 25 §. 1. et fideicommiſſum eſt*, ait, *quod non ciuilibus verbis, ſed precatiue relinquitur: nec ex rigore iuris ciuilis proficiſcitur*, vti quidem legata, *ſed ex voluntate datur relinquentis.* Rigor iuris ciuilis opponitur *voluntati* defuncti. hæc præponderabat in fideicommiſſis. in legatis magis verba, quod iis rigide inhærendum eſſet. Hac de cauſſa in fideicommiſſis etiam *vſuræ* ex mora debebantur, id quod æquitas poſtulabat, *l. 17. §. 3. D. de vſur.* in *legatis* non item, CAIVS *in inſtit. l. 2. tit. 7. in f.* quæ magis negotiis *ſtricti iuris* accenſebantur, cum ex verbis primario æſtimarentur. *l. 6. D. de in lit. iur.* Equidem ex *l. 34. D. de vſur. l. 1. C. de vſur. et fruct. leg. l. 5. D. de oper. publ.* aliisque textibus liquet, etiam vſuras legatorum tardius ſolutorum deberi, quod pluribus illuſtrat NOODT, *l. 3. de vſur. c. 7.* paullatim tamen id demum ex *æquo* et *bono* receptum et ad exemplum fideicommiſſorum introductum fuiſſe, quod nec CAIVS negaſſe videtur. Eius ſaltem intentio fuit, differentias antiquas inter *legata* et *fideicommiſſa* adferre, quas forſan nec forum amplius agnouit. Iam enim paulatim quædam ex natura fideicommiſſorum communicata fuiſſe legatis, colligi poteſt ex *l. 1. D. de legat. 1.* quamuis vt DVARENVS *ad c. l.* recte obſeruat, TRIBONIANVS verba VLPIANI non parum mutaſſe aut mutilaſſe videatur. De cetero ipſe DVARENVS ad *cit. l.* et *l. II. diſp. c. 9.* eleganter diſcrimen, ex verborum *directorum* ſubtilitate deſumtum, inter *legata* et *fideicommiſſa* depingit, et in *loco poſteriore* ita ait: *In legatis, quæ ex legibus et iure ciuili ortum habent, verba quædam ſolemnia erant, ipſis legibus inducta, ſicut et in heredis inſtitutione, quæ idcirco legitima et ciuilia verba dicuntur, veluti do, lego, capito,*

quod exemplo vſurarum oſtenditur.

pito, ſumito, habeto, heres meus damnas eſto dare, heredem meum dare iubeo etc. nec licebat aliis verbis vti legando, ne contra leges fieret, adeo, vt Vlpiani tempore non potuerit græce legatum relinqui. At in fideicommiſſis, quorum origo non eſt ex legibus, ſed ex more potius ac iuriſdictione magiſtratuum, non multum referebat, quibus verbis teſtator relinqueret, modo certa eſſet eius voluntas, adeo vt fideicommiſſum, non minus græco quam latino ſermone ſcriptum, valeret.

Inde explicatur l. 19. de vſu et vſufr. legat.

§. XIII. Veſtigium euidentiſſimum antiqui huius diſcriminis deprehendo in *l. 19. D. de vſu & vſufr. legat.* vbi a ICto hæc ſpecies proponitur: *ſi alii fundum, alii vſumfructum teſtator legauerit.* (hac formula ſcilicet Titio fundum do, lego; Seio eiusdem fundi vſumfructum heres dato) *ſi eo propoſito fecit, vt alter nudam proprietatem haberet, errore labitur.* In quo vero errat teſtator, cum de propoſito eius conſtet? Errat videlicet in formula, quam non, vt debebat, integre expreſſerat, adeoque non poterat vltra verba formulæ procedi, licet diuerſum forſan fuerit teſtatoris propoſitum. Illud, *vti lingua nuncupaſſit, ita ius eſto,* huc etiam trahebant. Pergit enim ICtus: *Nam* DETRACTO VSVFRVCTV *proprietatem eum legare oportet* (iuxta præſcriptum legis) *hoc modo* (hac formula in tali caſu vſitata, et vſu forenſi approbata) *Titio fundum detracto vſufructu lego, Seio eiusdem fundi vſumfructum heres dato.* Neque itaque aliter nuda proprietas legata cenſebatur, niſi adiecta eſſet formula: *detracto vſufructu.* Id verba directa poſtulabant, in quibus omnia erant exprimenda, eodemque collineat Imperator in §. 1. *I. de vſufruct.* ibi *ſi fundum legauerit,* DEDVCTO VSVFRVCTV, *legatarius nudam habet proprietatem, heres vero vſumfructum. Item alii vſumfructum, alii,* DEDV-

CTO

CTO EO, *fundum legare poteſt.* Quod ſi ergo teſtator per incuriam omiſerat clauſulam, deducto vſufructu, nuda proprietas non cenſebatur legata. Quid ergo? Pergit ICtus *Quod niſi fecerit, vſusfructus inter eos communicabitur, quod interdum plus valet ſcriptura, quam peractum ſit.* Quare vero plus valet *ſcriptura*, quam *voluntas* defuncti? quia in legatis magis *illius*, quam *huius* ratio haberi debebat, nec permiſſum erat, quoad ſyllabam in *verbis directis* quidquam omittere. Qui de vſu hodierno huius legis diſputant, veram eius rationem non adeo intuentur, nec animaduertunt, totam decidendi rationem ex *verborum directorum* natura petitam fuiſſe. STRVVIVS *in interpr. lib. II. tit. 24. §. 7.* non ſine haeſitatione de eo edifferens, tandem ſubiicit, textum hunc eſſe abrogatum, quamuis, quod obiter addo, verba ibidem adducta non ſint STRVVII, ſed SIMONIS van LEEWEN, ex cuius *cenſura forenſi* integrum paragraphum deſcripſit. Textum hunc abrogatum eſſe, admitto ſed fundamentum abrogationis a STRVVIO vel SIMONE van LEEWEN adductum non probo. Vera abrogationis cauſa petenda eſt ex conſtitutione IVSTINIANI, qua legata fideicommiſſis exaequauit, voluitque, vt in poſterum non amplius *verbis* inhaereretur, ſed potius *voluntas* defuncti primario inſpiceretur, quae in adducta ſpecie non alia fuit, quam vt alter *nudam proprietatem*, alter vero *vſumfructum* haberet. Recte itaque TRIBONIANVS feciſſet, ſi textum hunc prorſus omiſiſſet, poſtquam ſciuit, a IVSTINIANO verborum directorum rigorem eſſe ſublatum, et magis hodie in legatis, vt in fideicommiſſis, ad *voluntatem* eſſe reſpiciendum. Ex eadem ſubtili verborum obſeruatione deſcendit deciſio in *L. 3. §. 2. D. de vſufr. accreſc.* vbi ICtus ita: *Non ſolum autem ſi duobus vſusfructus lege-*

Huius legis hodie nullus eſt vſus.

P

legetur, eſt ius accreſcendi: verum et ſi alteri vſusfructus, alteri fundus legatus eſt. ICtus ex doctrina *verborum directorum* praeſupponit, vtrumque in vſufructu concurrere, non vero ei, cui fundus legatus eſt, nudam competere proprietatem. Cum vero hodie ſecundum ea, quae modo expoſita ſunt, vſusfructus haud communicetur, fruſtra de *iure accreſcendi* in hac ſpecie quaeritur. Ceterum ſolennis formulae, *deducto vſufructu legare*, mentio quoque occurrit in *L. 1. §. vlt. D. eod. tit.* ibi: *ſi, duobus heredibus inſtitutis, deducto vſufructu, proprietas legatur:* item in *L. 7. §. 1. D. eod. Sed ſi cui proprietas, deducto vſufructu, legata ſit, etc.*

Unde regula fluxerit: verba teſtamenti ſtricte eſſe accipienda.

§. XIV. Noto notius eſt, vulgo aſſeri, *verba teſtamenti ſtricte eſſe accipienda*, adeo, vt quod ſaepius miratus ſum, ne quidem olim Theologi ab hac regula in controuerſiis abſtinuerint. Cur vero ſtricte ſunt accipienda? Forſan, qui auctores huius regulae fuere, deprehenderunt, verba *directa*, in teſtamentis vſitata, ſtrictis olim incluſa fuiſſe cancellis, et in iis obtinuiſſe vulgatum illud, *vti lingua nuncupaſſit, ita ius eſſe:* quamuis id ipſum non de omni vltima voluntate in genere intelligi debuiſſet. In *fideicommiſſis* vtique aliud obtinet, et hodie, ſublatis verbis directis, formularumque laqueis, communis interpretatio, maxime in *praeſumta teſtatoris voluntate* fundata, obtinet, vt ne hodie quidem huic regulae immorandum ſit.

Unde explicatur l. 12. d. R. I.

Quid vero eſt, quod PAVLVS in *l. 12. D. de R. I.* aſſerat: *in teſtamentis* PLENIVS *voluntates teſtantium interpretantur?* An haec regula in eum ſenſum capienda, quem Pontifex ei tribuit in *c. 6. X. de donat.* aiens: *in contractibus plena, in teſtamentis plenior, in beneficiis quoque pleniſſima interpretatio adhibenda?* Haec regula ſi vera eſſet, *latior* vt videtur in teſtamentis foret admit-

admittenda interpretatio quam in contractibus, cum tamen hi contractus ſint vnius eiuſdemque naturæ, ſed quidam *ſtrictiorem* naturam habeant, quidam magis ex *æquo* et *bono* deſcendant, denique et ipſæ vltimæ voluntates olim diuerſum interpretandi modum acceperint ex diuerſitate verborum *directorum et vulgarium*. In eo aſſentior IACOBO GOTHOFREDO in *comm. ad t. l. 12.* hic non agi de obſcura voluntate, de qua *l. 9. D. de R. I.* diſponit, ſed de *nuncupatis verbis*, expreſſa voluntate et alias aperta. Immo in eo quoque cum eo facio, hanc regulam potiſſimum ad materiam *Legatorum* a PAVLO applicatum fuiſſe, quippe quæ olim tantum in teſtamentis relinqui poterant. Aſt minime inde cum vulgo colligendum, quod non obſcure ipſe innuit GOTHOFREDVS, latiſſimam interpretationem vbique in vltimis voluntatibus obtinere. Auguror, plures ex antiquis fuiſſe, qui adeo amare *verbis directis* inhærebant, vt ſub prætextu *interpretationis rigoroſæ* verba ſine pleno ſuo effectu et ſignificatu caperent, et ita efficerent, vt legata fere carerent effectu. Si *pecoris vſus* legatus erat, quærebatur, quid legatum eſſet? an etiam *modicum lac* contineretur? Quidam id negabant, quorum ſententiam ſecutus eſt TRIBONIANVS in *§. 4. I. de vſ. et habit.* forſan ideo, quod legatorum ſit ſtricta interpretatio. Hos redarguit ICtus in *l. 12. §. 2. in f. D. de vſu et habit.* addens: *neque enim tam ſtricte interpretandæ ſunt vltimæ voluntates.* Admittit ex ratione *verborum directorum*, ſtricte eſſe vltimas voluntates capiendas, ſed non *tam ſtricte*, vt fere legatum careret effectu. *Plenius* itaque quam vt vulgo creditum fuit, ſunt accipiendæ vltimæ voluntates, h. e. *cum effectu* ad minimum, quemadmodum in *l. 3. D. de conſtit. princ.* dicitur: *beneficia principum quam pleniſſime interpretari debemus.*

Sunt vtique priuilegia *ius ſingulare*, et ita ſtrictius capienda, ne nimium a regula recedant; interim haec ſtrictior interpretatio efficere nequit, vt beneficia perdant effectum, quin potius *pleniſſime* h. e. *cum effectu*, vt aliquid ſingulare contineant, intelligenda ſunt, quod optime illuſtrat ICtus in *l. 1. in f. D. ad municip.* Eodem in ſenſu in *cit. l. 12.* accipienda eſt particula *pleniſſimus*, vt *ex natura rei* res legatae ſuum effectum habeant.

Olim in teſtamentis non ſubintelligebatur clauſula codicillaris ex natura verborum directorum.

§. XV. Decantata eſt controuerſia *vtrum clauſula codicillaris in teſtamento ſubintelligatur, an vero in eo exprimi debeat?* Vt plurimum id negant, nec ſine ratione, cum tot leges id euidenter doceant. In *l. 41. §. 3. D. de vulg. et pup. ſubſtit.* expreſſe dicitur *ſi patris teſtamentum iure non valuit, ea ſcriptura, quam teſtamentum eſſe voluit,* quod potiſſimum verba directa indigitabant, *codicillos non faciet, niſi hoc expreſſum eſt*, quia talis expreſſio voluntatem fideicommittendi euentualiter declarat. In *l. 1. D. de codicill.* diſerte dicitur, *conſtitutum eſt, eum, qui teſtamentum facere opinatus eſt, nec voluit, quaſi codicillos id valere, videri nec codicillos feciſſe.* Idem inculcat THEODOSIVS in *l. f. §. 1. C. de codicill.* vbi non aliter teſtamentum iure codicillorum valere debere decernitur, *niſi id ille complexus ſit, vt vim etiam codicillorum ſcriptura debeat obtinere.* Ratio in promtu erat, quia verba directa in teſtamentis vſitata ad *codicillos* non pertinebant, in quibus *verbis vulgaribus*, quaeuis relinquebantur; vnde nec *legata* olim in codicillis dabantur. Quando ergo *verbis directis* voluntas vltima erat expoſita, praeſumtae voluntatis haberi non poterat ratio, ſtabatur ei, quod expreſſum, adeoque expreſſa declaratione opus erat, ſe velle hanc diſpoſitionem etiam iure codicillorum valere. *l. 3. D. de teſtam. milit.* Verum ſi ab hac ſingulari et Romanis olim propria

pria ratione abſtrahimus, quod hodie in defectu *verborum directorum* et *ſolemnium* omnino faciendum eſt. ſi ad præſumtam defuncti voluntatem reſpicimus, quæ hodie in teſtamentis præponderat, magis eſt, vt aſſeri debeat, hodie in omnibus teſtamentis ſubintelligendam eſſe clauſulam codicillarem, credendumque, teſtatorem quemlibet id intendiſſe, quod olim Lucius Titius in *l. 88. in f. D. de leg. 2.* vt non inepte iudicat HVBERVS *in præl. ad tit. I. de codicill. in f.* Neque enim hodie verbis, quod potiſſimum olim obtinuit, inhærendum, ſed id, quod teſtator probabiliter, ſi de eo interrogatus fuiſſet, diſponere voluiſſet, attendendum, B. TITIVS *in iur. priu. lib. III. c. 5. §. 38. ſqq.* præſertim cum verba hodie ita ſint laxa libera et comparata, vt facile ad fideicommiſſa trahi poſſint. Id ipſum quoque olim admiſere ICti in teſtamento militum, vt ex *l. 3. D. de teſtam. milit.* conſtat, quia in his *verborum directorum* nulla habebatur ratio, ſed ſolummodo voluntatis præſumtæ, cum quibuscunque concipi poſſent verbis.

§. XVI. Olim ipſa inſtitutio heredis et ſubſtitutio *verbis* erat facienda *directis*, nec quæuis ſufficiebant, vt ne quidem ſufficerent *heredem facio, heredem inſtituo*, vt ſupra iam monuimus. Inde quoque *verbis expreſſis* et *diſpoſitiuis* inſtitutio facienda erat, nec valebat inſtitutio: *ſi viuo me filius deceſſerit, Caius heres eſto.* Filius hoc caſu præteritus eſſe credebatur, quamuis *tacite* videretur eſſe inſtitutus, quod non ſufficiebat, ob *directorum verborum* neceſſitatem. *l. 16. in f. D. de vulg. et pup. ſubſtit.* Idem argumentum pertractat ICtus in *l. 19. D. de hered. inſtit.* vbi hanc proponit quæſtionem. *ſi quis, vacua parte relicta, ita inſtituerit, ſi mihi Seius heres non erit, quem non inſtitueram,* (h. e. verbis directis tanquam heredem nominauerat)

Olim inſtitutio verbis directis facienda erat.

Tacita non ſufficiebat.

Sempronius heres eſto: an hic occupare poſſit vacantem portionem? Et Pegaſus quidem exiſtimabat, *ad eam partem Sempronium admitti:* Ariſto contra putauit, *quia huic pars eſſet data, quae nulla eſt. Hic aperte dicitur*, recte ait B. HARPPRECHT *de tacit. hered. inſtit. §. 9. n. 6. quod Seius his verbis:* ſi mihi Seius heres non erit, *etiam in illa vacante portione inſtitutus haud ſit, ſicut proinde nec Sempronius eidem in illa ſubſtitutus dici valeat.* Si verbis directis non fuiſſet facienda inſtitutio, ſed qualiscunque, et quibuscunque verbis declarata expreſſio ſuffeciſſet, omnino dici debuiſſet, Seium *tacite* eo ipſum inſtitutum fuiſſe, dum eum in conditione poſuit. Ipſe Imperator in §. 2. *I. de fideic. heredit.* idem confirmat aiens: *Inprimis ſciendum eſt, opus eſſe, vt aliquis recto iure*, h. e. verbis directis, *teſtamento heres inſtituatur; eiusque fidei committatur, vt eam hereditatem alii reſtituat: Alioquin inutile eſt teſtamentum, in quo nemo heres inſtitutus.* Declarat id ipſum exemplo: *cum igitur aliquis ſcripſerit, Lucius Titius heres eſto, poteſt adiicere etc.* Olim tantum legata ab herede relinqui poterant: vnde quaerebatur, ſi in teſtamento a quodam, qui haud eſſet verbis directis heres inſtitutus, legata eſſent relicta, an ea de cauſſa pro coherede eſſet habendus? negat hoc ICtus in *l. 65. D. de hered. inſtit.* ea de cauſſa, *quod inſtitutus heres non ſit*, verbis ſcilicet expreſſis et directis, prout hoc fieri debebat. Nihil eſt vulgatius illa doctrina *liberos poſitos in conditione, non cenſeri inſtitutos heredes:* vtpote ſi pater ſcripſerit: *ſi filius ante me morietur, Caius heres eſto:* quamuis enim inde inferri poſſit, teſtatorem voluiſſe, vt filius heres ſit, ſi ſe ſuperuixerit, non tamen eſt eo, quo debebat modo, h. e. verbis directis inſtitutus, quod olim abſolute neceſſe erat. Conf. B. HARPPRECHT *cit. l. §. 15.* vbi pro more erudite hoc thema illu-

illuſtrat, et ad contraria reſpondet. Sane ex *l. 37. pr. D. de hered. inſtit.* contrarium euinci nequit. Quamuis enim ICtus aſſeverat in caſu, quo pater in teſtamento ſuo ita ſcripſerat *ſi filius meus me viuo morietur, nepos ex eo poſt mortem meam natus heres eſto*, duos eſſe gradus, heredem ſine dubio tamen ſupponit, filium, quod olim neceſſe erat, directis verbis fuiſſe inſtitutum; neque hoc addere neceſſe erat, dum idipſum cauſſam controuerſiæ non conſtitueret, ſed tantum de *effectu ſubſtitutionis* quæreretur.

Hodie facilius admittenda tacita heredis inſtitutio.

§. XVII. Id ergo ſecundum ius antiquum, quo neceſſitas verborum directorum *expreſſam heredis inſtitutionem* requirebat, indubium eſt, tacitam inſtitutionem heredis haud ſufficere. Maior ratio dubitandi eſt, quid de iure nouo dicendum, quo verba directa ſunt ſublata? Neceſſe omnino eſt, vt iuris noui ſententiam ex ipſo fonte adferamus. Ait CONSTANTINVS in *l. 15. C. de teſtam.* *Quoniam indignum eſt, ob inanem obſeruationem* verborum ſolennium ſeu directorum, *irritas fieri tabulas et iudicia mortuorum. placuit ademtis his, quorum imaginarius vſus eſt, inſtitutioni heredis verborum non eſſe neceſſariam obſeruantiam, vtrum imperatiuis et directis verbis fiat, aut inflexis: nec enim intereſt, ſi dicatur: heredem facio, vel inſtituo, vel volo, vel mando, vel cupio, vel eſto, vel erit. ſed quibuslibet confecta ſententiis, vel in quolibet loquendi genere formata inſtitutio valeat: ſi modo per eam liquebit voluntatis intentio: nec neceſſaria ſunt momenta verborum, quæ forte ſeminecis et balbutiens lingua profudit. Et in poſtremis ergo iudiciis ordinandis amota erit ſolennium verborum neceſſitas, vt qui facultates proprias cupiunt ordinare, in quacunque inſtrumenti materia conſcribere, et quibuscunque verbis vti, liberam habeant facultatem.* Quid ergo, ſi hodie pater ita diſpoſuerit: Sollte mein Sohn vor mir verſterben, ſoll mein Bruder mein Erbe ſeyn:

Annon

Annon filius ſufficienter inſtitutus eſt, cum ſine dubio id ipſum teſtator intenderit, filium ſuccedere debere, ſi ſuperuixerit. Qui id negant, ea ducuntur ratione, quod *ſolennitas verborum* tantum in *cit. l.* ſublata ſit, non vero *expreſſa* et *diſpoſitiua* heredis inſtitutio, quod *verba expreſſa* omnino adhuc deſiderentur, non vero præciſe *directa* et *imperatiua*. Fateor aliquid roboris huic reſponſioni ineſſe. Illud vero contra magnopere vrgeo, quod CONSTANTINVS expreſſe aſſerat, valere heredis declarationem *quibuslibet confectam ſententiis, ſi modo per eas liqueat voluntatis intentio.* Sane in exemplo adducto intentio teſtatoris manifeſta eſt. Primario intendit, filium eſſe debere heredem, in caſu vero ſi ante ipſum mortuus fuerit, alium heredem ſcribit. Quare ergo talis declaratio haud ſufficeret? Deinde *verbis* etiam *inflexis* ſeu *obliquis* poteſt iure nouo heres declarari, vt in fideicommiſſis. At vero in fideicommiſſis *tacitam* etiam *declarationem* ſufficere, vnde de voluntate fideicommittendi conſtat, omnes ad vnum fatentur, ergo quoque in *ſimplici inſtitutione heredis* idem iuris erit. Denique et hoc addi poſſit, quod olim ideo expreſſa declaratione opus fuerit, quod natura *verborum directorum* id deſideraret, quæ tamen hodie ſublata ſunt.

Exheredatio liberorum verbis directis olim facienda.

§. XIIX. Eadem verborum directorum neceſſitas attendebatur in *liberorum exheredatione.* Hinc olim filius pure exheredandus erat, *l. 3. §. 1. D. de liber. et poſth. hered.* neque, qui ſub conditione inſtitutus erat, cenſebatur ſub contraria conditione exheredatus. ſimiliter qui ſub conditione erat exheredatus veluti, *filius, ſi religionem mutauerit, exheres eſto,* cenſebatur inſtitutus ſub contraria negatiua, ſed potius præteritus, id quod verborum directorum indoles requirebat, *l. 18. pr. D. de B. poſſ. contr.*

contr. tabb. l. 86. pr. D. de hered. inſtit. l. 4. C. de ſubſtit. et inſtit. Quibus vero olim verborum directorum ſolennitas erat remiſſa, illis ne quidem neceſſe erat, liberos expreſſe exheredare, ſed *praeteritio* loco *exheredationis* erat. Id priuilegium datum erat militibus in expeditione occupatis, non ignorantibus, ſe liberos habere, *quorum ſilentium pro exheredatione nominatim facta valebat. §. 6. I. de exhered. lib.* Reuera enim, qui ſcit ſe habere liberos, nec tamen eorum vllam in teſtamento iniicit mentionem, ſed ſilentio praeterit, nil aliud intendere potuit, quam vt heredes non eſſent, quae ſola voluntas ſine vlla *verborum directorum* expreſſione ſufficiebat in milite. Similiter et matri olim remiſſa erat neceſſitas *verbis directis* et *expreſſis* liberos exheredandi, quae poterat eos, quos exheredes eſſe volebat, ſilentio omittere. *Nam ſilentium matris*, ait Imperator in *§. f. I. de exhered. liber. aut aui materni, et ceterorum per matrem aſcendentium, tantum facit, quantum exheredatio patris*, verbis directis facta, quia, ſi verba directa remouemus, reuera eſt excluſio liberorum ab hereditate, h. e. exheredatio. Sublata ergo prorſus verborum directorum neceſſitate, an hodie quoque ſilentium *quid hodie?* patris inſtar exheredationis eſt, vt teſtamentum non fiat nullum, ſed querela inofficioſi demum impugnandum ſit? Sine dubio ita fuiſſet dicendum, niſi IVSTINIANVS in *Nou. 115. c. 3.* expreſſe diſpoſuiſſet, *ipſas ingratitudinis cauſſas nominatim teſtamento inſerendas eſſe.* Hoc enim aliter vt plurimum fieri nequit, quam ad praecedentem expreſſam declarationem, qua exheredes eſſe iubentur, quibuſcunque demum verbis haec expreſſa fuerit. Meo iudicio itaque illa ſufficeret declaratio. **Meinen älteſten Sohn habe ich mit Fleiß nicht bedacht, weil er ſich an mir mit harten Schelt-Worten vergriffen, auch darzu geſchlagen.** Non qui-

Q

quidem hæc verba ſunt *directa*, ita tamen comparata, vt decla- rent, filium a ſucceſſione excludendum eſſe. Et cum matri eidem neceſſitas quoque cauſſam exprimendi ſecundum *dict. Nov.* incumbat, neceſſario quoque aliquam præmittere debet declarationem de filio excludendo, quia abſque ea non poſſet cauſſam addere. Quid itaque ſi pater vel mater ita diſpoſuiſſet **Es ſoll mein jüngſter Sohn allein mein Erbe ſeyn, worzu vornemlich ich bin bewogen worden, weil mein älteſter Sohn allen reſpect gegen mich hindan geſetzt, und mit harten iniurien und Schlägen unterſchiedlichmahl tractiret.** Non adeſt expreſſa et directa exheredatio, cauſſa tamen expreſſa eſt, vnde voluntas teſtatoris ſatis colligi poteſt, quod, meo iudicio, hodie ſufficit iuxta *l. 17. C. de teſtam.* Id ergo adhuc diſcrimen a teſtamento militari ſupereſt, quod in hoc ſimplex ſilentium ſufficiat, non vero in teſtamento pagani, in quo *cauſſæ* mentio facienda eſt.

Subſtitutio iiſdem verbis directis fiebat.

§. XIX. In ſubſtitutionibus quoque *directa verba* neceſſaria erant, indeque orta eſt diſtinctio inter ſubſtitutionem *directam et obliquam*; illa verbis fiebat directis veluti *Lucius Titius heres eſto; Si mihi Lucius Titius heres non erit, tunc Seius mihi heres eſto*, vel. *ſi heres mihi erit et intra pubertatem deceſſerit, tunc Caius Seius heres mihi eſto.* Verba hæc directa eſſe, nemo in dubium vocabit, quæ adfert MODESTINVS in *L. 1. §. 1. D. de vulg. et pup. ſubſtit.* Id vero admodum ſingulare erat ex noua MARCI et VERI conſtitutione, *vt cum pater filio impuberi in alterum caſum ſubſtituiſſet, in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intelligeretur*, iuxta *L. 4. pr. D. de vulg. et pup. ſubſtit.* Contra rationem et rigorem verborum directorum id nouiter per dictam conſtitutionem, ex ſola *æquitate*, introductum fuiſſe, quilibet iuris antiqui peritia inſtructus facile animaduertit. Immo ipſe JCtus id

ipſum

ipſum innuit aiens. *Iam hoc iure vtimur ex D. Marci et Veri conſtitutione*, tacite concedens, olim ex ICtorum ſententia id minime obtinuiſſe, quod quæ verbis directis exprimenda erant, ad vnguem declaranda eſſent, vt ne quidem *voluntas præſumta*, nec tamen declarata, ſufficeret. Reuera etiam olim ICtos hac in quæſtione admodum titubaſſe, obſeruat AERODIVS *in pand. rer. iudic. lib. V. tit. 5. c. 1.* vbi caſum hunc ex CICERONE *de claris Orat. cap. 52* proponit *Manius Curius a Coponio heres inſtitutus erat his verbis ſi mihi poſt mortem meam in decem menſibus proximis filius natus erit, quod ſi is antequam in tutelam ſuam veniat, moriatur: tunc in locum partemque eius M. Curius heres eſto. Cum neque natus eſſet poſthumus, Curius, ſecundus heres, petebat hereditatem apud centumuiros, ſedente et iudicante Manlio. Contra Q. Mutius Scæuola pro M. Coponio agnato, negabat, niſi poſthumus et natus, et antequam in ſuam tutelam veniret, mortuus eſſet, heredem eum eſſe poſſe, qui eſſet ſecundum poſthumum, et natum et mortuum, heres inſtitutus: itaque M. Curium heredem non poſſe eſſe, quem conditio defeciſſet. Ex aduerſo dicebat L. Craſſus* VOLVNTATEM, *non* VERBA, *valere oportere: nam ſi voluntates, ſententiæque negligantur, in verbis quantam futuram eſſe captionem, cum in ceteris rebus, tum in teſtamentis? Ex bono et æquo, non ex callido verſutoque iure res eſſe iudicandas. Scriptum ſequi, calumniatoris eſſe: boni vero iudicis, voluntatem ſcriptoris, auctoritatemque defendere. Scæuolam ex vno ſcalmo captionis efficere vellere Centumuirale iudicium. Quid enim hoc habere ſubtilitatis, excogitare, naſci quem prius oportere, quam emori? Teſtatorem qui ſub hac conditione Curium heredem eſſe voluerit, ſi poſthumus moriatur, hoc ſenſiſſe, hoc voluiſſe, quoquo modo filius non eſſet, qui in ſuam tutelam veniret, ſiue non natus, ſiue ante mortuus, Curius heres vt eſſet. Nam qui voluerit heredem eſſe, ſi alius moriatur, multo magis*

An ad caſus non expreſſos pertineant?

ad ſubſtitutionem vocaſſe, ſi non naſceretur, quemadmodum ex adverſo, qui eum inſtituit, qui poſt mortem ſuam naſceretur multo magis eum heredem ſibi eſſe voluiſſe, ſi ante mortem ſuam naſcatur. Mucius contra urgebat: Inutile et captioſum eſſe populo, quod ſcriptum eſſet negligi; opinione vero quaeri voluntates, atque interpretatione diſertorum ſcripta ſimplicium hominum pervertere. Ubi verba clara et manifeſta ſunt, etiam tutiſſimam eſſe interpretationem, quae ex verbis colligi poſſit. In teſtamentis voluntates defunctorum conditiones regere, at eos id profecto voluiſſe, quod locuti ſunt. Varia eſſe, ſi poſthumus non naſcatur, et ſi poſthumus moriatur, item intereſſe, pubes, an impubes moriatur, itaque quod in unam cauſſam diſpoſuit teſtator, ad aliam trahi non oportere. Maluiſſe defunctum, quo caſu poſthumus non naſcatur, agnatos et proximos heredes eſſe, ſi naſcatur et moriatur, praepoſuiſſe Curium. Hoc modo exiſtimaſſe, ſe filii ſaluti melius providere, nam proximos illius vitæ non inſidiaturos, ad quos nihil morte perveniret, de Curio, apud quem filius non educaretur, nihil tale cogitaſſe. Ut in manifeſtis praeſumtionibus heredi ſcripto favendum eſt, quia favorabilis ſit voluntas defunctorum: ita in rebus dubiis, humaniorem eſſe interpretationem, quae ſit pro legitimis heredibus, quos lex ad ſucceſſionem vocat, et quorum poſt liberos prima omnis cauſſa atque conditio eſt. An non aliud quoque ſit futurum, ſi non poſthumus, ſed poſthuma naſceretur? et quid amplius ſi filius et filia nati eſſent, et horum alter ſolummodo deceſſiſſet? Praeterea, non alia ratione ex formula Galli Aquilii, in inſtitutionibus et ſubſtitutionibus ita ſcribi ſolere, ſi mihi filius aut filia naſcatur, et intra quartum decimum annum moriatur, Curius heres eſto: quam quod variae hae ſcripturae, ut diverſam ſignificationem habent, ſic diverſam voluntatem. Quapropter aliud caveri in hanc conditionem, ſi naſcatur: et in hanc aliud, ſi moriatur. Porro, non eandem rationem eſſe, dum Maevius ex parte poſthumus, heredes ſunt inſtituti; tunc enim ſi certe

poſt-

poſthumus non naſcatur; Manium ſolum hæredem fore: neque enim eum, qui non ſit, partem facere inter eos, qui ſimul vocantur. At Curianus: nec vocari cum poſthumo, et niſi ſi poſthumus naſcatur et moriatur, non vocari. Verum tamen vicit L. Craſſus, vt is ipſe ait apud Ciceronem, ac facile ſententiam ſuam probauit omnibus, et hanc poſtea Marcus et Verus, Imperatores, conſtitutione etiam confirmarunt, vt hoc titulo a Modeſtino recitatur: in alterum caſum, ſi filio pater ſubſtituerit, in vtrumque ſubſtituiſſe videri, ideoque etiam Paulus, libro ſingulari de ſecundis tabulis, reſpondit. Cum a poſthumo ita legetur, ſi heres erit: et non nato poſthumo, ſubſtituti adeant. legata eos debere, quæ ille, ſi vixiſſet, erat debiturus.

§. XX. Inde nata eſt anſa dubitandi, vtrum in *vulgari*, vno caſu tantum expreſſo, veluti *voluntatis*, vt loquuntur, alter *impotentiæ* ſubintelligatur? Negat hoc OISELIVS *ad Caii Inſtit. lib. II. tit. 4. ad verb. quod ſi meam hereditatem*, idque ex *l. 10. D. de lib. et poſth.* probat. Eamdem ſententiam ſequitur HVBERVS in *præl. ad tit. D. de vulg. et pup. ſubſtit. §. 1.* quæ ex ratione iuris veteris admodum probabilis eſt, cum hic eſſet *rigor directorum verborum*, vt accurate omnia eſſent exprimenda, nec omiſſa, licet forſan ſubintellecta, attenderentur. ſublatis vero huſce verborum laqueis, merito diſſentientibus accedendum, qui docent, alterum caſum ſub altero comprehendi, quamuis hi in eo peccent, quod ex iure veteri hanc doctrinam probare velint, quod fieri vix poteſt. *An vulgaris caſus voluntatis contineat caſum impotentiæ et vice verſa.*

§. XXI. E contrario *ſubſtitutio obliqua* dicebatur, quæ fiebat *verbis vulgaribus obliquis*, et *quibuscunque*, quæ *fideicommiſſum* inducebant. *l. 87. §. 2. D. de leg. 2.* Olim ex ipſis verbis facile diſcerni poterat, qualis eſſet ſubſtitutio facta? Poſtquam verborum diſcrimen eſt ſublatum, quæſtio mox inde orta, quæ- *Ab hac differebat ſubſtitutio obliqua.*

ſis in dubio ſubſtitutio videatur facta, ſi teſtator *indefinite* locutus fuerit, veluti: *heredi meo Caio ſubſtituo Mevium.* Ait pontifex in c. 1. *de teſtam. in* 6. in ſubſtitutionibus ſemper eſſe interpretationem faciendam, vt *ſubſtitutio directa* intelligatur potius, quam obliqua, *quanquam*, addit, *directa interdum ad fideicommiſſum trahatur.* Sed quomodo hodie poteſt eſſe *directa*, cum *verborum directorum* vſu careamus? Scilicet tunc adhuc hodie *directa* ſolet dici, quando heredi inſtituto in caſum, quo heres non erit, alius ſubſtituitur, quod licet non amplius *verbis directis* fieri debeat, mens tamen antiquæ formulæ ſatis euidenter expreſſa idem operatur. Si verba ſunt dubia, vt *directam* et *fideicommiſſoriam* h. e. illam, qua *mediante herede* ad alium deuoluitur hereditas, denotet, illa in dubio potius intelligitur, vtpote quæ primaria ſubſtitutionis ſpecies eſt. Verba autem ambigua in ſignificatu potiori accipiuntur. Quodſi in *codicillis* eiuſmodi formula deprehenditur, magis *fideicommiſſoria* pro ſubſtitutione materia, quam directa, intelligitur, vtpote quæ in codicillo fieri nequit. Immo cum vis verborum *directorum*, et *obliquorum* confuſa ſit, in codicillis hodie heredis inſtitutionem, quacunque verborum expreſſione declaretur, ſemper *fideicommiſſariam* intelligendam eſſe exiſtimarem, cum diſcrimen antiquum inter verba *directa* et *obliqua* ſit ſublatum, adeoque pro ſubſtrata materia verba eiuſmodi accipi debeant. Quid enim ſi quis in codicillis hodie dixerit: Ich ſetze Titium zu meinem Erben ein? ne quidem olim hæc verba erant directa, multo magis ergo hodie in codicillis pro fideicommiſſariis accipi debent. Quid ſi dixerit teſtator: Titius ſoll mein Erbe ſeyn? Hæc formula ad antiquum ius relata magis *directa* videtur; ſed in codicillis magis *fideicommiſſaria* erit, cum ad verborum rigorem neutiquam amplius

plus adſtricti ſimus. E contrario ſi in teſtamentis occurrit, iri regula ſubſiſtendum, *in dubio potius directam intelligi, quam obliquam.* Quid ſi mater pupillariter liberis ſubſtituerit? Si olim *verbis directis* vtebatur, irrita erat ſubſtitutio; ſin obliquis, valebat iure fideicommiſſi. Poſterius hodie indiſtincte dicendum, quacunque verborum arte vſa fuerit, quia verba magis hodie ita capienda ſunt, prout valere poſſunt, poſtquam rigor verborum directorum vſitatiſſimus ſublatus eſt. Hæc cum non attenduntur, Dd. in plures incidunt ſyrtes.

§. XXII. Legata in primis *verbis directis* olim relinqui debuiſſe, planum manifeſtumque eſt, adeo vt ius digeſtorum fere unice harum formularum in exemplis allatis mentionem faciat. *In legatis in primis verba directa erant neceſſaria.* Inde 1) ſi quis heres erat inſtitutus ſub *conditione dandorum decem,* v. c. ſi Meuio decem dederis, ædes ædificaueris etc. quærebatur: an Meuius pro *legatario* eſſet habendus? Negat hoc ICtus in *l. 8. D. ſi quis omiſſ. cauſ.* adeo vt ſi heres inſtitutus, omiſſa cauſſa teſtamenti, ab inteſtato poſſideat hereditatem, eiusmodi quaſi legatario ſubueniri haud debeat ex edicto prætoris. Iure nouo magis pro *legatario* habendus, poſtquam legata fideicommiſſis exæquata, adeo vt etiam falcidiæ in hoc caſu locum habeat. *l. pen. C. ad L. Falcid.* (2) Nutu quidem relinqui poterat fideicommiſſum, quod ſola *voluntate* dirigebatur, *l. 21. pr. D. de leg. 3.* minime vero olim legatum. (3) Si quis, cum Titio nihil legaſſet, ita ſcriptum reliquerit: *ex centum, quæ Titio legaui, quinquaginta heres Seio dato,* Titio hac formula nihil legatum eſſe ait SABINVS in *l. 72. §. 8. D. de condit. et demonſtr.* Rationem eſſe deſumtam ex defuncti voluntate aſſerit ICtus, *quia non animo legandi ſed demonſtrandi legatum ita ſcripſerit.* Interim tamen teſtator

ſtator in ea opinione fuit, ſe Titio centum legaſſe, iurea adhuc ſubſtitit, et ſic de voluntate in ſe ſpectata non erat dubium. At enim vero olim animus legandi cognoſcebatur ex *verbis directis* quæ hic ceſſabant, adeoque Titius legatum petere non poterat. Ipſe PLINIVS ſecundus *lib. 4. ep. 10.* in ſimili fere caſu hanc iuris rationem haud admiſit, ſed voluntatis rationem magis habendam cenſuit: *ſcribis mihi*, ut *Sabinam, quæ nos reliquit heredes, Modeſtum ſeruum ſuum nusquam liberum eſſe iuſſiſſe* (verbis directis liberum ſcripſiſſe) *eidem tamen ſic adſcripſiſſe legatum:* MODESTO, QVEM LIBERVM ESSE IVSSI. *Quæris quid ſentiam. Contuli cum prudentibus. Conuenit inter omnes, nec libertatem deberi, quia non ſit data* in forma conſueta, *nec legatum, quia ſeruo ſuo dederit.* Nec aliter ſentire potuere ICti iuxta principia iuris eo tempore viſitata. Addit vero: *Sed mihi manifeſtus error videtur: ideoque puto nobis, quaſi ſcripſerit Sabina, faciendum, quod ipſa ſcripſiſſe ſe credidit. Confido acceſſurum te ſententiæ meæ, cum religioſiſſime ſoleas cuſtodire defunctorum voluntatem, quam bonis heredibus intellexiſſe pro iure eſt.* Hæ rationes quidem regulas *honeſti*, non *iuris* tangunt, quamuis illas his præferendas eſſe etiam *lib. V. ep. 7.* confeat, *Mihi*, inquiens, *defuncti voluntas antiquior iure eſt.* Fideicommiſſorum diuerſa erat ratio. Ad illa inducenda ſufficiebant verba *enunciatiua* et *relatiua*, vt pote ſi teſtator ſcripſerat: *Sciunt heredes mei, me veſtem omnem ſuam, et res ceteras, quaecunque in diem mortis meæ mecum habui, illi et illi libertis meis viuum donaſſe*, dominium ad libertos ex hac ſcriptura pertinet, *l. 16. D. de donat.* licet aliunde de donatione iis facta non conſtet. Hinc eſt, quod verba enunciatiua etiam in Codicillis diſponere, aſſerant MANTICA *de coniect. ult. vol. lib. VI. tit. 4. n. 7.* NICOLAVS de PASSERIBVS *lib. II. de verb.*

verb. enunciat. qu. 24. quod in his *iure fideicommiſſi* intelligenda ſint, cum in teſtamentis olim *iure directo* pleraque fierent. Et tamen hodie legata ſunt exequata fideicommiſſis, verborum directorum vſus ſublatus, adeoque nec hoc diſcrimen attendendum, cum talia verba in fideicommiſſis ſufficiant, *l. 67. in f. D. de leg. 2. l. 11. §. 9. de leg. 3. l. 118. de leg. 1. l. 34. in f. de leg. 2.* immo etiam coniecturæ idoneæ. *l. 64. in f. de leg. 2.*

§. XXIII. Altera de verbis directis eſt obſeruatio, quod peculiares effectus acceperint, quibus tum inter ſe, tum a verbis *obliquis* diſcernebantur. Verba *directa* in legatis vſitata olim ad quatuor genera reducebantur, explicata a CAIO *in inſtit. lib. II. tit. 5.* quæ ſane diuerſos iuris effectus habebant. Nec adeo improbabile eſt, adhuc in Pandectis, ex veteris prudentiæ voluminibus collectis, concluſiones ex hoc verborum diſcrimine ſupereſſe, quod eo in primis tempore adhuc floruit, quamuis IVSTINIANVS in §. *2. I. de legat.* illud ſuſtulerit, contenderitque, *ſe non verbis ſed voluntatibus teſtatorum fauere. Conf. l. 21. C. de leg. l. 2. C. commun. de legat.* Sic per *formulam vindicationis* res aliena legari non poterat, bene tamen per *damnationem*, CAIVS *inſtit. lib. 2. tit. 5. §. 3.* VLPIAN. *tit. 24. §. 7. et 8. et 11.* adeo vt olim legatum verbis *vindicationis* relictum non valeret *iure ciuili*, donec tandem Senatusconſulto Neroniano caueretur, *vt, quod minus pactis verbis legatum eſt, perinde ſit, ac ſi optimo iure legatum eſſet.* Optimum autem *ius legati*, quod laxius et expeditius, vt fere verba obliqua, *eſt per damnationem.* Seruo alieno ea de cauſſa inutiliter libertas *verbis directis* dabatur, quia nec *res aliena* per vindicationem legari poterat, quorſum collineat ICtus in *l. 39. D. de manum. teſtam.* Seruum alienum pure inutiliter teſtamento dari tutorem, ait IVSTINIANVS in §. *1. qui teſtam.*

Verba directa olim habuere peculiares effectus iuris.

Neque enim res aliena per vindicationem legari poterat.

ſtator in ea opinione fuit, ſe Titio centum legaſſe, inter [illegible] ſubſtitit, et ſic de voluntate in ſe ſpectata non erat dubium. At enim vero olim animus legandi cognoſcebatur ex *verbis directis* quæ hic ceſſabant, adeoque Titius legatum petere non poterat. Ipſe PLINIVS ſecundus *lib. 4. ep. 10.* in ſimili fere caſu hanc iuris rationem haud admiſit, ſed voluntatis rationem magis habendam cenſuit. *Scribis mihi,* ait *Sabinam, quæ nos reliquit heredes, Modeſtum ſeruum ſuum nuſquam liberum eſſe iuſſiſſe* (verbis directis liberum ſcripſiſſe) *eidem tamen ſic adſcripſiſſe legatum:* MODESTO, QVEM LIBERVM ESSE IVSSI. *Quæris quid ſentiam. Contuli cum prudentibus. Conuenit inter omnes, nec libertatem deberi, quia non ſit data* in forma conſueta, *nec legatum, quia ſeruo ſuo dederit.* Nec aliter ſentire potuere ICti iuxta principia iuris eo tempore vſitata. Addit vero: *Sed mihi manifeſtus error videtur: ideoque puto nobis, quaſi ſcripſerit Sabina, faciendum, quod ipſa ſcripſiſſe ſe credidit. Confido acceſſurum te ſententiæ meæ, cum religioſiſſime ſoleas cuſtodire defunctorum voluntatem, quam bonis heredibus intellexiſſe pro iure eſt.* Hæc [illegible] dem regulas *honeſti*, non *iuris* tangunt, quamuis illas his præferendas eſſe etiam *lib. V. ep. 7.* cenſeat, *Mihi,* autem, *defunctorum voluntas antiquior iure eſt.* Fideicommiſſorum diuerſa [illegible]. Ad illa inducenda ſufficiebant verba *enunciatiua* et *relatiua*, vtpote ſi teſtator ſcripſerat: *Sciant heredes mei, me* [illegible] *ſam, et res ceteras, quaſcunque in diem mortis meæ mecum habui, illi et illi libertis meis viuum donaſſe;* dominium ad libertos ex hac ſcriptura pertinet, *l. 16. D. de donat.* licet aliunde [illegible] one iis facta non conſtet. Hinc eſt, quod verba enunciatiua etiam in Codicillis diſponere, aſſerant MANTICA *de coniect. ult. vol. lib. VI. tit. 4. n. 7.* NICOLAVS de PASSERIBVS *lib. n. de*

verb.

verb. enunciat. qu. 24. quod in his *iure fideicommiſſi* intelligenda ſint, cum in teſtamentis olim *iure directo* pleraque fierent. Et tamen hodie legata ſunt exæquata fideicommiſſis, verborum directorum vſus ſublatus, adeoque nec hoc diſcrimen attendendum, cum talia verba in fideicommiſſis ſufficiant, *l. 67. in f. D. de leg. 2. l. 11. §. 9. de leg. 3. l. 118. de leg. 1. l. 34. in f. de leg. 2.* immo etiam coniecturæ idoneæ. *l. 64. in f. de leg. 2.*

Verba directa olim habuere peculiares effectus iuris.

§. XXIII. Altera de verbis directis eſt obſeruatio, quod peculiares effectus acceperint, quibus tum inter ſe, tum a verbis *obliquis* diſcernebantur. Verba *directa* in legatis vſitata olim ad quatuor genera reducebantur, explicata a CAIO *in inſtit. lib. 11. tit. 1.* quæ ſane diuerſos iuris effectus habebant. Nec adeo improbabile eſt, adhuc in Pandectis, ex veteris prudentiæ voluminibus collectis, concluſiones ex hoc verborum diſcrimine ſupereſſe, quod eo in primis tempore adhuc floruit, quamuis IVSTINIANVS in §. *2. I. de legat.* illud ſuſtulerit, contenderitque, *ſe non verbis ſed voluntatibus teſtatorum fauere. Conf. l. 21. C. de leg. l. 2. C. commun. de legat.* Sic per *formulam vindicationis* res aliena legari non poterat; bene tamen per *damnationem*, CAIVS *inſtit. lib. 2. tit. 5. §. 3.* VLPIAN. *tit. 24. §. 7. et 8. et 11.* adeo vt olim legatum verbis *vindicationis* relictum non valeret *iure ciuili*, donec tandem Senatuſconſulto Neroniano caueretur, *vt; quod minus pactis verbis legatum eſt, perinde ſit, ac ſi optimo iure legatum eſſet: Optimum* autem *ius legati*, quod laxius et expeditius, vt fere verba obliqua, *eſt per damnationem.* Seruo alieno ea de cauſſa inutiliter libertas *verbis directis* dabatur, quia nec *res aliena* per vindicationem legari poterat, quorſum collineat ICtus in *l. 39. D. de manum. teſtam.* Seruum alienum pure inutiliter teſtamento dari tutorem, ait IVSTINIANVS in §. *1. qui teſtam.*

Neque enim res aliena per vindicationem legari poterat.

teſtam. tut. dar. poſſunt, additque: *ſed ita: cum liber erit, vtiliter datur.* Verborum directorum rigor olim non patiebatur, vt *directo* et *pure* ſeruus alienus tutor dari poſſet, ſicut nec res aliena per *vindicationem* legari poterat. Si abſtrahimus a ſuperſtitioſis his verborum laqueis, etiam pure ſeruum alienum tutorem datum admittendum fuiſſe, dicendum foret, cum ex natura rei ſubintelligatur conditio. *cum liber erit.* Indigitat hoc ICtus in *l. 10. §. 4. D. de teſtam. tut.* addens. *Quinimo et ſi pure datus ſit* (hoc modo. *Stichus Caii tutor eſto*) *videtur ineſſe haec conditio: cum liber erit.* Id quod ſi verum eſt, etiam pure vtiliter dari poterat. Meo iudicio ICtus in *cit. l.* verba haec *quinimo* etc. tamquam rationem dubitandi ex *aequitate*, in voluntate praeſumta fundata, adduxiſſe videtur. IVSTINIANVS autem vix excuſandus eſt, quod, verbis directis ſublatis, hanc tamen concluſionem adhuc elementis ſuis inſeruerit. Ad rudera veteris iuris quoque, iudice CVIACIO *lib. XIV. obſ. c. 36.* referenda videntur verba *l. 88. D. de V. S.* vbi praemittit regulam: *tantum quisque pecuniae relinquit, quantum ex bonis eius refici poteſt: ſic dicimus, centies aureorum habere, qui tantum in praediis, ceteriſque ſimilibus rebus habeat.* Hinc quaeſtio oriebatur, an tanta pecuniae quantitas cenſeatur eſſe legata, quanta eſt res aliena legata? *Non idem eſt*, ait, *in fundo alieno legato* per vindicationem, *quamquam is hereditaria pecunia comparari poſſit.* Cur vero non idem eſt? quia legatum tale per vindicationem non valebat.

Differentia antiqua in re duobus legata disiunctim per damnationem et

§. XXIV. Erat praeterea differentia olim ingens in re duobus legata, vtrum per *damnationem* an *vindicationem* legatum eſſet conceptum. Si enim DISIVNCTIM h. e. in diuerſa periodo, eadem res duobus eſſet legata per *vindicationem*, concurſu ſinguli

ſinguli partes faciebant, et, altero non concurrente, totum ad collegatarium pertinebat: ſi vero per *damnationem*, ſingulis ſeparatim res præſtanda, alteri quidem ipſa res, alteri vero eiuſdem æſtimatio. CAIVS *lib. II. tit. 5. §. 5.* VLPIAN. *tit. 24. §. 12.* MERILLIVS *lib. II variant. ex Cuiac. c. 10.* Fluxit ex hac diuerſitate deciſio *l. 14. D. de vſu et vſufr. leg.* vbi CELSVS ita: *Duos ſeparatim uti frui ſinere damnatus heres, communiter uti frui paſſus eſt. Quærebatur, an vtrique ex teſtamento teneretur? Dixi teneri, ſi teſtator vtrumque ſolidum habere voluit,* idquod ex formula *damnationis* colligebatur, *nam ipſius onus eſt, vt ſolidum ſingulis legatum præſtaret. qua parte igitur alterum uti frui ſineret heres, ea parte eum non ſinere alterum uti frui, ideoque per æſtimationem vnicuique, quod deeſt, replere debet.* Similiter in *l. 36. in f. et l. 114. in f. D. de leg. 1.* huius antiqui diſcriminis veſtigium aliquod occurrit. Stichum duobus dare *damnatus* fuerat heres et alteri heres dederat, et antequam interpellaretur ab altero, Stichus mortuus eſt, heres huic non tenetur, *quia nihil per eum factum intelligitur,* cum alioquin huic æſtimationem præſtare debuiſſet, et ita lucro heredis ſeruum mori, ait ICtus in *cit. l. 114.* Suſtulit Imperator in *l. vn. §. 11. C. de cad. tollend.* hanc differentiam, voluitque, vt ſemper concurſu legatarii partes facerent, niſi *apertiſſime et expreſſim* (vt verba damnationis non amplius ſufficiant) *diſpoſuerit, vt vni quidem res ſolida, aliis autem æſtimatio rei ſingulis in ſolidum præſtaretur.* Equidem CVIACIVS in *paratitl. C. cit. tit.* aſſerit, non eſſe ſublatam differentiam, quæ erat circa *ius accreſcendi* in legato *vindicationis* et *damnationis,* quia ſi IVSTINIANVS differentias illas tollere voluiſſet, tam manifeſta earum veſtigia in pandectis non reliquiſſet. Verum recte contrarium aſſerit ME-

vindicationem.

Hodie hæc differentia eſt ſublata.

RILLIVS *cit. l.* et ad obiectionem CVIACII apprime reſpondet: *Licet veſtigia quaedam iſtarum differentiarum in libris iuris remanſerint, non ideo remanſerunt, quaſi hodie obtinere debeant; ſed quia Pandectarum compoſitores, feſtinantius agentes, veſtigia omnia iuris antiqui, quod Iuſtinianus immutauit, interdelere non potuerunt.*

De re duobus coniunctim legata antiquum diſcrimen.

§. XXV. Quae cum ita ſint, nouum quoque diſcrimen, ex diuerſa verborum directorum figura natum, circa ius accreſcendi ſublatum eſt. Si enim pluribus eadem res per *vindicationem,* et quidem CONIVNCTIM legabatur, non concurrente altero, pars eius alteri accreſcebat: ſi per *damnationem*, pars vacans non accreſcebat, ſed in hereditate remanebat, poſtea *caduca* fiebat, et in fiſcum recidebat. VLPIAN. *tit.* 24. §. 12. *et* 13. Quibus enim per *vindicationis* formulam legabatur in eadem periodo ſeu *coniunctim*, re et verbis coniuncti eſſe videbantur; non quibus per formulam *damnationis*, qua ſingulis partes datae fuiſſe videbantur, veluti ſi teſtator dixiſſet: *heres meus damnas eſto dare Lucio et Caio fundum.* Nam huic ea vis eſt tributa, vt ſingulis tantum dimidia fundi legata ſit, ſine vllo iure accreſcendi. Inde olim fluxit deciſio *l.* 7. *D. de leg.* 2. *ſi Titio et ei, qui capere non poteſt, decem legata ſint, quia duobus heres dare* DAMNATVR, *et vnus capere non poteſt, quinque ſola Titio dantur.* Inde explicanda *l.* 16. *pr. D. de leg.* 1. *Si duobus res coniunctim legata ſit* per damnationem, *quamuis alter in rerum natura non fuerit, alteri ſolam partem deberi puto verum eſſe.* Ex eadem differentia fluxit doctrina ICti in *l.* 34. §. 9. *D. de leg.* 1. *ſi coniunctim res legetur, conſtat partes ab initio fieri, nec hi ſolum partem faciunt, in quorum perſona conſtitit legatum, verum hi quoque, in quorum perſo-*

na

na non conſtitit legatum, vt puta ſi Titio et ſeruo proprio ſine libertate. *Partem facere* dicuntur, qui habentur ac ſi partem acquiſiuiſſent, vt alteri coniuncto acquiri non poſſit, *arg. l. 17. D. pr. de inoff. teſtam.* Hæ vero deciſiones hodie ceſſare debent, poſtquam IVSTINIANVS tum has antiquas formulas ſuſtulit, tum expreſſe in *l. vn. §. 11. C. de cad. toll.* ſtatuit. *Nos autem omnimodo repellimus, vnam omnibus naturam legatis et fideicommiſſis imponentes, et antiquam diſſonantiam in vnam trahentes concordiam;* quo præſuppoſito, ius accreſcendi in adductis ſpeciebus omnino obtinebit.

§. XXVI. In hoc non ſubſtitere differentiæ; plures aliæ fuere, maxime quæ *genera actionum* aliosque effectus concernerent. In legatis *damnationis* inficiando litem in duplum creuiſſe, refert IVSTINIANVS in *§. 7. I. de obl. quæ quaſ. ex contr.* et confirmat PAVLVS *lib. 1. ſentent. recept. tit. 19.* quia hæc formula tantæ fuit auctoritatis, vt legatarius quaſi a *iudice* condemnatus fuiſſe videretur. Formula *damnationis* heredi dabat electionem in legato generis, *l. 45. §. 1. D. de leg. 1. l. 29. §. 2. de leg. 3.* quippe quæ ad heredem directa erat. Aſt per *vindicationis* formulam legatarius accipiebat electionem. *l. 37. D. de leg. 1. l. 19. l. 34. in f. de leg. 2.* In hoc hodie differentiam adhuc quærunt practici, eamque ſingulariter commendant, quod IVSTINIANVS illam non ſuſtulerit differentiam, quæ ex *natiua vocum ſignificatione*, voluntatem defuncti expreſſiſſime indicante, fluit. B. STRYCK *in vſ. mod. tit. de leg. §. 3.* Facile hoc admitti poteſt, quia talis differentia magis *voluntati* defuncti, quam *verbis* debetur; horum autem ſubtilitas tantum ſublata, illius ratio vnice habita. *Noua differentia verborum directorum.*

§. XXVII. Ex ſtricta formularum ratione quoque fluxiſſe vide- *Ratio, quod obligatus le-*

gatorum nomine tempore haud finiatur, fluxit ex verbis directis.

videtur regula, *quod tempore obligatio heredis legatorum nomine finiri non poſſit. l. 55. D. de leg. 1.* Idem repetit PAVLVS in *l. 44. §. 1. D. de obl. et act. placet etiam ad tempus obligationem conſtitui non poſſe non magis quam legatum.* Addit rationem: *Nam quod alicui deberi cœpit, certis modis deſinit deberi.* Quid vero magis naturale eſt, quam vt quæ ad tempus conceſſa vel promiſſa ſunt, elapſo tempore exſpirent? An non ſocietas *ad tempus* iniri poteſt? *l. 1. pr. D. pro ſoc.* an non tempore finito exſpirat? *l. 65. §. 6. D. pro ſoc.* Locatio ſane tempore lapſo exſpirat, niſi reconductio acceſſerit. *l. 13. §. 11. D. locat.* Nec dubium eſt, quin etiam fideicommiſſum ad certum tempus conſtitui queat, in quo *ſola voluntas* prædominatur. Videlicet indubium videtur, in contractibus *iuris Gentium* tempus eſſe modum tollendæ obligationis: aſt in negotiis, quæ *verbis ſolennibus et directis* conciliabantur, quorſum etiam *legata* pertinebant, ſecus ſe res habebat, in quibus certi modi tantum recepti erant, quibus deberi deſinebat, quod ICtus indicaſſe videtur, in *cit. l. 44.* vbi *ſtipulationis et legati* mentionem facit. Poſtquam vero, ſublato directorum verborum rigore, natura *fideicommiſſorum* cum legatis eſt communicata, non dubium eſt, quin id, quod *ad tempus* legatum eſt, tempore lapſo *ipſo iure* exſpiret, quod in legatis olim tantum ope *doli mali exceptionis* exſpirabat, contra iuris rigorem, ex æquitate.

Ex doctrina de verbis directis fluxit diſtinctio inter contractus b. f. et ſtricti iuris.

§. XXVIII. Neque vero tantum in vltimis voluntatibus *directorum verborum* et *obliquorum* illa inſignis differentia fuit, ſed etiam in negociis inter viuos. Decantata illa diſtinctio inter *contractus bonæ fidei et ſtricti iuris* huic doctrinæ debetur, et precipuas inde differentias traxit. Sicut olim quædam *naturaliter*, quædam *ciuiliter* acquirebantur, *l. 53. D. de acquir. rer. dom.* ita modi obligandi erant vel *naturales* vel *ciuiles*, quemadmo-

admodum quoque obligatio *naturaliter* et *ciuiliter* reſoluebatur. *l. 107. D. de ſolut.* Naturales conuentiones erant contractus iuris gentium, in commerciis gentium vſitati, *l. 7. pr. D. de pact.* qui naturales præſtationes ex bono et æquo habebant *l. 8. D. de cap. min. l. 57. de contr. E. V.* adeoque ſolius æquitatis naturalis ratio in iis habebatur, nec verbis inhærebatur. Vnde dicebantur *bonæ fidei*, quæ eſt ipſa *naturalis æquitas*, *l. 31. D. de depoſ. l. 57. de R. I.* ex qua vnice apud gentes, et ſic etiam apud Romanos æſtimabantur, adeoque debitorem non tantum ad id, quod *verbis* cautum, ſed præterea, quod *æquum et bonum* erat, adſtringebant. *Ciuiles* contractus per verba *directa* et *ſolennia* conſtituebantur, tam *ore* nuncupata, quam *ſcriptis* expoſita. Vtroque modo olim verba directa adhibita fuiſſe, refert CAIVS in *l. 2. D. de obl. et A.* aiens: *Ideo autem iſtis modis conſenſu dicimus obligationem contrahi, quia neque verborum neque ſcripturæ ulla proprietas deſideratur.* Quid eſt *verborum et ſcripturæ proprietas* aliud quam ſolennitas verborum directorum? obſeruante etiam GOTHOFREDO *ad cit. l. in not.* Idem confirmat Imperator in *§. vn. I. de litter. oblig.* oſtendens, *olim ſcriptura factam fuiſſe obligationem*, non quauis, ſed *verbis directis* concepta, cum *vulgaris* medium tantum probandi eſſet. *l. 4. D. de pign. l. 4. D. de fid. inſtrum.* Per verba talia ſolennia ſcripta *nominum* ſeu *litterarum obligatio* inducebatur, quod THEOPHILVS *in paraphr. græc. inſtit. lib. 3 tit. 23.* itidem obſeruat, aiens: *litterarum obligatio eſt veteris nominis in nouum creditum per ſolennia verba et* SOLENNES LITTERAS *transformatio.* Sicuti enim in ſtipulationem quæuis debita, interueniente nouatione, transfundebantur; *§. 2. I. quib. mod. toll. oblig.* ita quoque in obligationem litterarum, vti THEOPHILVS plenius

nius oſtendit. Atque hi modi conſtituendi obligationem per *verba directa* ſtricti iuris dicebantur, non alia de cauſa, quam quod ea eſſet *directorum verborum* et *carminum* natura, vt nihil in iis omittendum, ſed quiduis ad *litteram* exprimendum eſſet. Quæ expreſſa non erant, pro omiſſis habebantur, licet *æqui* et *boni* ratio pro iis militaret. *l. 99. D. de Verb. oblig.* Eleganti exemplo de *nominum obligatione* id illuſtrat CICERO *lib. III. de offic. cap. 15.* in quo dolus inſignis commiſſus erat a Pytheo; ſed quia de *dolo omittendo* nihil actum, nec *actio de dolo* ab Aquilio iam introducta erat, ius agendi deficiebat. *Sed quid faceret?* ait CICERO, *nondum enim Aquilius, collega et familiaris meus, protulerat de dolo malo formulas.* Adeo ſtricte verbis directis inhærebatur, vt ne quidem ob *dolum* commiſſum agi poſſet, niſi in his contractibus, ne dolus committeretur, cautum fuerit. Quod cum admodum durum et immite eſſet, GALLVS AQVILIVS inde occaſionem ſumſit introducendi reſtitutionem in integrum ob dolum, in contractibus ſtricti iuris admiſſum, quod plenius illuſtrauit GERARDVS NOODT *in tr. de formula dol. emend.* Ex quo ſimul liquet, cur hi contractus *ſtricti iuris* dicti fuerint, quia id potiſſimum ius, quod ex *verbis directis* inualuerat, ſtrictum et æquitati naturali ſæpiſſime contrarium erat, vt ex antea dictis liquet; nam et in iure communiter *ius ſtrictum* et *æquitas naturalis* ſeu *bona fides* opponuntur, *l. 86. pr. D. de acquir. vel omitt. hered. l. pen. de conſt. pec. l. 50. in f. de petit. hered. l. 2. §. 5. D. de aq. et aq. pluu. arc.* adeoque quia in reliquis æquitas prædominatur, illi *bonæ fidei* dicti ſunt.

Soli contractus per verba directa habiti erant ſtricti iuris.

§. XXIX. Sed forſan non ſoli contractus, qui per *verba directa* conciliantur, ſunt ſtricti iuris; quidam etiam, qui *iuris gentium* ſunt, huc referuntur, vt *mutuum* aliique. Verum ſalua

res

res eſt. Quæ præter mutuum huc referuntur negotia, vt *condictiones, actio finium regundorum* etc. ita comparata ſunt, vt facilitate eadem negari poſſint, qua affirmantur, prout ſigillatim oſtendi *in tract. de Action. ſect. 1. c. 3. §. 35. ſeqq.* Pleriſque dubium, ex *mutui* cauſſa deſumtum, tanti videtur eſſe ponderis, vt ſuperari non poſſit. Ego vero ſubſiſto in theſi, et quia mutuum contractibus *iuris gentium* accenſendum eſt, illud bonæ fidei eſſe cenſeo, niſi, quod plerumque fieri ſolebat apud Romanos, contractus chirographarius deſuper confectus eſſet. Aiunt (I) in mutuo non deberi vſuras niſi promiſſas. *l. 24. D. de P. V.* Verum hoc non ideo fieri cenſendum eſt, quod mutuum ſit negotium *ſtricti iuris*, ſed quia regulariter eſt *gratuitum*. Sunt vſuræ *merces* pro vſu pecuniæ, quæ iis in negotiis interuenire non ſolet, quæ gratuita ſunt; quin quod nequidem *caſus moræ in cit. l.* occurrat. (II) Vrgent præterea, actionem *de eo quod certo loco dari oportet*, locum habere, ſi mutua pecunia ſic fuerit data, vt certo loco redderetur, cuius actionis vſus eſt tantum in negotiis ſtricti iuris. *l. 6. D. de eo quod certo loco.* Verum non nego, mutuum in contractum *ſtricti iuris* tranſire poſſe, quatenus deſuper contractus chirographarius confectus eſt, id quod Romanis ſolenne erat, quo caſu actio de eo *quod certo loco* locum habebat. Quod vero mutuum per ſe magis negotiis bonæ fidei accedat, vel inde conſtat, quod admiſerit olim compenſationem *ipſo iure l. 4. D. de compenſat.* Olim ſane in negotiis ſtricti iuris compenſatio *ipſo iure* non fiebat; ſed demum ex reſcripto D. MARCI, oppoſita *doli mali* exceptione, hoc effectu, vt a tempore oppoſitæ exceptionis compenſatio tolleret debitum, quæ *ipſo iure* tollebat debitum in negotiis bonæ fidei ab eo tempore, quo inuicem quid deberi incipiebat, donec tandem Imperator in §. 30. *I. de Action.* negotia bonæ fidei et ſtricti iuris in hoc exæquauerit.

An mutuum ſit ſtricti iuris contractus.

Quodſi itaque mutuum olim fuiſſet negotium *ſtricti iuris* per *ſe* et *ſemper*, haud admiſiſſet compenſationem.

De vſu verborum directorum et obliquorum in pactis reſolutiuis.

§. XXX. Singularem præterea efficaciam adſcribunt verbis *directis* et *obliquis* in pactis venditionum reſolutiuis, vt LAVTERBACH. ad *tit. de addict. in diem* et *de L. Commiſſor.* et cum eo plures alii cenſent. Hinc admodum ſolliciti ſunt in determinandis verbis *directis* et *obliquis*, in quo ſingularem inprimis induſtriam adhibuit TIRAQVELLVS ad *l. 8. C. de reuoc. donat. voc. reuertatur, n. 76. ſeqq.* Conf. B. STRYK, in *Vſ. mod. ad tit. contrah. emt. §. 32. ſeqq.* Sed *verborum directorum* naturam non ſatis intellexiſſe videntur, qui tot formulas accumulant, quæ Romanis erant incognitæ, quæ tamen non aliter effectus ciuiles habebant, quam quatenus eſſent *determinatæ*. Tota res huc redit An in his pactis reſolutiuis Romani habuerint certas formulas *directas*, quibus peculiarem effectum, quod *ipſo iure* dominium reuerteretur in venditorem, tribuerint, et in eo ab *obliquis* et *vulgaribus* diſtinxerint, quod in his tantum *actione perſonali* agendum ſit? Item an, adhibitis *verbis directis*, negotium retro reſoluatur, ſeu ex *tunc*, vt loquuntur; adhibitis vero *verbis obliquis*, ex *nunc*, ſeu a tempore, quo pactum reſoluitur? Communiter id adfirmant, nec negandum eſt, formulas quasdam, veluti: *res ſit inemta, reuertatur*, apud Romanos vſitatas fuiſſe, quas collegit BRISSONIVS *l. VI. de form. pag. 505. ſeqq.* Interim de eo non conſtat, an verba hæc fuerint *directa*, et præciſe *determinata*, vt diuerſum effectum, quem dixi, habuerint? Id iam COVARRVV. *l. III. var. reſol. c. 8. n. 1.* in dubium vocauit, et gloſſæ inuentioni diſtinctionem verborum adſcripſit. In *l. 6. §. 1. D. de contrah. emt. vend.* occurrit formula: *fundus inemtus ſit*, quam ad *verba directa* referunt, et tamen ICtus aſſerit, *ex vendito* eo nomine actionem eſſe. Idem aſſeritur in *l. 4. pr. D. de*

In quibus tamen non ſatis conſtat, quænam verba ſint directa et obliqua.

L. com-

L. commiſſ. vbi de eadem formula ita reſpondet ICtus: *ſed iam deciſa eſt quæſtio, ex vendito actionem competere.* In *l. 41. D. d. R. V.* occurrit formula, *vt recedatur ab emtione,* quæ *verbis obliquis* conſtare videtur, et tamen actionem realem ICtum concedere putant. Similis fere formula occurrit in *l. 3. C. de pact. inter emt. et vend. compoſ. vt res ad ſe reuerteretur,* vbi itidem tantum *actio ex vendito* conceditur, rei vindicatio vero denegatur, niſi venditor precariam poſſeſſionem tradiderit. Vix dici poteſt, hæc verba magis eſſe obliqua, quam illa. *ab emtione recedatur.* In *l. 9. D. de in diem addict.* hæc occurrit formula *vt liceret reſilire.* In. *l. 13. D. de pignor. act.* alia adhuc ſiſtitur formula *vt ſi ſoluerit debitor pecuniam pretii emtori, liceret ei recipere rem ſuam,* ſimulque aſſeritur, debitorem rem vindicare poſſe, aut, in factum actione aduerſus emtorem agere. GLOSSA *ad l. 1. D. de donat. verb. m. c. donatio* diſcrimen hoc ex diuerſis verborum figuris deducit, non tamen lectori ſatisfacit. Ait: *ſi dico. ſit inemta, datur rei vindicatio l. 4. C. de pact. in emt ſi dicam dominium rei ad me venditorem pertinere, non poteſt agi rei vindicatione, ſed actione ex eo contractu, quia verbum* pertinere *latiſſime patet vt l. verbum pertinere d. V. S. et ſemper in obſcuris, quod minimum eſt, ſequimur. Idem ſi dicam: res me ſequatur, vel mihi reſtituatur, vel ad me reuertatur l. 1. et 3. C. de pact. int. emt.* Quia itaque Gloſſator non ſatis rem explicauit, et nihilominus ex *verborum diuerſitate* diſcrimen introduxit; expoliendum id cenſuerunt interpretes recentiores, et quædam verba *directa,* quædam *obliqua* eſſe, indeque olim deciſiones petitas fuiſſe crediderunt. *Gloſſæ ſententia pro communi doctrina.*

§. XXXI. Nec tamen hæc doctrina ſatis in iure eſt fundata aut determinata. In aliis *verborum directorum* et *obliquorum* diſcrimen inſigne obſeruaui, quæ ſcilicet carminibus ſolennibus *Quæ tamen admodum dubia eſt.*

perficienda erant; aſt in negotiis bonæ fidei et contractus iuris gentium tale diſcrimen verborum agnitum eſſe improbabile eſt, in quibus vnice *boni* et *æqui* ratio habebatur. Accidit, quod, prout §. *antec.* obſeruaui, promiſcuis Iuriſconſulti vſi ſunt formulis, nulloque declarauerint indicio, deciſiones diuerſas ex diuerſo verborum ſchemate petendas eſſe. Aiunt, verba: *res ad me reuertatur*, eſſe obliqua, et ſic non rei *vindicationem*, ſed actionem perſonalem competere. *l. 3. C. de pact. int. emt.* et tamen fere ſimilia verba *recedatur ab emtione* occurrunt in *l. 41. D. de R. V.* vbi rei vindicatio venditori haud negata videtur. Sed reſpondet LAVTERBACH. *ad tit. de in diem addict. §. 14. in f. quamuis ibi verbum obliquum ponatur, præſupponitur tamen, conſtitiſſe de mente contrahentium, quod directo venditionem reſoluere voluerint.* Vnde vero hoc præſupponi debeat, non addit. Pugnat, meo iudicio, hæc reſponſio cum natura *verborum directorum*, quæ exacte erant cantanda et referenda, nec quod in mente retentum erat, aliquid operabatur. Accedit, quod in plerisque textibus, vbi etiam verba ex communi opinione directa occurrunt, actionis *perſonalis*, quæ ex pacto competit, mentio fiat, non realis, et quodadmodum *paradoxum* videatur, dominium *ipſo iure* reuerti ad venditorem ex ſola *verborum efficacia magica*, quod alias ſine traditione non tranſit.

An ex pactis reſolutiuis quandoque dominium ipſo iure reuertatur, vt rei vindicatione agi queat?

§. XXXII. In eo ergo conueniunt omnes, actionem *perſonalem* ex tali pacto venditori competere, qualicunque verborum figura compoſitum fuerit. Id vnice in quæſtionem adhuc venit: *an et quatenus etiam in rem agi poſſit?* Fieri id poſſe cenſent per *l. 4. C. de pact. int. emt.* vbi aſſeritur, commiſſoriæ venditionis legem exercere non poſſe, *qui poſt præſtitutum pretii ſol-*

uendi

uendi diem, non vindicationem rei eligere, ſed vſurarum pretii petitionem ſequi maluit. Verbis *directis* hoc caſu pactum commiſſorium conceptum, indeque *vindicationis* mentionem factam fuiſſe, docent. Sed *diuinatoria* hæc eſt interpretatio. vindicatio in *d. l.* non denotat actionem realem, ſed repetitionem rei venditæ, quam eligere etiam actione perſonali mota potuiſſet, niſi pretii vſuras exegiſſet. Nec nouum, textus codicis *æquiuoce* et *improprie* loqui, quod eo magis dicendum, quia *rei vindicatio* venditori negatur in *l. 3. C. eod.* Videtur tamen illa concedi tum in *l. 41. D. de rei vind.* tum in *l. 31. pr. D. de pignor. act.* Prior textus duos continet caſus. *in primo* addictionis pactum *indefinite* conceptum erat hoc modo. *Vt ſi alius meliorem conditionem attulerit, recedatur ab emtione.* An ergo allata conditione poterat in rem actione vti emtor? contra quem? contra venditorem forte, vtpote in cuius fauorem pactum adiectum, et cui hæc exceptio prodeſſe poterat, intuitu cuius quoque *retroacta venditio eſt redhibitionis ſimilis*, vt dicitur in *l. 19. D. de vſurp.* id quod de *ſolo venditore* aſſeri poteſt. Conf. *l. 6. pr. D. de diuerſ. et temp. præſcript.* Ipſa *redhibitio* actione *perſonali* petitur, nec ipſo iure reuertitur dominium in venditorem, licet facta redhibitione omnia in integrum reſtituantur, ac ſi neque venditio interceſſiſſet. *l. 60. D. de ædil. edict.* Negat hoc ICtus, non alia de cauſſa, quam quod repelli poſſit exceptione pacti, quo emtio finita eſſet. *Alter* eſt caſus, *ſi cui in diem fundus addictus eſt*, vbi diſtinguit vtrum adiectio ſit facta, an non? priori caſu vti in rem actione poteſt, quia medio tempore eſt adhuc dominus, nec ei pactum obiici poteſt, cuius conditio nondum exſtitit. *l. 4. §. 3. D. de in diem addict.* Poſteriori vero non poterit, quia ſi rem a venditore, qui illam forſan poſſidet, vindicaret, ei obſtaret exceptio iuris

finiti. Inde vero minime fluit, quod venditor rem talem, exiſtente conditione, a quocunque poſſeſſore vindicare poſſit. In altero textu occurrit pactum, cum emtore pignoris factum, *vt ſi ſoluerit debitor pecuniam pretii emtori, liceret ei recipere rem ſuam.* Vi huius pacti admittit ICtus debitorem ipſam rem vindicare poſſe. Nullo tamen indicio apparet, verba adducta eſſe *directa,* adeoque fruſtra ad hoc aſylum prouocatur. Dicendum ergo potius eſt, hoc ideo fieri, quia, tali interueniente pacto, debitori ad certum tempus dominium adhuc reſeruatum eſt, quod indicant verba: *liceret ei recipere* REM SVAM, poſſe enim rem vendi cum reſeruatione dominii ad certum tempus, conclamatum eſt. Ita in conſonantiam reduci poſſunt textus non adeo alias cohærentes, vt diſtinctione inter verba *directa et obliqua* non ſit opus, quamuis negari nequeat, ſententiam contrariam, quæ hoc diſcrimen inculcat, ſub auctoritate gloſſæ a pleriſque agnitam, approbatam et communem factam fuiſſe. Verum malui veritati locum dare, quam ſub communis ſententiæ auctoritate pugnare. Probabiliorem adhuc ſententiam tuentur, qui citra hoc diſcrimen *rei vindicationem* in genere admittunt, qualiacunque verba adhibita fuerint, vt COVARRVV. *cit. l.* et DONELL. *lib. XVI. c. 18. et 19.* quamuis nec ſatis tuti ſint ob *l. 3. C. de pact. int. emt.* quam difficultatem ſuperare nequeunt, ſi in generali doctrina ſubſiſtunt.

Concluſio. §. XXXIII. Supereſſet, vt oſtenderem, an aliquod diſcrimen reale inter actiones *directas* et *vtiles* hodie doceri poſſit, quod olim itidem ex *formularum* iure inualuerat. *l. 47. D. de neg. geſt.* De quo cum potiora momenta in *tract. de Actionib. Sect. 1. c. 3. §. 54. et ſequ.* tradiderim, plura ea de re exponere, pro inſtituti ratione lubens ſuperſedeo.

EXER-

EXERCITATIO V.
AD LIBR. I. PAND. TIT. I.
DE
IVRE FVTVRO.

CAPVT I.
AN ET QVATENVS PRO IVRE FVTVRO DECLARANDO AGI POSSIT?

§. I.

Paſſim quidem Doctores *iuris futuri* faciunt mentionem, idque ſecundum iuris communis principia in iudicium deduci non poſſe, communiter adſerunt; pleniori tamen atque ad ſpecialiora deducta tractatione hoc argumentum haud executi ſunt, vt adeo expedire viſum ſit, iuris futuri indolem, et quæ pro eo declarando vel conſeruando indulta ſunt remedia curatiori diſquiſitioni ſubiicere. Omnis vero tractatio commode in duo capita diſpeſci poterit, ita vt *capite primo* quæſtio, *an et quatenus pro iure futuro declarando agi poſſit*, exponatur: capite *ſecundo* remedia et modi præcipui ex iuribus CIVILI, CANONICO, FEVDALI et PVBLICO, *quibus ius futurum quoquo modo conſeruari poſſit*, exhibeantur. *Inſtituti ratio.*

§. II. Ex principiis igitur vt res ſuis deducatur, *conceptus iuris futuri* eruendus ante omnia, præſertim cum ambiguam habeat ſignificationem: qua non euoluta, in varia diſcrimina facile incideret tractatio. Præterea *generalis explicatio naturæ actionum, quæ formant iudicium*, præmittenda erit paucis. Ex regula *Quæ principia præmittenda.*

gula enim atque principio accurate ſtabilito concluſiones prono alueo fluunt, et felicior deinde ad rem ipſam enucleandam fieri poteſt progreſſus.

Iuris futuri gradus.

§. III. FVTVRVM quidem in genere dicitur, quod poſſibile in ſe quidem eſt, et exiſtere aliquando poteſt, ſed nondum eſt; quo in ſenſu *futura eſſe incerta* dicuntur ARISTOTELI, *Ethic. I.*, nec non *caſus futuri* inter incerta referuntur, et *fortunae* nominatione veniunt. a) Hoc loco vero, vbi *de iure futuro*, h. e. de facultate morali aliquid ab altero in futurum exigendi vel adquirendi agimus, ius tale futurum præſupponimus, cuius 1) *fundamentum aliquod* in præſenti iam adeſt, ſed exercitium actuale a futuro euentu dependet; vel 2) cuius *fundamentum plenum et ſufficiens* adeſt, fruitio autem eiusdem a futuro dependet euentu: vel 3) denique cuius tantum *exactio* in præſenti deficit, ſed in futurum *diem certum* dilata. Primo caſu ius futurum tantum *probabile* eſt, quia *fundamentum ſufficiens*, quod ad eius exiſtentiam realem deſideratur, adhuc deficit, nec omnia, quæ ad *fundamentum* eius *ſufficiens* neceſſaria ſunt, adſunt, quædam tamen, quæ illud in futurum plene fundare poſſunt, tantum in præſenti deprehenduntur. b) Ita futura ſucceſſio heredis in teſtamento inſti-

a) Vt in *l. 1. §. 11. D. de magiſtr. conu.* vbi dicitur *Non enim debet magiſtratus* FVTVROS CASVS *et* FORTVNAM *pupilli præſtare.*

b) Ita et illuſtr. DN. WOLFIVS *in metaph. §.* 393. id quod *probabile ſeu vero ſimile* eſt, definit, cuius quidem aliquod fundamentum adeſt, ſed omnia requiſita ad veritatem neceſſaria adhuc deficiunt, vt certitudo rei deficiat. Omnia futura ſunt contingentia, et licet quædam futura certa ſint, veluti hominem hunc vel illum moriturum eſſe; hora tamen mortis incerta, licet plerumque modus futuri obitus probabilis ſit, ex conditione corporis humani, vnde probabilitatem trahimus. Qui nullum plane fundamentum *iuris futuri* habet, ſpe inani paſcitur, aureosque montes ſibi promittit, h. e. nihil ſeu merum phantaſma. Ceterum *emtioni ſpei*, quam ICti vocant, non omne deficit fundamentum, veluti ſi iactum retis emeris, quia plura iam ad capturam piſcium probabilem, licet non omnia complete adſint.

inſtituti nondum *certa* ſed *probabilis* tantum eſt, licet teſtamentum iure perfecto conditum, et teſtator ſemo confectus fuerit. Neque enim omnia, quæ ad ſucceſſionem requiruntur, iam adſunt, ſed *fundamentum duntaxat aliquod, non tamen ſufficiens et completum*, quod adhuc tum mors teſtatoris, quæ teſtamentum confirmatur, tum voluntas teſtatoris conſtans, in eadem permanendi ſententia, tum denique voluntas heredis adeundi hereditatem, et quod teſtatorem ſuperuixerit, accedere debeant. Pariter cui ſub conditione debetur, ſpem obligationis tantum habet et ſic ius futurum probabile. Secundus caſus ius quidem perfectum et radicatum præſupponit, vt poſſeſſori interuerti et adimi haud poſſit, licet, verum ipſemet eo in futurum frui queat, probabile tantum ſit, et ex aliquo euentu v. c. *mortis*, dependeat. Etenim ſucceſſor feudalis *ius ſuccedendi* ex pacto et prouidentia primi acquirentis habet, ipſa autem ſucceſſio rurſus quoad *tempus probabilis* tantum eſt, quia non omnia, quæ ad eius fundamentum deſiderantur, complete iam adſunt, ſed a futuro mortis poſſeſſoris ſine liberis maſculis euentu multum dependet. Incertum adhuc eſt, vtrum præſens poſſeſſor liberos maſculos poſt ſe relicturus ſit, ſucceſſor feudalis vero eum ſuperuixerit, et ita in eius deſcendentibus demum caſus exiſtere poſſit, quamuis et hic *incertus* ſit. Denique tertio caſu *ius non probabile*, et incertum, ſed *præſens, perfectum* et certum adeſt, licet eius exercitium præſens adhuc deſit, ceu docet exemplum debitoris, qui in certum diem, ſeu quando triſtes venere Kalendæ, debet. Ceſſit enim eius nominis dies, et illud re vera adeſt, vt cum effectu de eo diſponere, et hoc nomen in alterum transferre poſſit, licet nondum dies eius venerit, vt adeo cum effectu ad eius exactionem ante diem agi nequeat, et hoc intuitu *ſecundum quid*

T ius

ius futurum eſſe dicatur. Sicuti itaque tribus veluti gradibus *ius futurum* conſiderari poteſt, et *a iure praeſenti, perfecto et actuali,* cuius exactio ſeu executio in praeſenti adeſt, diſtinguitur: ita generatim IVS FVTVRVM dici poteſt *facultas moralis, cuius exercitium adhuc pendet a futuro euentu, vel actu non adeſt, quia ea deficiunt, a quo exercitium iuris dependet.*

Definitio.

Ius futurum vel certum vel incertum.

§. IV. Prouti vero *gradus probabilitatis* ratione futuri iuris exercitii maior vel minor eſt, ita etiam CERTVM vel INCERTVM dici poteſt. Licet enim ius, cuius in praeſenti exactio nondum adeſt, ſed vt *futura* demum conſideratur, *certum* vix dici debeat, cum mors, aliaeque rerum viciſſitudines, quibus omnia in mundo ſunt expoſita, iuris quantumcunque probabiliter ſperati, exercitium actuale atque executionem interuertere valeant, *reſpectiue* tamen et intuitu *iuris futuri magis incerti,* quodque non tanto probabilitatis gradu fulcitur, *ius futurum certum* ſuo modo dici debet. Quo ſenſu ius futurum in *certum* et *incertum* diuidere non dubitamus. Ius igitur futurum certum (c) dici poteſt, vbi fundamentum iuris perfecti

cti

Varius vocis certi et incerti ſignificatus.

c) Alio ſenſu dicitur *certum*, de cuius exiſtentia iam certo conſtat; *incertum* eſt, quod adhuc ignoratur, licet in ſe certum ſit, et in futurum in notitiam demum veniat. Sic vxore praegnante *incertum eſt*, quot naſcituri ſint, *nec enim rerum naturam intuendam, in qua omnia certa eſſent, cum futura vtique fierent, ſed noſtram inſcitiam aſpici debere*, ait ICtus in l. 23. in f. D. de iud. Pariter, ſi quis id, quod ex Arethuſa natum eſt, dari ſibi ſtipulatus eſt, *ipſa natura maniſeſtiſſimum eſſe*, ait VLPIANVS in l. 75. §. 4. D. de V. O. *incertam hanc eſſe ſtipulationem*, licet in ſe numerus foetus eiuſque qualitas certitudinem habeat. Sufficit enim, quod reſponſio noſtra adhuc, quot naſcituri ſint, incertum ſit. *Quod futurum eſt*, ait DION. GOTHOFR. ad l. 100. D. de V. O. lit. Z. *neceſſe non eſt euenire, tale poſſit non euenire: et interim id eſt, nec verum nec falſum. Hac eſt ſententia Ariſtotelis Chryſippo et Stoicorum oppoſita, quam ICti ſequuntur, qui fere omnes a Stoicis inſtituti fuere.*

cii *de præſenti* iam adeſt, plena vero eiusdem fruitio atque exſecutio adhuc in pendenti eſt ac differenda, veluti in mortem poſſeſſoris præſentis feudi vel fideicommiſſi, qui me a ſucceſſione, proximiore alio non exiſtente, excludere nequit. Tali iure gaudent agnati in feudo et fideicommiſſo, qui ius certum quoddam ac determinatum, a primo acquirente vel fideicommiſſi conditore iam habent, quod ſibi ſuisque a poſſeſſoribus adimi nequit: præſertim ſi in feudo ſimultanea inueſtitura acceſſit, per quam inueſtiti in communionem quandam iuris inducuntur, quorum iura infra *cap. 2.* declarabimus. *Incertum ius futurum* dici poteſt, vbi quidem ſpes aliqua iuris adeſt de præſenti, cuius exiſtentiam futuram merito ſperare licet, eius exiſtentia tamen non vero nudum exercitium, a futuro incerto dependet euentu, quod et *ius ſpei ac conditionale* dici poteſt, nec omni caret effectu; ſpes enim, debitum iri, pendente conditione iam quæſita eſt creditori, adeo, vt etiam eamdem ſpem ad heredes transmittat. §. 4. *Inſt. de V. O. et* §. 21. *Inſt. de inut. ſtip.* Minus iuris futuri habet legatarius, cui legatum ſub *conditione*, præcipue caſuali et mixta relictum, et heres ſub eadem inſtitutus, quibus multo incertius habet, quam creditor conditionalis, cum *ſpem legati et hereditatis* in heredem non transmittat, ſed eo mortuo ante conditionis euentum ius omne extinctum ſit. Eſt autem conditio heredis inſtitutionis *adiectio certæ alicuius circumſtantiæ, ſub qua heredis inſtitutio differtur in futurum caſum incertum, donec exſtiterit.* Proinde conferenda in caſum futurum, nam in præteritum vel præſens collata inſtitutio non eſt conditionata. §. 6. *Inſt. de V. O.* Et quamuis per d. §. 6. *Inſt.* et *l. 16. D. de inj. rupt. irr. teſt.* *conditiones vel in præſens vel in præteritum vel in futurum conferantur;* ea tamen

demum poteſtatem conditionum obtinent, quæ in futurum conferuntur, vt diſertis verbis ait PAPINIANVS in *l. 39. D. de reb. cred. in futurum autem collatæ conditiones exiſtere poſſunt, licet non exſtiterint*, quæ verba ſunt *l. 16. in f. D. de inj. rupt. irr. teſt.* Pari ratione conditio ſuſpenſiua pacto adiecta actum plene perficiendum confert in futurum euentum per *l. 7. pr. D. de contrah. emt.* ita vt pendente conditione ius quoque tam obligationis quam præſtationis in pendenti ſit, *l. 16. C. de fideiuſſ.* nec ceſſerit nec venerit dies. *l. 213. D. de V. S. Conditio enim nihil in eſſe ponit, atque obligationem tanquam in utero materno latere facit*, vt ait CARPZ. *P. III. c. 9. def. 18. n. 5.* Ampliſſimus de conditionibus in futurum collatis diſſerendi hic pateret campus, de quibus tamen ex inſtituto agere non eſt noſtri propoſiti, atque ſufficere viſa ſunt generalia quædam ad thematis noſtri illuſtrationem, quod fertile ſatis ac late ſeſe diffundens, moras tamen nectere in accidentalibus non permittit.

Naturæ actionis conſideratio ſuccincta.

§. V. Antequam ad examen præſentis argumenti progrediar, paucis *actionum natura* euoluenda. Sciendum itaque, ACTIONES dici *ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur* (ex iure vel in re vel ad rem) *pr. Inſt. de act. l. 178. §. 2. D. de V. S.* Dum perſequi ius intendit actor, id ea intentione facit, vt reum fugientem ad iuris, quod perſequitur, præſtationem adigat. Ius igitur *præſens* actoris adeſſe debet, ad quod eum compellere per viam executionis quærit, et cum actio ſit remedium iuris, manifeſtum eſt, ex legibus, quæ *ius præſens perfectum* alicui tribuunt, tantum actiones naſci, et abſque horum adminiculo in foro externo deficere auxilium iudicis. *Obiectum actionum* eſt id, quod debetur, ſeu quod ex quocunque iure perfecto *de præſenti* ab altero, qui contradicit actori, exigere poteſt. Vnde actio competere nequit, niſi actor habeat *ius*

ius petendi præſens et *actuale* ab aduerſario, quod alioquin hic eum a limine iudicii repellere poſſit exceptione *medium competentis actionis.*

§. VI. Cum ergo verum actionis fundamentum ſit ius præſens actoris *actuale* in iudicium tantum deducibile, nemo vero ſecundum *l. 6. §. 12. D. de neg. geſt.* ſine actione experiatur, prona inde naſcitur concluſio, de *iure futuro* tam in primo, quam in ſecundo et tertio caſibus, ſupra §. III. adductis, actionem regulariter non competere, ſed eam tanquam paradoxon, et iuris rationi aduerſum dogma a legibus reprobatam. Iudices itaque eiuſmodi actorum libellos tanquam ineptos et non concludentes ex officio reiicere, agentesque ſtatim a limine iudicii repellere debent. V. GAIL. *lib. 2. obſ. 74. n. vlt.* MEV. *P. III. dec. 141.* Inter præcipua actionis, ſuper *iure futuro* reprobatæ, argumenta referri poteſt, (1) notabile effatum ICti in *l. 35. D. de iud.* quo rotunde adſerit, *iudicium, antequam aliquid debeatur, accipi non poſſe.* (2) Egregie hanc in rem ediſſerit POMPONIVS in *l. 45. §. 1. D. de leg. 2.* et diſertis verbis ait *ſi ſub conditione vel ex die certa nobis legatum ſit, ante conditionem vel diem certum repudiare non poſſumus; nam nec pertinet ad nos, antequam dies veniat, vel conditio exiſtat.* Eandem ſententiam (3) fouet PAPINIANVS in *l. 42. §. 2. D. de bon. libert.* vbi eleganter reſpondet, *cum præcedit alia poſſeſſio, qui ſequitur, accipere non poteſt ac differri controuerſia debebit,* donec nimirum dies veniat, vel ius præſens exiſtat. Quomodo enim (4) ſuper futuro, quod nondum eſt, ſed eſſe ſperatur, fundari poteſt iudicium? vt expreſſe diſpoſitum reperitur in *l. 1 §. 2. D. de vſur.* a PAVLO: *Quid enim pertinet ad officium iudicis, poſt condemnationem futuri temporis tractatus?* Idem (5) ſenſus eſt *l. 24.*

Inde colligitur pro iure futuro declarando actionem non eſſe.

Quod leges Romanæ confirmant.

§. 2. D. de aq. pluu. arc. et *l. 35. D. de iud.* Nec deficit huic ſententiæ applauſus doctorum probatiſſimorum, inter quos primo loco mihi nominandus eſt IOH. DEL CASTILLO A SOTOMAYOR *quotid. controuerſ. lib. V. c. 93. §. 14.* qui preterea ingentem, pro more, cohortem interpretum in ſcenam producit. Eamdem ſententiam amplectitur KNIPSCHILDIVS *de fideic. fam. cap. 15. n. 45. et 46.* cui accedit GAIL. *lib. II. obſ. 74. n. 1.* Vnde et recte MEVIVS *P. VII. dec. 343. n. 1. et 2.* ait: *pro futuro, antequam exiſtit, non habetur in iudiciis ratio.* Conferri etiam hoc loco meretur LYNCKER *de grau. extrai. cap. III. P. 3. §. 7. n. 4. et 5.* atque adeo actio aut obligatio nondum nata exerceri non poteſt, vt colligere licet ex *L. 213. pr. D. de V. S.* Optime ergo reſpondit IAC. MENOCHIVS *conſ. 1195. n. 30. lib. 12. fol. 176. ſuper iure futuro agi non poſſe.*

Applicatio huius doctrinæ ad bona maioratus et primogenituræ, §. VII. His poſitis, diſcuti et ſine difficultate ſolui poterit quæſtio, vtrum is, cui ſpes eſt proxima ſuccedendi in bona, iure primogenituræ vel maioratus, apud Hiſpanos celebris, adfecta, viuente vltimo poſſeſſore, actione inſtituta a iudice exigere poſſit *declarationem futuræ ſucceſſionis* post obitum iam poſſidentis? Quæ quæſtio multiplicem preterea vſum præſtat a) *in bonis feudalibus*, *bona feudalia,* ſi agnati feudum maſculinum eſſe contendunt, quod poſſeſſor feudi in fauorem filiarum femininum eſſe præfracte aſſerit: b) *in bonis fideicommiſſariis*, *fideicommiſſaria,* ſi de qualitate eorum inter poſſeſſorem et agnatos extraiudicialiter contendatur, illo *qualitatem gentilitiam* negante, quam agnati ſtrenue adſerunt, et ſibi poſt mortem deberi contendunt. Quodſi ergo poſſeſſor fideicommiſſi quædam alienauerit, quæſtio emergit, vtrum proximus inter agnatos ſtatim agere et declarationem fideicommiſſi familiæ petere poſſit? c) Vſum preterea habet in *emphyteuticaria et lege-*

bonis

bonis emphyteuticariis, legatis ſub conditione vel in diem incertum debitis, aliisque, quæ ſub certa qualitate, dubia tamen et controuerſa, poſſideri dicuntur. Circa hæc et ſimilia potiſſimum verſatur argumentum *huius capitis*, cuius ſententiam iam §. *antec.* ex legibus exploratam dedi, quæ præterea, tum ex natura ipſius *actionis*, tum ex indole *iuris futuri* ipſa demonſtrari et illuſtrari poteſt. *ta conditionalia.*

§. VIII. Ad quæſtionem motam itaque quod attinet, ex paullo ante adductis ſatis apparet, vltimo poſſeſſore bonorum, quorum ſucceſſio futura ab anteceſſoribus legitime determinata eſt, adhuc viuente, proximiores, qui forſan in futurum de ſucceſſione inter ſe contentionem metuunt, eamque ob cauſſam per litem præſentem litem futuram, forſan grauiorem, effugere intendunt, ſuper iure futuro et conditionali, cuius exiſtentia adhuc dubia, agentes, in iudicio non audiendos eſſe, quum iudicium, antequam aliquid debeatur, accipi non poſſit per *pr. Inſtit. de act.* Idem ius in bonis maioratus obtinere late probant CASTILLO A SOTO MAYOR *quotid. controu. cit. l. n. 10.* et LVDOV. MOLINA *de primogen. Hiſp. lib. III. cap. 14. n. 10-17.* a quibus non diſſentit KNIPSCHILD. *de fideic. fam. cap. 13. n. 48.* vbi tradit, *de iure primogenituræ eiusque futura ſucceſſione viuo poſſeſſore actionem inſtitui non poſſe, idemque obtinere in ſucceſſione fideicommiſſi.* Plures *ibidem* grauiſſimo eiusdem ſententiæ auctores allegauit, quorum loca exſcribere noluimus, cum hic non tam auctoritatibus, quam rationibus ſit pugnandum. Neque enim ante ipſius fideicommiſſi delatam ſucceſſionem proximitas reſpicitur et ſortitur effectum, vti pluribus docet KNIPSCHILD *c. l. n. 47.* *abſurdumque* inſuper reputat *l. 6. § 7. D. ad SCtum Treb. plus tribui a prætore ei, qui fideicommiſſum petit,* *Ergo futurus ſucceſſor ad declarandum ius futurum agere nequit.*

quam

quam teſtator voluit. Quod vtique fieret, ſi fideicommiſſarius ante conditionis aduentum in iudicio admitteretur, cuius voluntatis exactam obſeruantiam tam ſeuere inculcant *l. 11. §. 19. de leg. 3. l. 28. pr. C. de epiſc. et cler. l. 19. pr. D. de cond. et dem.* Nec leue præſidium hæc ſententia habet in *l. 52. d. leg. 2.* vbi dicitur: *Non oportet prius de conditione cuiusdam quæri, quam ad eum hereditas legatumue pertineat.* Reprobatæ præterea ſunt ſingulariter in iure præmaturæ eiuſmodi petitiones arg. *l. 1. §. 21. D. de collat.* vt actor merito a limine iudicii repellendus ſit. Conf. ARIVS PINELLVS *lib. I. P. 3. n. 78.* Nec aliud dicendum, etiamſi ſpes adſit ſucceſſionis quam proxima et immediata, ita vt fallere vix poſſit, TIRAQVELL. *in LL. connub. gloſſa 2. n. 1. ſq.* RIVINVS *in conſ. 104. n. 4. conſ. 295. n. 5.* Iuris enim ſucceſſionis reale exercitium nihilominus adhuc incertum eſt, cum, licet etiam probabilis ſtatus quidam futurus hominis videatur, non tamen mutationibus et viciſſitudinibus multis, quibus negotia humana ſunt obnoxia, careat. Spes igitur ſucceſſionis, quantumcunque proxima et immediata, iudicium de futuro et conditionali validum reddere non poterit. Nec valide argumentum ducitur a deuolutione iuris ſuccedendi proximi ad heredes, quod demum effectum, die ſucceſſionis veniente, ſortitur: ad actionem autem ſuper iure futuro et conditionali, poſſeſſore adhuc vitam agente, fundandam non ſufficit.

§. IX. Noua ratio huius iuris, et præcipue *d. l. 35. D. de iud.* peti inde quoque poteſt, quod cauendum ſit, ne, contra *l. 75. D. de iud. et l. 11. §. vlt. de recept.*, iudicium fiat eluſorium. Ex quo fundamento KNIPSCHILD. *c. l. cap. 13. n. 44.* *iudicium,* ait, *regulariter fundari non poteſt ſuper petitione, qua admiſſa, iudicium ipſum ex aliquo poſt facto inane et fruſtratorium reddi poteſt.*

Omni

Omni autem modo cauendum, ne iudicium fiat eluſorium, et executio reddatur inanis, vti ſunt verba GAILII *lib. I. obſ. 148. n. 2. et lib. I. obſ. 15. n. 3. et 4.* vbi et plurima legum repeniuntur munimina. Quodſi autem ſuper viuentis poſſeſſoris futura ſucceſſione diſceptari in iudicio liceret, non poſſet non ſæpius iudicium fieri eluſorium ac inane, cum ſtatus rerum ex tempore non ſemel ſoleat variare. Ponamus etiam, litigantem tempore litis motæ proximiorem eſſe in fideicommiſſo: nondum tamen extra fati aleam eſt poſitum, alium adhuc proximiorem litigantem tempore mortis exiſtere poſſe; quid quod et euenire poſſet, vt fideicommiſſi poſſeſſor *præſumtiui ſucceſſoris* funus præter ſpem et opinionem ſequeretur, adeoque ſaltem reſpectu eius perſonæ fruſtra fuiſſet iudicatum. Copioſe de hoc verba facit KNIPSCHILD *loco* modo *cit.* Conf. etiam MOLINA *lib. III. cap. 14. n. 10. ſqq.* Dependet eiuſmodi ſucceſſionis ius, quantumcunque probabiliter exiturum, ſemper ab incerto aliquo futuro mortis aliorumque caſuum euentu, et ſic ante ſucceſſionem vacantem, et mortem grauati actio non eſt nata, adeoque agendi ius antea non exiſtit, quia incertum eſt plane iudicium, quod innuere videntur *l. 36. D. de R. cred. l. 94. D. de A. vel O. her. l. 7. [illegible] D. de lib. leg.*

§. X. Quocirca qui de iure futuro agit, ſubiectus eſt exceptioni *nondum competentis actionis*, et quandoque *plus petitionis*. Illa generalis eſt, hæc ſpecialis, et tunc præcipue locum habet, ſi ante diem, quo ſolutio facienda, agitur, quia *plus petere videtur, qui præmature petit. §. 33. Inſt. de act.* Olim tamen magna erat differentia inter eum, qui *ante diem*, quo ſoluendum debitum, et qui ante *conditionem exiſtentem* agebat. Etenim qui ante diem petebat, cauſſa cadebat, quod plus peteret, nec exiſten- *Locum ergo habet exceptio non competentis actionis et plus petitionis, differentia inter has exceptiones.*

te die olim agere poſſet. §. *10. Inſt. de except.* Ideo autem plus petebat, quia, quod in diem debetur, re vera iam debetur, ſed exactio demum in futurum tempus dilata, in commodum debitoris, quod interuertere nititur actor reo. §. *2. Inſt. de V. O.* Enimuero qui *pendente conditione* agebat, fruſtra et nihil agebat, ac exceptione non competentis actionis repellebatur, quamuis exiſtente conditione adhuc valide agere poſſet *l. 21. D. de ſolut.* Quod enim nulliter factum, pro infecto reputandum erat. Hoc diſcrimen IVSTINIANVS *in §. 10. Inſtit. de except.* ſuſtulit, conſtituitque, vt, qui ante tempus egerit, duplicatas inducias poſtea reo concedere debeat, et hic ab omni actione interim tutus ſit. Repetiit pontifex eamdem duplicatarum induciarum poenam in *cap. vn. X. de plus petit.* vt antea actor agere nequeat, niſi hæ abierint, et expenſæ temere reo cauſſatæ refuſæ fuerint, et ita re vera reus ab inſtantia abſoluitur; atque hoc ipſum hodie ſufficit, nec induciæ amplius duplicantur.

Acceſſorie et incidenter pro iure futuro ſimul agi poteſt.

§. XI. Verum, licet regula, quod actio principaliter ſuper iure futuro moueri non poſſit, ſatis ſit firma ac iure probata: tamen negari poteſt, quod interdum *ius futurum* tanquam *acceſſorium* iuris præſentis *actualis*, vnde agitur, et tanquam *cauſſa præiudicialis* in iudicium incidat, quando nimirum de præſenti competit *actuale ius*, vnde valide agi poteſt, in eius conſequentiam autem venit aliud *ius futurum* ſeu conditionale, vnde quodammodo cauſſæ principalis deciſio pendet. Tunc enim propter ius de præſenti toleratur, vt in eius conſequentiam ius futurum ſeu conditionale in iudicium deducatur. v. PEREGRINVS *de fideic. art. 41. n. 1. ſq.* MASTRILLVS *deciſ. 118. n. 16.* KNIPSCHILD *d. l. cap. 13. n. 49. et. 56. et gloſſa in l. 1 C. de fideic.* Atque de eiuſmodi caſu loquuntur fere omnes leges, quas doctores, qui contrari-

trariam ſententiam fouent, atque actionem ſuper iure futuro non plane e iudicio eſſe proſcriptam contendunt, pro ſua ſententia allegant. Eas vero ad dictum caſum omnino collineare, ex eorum textuum accurato examine diſtincte oſtendemus. Diſſentientes præcipue vrgent verba *l. 1. C. de fideic.* vbi imp. ANTONINVS, *ſi probaueris Demetrium petiiſſe de matre heredeque ſua, vt tibi alimenta menſtrua, et veſtiarium annuum præſtaret, eamque ſecutam voluntatem filii ſui per multum temporis, id eſt, non minus in tali cauſſa triennio ea præſtitiſſe: vt* IN FVTVRVM *quoque ea præſtentur, impetrabis.* Permittit ergo hic imp. agere pro legatis, non ſolum ſibi iam debitis, verum etiam temporis ſucceſſu præſtandis. Manifeſto autem hoc caſu apparet, hic *ius præſens et purum* principaliter fundare iudicium, cui tantum accedit ius *futurum ex præſenti* fluens. Declarat hoc GAILIVS *2. obſ. 74. n. 2. et 3.* addens *valde abſurdum foret, vt quis pro ſingulis penſionibus aut tantum pro iam ceſſis tempore inchoanæ litis peculiarem proceſſum inſtituere deberet, futura enim, quæ inſunt acceſſorie præſenti, veniunt officio iudicis,* vti IDEM colligit ex *l. 25. §. 8. D. de ædil. ed.* Simili fere modo hunc textum exponit KNIPSCH. *cap. 13. n. 49.* nec iuris rationi aduerſari videtur, vt quando de legatis annuis et menſtruis annorum præteritorum præſtandis iudicatur, eorundem in futuros annos præciſa præſtatio legitime ſimul determinetur, ac reo iniungatur, cum eadem eorundem ratio ſit, et in iudicio obligationes futuræ iure *connexitatis* veniant, de quibus principali iudicio agi non poterat. Optime hoc denique declarat BARTOLVS in *l. 45. D. de iud.* dicens *Super futuro non poteſt eſſe iudicium, ſi de præſenti nihil debeatur; ſed ſi aliquid de præſenti debeatur, tunc eius ratione ſuſtinetur etiam futurum, occaſione vero iuris de præſenti com-*

quod illuſtratur ex l. 1. C. de fideicomm.

petendis agitur etiam pro futuro, et hoc modo videtur agi pro præſenti.

et iuſta ratione fundatur,

§. XII. Res igitur hic ex *æquo* et *bono* temperanda, nec regulæ, extra omnem fere licet contentionis aleam poſitæ, adeo inhærendum, vt nullis circumſtantiarum variationibus et æquitatis rationibus nos ad aliquam exceptionem deflecti patiamur, cum potius exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis. Quamuis ergo actioni ſuper *iure futuro principaliter* inſtituendæ iuris et legum diſpoſitione ducti, parum faueamus, non tamen quocunque caſu *acceſſorie* agentem ſuper iure futuro plane repellendum arbitramur. Quin facile largimur, declarationem iuris futuri aliquando vrgeri poſſe, ſi nimirum *iuſta* et *æquitati conſentanea cauſſa* de præſenti in alia omnia ire, et exceptionem a regula aliquanto aberrantem amplecti ſuadeat. Eiuſmodi enim cauſſa tractum etiam futuri temporis ſpectare facit ad iudicium, vt ex accidente ſententiam ferre poſſit, ius ſuccedendi futurum actori poſt mortem poſſeſſoris competere, quamuis ſententia hæc declaratoria *incidenter* lata ante caſum exiſtentem ad executionem non poſſit deduci, vt prolixe hæc, Hiſpanorum more, illuſtrat CASTILLO ſupra §. *5. cit. loco* §. *14. n. 23.* Sic indubium eſt, *actionem* pro cautione fideicommiſſi nomine competere, vt docet *l. 1. D. vt leg. ſeu fideic. ſeru. cauſ. car.* Quodſi, hac mota actione, reus qualitatem fideicommiſſariam neget, neceſſe omnino eſt, vt etiam cauſſa *futuri iuris* acceſſorie et *incidenter* in iudicium deducatur, propter quod actio præſens *de cautione præſtanda* fundata eſt.

Exponitur l. 1. C. de ſent. quæ ſine cert. quant.

§. XIII. Sed vt alia adhuc dubia proſequar, alii prouocant ad *l. 1. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. prof.* in qua hæc occurrunt: *cum iudicem, quoad pecunia condemnationis ſoluta fuiſſet, de pen-*

dendis

dendis uſuris legem dixiſſe profiteris; non contra iuris formam ſententiam datam palam eſt. Enimuero hic quadrat eadem reſponſio, quæ *antea* §. *XI.* ad *l. 1. C. de fidei.* data, vnde liquet, ex fundamento *præſentis iuris actualis* de futuris vſuris iudicem decernere poſſe, ne quotannis eum ſuper vſuris præſtandis compellare opus ſit. Multo minus contrarium concludi poteſt ex verbis PAVLLI in *l. 40. D. ad l. Aquil.* *Si deletum chirographum mihi eſſe dicam, in quo ſub conditione mihi pecunia debita fuerit, et interim teſtibus quoque id probare poſſim, qui teſtes poſſunt non eſſe eo tempore, quo conditio exiſtit, et ſi ſummatim re expoſita ad ſuſpicionem iudicem adducam: debeam vincere, ſed tunc condemnationis exactio competit, cum debiti conditio extiterit: quodſi defecerit, condemnatio nullas vires habebit.* Verum res ſalua eſt et duplici modo reſponderi poteſt. I) Verba: *Sed tunc condemnationis exactio competit, cum debiti conditio extiterit: quodſi defecerit, condemnatio nullas vires habebit*, ſatis indicant, non hic admitti principaliter actionem ſuper *debito conditionali* ante conditionem exiſtentem, ſed, vt quidam cenſent, creditorem interpellare iudicem tantum poſſe, vt teſtes a ſe productos ad ea, quæ in deleto chirographo continebantur, examinet, *ad futuram rei memoriam*, ne forſan teſtium morte aut diuturna ac longinqua abſentia probatio pereat, quamuis ante omnia actor ſummatim iuſtum metum exponere teneatur. *Hanc itaque petitionem in libello ſubſcribere æquum eſſe*, ait DION. GOTHOFR. *ad. d. l. 40. lit. b.* Præterea II) quia hic textus in *l. Aquilia* relatus eſt, vix alius concipi poteſt caſus, quam quo chirographum *dolo* vel *culpa* debitoris fuit deletum, vt debitum ab ipſo in poſterum exigi abſque magna difficultate nequeat: tunc itaque *dolus præſens* delentis chirographum iudicis requirit auxilium, fundatque actio-

item l. 40. ad L. Aquil.

nem legis Aquiliæ adeo vt *gloſſa in l. 1. C. de ſider.* et BARTOLVS in *l. 1. D. de vſur.* extra caſum *culpæ* aut *doli* aduerſarii legis huius applicationem exſulare putet. Ita *hoc ſpeciale eſſe* ait BALDVS *ad hunc textum odio delinquentis. Hoc ergo caſu, quo probatio iuris de futuro auferri de præſenti poterat, declarationem iuris futuri fieri poſſe*, diſertis verbis ait KNIPSCHILD. *cap. 13. n. 51.* conf. etiam PEREGRINVS *loco ſup. cit.* Nec porro regulam noſtram turbat *cautio damni infecti* ruina imminente præſtanda, quæ per nudam implorationem a prætore extra ordinem decernitur. *L. 1.* Dubium a cautione damni infecti remouetur. *D. de ſtipul. præt.* Cum enim directo ad damnum, ex ruina ædium datum reſarciendum, actio non competeret, adeo, vt alter ne quidem rudera tollere obligatus eſſet, ſi ea pro derelictis habere mallet, *l. 6. et 7. ſ. D. de damn. inf.* adeoque damno per ruinam facto actio deficeret: Prætor, quo vicino proſpiceret, cogendum eſſe cenſuit poſſeſſorem ædium ruinam minantium ad cautionem præſtandam, quam obligationem ex *æquitate naturali* traxit, de qua doctrina plenius agitur in *tract. de act. ſect. 2. cap. 11. §. 8.*

Vt et ex l. 9. §. vlt. de pign. act. §. XIV. Satisfaciendum denique vltimo loco erit verbis VLPIANI in *l. 9. §. vlt. D. de pignor. act.* dicentis: *Qui ante ſolutionem egit pigneratitia, licet non recte egit, tamen, ſi offerat in iudicio pecuniam, debet rem pigneratam, et quod ſua intereſt, conſequi.* Item ex l. 7. mand. Euſdem in *l. 7. D. mand.* verba ſunt: *Si mandauero tibi, vt a Titio decem exigeres, et ante exacta ea, mandati tecum egero, ſi ante rem iudicatam exegeris, condemnandum te eſſe conſtat.* Aperte verba in vtroque textu probant, *ius præſens ſuperueniens* emendare defectum actionis ante tempus inſtitutæ. Dum enim exceptiones contra premature actionem motam reus forſan non oppoſuerit, ius præſens

inge-

interim accedens actionem premature inſtitutam validam poſtea reddit, ſi nempe ſecundum priorem legem ſoluto poſtea factus ſecundum poſteriorem, ſi mandato ſatisfactum. Adſtruit hoc idem DION. GOTHOFR. ad *d. l. 7 lit. g. actio*, inquiens, *ſu-peruenieus pendente iudicio ex cauſſa præterita actori ad condemnationem rei prodeſt.* Eodem modo rationes ſubducit PEREGRINVS *de fideic. art. 41. n. 6.* dicens *Quodſi ius futurum in iudicium deductum fuerit, tanquam ius præſens, ſuperueniens poſtea lite pendente prodeſt actori.* Conf. KNIPSCHILD *cap. 13. n. 53.* IAC. CANCERIVS *Var. tom. 2. cap. 3. de priuil. n. 463. ſq.* PETRVS BARBOSA *in l. 24. D. de iud.* Quis vero inde inferret, *exceptione plus petitionis* vel *nondum competentis actionis* a reo oppoſita, actorem in iudicio haud repellendum eſſe, quamuis non repellatur, ſi ante ſententiam ius præſens actuale superuenerit? Recte quoque hoc applicari poteſt ad actionem, a ſucceſſore fideicommiſſi, viuo adhuc poſſeſſore, inſtitutam. Quodſi enim poſſeſſor a ſucceſſore fideicommiſſ. futuro conuentus, exceptiones ſibi paratas obiicere negligat, ac litem conteſtetur, interim vero per eius obitum poſſeſſio fideicommiſſi vacare cœperit, quis ſucceſſorem, iure ſucceſſionis præſenti iam delato, actionem, licet præmature intentatam, proſequi prohiberet, quum defectus actionis, antea fundatus, iam plane ſit remotus?

§. XV. Supereſt, vt videamus, verum quis, vt ſuper *iure futuro* contendat, prouocari queat? Etenim ex *l. diffamari 5. C. de ingen. manum.* plerique hoc caſu prouocationem concedunt, quæ huius tenoris eſt: *Diffamari ſtatum ingenuorum ſeu errore, ſeu malignitate quorundam, periniquum eſt; præſertim cum adfirmes, diu præſidem vnum atque alterum, interpellatum a te, vociaſ-* *Quidam ex l. diffamari poſſeſſorem prouocari poſſe cenſent, vt de iure futuro agat.*

ſe

ſe diuerſam partem, vt contradictionem faceret, ſi defunctiui [illegible] *conſideret, unde conſtat, merito rectorem prouinciae commotum* [illegible] *tionibus tuis ſententiam dediſſe, ne de cetero inquietudinem ſuſtineres. Si igitur adhuc aduerſa pars perſeuerat in eadem obſtinatione: aditus praeſes prouinciae ab iniuria temperari praecipiet.* Prouocari ergo ad agendum ex hac lege poſſe cenſent, qui iactantia ſua futuri ſucceſſoris ius in dubium vocant, eisque comparitionem ſub poena *perpetui ſilentii* iniungi, vt vel litem *de iure futuro* ſuſcipiant, vel poſtea, perpetuo ſilentio impoſito, penitus excludantur. Verum *id principaliter fieri ob diffamationem praeſentem et iam factam, et in conſequentiam dumtaxat ob futuram,* ait KNIPSCHILD *cap. 53. n. 55.* Accidere enim poſſe docent, vt diffamatus ſuper iure quodam futuro ex iuſta cauſſa alterum prouocare cogatur, veluti ſi quis contendat atque iactet, bona a ſe poſſeſſa eſſe libera, alienationi et hypothecis obnoxia, diffamatum autem [illegible] iure deſtitui. Hac diffamatione diffamatum inſigne incurrere praeiudicium ratione exiſtimationis vel bonorum credunt: quod aliter auertere quam hac *prouocatione* nequeat. Quodſi itaque fideicommiſſi poſſeſſor longe lateque ſpargat, diffamato ius nullum in bona a ſe poſſeſſa competere; ſi praeterea talia de facto ſuſcipiat, quae alteri ſpem iuris ſui ſuo tempore plane interuertere poſſent, vel commoda et praerogatiuas, quae in eum, tanquam *praeſumtiuum poſſeſſorem* magnorum forſan bonorum, etiam ante ipſam ſucceſſionem delatam redundare poſſunt, auferre; diſpergendo in vulgus, illum non eſſe inter eos, quibus ſucceſſionem aliquando in fideicommiſſum ſperare liceret, vel liberam ſibi attribuat bonorum fideicommiſſi diſpoſitionem, ex ea ſolum praua et peruerſa intentione, vt difficiliorem ſuo tempore ſucceſſori futuro efficiat litigandi cauſſam: in eiuſmodi caſibus,

ſibus, *ius ipſum præſens* vna cum *futuro* formare iudicium con-tendunt PEREGRINVS *de fideic. art. 41. n. 5. ſq.* FVSAR. *quæſt. 607. n. 6. ſq.* COVARRVV. *var. reſol. cap. 18. n. 8.* KNIPSCHILD *cap. 13. n. 56.* Damnum et præiudicium, quod per eiuſmodi diffamationem ſucceſſori maioratus irrogari poteſt, recenſet LVDOV. MOLINA *de primog. Hiſp. lib. III. cap. 14. n. 24. ſq.* dicens. *Quod ſemper ius ſuccedendi in aliqua primogenia, ſeu magno patrimonio quodam maximi habitum fuerat atque æſtimatum, et plerumque illi, qui in illis ſuccedere poſſunt, vxores ditiſſimas inuenerint, atque filios ſuos ita collocare fuerint ſoliti, ac ſi iam eis ſucceſſio fuiſſet delata, quæ omnia ex iſta diffamatione amitti ſoleant, pluraque etiam alia damna incurri.* Addi poſſet, diffamantem hoc modo cogere diffamatum, vt eum prouocet, et, vt ad ius futurum declarandum cum eo litem ſuſcipiat, adigat. idque ideo iactantiæ eius imputandum.

Quæ ſententia reiicitur

§. XVI. Retulimus paullo prolixius ſententiam interpretum, qua id re vera agere videntur, vt, quæ in regula conceſſerant, rurſus incommoda applicatione *prouocationis ex lege diffamari per indirectum* deſtruant. Vix enim alius caſus dari poteſt, quo quis *declarationem ſucceſſionis futuræ* præoptet, quam ſi præſens poſſeſſor feudi vel fideicommiſſi illi extraiudicialiter contradicit, et ſic *diffamationem* aliquam edit, qua ſpem futuri ſucceſſoris turbare intendit. Quodſi tamen huius *prouocationis* intentionem paullo accuratius intuemur: ea potiſſimum huc redit, vt diffamans ad *agendum* et ius ſuum demonſtrandum adigatur. Hoc poſito, principiis iuris plane repugnat, vt poſſeſſor feudi vel fideicommiſſi, cuius *diffamationem* in adlatis exemplis præſupponunt interpretes, ad agendum compellatur, quippe qui nunquam agit, et ita ad agendum cogi nequit. Præter-

ex poſſeſſor nunquam probare cogitur, alteri nullum ius competere: ſed potius, qui ius in fundo ſibi adſerit, agit contra poſſeſſorem et probat. Sicuti ergo poſſeſſor bonorum nunquam agit, ita quoque ad agendum nullo iure conſtringi poteſt. Neque fundamentum remedii in *diffamatione* ſparſa quaeri poteſt, vnde *actio* non naſcitur, nec *prouocatio*, quam hic concedere volunt, ſed praeparatio quaedam ad actionem ab eo inſtituendam, qui alterum diffamauit. Si ergo non poteſt agere poſſeſſor diffamans: nec citari poteſt ad agendum, nec cogi, vt ſuam diffamationem, h. e. diffamato nullum ius in feudo vel fideicommiſſo ratione futurae ſucceſſionis competere, probet: quippe quod ab omni ratione iuris alienum eſt. Breuiter: ſi vſum huius prouocationis huc detorquere liceret, ſemper integrum foret futuro ſucceſſori litem de *iure futuro* mouere et diffamantem ad probandum adigere, qui tamen probare non tenetur. Quod ſi praeiudicium futuro ſucceſſori ex tali iactantia imminere videtur: alia remedia adſunt, quibus illud auertere poteſt, de quibus *cap. ſq.* agendum. Praeterea in caſu fideicommiſſi rectius ſibi conſulit futurus ſucceſſor exigendo cautionem. Quam ſi denegat reus, oppoſita exceptione *non competentis actionis ob deficientem qualitatem fideicommiſſi gentilitii*: ante omnia ſe legitimare debet ad hanc actionem actor, et probare, ſibi ius futurum competere, quod fideicommiſſum gentilitium adſit. Recte itaque SARMIENTVS *lib. I. ſelect. interpret. c. 11. n. 12.* negat, remedio ex L. diffamari conſtringi poſſe poſſeſſorem, vt ſuper *futura ſucceſſione* cum diffamato litem ſuſcipiat. Facilius admitti poteſt caſus inuerſus, quam habet GAILIVS *l. obſ. 9. n. 2.* aiens: *Hoc remedium locum habet, ſi quis poſſeſſorem alicuius rei apud honeſtos et graues viros diffamet, quod inique et cum ſuo prae-*

præiudicio rem talem poſſideat, et quod ipſe plus iuris in ea, quam poſſeſſor, habeat, quia tunc *de iure præſente*, ſibi iam competente, poſſeſſorem diffamatur.

§. XVII. Denique ſicuti de iure futuro ex *l. diffamari* aliquis cogi nequit ad agendum. ita quoque nec prouocatio ex *l. ſi contendat. 28. D. de fideiuſſ.* aliter locum habere poteſt, quam ſi facultas præſens actori competit. Quodſi ergo debitor creditorem, cui *ſub conditione* debetur, pendente adhuc conditione adſtringere vellet, vt ſuper exceptionibus, in futurum opponendis, cum ipſo diſceptationem ſuſciperet: merito repellendus foret, vt recte obſeruant PETRVS HEIGIVS *P. II. quæſt. 8. n. 9.* et CARPZ. *in proc. tit. 20. art. 4. n. 9.* Pari ratione ex hac lege a poſſeſſore feudi prouocari nequit agnatus, a quo filiabus ſuis poſt mortem ſuam litem motum iri perſuaſiſſimum habet: quia nondum actio agnato competit, ergo nec ſuper exceptionibus, quæ filiæ forſan ſuo tempore oppoſituræ ſunt, præſentem diſceptationem ſuſcipere tenetur. Facilius audiendum debitorem eſſe credo, qui in *diem certum*, in ſui fauorem adiectum, debet. Eo ipſo enim dum prouocat creditorem ex *diei* fauori ſuo renunciat, et illi facultatem agendi præſentem præſtat, hoc effectu, vt, ſi reus exceptione reiecta, condemnatus fuerit, executio ante diem etiam fieri poſſit.

Nec prouocatio fieri poteſt ex l. ſi contendat pendente conditione.

Facilius a debitore, qui in certum debet diem.

CAPVT II.

DE REMEDIIS, QVIBVS IVS FVTVRVM CONSERVARI POTEST.

§. I.

Capite primo ſatis, vt opinor, comprobatum dedi, actionem ſuper *iure futuro* in iudicio *principaliter* non admitti, niſi iuſtiſ-

Connexio cum priori capite;

iuſtiſſimæ cauſſæ, §. *XI.* ſqq. adductæ concurrant: ob quas iudex, cuius ante oculos æquum et bonum ſemper obuerſari debet, cuiusque arbitrium nec in hac materia eſt excluſum, etiam de iure futuro decernere, executionem autem differre non dubitat. Neque tamen exiſtimandum, omnibus iuris auxiliis eum eſſe deſtitutum, qui *ius* ſuum *futurum conſeruare* pro viribus ſtudet. i. e. impedire ac præcauere intendit, ne quid fiat vel ſuſcipiatur *de præſenti*, quo iuris ſui in futurum perfectio difficillima vel fruſtratoria reddi poſſit. Tantum igitur abeſt, vt in eiuſmodi diſcrimine, vel amittendi, vel difficulter conſequendi *iuris futuri* conſtitutis iura ſuccurrere plane tergiuerſentur, vt potius varia eis ſuppeditauerint remedia, quibus ſibi in talibus anguſtiis proſpicere atque periculo imminenti mederi poſſunt. Melius etenim ſemper eſſe in legibus dicitur, *iura intacta ſeruari, quam poſt vulneratam cauſſam remedium quærere per l. f. C. in quibus cauſ. reſt. in int. neceſſ. non eſt.* Admodum ſe in hoc argumento benignum præbuit *ius canonicum, quod appellationem* ab omni grauamine *extraiudiciali* et *ſententia interlocutoria* quauis tam *mera* quam *mixta* conceſſit, per ea, quæ traduntur in *c. 12. 51. et 54. X. de appellat.* et in *iure eccleſ. proteſt. lib. II. tit. de appell. 28. §. 7.* Rationes largiſſimæ huius a pontifice conceſſæ facultatis appellandi exacte tradidi *c. l.* §. *1.* et *lib. I. tit. 29.* §. *3. ſqq.* Non autem huius loci eſſe videtur de *appellationibus* in genere diſſerere, aut diſtincte explicare, qua de cauſſa ius ciuile appellationem admodum reſtrinxerit, ius canonicum antiquum vero eam prolixe dilatauerit, et a ſingulis articulis permiſerit, ius denique pontificium recentius per *concilium Trident.* rurſus eam in iudicio coarctauerit, ad duos caſus, eoque ipſo ſe adparenter iuri ciuili conformare voluiſſe videatur,

Oſtenditur, adeſſe remedia pro iure futuro conſeruando,

in primis ex iure canonico.

tur, cum hæc materia ex inſtituto tractata in *iure eccleſ. lib. II. tit. de ſent. et re iud. et ſq. tit. de appellat.* ſed ea tantum adducturus ſum, quæ ad rem et thema noſtrum pertractandum conducere videntur; oſtendendo, *appellationem*, præcipue *extraiudicialem* iure canonico ſtabilitam, vtiliſſimum eſſe remedium *ius futurum conſeruandi*, prouocando extra iudicium a *quocunque grauamine* illato, etiam *inferendo et futuro*, quo declinare præiudicium quoduis poſſum, quod mihi vel per præſentem alienationem bonorum, in quæ ſucceſſionem ſpero, vel per aliud factum iudicis aut partis iniquum, ad ius meum futurum forſan interuertendum, imminet.

§. II. Iure Romano quidem regulariter a ſententia *definitiua* tantum appellari poteſt, *l. 2. C. de epiſc. aud. l. 7. C. quor. app. non recip.* non vero ab *interlocutoria*, *l. 36. C. de appell.* niſi mixta ſit, et grauamen irreparabile contineat, h. e. ſi præiudicium cauſſæ facit, dum ſtatum eius interuertit, aut ſi interlocutoria præiudicium facit in definitiua, quo caſu interlocutoria ingerens difficultatem circa deciſionem eſt appellabilis. Breuiter: quando grauamen, quod per interlocutoriam infertur, non poteſt reparari per definitiuam, (vti eſt, quod probationem iniungit ei, qui probare non tenetur, dum in eo ſtatus cauſſæ ponitur) appellari poteſt. vid. SCACCIA *de appell. membr. 1. n. 215. et 84.* MEV. *2. dec. 291.* GAIL. *1. obſ. 132. n. 2. ſq.* LYNCKER. *de grauam. extraiud. cap. III. tract. prælim. ab initio §. 2. ſqq.* vbi prolixe hoc caſibus et exemplis illuſtrat. Ad cameram imperialem adhuc hodie appellare non licet ab *interlocutoria ſimplici*, niſi hæc grauamen contineat irreparabile, quod nec per ipſam definitiuam, neque per appellationem a definitiua reparari poteſt; die durch Mittel der appellation von dem Endurthel nicht wiederbracht werden mögen, vt dicitur in *ord. cam. P. III. tit.* *Iure Romano regulariter tantum locum habebat appellatio a definitiua.*

tit. 19. §. 4. Vid. LYNCKER. *cit. tract. cap. 3. tract. prel. §.* ... *n. 2. pag. 40.* GAIL *1. obſ. 130. n. 8. et ſqq. et antea obſ. 129.* vbi iuſtis huius conſtituti rationem reddit, *vt multorum malitiis obuietur, qui a quacunque interlocutoria appellare ſolent, vt cauſſam principalem in infinitum extrahant, et aduerſarios maximis ſumtibus fatigent.* Ius tamen canonicum, quod in *proceſſualibus* in aliis iudiciis ſequimur indiſtincte, appellationes admittit, per *c. 10. 12. X. de appell. c. 1. de app. in 6to*, cuius vſus in dubio in illis prouinciis præſumendus, in quibus de ſtatutis contrariis liquido non conſtat. v. STRYK. *vſ. mod. tom. IV. lib. 49. tit. 1. §. 10. et* BRVNNEM. *ibi cit.*

Aliud placuit iuri canonico;

Quod a qualibet interlocutione appellare permiſit et grauamine futuro,

§. III. Benignius igitur in eo deprehenditur ius canonicum, quod ſecus ac ius ciuile a qualibet interlocutoria appellari concedit per *d. c. 1. de app. in 6to.* immo ab omni grauamine etiam *inferendo* et *futuro*, vti Doctores ad *cap. 51. X. de App.* tradunt et confirmat LYNCKER *cit. tract. cap. 1. ſect. 1. §. 6. n. vlt.* et *cap. 3. tract. prel. §. 6. n. vlt. pag. 50. in fine.* Idem innuit eiuſdem definitio GRAVAMINIS EXTRAIVDICIALIS, quam exhibet *cap. 1. ſect. 1. §. 2.* quod nempe ſit *grauamen per iudicem vel partem extra iudicium illatum vel* INFERENDVM. Adſerit *ibidem cap. II. ſect. 3. §. 1. n. 16. p. 51. ſq.* eandem prouocandi facultatem ab *actibus extraiudicialibus* quoque *iure ciuili* fuiſſe conceſſam quæ tamen ſententia, quia probari nequit, adplauſum non meretur. Quamuis enim negari non poſſit, petiiſſe recurſum ad ſuperiorem a facto iudicis extra iudicium inique grauantis partem, ſicuti in genere qui inique ab aliquo grauatur, querelam deſuper mouere poteſt. hunc tamen recurſum, hanc querelam, *appellationem* proprie dictam, intra decendium interponendam, nemo vocauerit, ſed potius ſimplicis *querelæ, prouoca-*

et actibus extraiudicialibus,

vocationis, vel *implorationis* ſuperioris nomine inſigniatur quam appellationibus nihil commune habentis. Sic in *l. 1. §. 2. ff. quand. appell. ſit* ſimile quid occurrit, quod ad appellationem extraiudicialem referri queat, vtpote ſi quis ad aliquod munus vel honorem vocatus erit, qui excuſationem ſuam per viam *appellationis* interponere iubetur. Aſt iterum *ſimplex* magis *querela* videtur, quam proprie dicta appellatio, cum ea fatalibus appellationis ordinariis haud ſit adſtricta. *l. 1. C. de temp. appell.* Ideo videlicet hæc querela *appellatio* vocatur, quod ad ſuperiorem dirigenda ſit a decreto ordinis, minime vero *proprie dicta appellatio*, quæ a ſententiis interponitur quia alioquin *intra ordinarium appellationis tempus* interponi debuiſſet. conf. *in eccleſ. tom. I. tit. de appell. §. 2.* Certum igitur manet, facultatem prouocandi ab *actibus extraiudicialibus* quibusuis, etiam *praeiudicium futurum* minantibus, iure canonico deberi, vti textus §. *ante cit.* probant. Quod ſi igitur, vt verbis LYNCKERI *c. tr. aff. cap. 4. P. 3. §. 1. pag. 271.* vtar, *prouocationis extraiudicialis vtilitas ex tam diuerſis grauaminum generibus, quæ per illam reparare licet, non perſpiceretur, ſaltim in eo remedii eius præſtantia ſe exhiberet, quod cum alias in iudicio a futuro grauamine appellare permiſſum non ſit, tamen ad inſtantia quoque et* FVTVRA GRAVAMINA *extraiudicialis ſe extendat appellatio, et vel a proceſſu* FVTVRO, *veluti ne inquiratur, vel contra me procedatur, appellari poſſit.* Verum, ne hoc remedium alias ſaluberrimum, adeoque tanquam ſpecies defenſionis nemini denegandum, ad defenſionem iniquitatis, ſed potius *innocentiæ præſidium* conſtitutum eſſe videatur, prudenter leges conſtituerunt, ita tantum *grauamina futura* et inferenda hoc remedio emendari poſſe, quæ *moraliter certa* ſunt, et *radicatam*, vt dicitur, *cauſam* habent.

Quæ grauamina futura huc pertineant?

bent. Inſpiciendum igitur erit, quid ſit, quod grauamini iſti futuro cauſſam dat, vtrum in nudo metu, adhuc incerto, conſiſtat, an iam aliquid iniuſti habeat, ex quo grauiora ſunt metuenda? Quod nihil adhuc dum iniuriæ intulit, ſed ſaltim metuitur, non poteſt locum appellationi facere. Vbi vero non eſt nudus vanus metus, ſed aliquid iniuſti iam ſentitur: refert, *vtrum fundamentum aliquod iam adſit, quod rationem futuræ læſionis in ſe contineat?* Quamdiu enim tale fundamentum deeſt, vel in ſuſpenſo eſt ius cauſſæ, perinde habetur, ac ſi ſit citra omne præiudicium. *l. 9. §. 2. D. de lib. et poſth. hered. inſt. l. 48. §. 1. D. de iure fiſci.* MEV. *8. dec. 411. n. 4. 5.* Cum futurum ex eo, quod factum vel decretum, moraliter certum eſt: appellatio admittenda, quia tam in præſenti grauamen eſt, quam quod imminet, pro præſenti habetur; prout quæſtionem hanc, an et quando appellatio ob futurum grauamen admittatur? decidit MEV. *1. deciſ. 64.* et *P. 7. dec. 127.* Grauamen futurum ex præſenti originem habens, in appellationem ob hoc venire recte autumat etiam SCACCIA *de appell. quæſt. 5. n. 113. v. quod facit eo grauius.* Hoc temperamentum quoque admittit et exponit LYNCKERVS *cap. III. P. 3. §. 2. n. 1. cum ſqq.* dicens quod, quamuis iure can. a quocunque grauamine appellari poſſe certum ſit: *cap. 12. 47. 60. X. de App.* tamen ne quidem eo iure, quod quidem in impertienda prouocatione tam profuſum eſt, a grauamine futuro et nondum illato tam ſimpliciter appellatio admittatur. *Vnde ſi per interlocutionem iudex quid ad inſtructionem animi ſui fieri iuſſerit, tunc vel ideo appellari non poteſt, quia ne veſtigium quidem grauaminis ſe exſerit; nec partes, cur iſtud iudex deſideret, ſciunt,* prout B. de LYNCKER *cit. tr. c. III. P. 3. §. 3. n. 3. p. 275.* ait.

In extraiudi- Quoad *extraiudiciale grauamen,* quod

quod non durante proceſſu metuitur, recte etiam metum circa *grauamen futurum* iuſtum ſupponit prælaudatus ICtus *cit. l. p.* 275. Etenim *ſi*, inquit, *grauamen futurum in nullo metu conſiſtit, nec vllam, vt aiunt, cauſſam radicatam habet: tum, velut alias, nunquam ius futurum in iudicium trahi poteſt, l. 2. §. fin. D. de recept. et l. 35. D. de iud. ſi a præſenti non prodeat. cap. 60. X. de appell.* Sed alia contra illum metum remedia in promtu ſunt, vti ſunt, v. g. *Mandata de non offendendo ſine clauſula* etc. de quibus inferius dicendi locus erit. *cialibus et iam alibus.*

§. IV. *Moraliter certum* etiam grauamen ſupponit Papa ALEXANDER III. *in c. 18. X. de appell.* verbis: *quodſi generaliter appellationem quis interponeret ab omni grauamine, quod ſibi poſſet contingere, huiuſmodi appellatio tenere non debet.* Et in *cap. 59. X. eod. vt debitus honor deferatur iudicibus, et litigatoribus conſulatur ſuper laboribus et expenſis ſtatuimus, vt ſi quis coram idoneo iudice conuenerit aduerſarium, ille ante ſententiam ad ſuperiorem iudicem absque rationabili cauſſa non prouocet, ſed coram illo iuſtitiam ſuam proſequatur, non obſtante ſi dicat, quod ad ſuperiorem iudicem nuncium deſtinauerit aut litteras impetrauerit ab eodem, priusquam delegato fuerint aſſignatæ. Cum autem ex rationabili cauſſa putauerit appellandum, coram eodem iudice cauſſa probabili appellationis expoſita, tali videlicet, quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari, ſuperior de appellatione cognoſcat. Et ſi minus rationabiliter eum appellaſſe conſtiterit, illum ad inferiorem remittat, et in expenſas alteri parti condemnet, alioquin ipſe procedat, ſaluis conſtitutionibus de maioribus cauſſis ad ſedem Apoſtolicam referendis.* Paria igitur ſunt, non eſſe, et nondum apparere, *l. 76. D. de contr. Emt.* id quod reſponſo quodam Francofurtenſi huic noſtræ tractationi accommodato illuſtrat STRYK. *in vſ. mod. tom. IV. lib. XLIX. tit. 1. §. 12.* Idem in camera imperiali circa *Grauamen moraliter certum eſſe debet.*

 man-

Ex ſententia B. a Ludolf.

mandata decernenda obſeruari probauit DN. a LVDOLF *in ſumma camerali ſect. 1 §. 10. pag. 155. n. 48.* his verbis: *De mandatis, quæ futuros caſus reſpiciunt, ſciendum eſt, quod fundari debeant omnino in facto aliquo, quod metuitur, iureſt iuſtitiæ aduerſo, ita, vt periculum vel damnum per præceptum iudicis caueatur, et res integra ſeruetur. Is metus non debet eſſe vanus, imaginarius, ſed probabilis iudici. Hæc niſi adſit qualitas narratorum, repelletur haud dubie petitor.* Quodſi igitur grauamen ita ſe habeat, vt nonnihil iniuſti iam ſentiatur, præſens fere eſt. Qualem metum ad bellum quoque ſuſcipiendum ſufficere docet GROTIVS *de I. B. et P. cap. 22. n. 5.* ſi videlicet non de potentia ſolum vicini conſtet, ſed etiam de animo nos inuadendi, et quidem ſi ita conſtet, vt illud certum ſit ea ſaltem certitudine, quæ in morali materia locum habet, obſeruante LYNCKERO *cit. tr. p. 277. n. 11 ſq.* Metu ergo grauaminis futuri iuſto concurrente in extraiudicialibus, non præciſe requiritur, vt ſtatim initium aliquod habuerit grauamen, verum, vt veroſimiliter de grauamine futuro conſtet, ſufficit, atque ego de actu in damnum meum faciendo edoctus fuerim, idque per *cap. 51. et 59. X. de app.* LYNCKERO *c. tr. c. 3. P. 3. §. 7. n. 2. pag. 285. et c. 7. P. 2. §. 9.* Maxime quod in appellatione iudiciali, ſi modo de facto conſtet, tamen ad hoc, vt quis appellet, ſatis ſit, vt, quamuis grauatus non ſit, tamen grauatum ſe eſſe opinetur. *l. 13. §. 1 D. de appell.* Licet enim generalis appellatio ob quodcunque grauamen, quod aliquando inferri poſſet, in iudicio non valeat, *cap. 2. 18. X. de App. tamen prouocatio extraiudicialis a futuro grauamine ſiue iudicis, ſiue partis illud ſit, quamuis generalis attenditur, eaque per ſubſecutum deinde grauamen ad ſpeciem reduci poteſt, vt appellans ab initio ſpe-*

cialem

cialem et iuſtam prouocandi cauſſam habuiſſe cenſeatur, vti notabilis ſunt verba LYNCKERI *cit. tract. cap. 3. P. 3. §. 7. n. 6.*

§. V. Neque vero requiritur, vt ſi a futuro vel inſtanti grauamine appelletur, ſententia iudicis vel decretum praeceſſerit, aut tum demum prouocatio interponatur, ſi alia ſententia definitiua non expectetur, ſed ſi vel maxime rem in iudicium non deduxerimus, prouocatio nihilominus obtinebit. SPECVLAT. *tit. de Appell.* §. *n. 10.* immo etiamſi penitus nihil exſtat, praeter metum veriſimilem, quo grauatos nos eſſe comprobare poſſumus per *cap. 15. pr. de Appell.* Vnde etiamſi iudex extraiudicialiter futurum grauamen comminatus fuerit, aeque ab eo tanquam iudice extraiudicialiter appellabitur. Cauendum tamen hic eſſe ait LYNCKER *c. l.* §. *8. n. 6. ne quid facile contra ordinem inſtantiarum fiat, iudicisque auctoritas crebris prouocationibus vilefcat*, prout principis auctoritatem crebris contradictionibus deſtrui CAIVS CASSIVS aiebat apud TAC. XIV. *Ann. c. 43. n. 2.* Praeterea quamuis appellatio contra ſententiam grauantem quidem pure interponatur, caſus tamen dari contendit STRYKIVS *in vſ. mod. lib. 49. tit. 1. §. 14.* vbi hoc ſaltim in *certum futurum euentum* fieri ſolet. Nam ſententia dubia vires rei iudicatae, nulla eius facta legitima impugnatione, conſequitur. Quodſi tamen ſuper dubio illius intellectu, dum vtraque pars alium ſenſum obtendit, noua lis exoritur, effectu illo non gaudet, cum vlterius iudicatum non adſit, quam quatenus *clarus* et *apertus* eſt ſententiae *intellectus*. Vnde ſi poſt decendium petita declaratio petentis intentioni non ſit conformis, ab hac *declaratione*, vtpote quae proprie demum grauamen conſtituit, partibus appellare adhuc integrum eſt. vid. MEV. *1. Dec. 109.* STRYK. *vſ. mod.*

lib. 49. tit. 7. §. 14. Interim conſultius eſt, vt intra decendium petatur declaratio, et eidem petitioni euentualiter iungatur appellatio, ſi ſcilicet iudex alium ſententiae ſenſum eſſe adſirmauerit.

Progreſſus ad remedia pro conſeruatione iuris futuri introducta.

§. VI. Generalibus hiſce de *prouocatione extraiudiciali* ob omni metu iuſto grauaminis etiam *inferendi* et *futuri* praemiſſis, ſpecialia quaedam et praecipua monumenta et exempla ex iuribus, *ciuili, canonico, feudali* et *publico* conſideranda veniunt, quibus quis ſe aduerſus eiuſmodi grauamina, praeiudicia, etiam *futura* et non contemnenda, mediante dicta *prouocatione* et aliis quibusdam remediis tueri contra aduerſarii molimina poteſt. A iure priuato h. e. *ciuili* initium faciamus, cui et *ius Germanicum* adiungemus. Primarium ergo, ceu ex praecedentibus fluit, *remedium pro iur. futuro conſeruando*, (1) quod memorandum occurrit, eſt *appellatio* ſeu *prouocatio* contra *inſtantem alienationem* bonorum fideicommiſſo ſubiectorum vel maioratus, in quae *appellans* ſucceſſionem ſpectat; *cum ei debitur non ſolum ſuſceptis ſed et ſuſcipiendis prouocare iura permittant ei, qui inde praeiudicium ſibi metuit*, LYNCKER de *grau. extr. cap. 3. P. 1. §. 7. n. 2.* Hoc ſcilicet effectu ne fiat alienatio, quia facilius re adhuc integra actus impeditur, quam ad perfectionem deductus reſcinditur. Vid. GAIL. *II. obſ. 137. 139.* Vid. etiam *Nov. 119. cap. 11.* Quid quod hodie generaliter contra attentatam alienationem, quae nullo iure iuſtificari poteſt, decerni ſoleant mandata S.C. vt docent a LUDOLF. *in iure cam. ſupra c. ſect. 1. §. 10. pag. 111. n. 1.* et KNIPSCH. *de fideic. fam. cap. 12. n. 54.* Licet enim alienatio bonorum contra fideicommiſſum ius futurum ſucceſſoris non interuertat, cum bona fideicommiſſo ſubiecta ſua natura alienari non poſſint,

Primum remedium pro futuro praeiudicio auertendo eſt appellatio.

poſſint, (vti latiſſime et exacte explicat KNIPSCHILD. *c. l. toto cap. XI. de alien. fideic. fam.* et eleganter diſponit *l. vlt. §. 2. C. commun. de leg. cum Nov. 39. in pr.* verbis. *Sed tanquam nos;*) cui nulla currit præſcriptio, quo minus ſuo tempore, iure ſucceſſionis eueniente, bona contra leges fideicommiſſi alienata reuocare poſſit, vti late probatum dedit KNIPSCHILD *l. cit. cap. 16. n. 91. ſq.* vt tamen ſaluam retineamus cauſſam, atque alienationem ad exitum peruenire non patiamur, ſine dubio conſultius eſt. *Suo*, dixi, *tempore* bona alienata a fideicommiſſariis reuocari procul dubio poſſe. Tantum enim abeſt, vt *ſtatim* reuocari poſſint, vt hoc potius omni iuris analogiæ refragetur, vti *capite I.* oſtendimus, cum viuentis non ſit hereditas, nec ceteri ante mortem alienantis ad fideicommiſſum ſint vocati, licet vel maxime fideicommiſſo clauſula *de non alienando* ſit adiecta. Huius quidem vtilitatem in eo nonnulli collocant, quod operetur, vt omnis alienatio ſit ipſo iure nulla, *l. 88. §. 14. D. de leg. 2.* impediatque translationem dominii, ZOES. *ad SCtum Trebb. n. 66.* adeo, vt ſtatim proximior alienatum reuocare poſſit per *l. 69. §. 3. D. de leg. 2.* cum ea non adiecta, exſpectanda demum ſit mors alienantis. PETRVS DE PETRA *de fideic. qu. 3. n. 2.* Verum de hac ſententia merito dubitamus, quod in *c. l. 69.* non dicatur, quod *ſtatim* reuocari queat, cum nullum fideicommiſſarius ante mortem alienantis poſſeſſoris legitimi *ius agendi præſens* adſit: et ſi proximior ſtatim agere vellet, de *iure futuro* adhuc incerto ageret, quod minime iura permittunt, *l. 35. D. de iud.* vti plenius euicimus *cap. 1. §. 4. ſq.* Seriem auctorum in vtramque partem diſputantium adduxit KNIPSCHILD *c. l. cap. 13. n. 32.* quorum ſub clypeo non pugnamus, veritate ſententiæ per rationes pro-

pugnatu: non negamus tamen, *appellationis* huius remedio ſibi proximiorem pro iure *futuro conſeruando* proſpicere poſſe. d).

Alterum remedium eſt proteſtatio.

§. VII. Minus (II) validum remedium eſt PROTESTATIO, quæ ſententiam, quo minus in rem iudicatam tranſeat, vel actus præiudicialis fiat, non moratur, nec effectum ſuſpenſiuum, vt appellatio, operatur. Vnde recte LYNCKER contra *grauamen inferendum* ſibi proſpicere volenti conſulit, vt potius ad beneficium appellationis in tempore recurrat, in *cit. tract. cap. 6. P. II. §. 5. n. 2. et 4.* Interim tamen eam ad poſſeſſionem conſeruandam aliquando conducere adſerit IDEM *c. l. §. 3. n. 5.* et prope *appellationi extraiudiciali* accedere, idque exemplo præſentantis cambii, vbi ſi acceptans non ſoluit, vel ſub conditione tantum acceptat, præſentans pro obtinendo regreſſu aduerſus mandantem ſeu retrahentem, intra fatalia proteſtari tenetur ceu illuſtrat IBID. *§. 3. n. 5. et cap. 6. §. 8. n. 11.* Licet ergo vim

d) Quia tamen hæc *appellatio extraiudicialis* magis querela quædam eſt, et prouocatio ad cauſſam, vt dicitur in *c. 5. X de appellat.* adeo, vt diuerſa ſit ad iudicem grauantis primæ inſtantiæ *c. 11. eod. in 6.* per indirectum fit, vt de *iure futuro* ante tempus agatur. Qui enim appellat contra *imminentem alienationem*, et ita impetrat, vt ſuſpendatur *alienatio*, per indirectum efficit ſecundum ius canonicum, vt de *iure futuro* [illegible] ſucceſſionis caſum agatur, ſi, contra quem appellatum eſt, qualitatem *fideicommiſſi gentilitii* vel *ſucceſſoris habilitatem* negat. Interim a *directa actione pro iure futuro declarando*, quæ [illegible], *appellationem* hanc *extraiudicialem* multis modis differre contendit LYNCKER *de grau. extraiud. c. III. P. I. §. 6. p. 215.* a) quod appellatio etiam ob grauamen futurum, non actio de iure ciuili, locum habeat. b) illa ſemper ex facto aliquo oritur, non hæc c) illa etiam poſſidenti, non diſtributa competat, quamuis [illegible] d) illa ſubitaneo proceſſu, non ſemper hæc finiatur e) prouocatio inhibitionem attentatorum [illegible] ad effectum futurum, non æque actio f) illa ad actum futurum impediendum concedatur, actio ad ius præſens perſequendum [illegible]. Quicquid vero horum ſit, negari nequit, iuris canonici doctrinam admodum deflectere a ſententia iuris Romani, et quod hoc negat, per indirectum illud concedere et ita ſibi contradicere admodum [illegible] præter ſpem et cogitationem.

vim ſuſpenſiuam non habeat proteſtatio, declarat tamen proteſtantis mentem, et ius eius, quod alias ſilentio perire poterat, conſeruat. *l. fin. C. de vſur. pupill. l. 4. §. 1. D. quando pign. vel hyp. ſolu.* V. MEV. *P. IX. dec. 194. n. 8.* Excludit enim adprobationem, et proteſtans potius declarat, ſe grauatum eſſe, dum eam interponit circa actum vel iuſſum magiſtratus aut perſonæ publicæ, collegii, capituli aut etiam priuati. Vnde et vtiliter hoc beneficium arripit, qui violentia vel metu ad faciendum aliquid adigitur, atque hoc modo ſibi reſeruat remedia ex eo prodita, ne acquieſcendo purgare violentiam atque metum videatur. Quid quod et tertium ſubleuet proteſtatio, ſi de eius iure agitur, ne tacendo ſibi præiudicet, teſte GAILIO *lib. I. obſ. 70. n. 25. ſq.* Quocirca etiam ratione *iuris futuri* conſeruandi commode adhibetur, et ad imminens grauamen hoc extenditur beneficium, obſeruante LYNCKERO *cap. III. P. III. §. 5. n. 9.* et *cap. VII. P. II. §. 9. n. 11.* Idem confirmant verba MEVII *P. II. dec. 52. n. 5.* *Nam in iis, quæ nondum inferunt grauamen, ſed minantur, non opus eſt appellatione, ſed ſufficit proteſtatio, quæ ius proteſtantis ſaluum conſeruat, et mentem illius contra præſumtionem patientiæ ſatis declarat. Ita moris eſt,* ait RVTGER. RVLAND *de commiſſ. P. I. lib. 6. cap. 1. n. 8. publicationi decreti opponi proteſtationem, eaque proficua eſt.* Proteſtatio ergo nuda ad vim attentatorum non ſufficit, vt ait LYNCKER *cap. VIII. §. 53. n. vlt.* nec effectu regulariter gaudet ſuſpenſiuo, ſed *ius futurum* proteſtantis tantum in tuto collocat, CARPZ. *P. I. c. 17. def. 16.* atque efficit, ne videatur proteſtans in actum conſenſiſſe, MEV. *P. I. dec. 14.*, ceu infra ſpecialius declarandum erit.

§. VIII. In promtu aliud adhuc eſt remedium, proximioribus in fideicommiſſo *pro iure futuro* conſeruando ſuppeditatum,

Tertium remedium eſt cautionis præſtatio.

vide-

In fideicommiſſis.

videlicet (III) *cautionis præſtatio.* Hanc præſtare tenetur fidei-commiſſi poſſeſſor de bonis, *fideicommiſſo* ſubiectis, ſartis tectis-que conſeruandis, et ſucceſſori integre reſtituendis, de qua agit totus *tit. D. vt leg. ſeu fideic. ſeru. cauſſa cau. l. 69. §. 3. D. de leg. 1.* PETRA *de fideic. quæſt. 10. n. 13.* FVSAR. *de fideic. ſubſt. quæſt. 513. n. 1.* etiamſi nulla adhuc adſit dilapidationis ſuſpicio. FVSAR. *de fideic. ſubſt. quæſt. 510. n. 7. 8.* Remitti tamen hæc cautio a fidei-commiſſi inſtitutore, *l. 2. et 7. C. vt in poſſ. leg. l. 12. D. vt legat. ſeu fid. ſeru. l. 77. f. D. de cond. et dem.* et prohiberi a teſtatore poteſt *l. 4. C. vt in poſſ. leg.* quia ſatisdationes in fideicommiſſis voluntatis defunctorum tuendæ gratia introductæ ſunt, et ſic eius iam eorundum voluntate remitti poſſunt per *d. l. 2. C.* Quamuis autem *dolum malum*, ex quo res fideicommiſſaria deterior reddi queat, hac cautione abſfuturum caueatur; *l. 1. D. vt legat. ſeu fid. ſeru.* eumque remitti non poſſe tradant KNIPSCHILD *de fideic. fam. cap. 12. n. 31.* LAVTERB. *ad d. t. §. 8.* ne ex huius remiſſione delinquendi occaſio præbeatur, et ita nec *dolus futurus*. *l. 27. §. 3. D. de pact. l. 23. D. de R. I. l. 17. pr. D. commod.* nec remitti cautio poſſit, vt boni viri arbitrio quis fruatur: *l. 7. C. vt in poſſ. leg.* multa tamen fieri poſſunt per *conſequentiam* et *implicite*, quæ *directo* fieri non poſſunt, hoc effectu, vt, cautione licet remiſſa, nihilominus dolus a fideicommiſſi poſſeſſore commiſſus præſtandus ſit, quod hic remiſſus non cenſeatur cum *lata culpa*, quem is præſtare debet. v. STRYK. *vſ. mod. lib. 36. tit. 3. §. 4.* *Quodſi tamen*, ait KNIPSCHILD *d. cap. 12. n. 34. ſatisdatione etiam remiſſa fideicommiſſi poſſeſſor bona doloſe dilapidet, poteſt nihilominus ſucceſſor officium iudicis implorare ante factum, vt impediat, ne dilapidatio fiat et cautionem petere; l. 50. D. ad SC. Treb.* cum teſtator de tali diſſipatione doloſa remittenda cogitaſſe

taſſe non præſumatur, immo remiſſio cenſeatur facta: *rebus ſic ſtantibus l. 60. § 4. D. mand.* Maioratus itidem poſſeſſorem de rebus maioratui ſubiectis integre reſtituendis cautionem præſtare teneri, docet LVDOV. MOLINA *de primog. Hiſp. lib. 1. cap. 15. n. 2.* vt proximiori prouocare ab intentata alienatione bonorum maioratus integrum omnino ſit. V. CARD. MANTICA *de tac. et ambig. conu. tit. 30. n. 38.* Etſi enim proximior, viuente adhuc vltimo maioratus poſſeſſore, nondum *iure* ſucceſſionis *præſenti* gaudeat, adeo vt bona ſemel alienata viuente poſſeſſore vindicari a proximiore nequeant, vti *de fideicommiſſis antec. §.* comprobauimus. occurrere tamen inſtanti alienationi melius eſt, quam poſt obitum poſſeſſoris vindicare. Denique quotiescunque hereditas vel legatum poſt mortem teſtatoris ſtatim peti nequit; vel quod hereditas aut legatum dilatum ſit in diem, vel conditione ſuſpenſum, vel alias præſtatio ex futuro euentu ſecundum naturam rei legatæ dependeat: cautio a fiduciario vel herede præſtanda eſt per *l. 14. 15. D. vt leg. ſeu fid. ſeru.* quam cautionem etiam ſubſtitutus ab herede ſub conditione inſtituto, pendente conditione, petere poteſt per *l. 12. D. qui ſatisd. cog.*

bonis maioratus,

legatis conditionalibus vel in diem.

§. IX. Ne præterea (IV) difficilis ſucceſſori poſt mortem poſſeſſoris reddatur probatio ac vindicatio rerum ad fideicommiſſum pertinentium, ſucceſſorem iura ad *inuentarium bonorum fideicommiſſo ſubiectorum* obligarunt, vt *de præſenti* ſciat ſucceſſor, quid ex iure ſuo futuro ſperare liceat, et de conſeruatione ſollicitus eſſe poſſit, cuius confectionem et maioratus poſſeſſori incumbere, docet laudatus MOLINA *cit. tr. lib. 1. cap. 28. n. 4. ſq. et in f.* Sic enim exinde ius futurum facilius probari poteſt. Hanc quidem æque, ac *cautionis* præſtationem, remit-

Quartum remedium eſt inuentarii confectio, futuræ ſucceſſionis cauſſa.

mittere teſtatorem poſſe tradunt ex *l.* 72. §. 3. *D. de cond. et demonſt.* Sed hoc tantum de *ſolenni inuentarii confectione* intelligendum, cum non obſtante hac remiſſione ſucceſſor bonorum *deſcriptionem priuatam* petere poſſit. Confundunt interpretes *ſolennem inuentarii confectionem*, et *aliquadem bonorum deſcriptionem* teſte KNIPSCHILD. *cit. l. cap.* 12 *n.* 16. et hoc eo magis admittendum, ſi ſucceſſor ſuis impenſis inuentarium petat. v. CASTRENS. *vol.* 1. *conſ.* 366 *in f.* FVSAR. *quæſt.* 512. *n.* 11.

Quintum remedium ſunt mandata S. C. ad futura damna præcauenda,

§. X. Aliud (V) argumento noſtro accedit remedium, quod praxis illuſtris cameræ imperii ſeruat. Hæc enim auxilium grauatis per *mandata S. C.* indulget, nec adito præcludit eos, qui ad *ius futurum* conſeruandum ad illud confugiunt, *cuius iurisdictio fundata eſt ab omni grauamine etiam extraiudiciali et futuro*, teſte DN A LVDOLF *in iure cam. ſect.* 1. §. 13. *n.* 21. *Decernuntur ibi mandata S. C. ſuper caſibus futuris, qui ſe fundant in facto aliquo, quod metuitur, iuri et iuſtitiæ aduerſo, ita ut periculum vel damnum per præceptum iudicis caueatur, et res integra ſeruetur*, vt euincunt verba DN. A LVDOLF *c. l.* §. 10. *n.* 50. *pag.* 155. *in f.* idemque GAIL. 1. *obſeru.* 89. *n.* 4. adprobat. Quid quod generaliter hodie contra attentatam alienationem, quæ nullo iure iuſtificari poteſt, decerni ſoleant mandata S. C. vid. BETSIVS *de pact. fam. illuſtr. cap.* 4. §. 3. Ita, ſi de caſu alienationis bonorum pupilli ſine decreto dubitatur, an ad mandatum S. C. ſit aptus, quod conſuli pupillo poſſit alio remedio iuris, veluti rei vindicatione,

ſi periculum eſt in mora.

locum tamen et fore, ſi interueniat in mora periculum, vt ſatius ſit rem integram ſeruare, putat A LVDOLF *c. l. pag.* 151. *alias vero non*, cum ad impetrandum mandatum neceſſe ſit, vt adſint circumſtantiæ per appellationem non reparandæ, *v. ſupra h. cap.* §. 21. Pariter turbationem

et

et offenſionem futuram metuentibus ſuccurrit camera con-
cedendo mandata de non amplius turbando et de non offen-
dendo, quae ita differre ait A LVDOLF c. l. §. 8. n. 13. *quod illud*
ſupponat turbationem iam factam in poſſeſſione rei vel iuris; hoc vero
offenſionem perſonarum, quae nondum eſt facta ſed metuitur. Offen-
duntur enim, pergit, *perſonae principaliter iniuria eas adficiendo; tur-*
batio circa poſſeſſionem verſatur, quod factum res principaliter adficit,
non perſonas. Inde concludit: *in periculo offenſionis perſonarum*
petitur mandatum de non offendendo ſi de rebus vel iuribus metuitur,
de non turbando. Facilius autem eſt, vt prohibeatur *offenſio per-*
ſonarum, quam inhibeatur *turbatio.* Mandata enim de non of-
fendendo ad pacem publicam conſeruandam ſpectant, futu-
ram praeterea, non praeteritam offenſionem concernunt. GAIL.
1. *obſ.* 4. *n.* 1. 2. Turbatio vero eſt actus *praeſens* non *futurus,*
et praeſupponit actoris poſſeſſionem. Mandata de non tur-
bando regulariter decernuntur *cum clauſula*: de non offenden-
do *ſine clauſula.* Facile ex narratione facti exceptiones iuris
aliquas opponi poſſe iudex praeuidere poteſt, quo caſu man-
data ſine clauſula regulariter non ſolet decernere camera. Vbi
vero poſſeſſio actoris ſatis fuerit probata, *non obſtare*, putat B.
A LVDOLF *ſect.* 4. §. 8. *n.* 14. *quo minus pro circumſtantiarum ra-*
tione, ſi factum tale eſt, vt ſit iuri contrarium, vel de periculo auerten-
do agitur, etiam ſine clauſula inhibeatur turbatio: ſi iudex maiori
violentiae occurrendum eſſe cenſeat. GAIL. 1. *obſ* 78. *n.* 6.
ſeq Confer BLVM. *proc. cam. tit.* 29. *n.* 215. Quotieſcunque
igitur factum imminet, ex quo alteri grauamen et damnum
irreparabile metuendum, veluti ſi arbores annoſae, quae lon-
go tempore non excreſcunt, ſuccidantur et deuaſtentur, aut
ſi dominus totam ſyluam, in praeiudicium eius, qui ius ve-
nan-

nandi in ea habet, excidere velit, impetrari mandata S. C. poſſunt: conf. GAIL. 1. *obſ* 13. *n.* 3. et 2. *obſ.* 67. *n.* 8. vel ſi cauſſa ipſa moram non ferat; aut in genere, quotiescunque factum, quod nullo iure iuſtificari poteſt, imminet; v. g. in nunciatione noui operis, ſi aduerſarius facta nunciatione ab opere faciendo non deſiſtat: vel ſi quis alteri vim publicam minetur, aut inferre in animo habeat, et minæ tales ſint, vt ad effectum perductæ pacem publicam turbare queant: ſi quis bona litigioſa in actoris futurum præiudicium alienare conetur: ſi quis contra teſtamentum paternum bona paterna alienare intendat, v. A LVDOLF c. l. §. 10. *pag.* 155. mandata hæc pro præjudicio futuro auertendo proſunt grauato.

Applicatio horum remediorum ad caſus ſpeciales,

§. XI. Ceterum vniuerſaliter fere adfirmandum videtur, cautiones et hypothecarum conſtitutiones futuræ inſeruire ſecuritati, vt iuris futuri, cuius dies nondum venit, executio ſuo tempore commodior reddatur, ne concurſu forſan ſuper bonis debitoris moto, vel alio modo illo ad inopias redacto, creditores die veniente ius ſuum amittant. Futuræ etiam obligationis nomine hypothecæ dari poſſunt per

per varias cautionum ſpecies.

l. 5 *pr. D. de pign.* Ita cautio *damni infecti* prodita eſt aduerſus damnum imminens ex alterius ædibus vel fundis, ruinam minantibus, ad *damnum futurum* reſarciendum *l.* 7. *pr.* §. 1. *l.* 2. D. *de damn. inf.* *l.* 14. §. 2. *D. de Aq. pluu. arc.* quam cautionem cum principio noſtro *ſupra cap.* 1. concliauimus, adeo, vt, qui cauere recuſat, eum prætor cogat per miſſionem in poſſeſſionem illius, cui cauendum erat. Et ſi miſſo ex primo decreto non paretur, poſt interuallum aliquod, arbitrio iudicis determinandum, *l.* 15. §. 21. *ſq. D. de damn. inf.* ſequitur miſſio ex ſecundo decreto, per quod dominus conſtituitur.

tur. *d. l.* 15. §. 16. *l.* 7. §. 9. *D. comm. diuid. l.* 1. *pr. D. de fund. dot.* Porro ſub *conditione negatiua*, quæ in non faciendo conſiſtit, heres inſtitutus *cautionem Mutianam* ante aditam hereditatem præſtare debet de actu, a teſtatore fieri prohibito, in futurum non faciendo. Licet enim, cautione hac non præſtita, fiduciario ius ſit legatum vel hereditatem repetendi, ſi contra voluntatem et conditionem a teſtatore præſcriptam actum perfecerit: cautione tamen ille, ad quem hereditas alias reditura, ſibi ſecurius proſpicere poteſt, quam, ſpreta a fideicommiſſario teſtatoris voluntate, hereditatem vel legatum repetere. Pariter pupillo ſeu impubere arrogato, de *futura ſucceſſione* proſpicitur eius conſanguineis per cautionem. *l.* 18 *ſqq. D. de adopt.* Eandem ob cauſſam leges, de *pupillorum ſecuritate* valde ſollicitæ, tutorem ſatiſdare iubent, *rem pupilli ſaluam fore*, quamuis nulla contra tutorem adſit ſuſpicio. Et licet tutores teſtamentarii et cum inquiſitione dati ab hac cautione ſint immunes; *pr. Inſt. de ſatiſd. l.* 2 3. *D. de confirm. tut. l. fin.* §. 5. *D. de curat. fur. l.* 17 *D. de teſt. tut.* moribus noſtris tamen omnes fere tutores indiſtincte cautionem, rem pupilli ſaluam fore, præſtare tenentur per REFORM. POLIT. *de anno* 1548 *tit.* 31. §. 2 *ſq.* *et* 1577. *tit.* 32. § 3. niſi bona immobilia poſſideant; quamuis hodie raro tutores dentur, qui non poſſident immobilia. In remediis poſſeſſoriis et interdictis plerumque petitur cautio *de in poſterum non amplius turbando*, in ſecuritatem aduerſus futuras etiam turbationes, adeo vt cautionem *de non moleſtando in futurum*, ſi a parte non petita, nec in ſententia expreſſa fuerit, adhuc in executione impetrari poſſe doceat GAIL. 1. *obſ.* 116.

Prouocatio liberorum pro ſtatu ſuo conſeruando.

§. XIII. Plura adhuc occurrunt alia exempla, ad quæ hæc remedia adplicari poſſunt. Etenim iura agnationis conſeruare ſtudenti leges ſuccurrunt, ne forſan emolumenta inde ſperanda amittat, adeoque *ſi de iuribus ſanguinis inter partes diſpoſitum, et ex tali diſpoſitione quis grauatur, iuſte prouocabit,* teſte LYNCKERO *de grauam. extrai. cap. 1. P. A §. 4. n. 6.* Liberis enim ius ſanguinis a maioribus quæſitum auferri nequit pactis et renunciationibus etiam iuratis parentum vel coniugum, inæquale connubium forſan contrahentium, quia fieri poteſt, vt pactis dotalibus priuatis diſponatur, liberos ex eo natos ad familiam non pertinere, adeoque familiæ iurium non fore participes, ex quo graue in futurum ſentire poſſunt incommodum: exceptis parentibus illuſtribus, qui matrimonium *ad morganaticam* contrahere queunt.

Prouocatio contra impoſitionem perpetui ſilentii,

A ſententia porro impoſitionis perpetui ſilentii appellari poteſt: quia huiuſmodi ſententia inſigne diffamatori infligit præiudicium, *quæ ex quorundam opinione eſt definitiua, vel ſaltem interlocutoria, habens vim definitiuæ, quia ſententiam abſolutoriam ab obſeruatione iudicii in ſe vera continet, imponentem finem controuerſiæ, ita, vt amplius agi nequeat, atque diffamator a iure ſuo in futurum perſequendo in perpetuum excluſus ſit,* inquit GAIL. 1. *obſeru.* 132. *n.* 1. Pro iure ergo futuro agendi conſeruando appellari poteſt.

contra decretam commiſſionem.

Ita et a decreta commiſſione, teſtes ad perpetuam rei memoriam recipiendi, appellari quandoque poſſe, docet RVTG. RVLAND *de commiſſ. part. 2. tit. 1. c. 2.* quorum depoſita appellanti forſan futuro tempore graue præiudicium adferre poſſunt: quamuis absque grauiſſimis cauſſis hæc appellatio non poſſit locum habere. Neque enim hæc iniquis machinationibus aduerſariorum inſeruire debet: cum potius iura pro *futura defenſione* talem

talem receptionem teſtium regulariter admittant. De decreto commiſſionis ad examen ſimplex teſtium, inaudita parte edito, ſecundum praxin cameræ idem dicendum; *cum melius ſit ab initio prouidere*. Conſ. LYNCKER *c. l. cap.* 3. *P. II.* §. 19. *n.* 15. *ſq.* ſi periculum in mora ſit. GAIL. 1. *obſ.* 102. *n.* 4. De tranſactione et actione ſuper annuis et menſtruis legatis etiam in *futuros* annos præſtandis *cap. I.* iam diximus. Tranſactio ſuper alimentis *futuris* auctore prætore etiam ſubſiſtit. *l.* 8. *D. de trans.* In fraudem *futuræ* actionis alienari nequit. *l.* 68. §. 1. *D. pro ſocio.* Super iure *futuro* paciſci poſſumus. *l.* 46. *D. de pact.* Vendi hereditas deferenda et *futura* poteſt, ſi conſentiat is, de cuius hereditate agitur, et in conſenſu perſiſtat. *l. f. C. de Pact.* Pupillus aduerſus *futuram* calumniam ad iudicium prouocare poteſt. *l. ult. C. de vſur. pup.* Ad litem *futuram* procuratorem dari poſſe, traditur in *l.* 3. *C. de proc.* Fideiuſſor *futuræ* obligationi dari poteſt, dummodo ſit aliqua vel naturalis futura obligatio *l.* 6. §. 2. *D. de fidei.* Futura etiam obligatio in ſtipulationem deduci poteſt. *l.* 89. *de V. O.* *Futuræ* obligationis nomine hypothecæ dari poſſunt. *l.* 5. *pr. D. de pignor.* In depoſiti actione venit etiam dolus *futurus*, i. e. poſt litem conteſtatam. *l.* 1. §. 2. *D. depoſ.* Iudex arbitratur, quomodo in *futurum* vti frui debeat. *l.* 13. §. 1. *D. de vſufr.*

Sextum remedium conſeruandi ius futurum eſt examen teſtium ad perpetuam rei memoriam.

§. XIII. Inſigne ad iuris futuri conſeruationem momentum (VI) faciunt *depoſitiones teſtium ad perpetuam rei memoriam.* Fundatum eſt hoc extraordinarium teſtium examen in *l.* 40. *D. de l. Aq.*, vt quidam volunt, quorum mentem *cap. I.* adduximus, et *cap.* 5. *X. vt lite non conteſt. cap.* 41. *X. de teſt.* quod examen reo indulgetur indiſtincte ante litem motam, quam tamen timet: vtpote in cuius poteſtate non eſt, quando conuenſri

ueniri velit, ſed ſaltim *in futurum* ſibi hoc modo proſpicere poteſt; MYNSING. *cent. 4. obſeru. 71.* quam materiam optime explicuit WERLHOF *de exam teſt. extraord.* Quando vero *actori* hoc remedium competat, recenſet GAIL. I. *obſ. 92. n. 3.* Caſum, quo hæc probatio etiam per documenta fieri poſſit, refert STRYK. *vſ. mod. tit. de teſt.* §. 22. et quæ huc pertinent, *tom. I. Iur. eccleſ. lib. II. tit. 6.* §. 9. explicaui: licet probationem ad perpetuam rei memoriam per documenta in camera non admitti, obſeruet GAIL. I. *obſ. 94. n. 1.* Quis igitur vtiliſſimum hoc eſſe remedium ad iuris futuri probationem, adeoque conſeruationem negauerit? Præcauetur enim hoc modo, ne probationes iuris vel actionis in futurum proſequendæ facile pereant, vel, vt dicitur in *c. f. X. vt lite non conteſt. ne veritas occulietur et probationis copia caſibus fortuitis ſubtrahatur.*

Septimum remedium iuris futuri conſeruandi eſt proceſſus arreſti.

§. XIV. Multum inſuper (VII) ad iuris conſeruationem facit *proceſſus arreſti.* Quodſi enim ius vel debitum perſequi nondum liceat, is vero, qui arreſtum petit, docere ſummariter poſſit periculum amittendi debiti vel concurſus imminentis, ſibique ab arreſtato deberi; quod per productionem cambii vel chirographi in copia vidimata fieri poteſt: per arreſtum legitime impetratum in Saxonia ius in re, ad inſtar hypothecæ nanciſcitur, et in claſſe tertia inter hypothecarios ponitur. Qui proceſſus in Saxonia præcipue obtinet, in Electorali tamen effectum ſuum nuper amiſit per *emend. ordinat. proceſſ. anno* 1724. *tit.* 48. ſicuti etiam de *iure communi* hunc effectum non habet, ſed tantum ad ſecuritatem creditoris tendit. *Multum tamen intereſſe inter arreſtum, quod tendit ad meram crediti ſecuritatem, et quod quæritur ad citius conſequendam*

dam ſolutionem, ſeu reum coërcendum, quo ſatisfaciat, ait MEV. *1. deciſ. 240.* et in *tract. de arreſt. cap. 21. n. 40. ſq.* quia priori caſu *cautione* arreſtum de iure communi tolli poteſt: non poſteriori, quo demum *ſolutione* relaxatur regulariter. Sunt vero arreſta regulariter prohibita, SCHVRFF. *conſ. 15. n. 1. ſq.* MYNSING. *reſp. 66. n. 14. dec. 7.* tanquam remedium extraordinarium, odioſum et executionis ſpecies, atque in dubio altera parte non audita non decernenda, niſi ob moræ periculum. adeoque circumſpecte a iudice hic agendum. Egit prolixe de hoc argumento GAILIVS peculiari *tract. de arreſt.* et quatenus illa executiones ſententiarum ſint, et inter ſtatus imperii obtineant, *cap. 1. n. 15. moribus Germaniæ ea nihil aliud eſſe*, ait, *quam reales citationes; quia perſona ſiſtitur, aut eius bona impediuntur ad illum effectum, vt arreſtatus tædio arreſtationis affectus coram iudice loci compareat, pacta conuenta ſeruet, debitum diſſoluat, aut in dubio cautionem iudicio ſiſti et iudicatum ſolui, arreſtatori præſtet.* Nam ad extorquendam hanc cautionem in *caſu dubio* arreſta potiſſimum comparata ſunt, quo facit *l. 5. pr. D. vt in poſſ. leg.* Præſtita cautione de iudicio ſiſti et iudicatum ſolui, ipſo iure arreſta ſoluuntur. GAIL. *c. l. cap. 2. n. 7.* Quod ſi ergo per inique impoſitum arreſtum, iniuria ratione exiſtimationis alicui illata, iniuriarum agi poteſt, tam contra impetrantem, quam iudicem: MEV. *dec. 389.* quamuis alias ſaluberrimum ſit remedium ius ſuum conſeruandi, et periculum amittendi iuris auertendi.

§. XV. Per *noui operis nunciationem* (VIII) iura itidem ſarta tectaque ſeruantur, quæ facienda reſpectu operis vel inchoati, *l. 5. §. 2. D. de nou. op. nunc.* vel inchoandi, *l. 21. §. 3. eod.* quod vergit in alterius præiudicium. *l. 1. §. 11. eod.* Eſt illa

Octauum remedium eſt noui operis nunciatio.

vel *realis* vel *verbalis* vel *iudicialis.* *Verbalis* aduerſarium facit poſſeſſorem. *realis* illam nobis tuetur. Vnde ſi in noſtro ab alio aliquid fuit ædificatum, conſultius *realis* adhibetur. ſi in ſuo, quamuis in noſtrum præiudicium, *verbalis* vel *iudicialis* adhibenda. *l. 5. §. 10. d. t.* Priuata prohibitio *noui operis nunciatio* primario dicebatur, oppoſita nonnunquam prætoriæ ſeu iudiciali: *l. 3. §. 2. d. t.* adeoque non ſemper denegatur hoc interdictum, ſi vel maxime nunciatio priuata negatur. Imploratio officii iudicis magis vſitata hodie pro decernendo mandato inhibitorio ſub pœna demolitionis, quam illa priuata prohibitio. Quid? quod nunciatio priuata tantum vſum habuiſſe videatur, vbi periculum in mora erat. Exorbitans enim et a iuris ratione alienum eſt, ſine iudice ſibi ius dicere, vti probatum dedi in *tract. de action. ſect. 2. cap. 4. §. 44.* et in *diſſ. de pœna ſibi ius dic. ſine iud. cap. 1.* Valde interim conducit, ad opus in præiudicium meum faciendum impediendum. Morbo enim futuro ſemper præſtat occurrere, quam præſentem depellere. Atque facilius opus fieri prohibetur, quam ad perfectionem deductum deſtruitur. Quodſi prohibitus contra prohibitionem legitime factam ædificat, nuncianti datur edictum demolitorium, *l. 20. §. 1. d. t.* vel hodie mandatum S. C. LYNCKER *cap. 5. ſect. 1. §. 13. n. 10. ſqq.* A LVDOLF *iure cam. ſect. 1. §. 10. pag. 140.* Et licet cautio de deſtruendo ædificatum, ſi poſt adparebit, contra ius ædificatum eſſe, acceptanda ſit: *l. 5. § 17. d. t.* hac tamen nuncians contra omne damnum munitus eſt, et ſic etiam contra damnum futurum, ſeu imminens, ſibi nuncians ſatis proſpexit.

Nonum remedium eſt recu-

§. XVI. Porro (IX.) contra grauamen futurum iudicis *exceptio ſuſpecti iudicis* in promtu eſt, quo iudex, qui vel infeſtus,

feſtus, vel alio modo non incorrupte iudicaturus creditur, recuſari poteſt. Cauſſæ ſuſpicionum iure ciuili legitime ſunt probandæ. Id quod cum ſæpe non ſine periculo et difficultate fieri poſſit: nouum quoddam excogitauit remedium *ius canonicum*, quo facilius quiuis iudex recuſari, et forum ordinarium declinari poſſit, ſcilicet per iuramentum, quod vocatur, *perhorreſcentiæ*, quo quis adſeuerat, ſe valde timere, ne ab inferiore iudice æquam et incorruptam iuſtitiæ adminiſtrationem impetraturus ſit, definiente LAVTERBACHIO *diſſ. de iuram. perhorr.* §. *6.* vt adeo a reo probatio ſuſpicionis non requiratur, ſi petat ſe admitti ad iuramentum perhorreſcentiæ, vbi iurat: **daß er nicht glaube, noch ſich verſehe, daß** iudex N. **ihm wider** Titium **gleiche durchgehende** iuſtiz adminiſtriren **werde**; quam formulam ſuppeditat BERGER in *diſcept. for. ad proc. Saxon. lib. 2. p. 353.* Solam igitur timoris allegationem ſufficere, docet FELTMANNVS *de iur. perhorr. l. 1. c. 4.* cuius iuramenti ſedes eſt *in c. 11. de reſcript. in 6to.* Denique hoc iuramentum vſum non tantum contra ſingulos, ſed etiam contra integra collegia, locum habet, cum nulla poſſit diuerſitatis ratio dari, vti RESPONSO HALLENSI menſ. Nou. 1708. declaraui in *iur. eccleſ. lib. 2. tit. 2.* §. *vlt.* vbi §. *69. ſqq.* huius iuramenti rationem et naturam explicaui. Nemo igitur non videt, prodeſſe hoc remedium litiganti ad ſe tuendum contra grauamen a iudice inferendum: quod melius eſt, quam a grauamine illato appellare. De grauaminibus, quæ a iudice procedunt, peculiari capite agit LYNCKER *c. tract. cap. 3. parte 2.* *[margin: ſatio ſuſpecti iudicis.]*

§. XVII. Non inepte (X.) porro inter remedia ius futurum conſeruandi refertur *tertii interuentio.* Quodſi enim inter alios cauſſa agatur, hæc vero etiam tertium eatenus contingat, *[margin: Decimum eſt interuentio.]*

vt eius, ſi non in præſens, ſaltem *in futurum* intereſſe queat: tertio etiam extraiudicialiter grauato appellare licere docet LYNCKER *c. tract. cap. 4. §. 8. n. 1. ſq.* Ita tertii, veluti venditoris, intereſſe poteſt, ne res vendita euincatur, ob futuram, ad quam emtori obſtrictus eſt, euictionis præſtationem, ideoque ad rem ſartam tectamque ſeruandam tertius pro ſuo intereſſe interuenire, et cauſſæ vna cum principali adſiſtere poteſt. *l. 63. D. de re iud. l. 29. D. de inoff. teſt.* vid. GAIL. *1. obſ. 70. n. 1.* MEV. *1. dec. 10. n. 1.* quid quod inuito principali interuenire tertius ob intereſſe futurum poſſit. *l. 19. C. de liber. cauſ. l. 14. D. de appell.* *Difficilior enim poſt executionem futura eſt iuris tertii executio.* MEV. *1. obſeru. 18. n. 5.* cum propriam defendat cauſſam, *l. 2. §. 1. D. quando appell.* ex qua lucrum ſperat aut damnum metuit. Quamuis enim inter alios acta tertio non præiudicent, id tamen non vniuerſale eſt, et ſic etiam interuentio eo magis admittenda, quod etiam ab actu inter alios celebrato tertius appellare queat, vti a tranſactione, ſi prætendat, factam illam eſſe in ſui circumuentionem, v. GAIL. *1. obſeru. 7. n. 14.* denique conſulere etiam ſibi per proteſtationem poſſit etiam extraiudicialem. LYNCKER *c. l. cap. 4. §. 8. n. 5.* vbi plures adduxit caſus, quibus res inter alios acta tertio præiudicet. Præterea tertius interdum et *ſine principali interuentione* agere poteſt. cum tertii forſan plus interſit, vtpote ſi ſuperior ciuem cuiusdam ciuitatis ad aliud molendinum ire prohibeat, hic vero ſibi exinde nihil damni inferri videat, quod prohibentis molendino vtatur, adeoque obſequi decreto prohibentis non recuſet, magiſtratus tamen vel ciuitas, cuius intereſt, libertatem ciuium ſuorum non imminui, prouocare poteſt, ne in futurum et ceteris eadem ſeruitus imponatur. Plura exempla adfert LYNCKER *c. l. §. 10.* quæ docent:

docent; *propter quale quale tertii intereſſe appellari poſſe. l. 6. D. de appell.* MEV. *3. dec. 214. n. 5.* Cum inter debitorem et primum creditorem cauſſa agitur, ſecundus pro ſuo intereſſe etiam interuenire poteſt. MEV. *4. dec. 285.* Id enim ſecundus tantum habiturus eſt, quod deducto potiore credito ſupereſt, *l. 20. D. de ſolut.* et ſecundi maxime intereſt, ſincere et ſine colluſione cuncta agi. Quodſi ergo tertius intereſſe ſuum, etiam futurum, doceat ſummarie, recte interuenit, cum etiam appellare queat. GAIL. *1. obſeru. 122.* MEV. *4. dec. 342.*

§. XVIII. Sæpe etiam (XI.) *ius futurum*, ob citationem creditorum quorumcunque ad motum concurſum, in iudicium deduci et ita conſeruari poteſt. Quæritur enim, vtrum, qui ius *conditionale*, cuius exiſtentia a futuro incerto adhuc dependet euentu, habent, concurſui creditorum ſeſe immittere queant, vt conditione forſan, vel caſu eueniente, facilior iuris ſit perſecutio? Eleganti *ſponſionum* exemplo rem illuſtrare iuuat. Ponamus, quoſdam ſponſiones ſuper re licita, veluti futuro quodam euentu, iniiſſe. Hic, pendente caſu vel futuro euentu, ius dubium plane atque incertum eſt; quæritur ergo, an, ſi pendente hoc euentu concurſus ſuper alterius ſpondentium bonis oriatur, alter ob hoc ius euentuale claſſificari poſſit? Occurrunt ſæpe in pactis dotalibus promiſſiones conditionales, veluti de dotalicio vxoris ex feudo præſtando, *ſi maritum ſuperuixerit*, cuius euentus, adhuc viuente debitore, incertus eſt. Sæpe adſunt creditores, quibus in diem debetur, vt actionem in præſenti mouere non poſſint; qui tamen moto concurſu, de ſecuritate *iuris* futuri ſolliciti eſſe debent. Atque hos quoque, moto concurſu, audiendos eſſe, exiſtimo, ad hunc effectum, vt euentualiter etiam locentur. *l. 4. D. de ſeparat.* Hoc vrgens

Vndecimum occurrit in moto concurſu.

neceſſitas iuſtificat, quod alioquin inanis futura ſit actio eueniente conditione et die, adeoque eos quoque citandos eſſe, ait BRVNNEMANNVS *de concurſ. cred. c. II. §. 7.* Vnde et olim *creditor conditionalis* in poſſeſſionem bonorum ſeruandorum cauſſa mitti poterat per *l. 6. pr. D. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* quidni ergo in tali naufragio rerum debitoris ad concurſum eſſet admittendus, et euentualiter locandus?

Duodecimum remedium pro iure futuro conſeruando eſt tranſactio.

§. XIX. Præterea vero (XII.) inquirendum eſt: vtrum etiam pro *conſeruando iure futuro*, veluti fideicommiſſo, tranſactio permiſſa ſit? et an fideicommiſſarii de fideicommiſſo, tanquam *iure futuro* inter ſe valide tranſigere poſſint, vt lites futuras grauiſſimas euitent? Prolixius hanc quæſtionem examinat HARPRECHT *de tranſact. ſuper fideicommiſſo inter perſ. ad illud vocatas*, quam paucis examinabimus. Eſt videlicet eiuſmodi tranſactio *fideicommiſſi dubii inter perſonas ad illud vocatas, aliquo dato vel retento, conuenta deciſio, vt futuris litibus obuiam eatur.* Anſam præbere eiuſmodi tranſactioni poſſunt, vel incertitudo conditionis ſeu futuri euentus, ad quem teſtator vel fideicommiſſi inſtitutor reſpexit: vel lites, quæ de præſenti ſuper fideicommiſſo iamiam motæ ſunt, vel in poſterum metuuntur. *l. 1. C. de pact. l. 2. l. 11. C. de tranſact.* Hoc vero adfirmat et defendit HARPRECHT. *c. l. §. 5. n. 4. ex l. 11. C. de tranſact.* cuius verba hæc ſunt. *de fideicommiſſo a patre inter te et fratrem tuum viciſſim dato, ſi alter veſtrum ſine liberis exceſſerit, interpoſita tranſactio rata eſt.* Expendi etiam pro hac ſententia poteſt *l. 78. §. fin. D. ad SCtum Treb.* et *l. 1. C. de pact.* cuius verba notabilia hæc ſunt. *conditionis incertum inter fratres non iniquis rationibus conuentione finitum eſt. l. 16. C. eod.* Valida ergo perhibetur fideicommiſſi alienatio, ſi omnes de familia in alienatio-

nem

nem conſentiant. *l. 120. §. 1. D. de Leg. 2.* conf. KNIPSCHILD *cap. 11. n. 379.* Et hæc quidem quoad fideicommiſſum *ſimplex* et *purum* certa ſunt, cum fauori et iuri ſuo renunciare cuiuis ſit integrum. *l. pen. C. de pact. l. 51. C. de epiſc. et cler.* De fideicommiſſo *conditionali* et *in diem* relicto quidam vel ideo dubitant, quod iuri futuro renunciari non poſſit per *l. 45. §. 1. D. de leg. 2.* Idem tamen de hoc dicendum eſſe euincunt FVSAR. *de fideic. quæſt. 587. n. 1. ſqq.* KNIPSCH. *cap. 16. n. 120. ſq.* qui *fauorabilem eam tranſactionem eſſe*, ait, *quod votum captandæ mortis auferat. l. 11. C. de tranſact.* ALCIATVS *ad l. 1. n. 9. C. de pact.* CARPZ. *P. 2. Conſt. 35. n. 1. ſq. et inter fratres concordiam alat, ac æqualitatem ſeruet.* Conf. PETRVS de PETRA *de iure quæſ. per princ. non toll. c. 6. Part. II. n. 96.* et *cap. 29. n. 56.* KNIPSCHILD. *cap. 11. n. 102.* Idem etiam in bonis maioratus procedere, ſcribit MOLINA *de Hiſp. prim. cap. 9. n. 30.* VRCEOL. *de tranſact. Quæſt. 50. n. 48.* Ceterum ſi inter omnes de familia controuerſia ſuper fideicommiſſo oriatur: ad tranſactionem conſenſum maioris partis non ſufficere, contendit HARPRECHT *de ſucceſſ. tract. 5. §. 9.* et potius omnium conſenſum deſiderari, adeo, vt vel vno contradicente tranſactio non ſuccedat, *l. 120. §. 1. D. de leg. 1. l. 11. C. de fideic. l. 8. D. de aqu. pluu. arcend.* quia ſingulorum de certo hic luditur. Cauſſa impulſiua tranſactionis huius eſt euitatio litium futurarum, *l. 2. C. de tranſact.* quas qui exſecratur, a verecunda cogitatione merito laudatur a ICto in *l. 4. §. 1. de alien. iud. mut.* Obiectum igitur tranſactionis huius eſt fideicommiſſum dubium per *d. L. 1. C. de tranſact.* ſufficit tamen ſola futuri euentus incertitudo, vt in fideicommiſſo conditionali, ſimplici et reciproco, de quo loquitur *l. 1. C. de pact. l. 11. C. de tranſ.* Incerta eſt enim

nim conditio, vter ſcilicet fratrum prior vita ſine liberis exceſſurus, ſuamque portionem alteri relicturus ſit? Ob quem dubium et plane incertum mortis, et obuenturæ hereditatis euentum remiſſionem fideicommiſſi dato aliquo et accepto omnino ſuſtineri autumant GILKEN *ad d. l. 1. C. de pact. n. 9. ſq.* VINNIVS *de tranſ. c. 1. n. vlt. et cap. 4. n. 3.* BRVNNEM. *ad d. l. D. de tranſ. n. 2.* multo magis lite ſuper fideicommiſſo mota, eaque in iudicio adhuc pendente, tranſactio permittitur. Tunc enim fideicommiſſum manifeſto dubium eſt, *dummodo euidens calumnia non detegatur*, vt recte limitat HARPRECHT. *c. l.* §. *19. n. 18.* Sufficit etiam timor, periculum, ſuſpicio litis futuræ, vt fideicommiſſum pro dubio habeatur arg. *l. 2. C. de tranſ. modo hic timor probabilis ſit, nec falſis perſuaſionibus atque mendaciis, doloſe confictus, aut ex leuitate excogitatus, et colorate propoſitus deprehendatur*, vti IDEM *c. l. n. 31.* recte iudicat. Non vero ſola tranſigentium aſſertio ſufficit, qui lites poſſent fingere: ſed aliunde de lite vel eius probabili exiſtentia adparere oportet, vt pluribus probat HARPRECHT. *cit. l.* §. *20.* Admittendo vero tranſactionem ſuper futura fideicommiſſi ſucceſſione concurrentibus dictis circumſtantiis, nihil detrahimus ſententiæ noſtræ *cap. I.* comprobatæ, quod actio ſuper iure futuro in iudicio non ſubſiſtat. Quamuis enim agi ſuper iure futuro nequeat regulariter: res tamen futuræ et ſpes ipſa in contractum et tranſactionem recte deducuntur. Sic v. g. emi vendi ſpes poteſt, *l. 8.* §. *1. D. de contr. emt.* tametſi ex legato vel fideicommiſſo conditionali proueniat: *arg. l. 11. 17. et 19. D. de hered. vel act. vend.* ſpes futuræ actionis etiam donari poteſt, *l. 3. C. de donat.* et per pactum deterior reddi. *l. 21.* §. *4. l. 46. D. de pact.* vid. BRVNNEM. *diſp. de ſpe cap. 3. n. 18. ſqq.* Quibus accedit vnanimis Doctorum,

rum, quos adducit HARPRECHT. *c. l.* §. 22. conſenſus, pacto fideicommiſſum conditionale remitti poſſe. Quadrant huc verba GALERATI *de renunc. 44. n. 15.* quæ recenſet HARPRECHT. *c. l.* §. 25. *n. 9. ſqq.* Ait GALERATVS *In iure futuro duo conſideranda, nempe ipſum ius futurum, et ſpes, quæ appellatur incertum quid. Ipſum ius futurum recte dicitur non eſſe in rerum natura, nec vlli quæſitum; ipſa ſpes vero, ſiue illud incertum, quod diſtinctum eſt a iure futuro recte deducitur in contractum, ita vt remittendo illam, remiſiſſe quis videatur exſpectationem illam, quæ pendet a quodam futuro euentu. Nec ideo dicendum, quod ſe priuauerit iure quodam, quod non habeat ſiquidem ſpes, debitum iri, iam quæſita eſt remittenti, et de præſenti illi competere dicitur.* VINNIVS *d. l. cap.* 18. *n.* 4. FVSAR. *quæſt. 310. n. 8. ſqq.* Ex eadem ratione fideicommiſſum familiæ ne quidem extra obiectum huius tranſactionis vagari probatum dedit HARPRECHT *c. l.* §. 26. quod quidem ex LL. et auctoribus antea allegatis facile adparet. Maius vero dubium occurrit, ſi is, qui fideicommiſſum familiæ conſtituit, tranſactionem expreſſe prohibuerit, cuius voluntatem ſeruandam nec vllo modo circumueniendam eſſe, tam ſeuere inculcant leges, adeoque geminata huc concurrit prohibitio hominis et legis. Verum hoc nihil impedit, quo minus requiſitis ſupra notatis concurrentibus valida eiuſmodi ſubſiſtat tranſactio. *Qualis enim*, ait HARPRECHT §. 43. *n. 2. ſqq. inſtitutum fideicommiſſum perpetuum in aliqua familia ſit pomum Eridos, atque anſa futura, vt exinde grauiſſimæ inter liberos et parentes, inter fratres germanos horumque poſteros colliſiones, odia, lites propullulent, vt ex illis non ſoltum ipſius familiæ ruina naſci, verum etiam reipublicæ quies et ſalus facile aliquid detrimenti capere poſſet?* Nonne eiuſmodi prohibitio *de non tranſigendo*, cum ſit litium nutrimentum, contra bonos mores eſſe dici poſſet? Vt

taceatur

taceamus, Doctores preceptum de non remittendo fideicommiſſum per modum conſilii factum interpretari. GILKEN *ad L. 1. C. de Pact. n. 24.* Nec ſola maioratus vel iuris primogenituræ inſtitutio obſtare poterit, quo minus ſuper eiuſmodi fideicommiſſo bona fide celebrata tranſactio ſubſiſtat, fatente MOLINA *de Hiſp. primog. lib. I. c. 1. n. 15.* etiamſi hi maioratus peculiares habeant leges et conſuetudines. Tranſactione ergo dicto modo perfecta, tranſigentes fideicommiſſarii eidem ſtare ſine dubio tenebuntur, precluſa omni contraueniendi facultate. *L. 9. §. 1. D. de aqu. pluu. arc.* Nec ad iura valide renunciata et remiſſa vllus porro datur regreſſus. *arg. l. 11. C. de fideic. l. 120. §. 1. de leg. 1. L. 14. §. 9. de Aed. ed. l. 11. D. de min. l. 4. C. de pact.* Non enim minor tranſactioni huic, quoad ipſos tranſigentes, quam rebus iudicatis tribuitur auctoritas, arg. *L. 20. C. de tranſ.* adeoque exceptione tranſactionis, quæ eſt litis finitæ, a limine iudicii repellitur petitor, vti ſunt verba HARPRECHTI *§. 33. n. 7. ne alioquin remedium finiendarum litium, fiat earundem ſeminarium. L. 11. f. C. de R. cred.* vid. MERLINVS *dec. 767.* Nec conditione poſtea exiſtente, veluti ſi liberi ei naſcantur, audiendus eſt tranſigens; neque enim amplius conſideratur, quod accidit, ſed quod ante tranſactionem celebratam accidere poſſe ſciuit, cum alias vix leoninæ conuentionis notam effugeret hæc tranſactio, bene obſeruante GILKEN ad *L. 1. C. de pact. n. 14. ſq.* Ante omnia tamen *bona fides* in tranſactione obſeruata deſideratur, ita, vt euidenter de ea conſtet, ne quiſquam quoad eam tam circa *cauſſam*, quam *modum* tranſigendi defectus admittatur. *Cauſſam* legitimant lites, quas ante adduxi, inter fideicommiſſarios inextricabiles, quæ ſi tanti ſint momenti, vt contra omnes in futurum in fideicommiſſum ſucceſſores excitari facile queant, et eorum

rum futurorum ſuccedendi ius non minus quam tranſigentium præſens dubium efficere valeant: palam eſt, bonam fidem in aprico poſitam eſſe, et commodum non minus in hac tranſactione *futurorum ſucceſſorum*, quam *tranſigentium* verſari, conſequenter et ad illos ſeſe extendere obligationem. Circa *modum* vero tranſactionis nihil deficit, ſi integra tranſactio *ſincere* et *prudenter*, ſollicitorum adminiſtratorum more, perfecta: ſi intereſſe futurorum ſucceſſorum non neglectum: ſi tranſigentes facto demonſtrarunt, ſe defuncti voluntatem, quoad fieri potuit, ſancte ac ſollicite ſeruaſſe: vid. VRCEOLVS *quæſt. 50. n. 27.* ſi denique fideicommiſſi poſſeſſor nihil, quod ad ſuam defenſionem conferre potuit, intermiſit. Vid. PEREGRINVS *de fideic. art. 52. n. 81.* CARD. de LVCA *tom. 10. tit. de fideic. diſc. 94. n. 3.* Recte ergo MERLINVS *dec. 767. n. 12.* ait: *Materia fideicommiſſorum adeo anceps eſt et perplexa, et illorum euentus in iudiciis tam incertus, ut fere ſemper laudabilis videri poſſit et proficua tranſactio.* Quodſi e contrario ius tranſigentis apertum nec prægnantibus obnoxium dubiis, adeoque perſecutio eius fuiſſet facillima: *bona fides* deficit, magisque imprudenter facta cenſetur, adeoque eo caſu in alia omnia ire, ſuadet æquitas.

§. XX. Denique (XIII) iure Germanico etiam *pactis ſucceſſoriis* ius futuræ ſucceſſionis ſartum tectumque conſeruari poteſt, quorum efficaciam contra iuris Romani principia probatam dedi in *exercit. de ſucceſſ. coniug. ex pact. dotal.* et erudite illuſtrauit B. HEINECCIVS *in elem. iur. Germ. tom. I. lib. II. §. 149.* Non prolixe ſpecies pactorum horum perſequar, ſed paucis tantum adſero, de *futura hereditate adquirenda* non tantum coniuges, ſed alios etiam valide paciſci poſſe: cum, quod coniugibus iure Germanico permiſſum, aliis quoque denegari nequeat. *Decimum tertium remedium occurrit in pactis ſucceſſoriis.*

 Neque

Neque vero talia pacta coniugum de *reciproca ſucceſſione* propterea quinarium numerum teſtium deſiderant, nec *reuocabilia* ſunt vsque ad extremum vitæ halitum, ceu de teſtamentis iura Romana diſpoſuerunt. Hæc enim principia iuris Romani ad inſtituta iuris Germanici, quæ iuri Romano prorſus repugnant, trahi nequeunt, vt obſeruaui in *cit. exerc. circa fin.* et *in præf. tom. II. conſult. et deciſ.* §. *VI.* Pariter pro conſeruanda fratribus hereditate filiæ illuſtres in pactis dotalibus renunciare ſolent futuræ ſucceſſioni parentum, quæ pacta iure Romano vi omni deſtituta, iure Germanico tamen pariter rata ſunt, licet ius canonicum *iuramentum* præterea deſiderauerit. Eo magis autem fauorem hæc pacta merentur inter nobiles et illuſtres, quod his pactis antiqua *iuris Germanici* diſpoſitio, qua ſucceſſio filiarum tantum *ſubſidiaria* erat, conſeruetur, vt optime obſeruauit GVNDLING *in diſſ. de renunc. fil. ill. c. II.* §. 4. dicens: *Nam donec Romana et canonica inſtituta fora perſonarent, promiſcuam liberorum ſucceſſionem variis argumentis defendi cepta: non poterant non nobilibus viris in mentem venire dictæ renunciationes. Neque enim illæ eo fine ac ſenſu ſuſcipiebantur, vt ius renunciantibus competens abdicaretur, atque maſculis adcreſceret: ſed vt duntaxat indicaretur, nolle feminas illuſtres ex nouo iure, quod in foris circumſtrepare accipiebat, præſidium petere, ſed vetuſto mori suo relictiarum lorum.* Quamdiu enim peregrina exulabant iura, renunciationes filiarum nec neceſſariæ fore erant, nec vtiles: ipſa lex patriæ excludebat ſequioris ſexus prolem, quod igitur hac parte ſuſceptum; cautionis ac ſecuritatis gratia placuit, ne forte Romanis imbutis principiis negotium faceſſerent antiqua tuentibus. Vnde et inutilis formula; bis auf einen ledigen Anfall, qua ſibi in caſum extinctæ ſexus maſculini hereditatem reſeruant: cum illis *ſubſidiaria ſucceſſio*, maſculis exſtinctis,

ſinctis, in dubium haud vocetur, vt taceam, quod, cum nihil ex ſuo iure ceſſerint, nihil ſibi reſeruare poſſint. Diverſum ſtatuendum circa pactum de hereditate *tertii viuentis*, et non conſentientis, quod merito iura reprobarunt per *l.* 30. *C. de pactis*, in qua vocatur *pactum de aduentura hereditate*, cuius vſum hodiernum ex ſolidis fundamentis probatum dedit ILL. DN. DE LVDEWIG *diſſ. de differ. iur. Rom. et Germ. in pactis de ſuperſtit. heredit.*

§. XXI. Praecipuis remediis, quae pro *iure priuato futuro* conſeruando prodita ſunt, enodatis, ex IVRE CANONICO apprimis capita, ad tractationis noſtrae illuſtrationem facientia, producere iuuabit. Ab initio huius capitis ſatis ſuperque dictum, quid ius canonicum circa iuris futuri conſeruationem per *appellationem* contra quoduis *grauamen inferendum* et *futurum* diſponat, quibus generalibus ſpecialia quaedam exempla et caſus ex iure canonico addam. Videlicet, prout pontifex generaliter facilis eſt in appellationibus recipiendis ex rationibus, vt ſupra diximus, admodum politicis: ita nec eos auxilio deſtituit, qui largiſſimum hoc appellationis beneficium adprehendant, contra imminens quodcunque praeiudicium ex inſtanti *futura electione, poſtulatione, beneficii collatione, prouiſione, inueſtitura eccleſiaſtica*, et aliis. Conf. LYNCKER *de grauam. extraiud. cap. 1. P. II. ſect. 2. & 1. n. 4. ſqq. pag. 238.* Circa *electionem praelati* obſeruo, quod ſicuti ex praeſcripto ordine, abſque omni fraude et colluſione peragenda, ita ſi quis plurimos e capitulo eligentium contra ſe pecunia corruptos ſuſpicetur, ſi quidam capitulares, qui vocem forſan ſua illi deſtinauerant, non legitime vocati vel exſpectati fuerint, ſi aliud quid in odium ac praeiudicium ſuum in actu electionis fuerit ſuſceptum: grauatum ſe putans, appellare ad *pon-*

Ius canonicum etiam indulget appellationem in materia beneficiorum.

Vehat contra electionem.

tificem, vel in capitulis immediatis Imperii protestantium, vel *Imperatorem* poteſt, qui ex iuſta cauſſa inhibere actum electionis poſſunt, adeo, vt, quod contra hanc appellationem attentatum, nullum ac reuocandum ſit. Dilucidis hæc pontificum conſtitutionibus conſolidari poterunt, velut BONIFACII VIII. in *cap. 8. de appell. in 6to.* vbi ſtatuit; *vt ab electionibus, poſtulationibus, prouiſionibus et quibuslibet actibus extraiudicialibus, (in quibus poteſt appellatio interponi) quisquis ex eis grauatum ſe reputans, per appellationis beneficium grauamen illatum deſiderauerit reuocari, intra decem dies (poſtquam ſciuerit) ſi velit, appellet.* Similiter INNOCENTIVS IV. in *cap. 1. de elect. in 6to.* notanter ait *vt ſi quis electionem, poſtulationem vel prouiſionem factam impugnat, in formam obiiciens aliquid vel perſonam, et propter hoc ad nos appellari contigerit, tam is qui opponit, quam qui defendit, et generaliter omnes, quorum intereſt, per ſe vel procuratores, ad cauſſam inſtructos, ad ſedem apoſtolicam a die obiectionis iter arripiant intra menſem.* Nullum vero eiuſmodi electionis actum contra appellationem interpoſitam continuatum pronunciat INNOCENTIVS III. in verbis initialibus *cap. 19. X. de elect. cum autem ex vtriusque partis aſſertione conſtaret, interpoſitam fuiſſe appellationem, ne fieret electio, ipſi canonica, videri poterat, quod poſt eam medio tempore nihil debuit innouari: vnde talis electio iudicanda erat irrita et inanis, vtpote poſt appellationem canonice interpoſitam attentata.* Idem repetit in *cap. 29. eod. in fine.* Exempla quædam grauaminum, ob quæ ad curiam Romanam appellatum, ſuppeditant *d. cap. 19. et 29. X. de elect.* et *cap. 45. X. de appell.* Illuſtre itidem exemplum appellationis contra inordinate factam electionem abbatiſſæ Quedlinburgenſis exhibui *in iur. eccleſ. tom. I. lib. 22. tit. de elect. §. 44. ſq.* et *49. ſq.* vt valde hoc appellationis remedium conducat ad actum electionis, in quo appellans

lans varia in ſuum præiudicium commiſſa eſſe, ſummarie docere debet, impediendum et prorogandum, cum facilius eiuſmodi actus inhibeatur, quam ad perfectionem deductus annulletur. Nec obſtat, nullum alteri ante electionem perfectam ius quæſitum eſſe. Sufficit enim de *iure canonico* ad appellandum grauamen *imminens* et inferendum per *cap. 18. X. de appell.* vti ſuperius monſtratum. Tale in primis præiudicium eſſe poteſt in Germania; vbi per electionem capitularium non tantum *præſules eccleſiaſtici*; ſed ſimul creantur *electores* et *principes imperii.* Quis vero ſibi eiuſmodi illuſtrem dignitatem per iniquam machinationem forſan ereptum iri extimeſcens, acheronta non moueret, præſertim ſi ei accedat pars capituli *minor* quidem, ſed *ſanior*, et rebus Germaniæ ac paci publicæ inſeruiens voluntas? Aequale enim in noſtro imperio principes eccleſiaſtici cum ſecularibus in comitiis habent pondus, purpura non minus quam gladio et ſceptro conſpicui, ita, vt extra dignitatem et ſtatum eccleſiaſticum cum Italiæ aliorumque regnorum epiſcopis comparari nullo modo poſſint, et vix reprehendendus cenſeatur, qui ad actum talem impediendum aut proteſtandum quævis tentat. Impedit hæc appellatio ius *deuolutionis* ad ſuperiorem, qui hoc ius exercet, ſi intra præſcriptum tempus vacanti beneficio haud prouideatur. Appellatio enim inſtantem electionem neceſſario ſuſpendit, adeo, vt ea non obſtante facta foret nulla per *cap. 10. et 19. X. de elect.* conf. *modoeti. ius eccleſ. tom. I. lib. 1. tit. de ſuppl. neglig. prel.* §. 6. *ſq.* Conſtitutum enim hoc ius deuolutionis eſſe, ait INNOCENTIVS III. *in cap. 41. X. de elect. ne pro defectu paſtoris gregem dominicum lupus rapax inuadat, aut in facultatibus ſuis eccleſia viduata diſpendium patiatur.*, et quidem in pœnam negligentiæ, qua ceſſante pœna quoque deuolutionis ceſſat.

§. XXII.

Contra poſtulationem.

§. XXII. Idem appellationis beneficium indulgeri potuiſſet contra *poſtulationem*, uti verba §. antec. expreſſa *cap. 6. de appell. in 6to. et cap. 1. de elect. in 6to.* declarant. Contra quam ex iisdem, quibus contra electionem, appellatio recipitur. Gravari enim precipue ex poſtulatione poteſt concurrens *eligibilis*, qui per duas tertias a poſtulabili ſuperatus, varia in actu electionis in ſui praeiudicium et illegali more facta allegans, vel poſtulabili defectum indiſpenſabilem obiiciens, contra inſtantem actum poſtulationis appellare poteſt. Appellatum autem hic tantum ſuper praeiudicio futuro, cum nulli eorum ius adhuc quaeſitum ſit, eligibili hoc modo excluſo per maiora, poſtulabili vero ante diſpenſationem a ſuperiore impetratam omni iure deſtituto, per *cap. 5. X. de poſt. prael.* Idem in *cit. cap. 2. de elect. in 6to.* extenditur in genere ad *proviſiones* quaſcunque, adeo in genere ab hac appellatione eximitur beneficii collatio, per *cap. 2. de appell. in 6to.* et *cap. 45. X. de appell.* Sic enim in *cap. 11. de appell. in 6to.* pronunciat BONIFACIVS VIII. dicens: *vel collatione beneficii, quam communiter per epiſcopum et capitulum in tuum praeiudicium factam eſſe proponis, te ad ſuperiorem* [illegible] *appellare.* Ab *inveſtitura eccleſiaſtica* etiam legitime ad pontificem fuiſſe appellatum probant verba *cap. 46. X. de appell. et cum iſte vellet illum et inveſtituram porrigere, dicentibus ad ſedem apoſtolicam appellatum, contra te* [illegible] *allegatis.* [illegible] denique contra varias moleſtias appellationum exempla ſuppeditant *cap. 51. et 57. X. de appell.* unde LYNCKERVS *de gravam. extraj.* recte ait: *cap. 1. ſect. 1. §. 8. n. 9. ſqq.* '*Ubi perſona publica, una vel plures, in actu publico, extra iudicium peragendo, aliquid ei cum gravamine provocantis conſtituit,* v. c. *ſi beneficium alteri cuidam in praeiudicium meum collatum fuerit, vel ago, ut electio item-*

Contra beneficii collationem,

inveſtituram eccleſiaſticam,

tempore collatio fiat, metuo: Sic enim ab inferendo etiam grauami-ne prouocari poſſet. Ceterum patronum etiam pro futuro præ-iudicio auertendo appellare poſſe, docet LYNCKER. *cit. tr. c. III. P. I. §. 6. n. 3.*

§. XXIII. Quamuis autem ius canonicum ratione *futu-rum* benignum deprehendatur, abſolute tamen (I) INNOCEN-TIVS III. *in cap. 36. X. de elect.* prohibet, deliberationes ſuper *futura* epiſcopi *electione* inſtitui epiſcopo adhuc viuente, in ex-tremo licet mortis articulo conſtituto, vt indicant verba *c. cap. 36. epiſcopo in extremis agente, cum de conualeſcentia ipſius deſpe-raretur.* Quid quod omnes eiuſmodi deliberationes interdictæ ſunt, antequam defunctus epiſcopus terræ mandatus, vti adparet ex eiusdem cap. verbis *corpore epiſcopi nondum tradito ſepulturæ, habuerunt de ipſa electione tractatum contra canonicas ſanctiones.* Vnde et coadiutor, qui morbo vel ſenio confecto prælato in ad-iutorium datur, primario ob ſpem ſuccedendi non conſtituitur, et magis proepiſcopus et vicarius, quam coepiſcopus eſt, cum canones duos in eccleſia epiſcopos tanquam monſtrum abhor-reant, per *cap. 14. X. de off. iud. ordin.* quamuis id pontifex iure nouo non adeo adſpernari videatur, dum concurrentem ſibi ar-rogat cum omnibus prælatis poteſtatem, ſecundum CONC. TRIDENT. *ſeſſ. 25. de reform. cap. 7.* Coadiutor tamen etiam ob ſpem *futuræ ſucceſſionis*, cauſſa diligenter a pontifice cognita, dari poteſt, ſi nempe variæ ex ſedis vacantia metuuntur ratione *cauſſarum publicarum* contentiones, veluti in capitulo Mogun-tino, cui ſede vacante alii principes nec officium archicancella-rianis in comitiis, nec functionem decani in collegio electorali concedunt. Iure ergo nouo *decretum* huc pontificis requiritur, cum coadiutoris datio maioribus cauſſis adnumeretur per *cap. 1. X. de*

Inſtitui ne-quit viuente epiſcopo delibe-ratio ſuper futura ele-ctione.

Non licet appellare ab effectu confirmationis.

X. de cler. aegrot. in 6to. Praeterea (II) prohibuit, ne appellatio admittatur pro impediendo *confirmationis* futuro effectu, cum ante eam rationabiles cauſſas debuiſſet allegare contradictor, quare electus non eſſet confirmandus. *c. 46. de appell.*

In feudis futura collatio promitti poteſt.

§. XXIV. Ad IVS FEVDALE nos ordo ducit, in quo itidem nonnulla circa argumentum noſtrum conſideranda occurrunt. Ex eo ante omnia huc referri poteſt (I) *feudi exſpectatiua*, qua dominus feudum nondum vacans ſub conditione et in caſum aperturae promittit. Has exſpectatiuarum conceſſiones adprobat B. A LVDEWIG *in diſſ. de different. iur. Rom. et Germ. in pact. de ſuperſt. hered.* quamuis alias ne quidem quam *legi* 30. *C. de pact.* per ius Germanicum detrahi patiatur; vt ſupra iam monitum. Hoc caſu itaque dominus attribuit ius futurum exſpectiuario, cum vaſallum praeſentem ſine legitima cauſſa feudo priuare ideoque alii concedere nequeat; exſpectiuarius vero ſpem ſuccedendi poſt mortem poſſeſſoris ſine heredibus feudalibus naniſcitur. Confirmat autem dominus vel princeps hanc feudi promiſſionem vel per litteras ſacro encauſto munitas, vel per *ſuperinfeudationem*, quam STRVVIVS *in iurisprud. feud. cap.* 9. §. 14. vocat *inueſtituram de ſucceſſionis caducitate, vel in caſum mortis*, dum futurum ſaltem caſum reſpicit et *euentualem* ſucceſſionem. Licet autem exſpectiuarii ius praeſens ſuccedendi in caſum mortis vſque poſſeſſoris quieſcat: impedire tamen quoquo modo poteſt omnia, quae a domino in *futurae ſucceſſionis* praeiudicium attentantur protestando contra inſtantem bonorum, quorum ſucceſſionem exſpectat, promiſſionem alii faciendam, ceteris. Neque vero iniqua iure Germanico eiuſmodi de feudi viuentis promiſſione in caſum, ſi vacauerit, diſpoſitio dici poteſt:

cum

cum dominus diſponat in huiuſmodi pacto de iure ſuo, cuius deuolutionem præuidet, citra vllum poſſeſſoris præiudicium, cuius ius morte exſpirat. Neque metus inſidiarum maculam huic pacto attribuit, a quibus aliena ſunt generoſa pectora; quamuis *per accidens* interdum audiantur ſuſpiria: wären zwey Augen todt, ſo wäre ich aus aller Noth. Adeoque generatim adfirmari nequit, exſpectatiuam ſemper ſine vllo poſſeſſoris incommodo concedi, quod tamen facile deuorare poteſt.

§. XXV. Præterea (II) ad feudi præcipue antiqui alienationem agnatorum omnium ius a primo adſcendente habentium conſenſum neceſſario requiri, regula eſt: ac tantum abeſt, vt alienatio iis inuitis facta, iis præiudicium inferat, vt potius nulla ſit, et reuocari ab agnatis ſuo tempore poſſit. Quodſi tamen conſultius eis videatur, rem eo magis integram ſeruare, proteſtari contra inſtantem alienationem et oppignorationem non prohibentur; quid quod contra intentatam alienationem impetrare poſſint *mandata de non alienando ſine clauſula*, v. BETSIVS *de pact. illuſtr. cap. IV.* § 3. quia faciliorem ſibi hoc modo reddunt agnati *iuris futuri* perſecutionem. Idem multo magis beneficium competit *ſimultanee inueſtitis* vel in coniunctam manum receptis, quæ in Saxonia præcipue obtinet. vid. STRVVII *iurisprud. feud. cap. XIV.* §. 4.

Proteſtatio contra inſtantem alienationem vtilis,

vel mandata S. C.

§. XXVI. Vtilis quoque hoc loco ponderanda venit quæſtio: an poſſeſſor feudi, qui maſculis deſcendentibus deſtitutus, ac tantum filias relicturus, ius ſuccedendi in feuda poſt mortem eius ad agnatos remotiores deuolui nouit, eos vero vel tenaciſſimos, et ob quodcunque leue lucrum ad lites pronos eſſe proſpectum habet, vel parum illorum indul-

An exiſtente poſſeſſore poſſit fieri ſeparatio feudi ab allodio?

gen-

gentiæ ac ſuroris ergo filias poſt mortem ſuam conflictaturas, et proinde grauibus litibus ac contentionibus filias ſuas implicari metuit, an, inquam, poſſeſſor adhuc viuens ad euertendas futuras lites et in ſecuritatem filiarum prouocare agnatos poſſit, ad *ſeparationem* inſtituendam feudi ab allodio, ipſo adhuc viuente? et num agnati litem de præſenti ſuper *iure futuro* ſuccedendi in feuda et ſuper qualitate bonorum conteſtari teneantur? Excipere etenim agnati poſſunt, ius ſibi ſuccedendi præſens ante ipſius mortem non eſſe delatum, adeoque ſuper futura ſucceſſione litem excitari non poſſe, ſed controuerſias has, ad tempus ſucceſſionis futuræ eſſe differendas, cum ad futuras et nondum motas dirimendas nemo adſtringatur, nec cedere alter alteri quid poſſit, quod nondum habet. Quid ſi præterea ex aliis cauſſis agnatorum interſit minus cum præſente poſſeſſore non conſedere? quia ille forſitan fauore fulcitur principis, et magna in aula pollet auctoritate, qua perterriti agnati iura ſua acriter defendere extimeſcunt, ac nimium poſſeſſori indulgere coguntur, ne ille principem vel alios ſuos in aula adhærentes ſibi infeſtos reddat. Quis quæſo, his circumſtantiis concurrentibus, agnatorum exceptionem *nondum competentis actionis* minime fundatam iudicaret? ſi lites has cum poſſeſſore fugere omnes perqos, intendant, faciliorem poſt mortem poſſeſſoris ad ius ſuum perſequendum exſpectantes exitum cauſſæ. Equidem vt plurimum hodie ſolent peti et decerni eo nomine commiſſiones, quibus agnati quidem ſe immittere poſſunt, ſed inuiti non tenentur; re vera enim in hac ſeparatione feudi ab allodio id agitur, vt cauſſa *futuræ ſucceſſionis* inter agnatos et heredes allodiales, antequam eo nomine agi queat, determinetur, quod principiis

cap. I.

cap. I. propoſitis e diametro repugnat; viuentis enim non eſt ſucceſſio, multo minus declaratio peti poteſt de futura ſucceſſione in hæc vel illa bona, quod tamen hac petita ſeparatione intenditur. Alia tamen patri pro ſalute filiarum ſollicito ſuperſunt remedia, quibus futuram filiarum ſucceſſionem in tuto collocare poteſt loco, videlicet recurſus ad examen teſtium extraordinarium: translatio poſſeſſionis bonorum, quæ iure allodiali ſe poſſediſſe credit, in filias, etiam per conſtitutum poſſeſſorium, ne hæc poſt mortem ab agnatis illis præripiatur: ſollicitatio apud curiam feudalem, quo poſſeſſori et agnatis feudalibus iniungatur, vt *dinumeramentum* ſeu *catalogum rerum* in feudum datorum exhibeant, quem iuſte ſibi exhiberi deſiderat curia feudalis, vt docet SCHWEDER *de dinumeramentis* §. 5. *ſqq.* quia domini feudi maxime intereſt, habere eiuſmodi catalogum perfectum, *quo exorta quæſtione vel lite de rerum alicuius qualitate, an allodialis vel feudalis ſit, atque de pertinentiis feudi, non diu quærenda, ſed ſtatim in promtu ſit probatio*, vt ait SCHWEDER *cit. l.* §. 7.

§. XXVII. Denique etiam IVS PVBLICVM non minus ac ceteræ iuris partes ratione argumenti noſtri eſt fœcundum. Ita *capitulatio cæſarea*, quæ inſigne in iure noſtro publico facit momentum, futuram reſpicit ſtatuum imperii ſecuritatem, qua ſeſe muniunt contra futura et imminentia grauamina, quæ libertati eorum optime fundatæ variis modis inſidias ſtruunt. Equidem nemo inficias ibit, imperatorem, nulla etiam extante capitulatione, obſtrictum nihilominus eſſe ad iura ſtatibus intacta relinquenda, ſicuti ea intacta conſeruarunt ſtatus iis temporibus, quibus capitulationes tales in ea forma imperatori haud præſcriptæ fuerunt, quales nunc præ-

In iure publico iuribus futuris proſpicitur ſtatibus imperii per capitulationes.

præ-

præſcribuntur. Etenim quilibet electus imperator tacite ſe obligatum a prima electione ſcivit, ex formula delati imperii generali, vt ſtatibus iura ſemel quæſita illibata relinqueret. Quicunque enim, præcipue hodie, auguſtiſſimum imperatoris Germanici nanciſcatur diadema, perſuaſum omnino habere debet, ſe regibus ac ſummis principibus regali dignitate ac iuribus præditis imperare, non vti alii Europæ reges inferioris longe conditionis ſubditis.* Hiſce tamen non obſtantibus, conſultius viſum fuit ſtatibus, ad iura ſua in poſterum illibata conſeruanda, capitulatione ſcripta in certa ac determinata capita magis imperatorem conſtringere, quam, iuribus ſuis ab eo infractis remedia quærere. Tendunt huc plerique articuli, qui ad inſtar *legis publicæ* ſunt, ſecundum quam futuræ contentiones præcauentur, et quæ e re imperii eſſe videntur, determinantur. Quæ media autem hoc potiſſimum tendant, vt inter caput et membrum vnio, quantum fieri poteſt, conſeruetur, grauiſſimi argumenti res eſt, a ſcopo meo aliena, quam intactam hic, curis eorum, quorum intereſt, relinquo.

Item per proteſtationes, quod declaratur ex materia primogenituræ.

§. XXVIII. *Introductio primogenituræ* ad ea æque in[illegible]mento noſtro eſt accommodata, qua ſolis in poſterum primogenitis ſucceſſio per præſentem diſpoſitionem et conuentionem defertur, excluſis poſtea natis a ſucceſſione in principatum vel ducatum, appanagio modico pro conditione relicto. Quodſi igitur per vnanimem inter omnes, qui ſpem ſuccedendi æqualem hactenus habuerunt, conuentionem ius primogenituræ in domo aliqua introductum, atque ſubſequentum pro more in imperio noſtro ab imperatore confirmatum, dubium nullum ſupereſt, quin eo ipſo omnibus in futurum

poſt

poſt conuentionem initam naſcituris præiudicant quam: quibus cum nullum ius quæſitum ſit, etiam iis per præſentem conuentionem nihil ablatum dici poteſt. Quodſi e contrario æqualis ſucceſſio in aliquo comitatu vel principatu obtinuit hactenus; pater vero, vt maior ſplendor domui accedat atque maneat, primogenito regimen, poſtgenitis vero congruam aſſignet ſuſtentationem, recte poſtgeniti ad æqualitatem prouocant, atque ſi eiuſmodi intentata nouatio ius eorum ſemel quæſitum tollere intendat, *proteſtatione* ſolenni diſſenſum declarant, ſibique remedia ad ius ſuum ſuo tempore perſequendum competentia reſeruant. Contra idem *proteſtationis* beneficium in promtu eſt primogenito filio, ſi ius primogenituræ in principatu aliquo iam a longis temporibus introductum atque obſeruatum; pater vero, æquo erga omnes liberos ductus affectu inter ſingulos filios territorium vel principatum diuidere conetur: eo caſu primogeniti ſibi contra inſtantem diuiſionem *proteſtatione* conſulere debent, quo diſſenſum ſuum declarent, et ius futuræ ſucceſſionis integrum conſeruent. Conf. A LVDOLF *de introd. iuris primog. aphor.* 14.

§. XXIX. Exempla proteſtationum in aliis materiis viſitatorum et optimo adhibitorum conſilio in actis publicis et hiſtoria Germaniæ tam frequentia ſunt, vt, qui ea colligere et explicare vellet, in immenſum mare ſeſe immitteret. Generatim tantum monemus, eundem vſum *proteſtationibus*, quem ſupra in negotiis priuatis oſtendimus pro *iure futuro* conſeruando, tribuendum eſſe in actibus publicis, ceu docet LYNCKER *de grav. extrai. cap.* 9. P. II. §. 4. *n.* 1. adiungens ex hoc remedio *glorioſum et* [illegible] *proteſtantium nomen* [illegible] eſſe. *Et aliis ſimilibus cauſis.*

Fre-

Frequentiam proteſtationum in comitiis [illegible] iuſtificat, et acta publica loquuntur. Ita proteſtantes d. 17. Maii 1654 coram Cæſarea Maieſtate proteſtati ſunt, wegen der Puncten, ſo bey Verleſung des Reichs-Abſchiedes angemerket worden, daß ſie der Abrede nicht gemäß, und dahero auszulaſſen oder zu ändern. Si de *iure præcedentiæ* inter legatos contenditur, et unus legatus de facto præcedit: ſolenniter proteſtari reliqui ſolent, ne actus, de præſenti de facto ſuſceptus, in futurum perpetuum vergat præiudicium. Hac etiam alii principes ſibi proſpicere ſolent, ſi potentior forſan in præiudicium ſuperioritatis territorialis via facti quid ſuſcipiet in territorio alterius, quando ad vim vi repellendam ſe haud pares eſſe agnoſcunt, ne eiuſmodi factum in futurum in conſequentiam trahatur. Atque conſeruant hoc modo ius ſuum in futurum, quod de præſenti via facti infringitur, ſolenni *proteſtationis inſtrumento* alteri tranſmiſſo, in quo cauſſæ et fundamenta, ob quas contradicunt, referri debent. Nec rara ſunt exempla proteſtationum circa punctum deputatorum, viſitatorum, recipiendæ reuiſionis, cognitionis nuncii apoſtolici, concluſi deputatorum et ordinationis iudicii aulici adducta a LIMNAEO in *add. poſter. ad lib. 3. iur. publ. cap.* 7 *n.* 3 et *ad lib.* 9. *c.* 1. *n.* 167. *ibi anno* 1608. Reproteſtationis exemplum adfert LYNCKER *cit. tract. cap. IX. P. II.* §. 4. *n. ult.* der Stadt Cölln vom 27. Octobr. 1670.

Huc quoque pertinet guarantia.

§. XXX. Ad ius in futurum conſeruandum accommodata inter gentes in primis eſt *guarantia*, quæ in cauſſis publicis idem præſtat, quod in cauſſis priuatorum *euictionis* præſtandæ promiſſa, quæ in ſpecie inter ſuperiores ratione commerciorum, ſucceſſionis, terrarum, prouinciarum, de quibus lites,

iur-

iurgia et bella imminent) obtinet, ceu explicaui in *Exercit. de vſu et comm. poſt. de praeſt. cuiſt. cap. III. §. 1.* et *de natura et indole ſanctionis pragmaticae c. II.* vbi vſus *guarantiae* in cauſſis publicis plenius exemplis illuſtribus commonſtratus. Huius praeſtatio praecipue promitti a mediatoribus ſolet, ad ſancte in futurum ſeruandas conſoederationes, pacis compoſitiones, aliasque publicas tranſactiones, *eisque in maiorem aſſecurationem et firmitatem adiicitur, et foedera eo quaſi munimento vallantur.* Semper tamen in eiuſmodi *guarantia* conſiderandum 1) quid actum fuerit inter paciſcentes, adeoque formula eius diligenter ponderanda: 2) interpretatio eius ita facienda, vt communis reipublicae pax et tranquillitas, quantum fieri poteſt, conſeruetur, ne ad maiora mala excitanda, contra mentem et intentionem paciſcentium excogitata fuiſſe videatur. Neque enim ad hoc ſe adſtrinxiſſe credendi ſunt paciſcentes, vt cum detrimento reipublicae quiduis pro implenda guarantia audere velint.

EXERCITATIO VI.

AD LIBR. I. PAND. TIT. I.

CONTINENS

SPECIMEN IVRISPRVDENTIAE ANTEIVSTINIANAE EX A. AVGVSTINO HIPPONENSI EPISCOPO.

§. I.

Inſtituti ratio.

Quem venerando PATRIS nomine, et deuota compellatione SANCTI, AVGVSTINVM theologi colunt, ſeque de illo magis, ac Romana nobilitas de imaginibus ſuis auitis gloriantur, illius prudentiam quoque in iure, ac ſingularem in Latii monumentis notitiam, iamdudum iureconſulti ſcholis ſuis commendarunt, a) eum in ſuis ſcriptis, non vna occaſione excitarunt, et longis encomiis, eius in conquirendis legibus ſtudium, mirifice ſunt proſequuti. Tantum enim lucis, ſtupendam huius viri induſtriam, ſi attentus voluas reuoluasque eius opera, pluribus in iure argumentis adfundere animaduertes, vt, quæ antea vel plane ignorata, vel perperam eſſent explicata, et per nebulam quaſi viſa, ex AVGVSTINO demum, vbi alia omnia quæſiueris, reddantur perſpicua, certiſſimisque rerum rationibus confirmentur, quæ antea non niſi in coniecturis fluctuabant. Conſilium igitur haud poenitendum iniiſſe exiſtimo, *ſpecimen iuriſpruden-*

a) HVGO DONELLVS *comment. ad cod. lib. VIII. tit. 56. n. 25. p. 184.*

prudentiæ antiquiſſimæ ex AVGVSTINO depromere, eaque, quæ notatu digniſſima videbuntur, exponere obſeruationibusque condecorare: non iniucundum fore ratus, ſi in ipſo operis limine præcipua momenta de AVGVSTINI *natalibus, amicis, litterarum ſtudiis ac commercio epiſtolico* cum viris clariſſimis adiecero, ex quibus tanquam ex felici augurio, in ipſa tractationis fronte, bona quæuis ominari liceat, adeo, vt de Epiſcopi noſtri, in hac iuris ſcientia, facilitate, nequeat nos vlla in poſterum perturbare dubitatio.

Auguſtini patria et natiuitatis tempus.

§. II. Nobilitauit ortu ſuo AVRELIVS AVGVSTINVS noſter, quantum ex PROSPERO b) et POSSIDIO c) intelligitur, A. N. C. CCCLIIII. ipſis Nouembris idibus, obſcurum alias Africæ in Numidia oppidum, *Thagaſtam*, haud procul regionem Hipponenſem ſitum. d) In illud igitur ſeculum

Obſeru. I. Auguſtinum optimos ICtos habuiſſe coæuos.

ſuam natiuitatem incidiſſe obſeruo, quo iurisprudentia Romana iterum reuiuiſcere et poſt longa huius ſcientiæ fata, ICti, iique non pauci, quaſi poſtliminii iure reſtituti, denuo multa doctrinæ laude florere cœperunt. e) Fuit hæc ætas in compilandis priorum temporum legibus tam fertilis, tantosque Principum conſtitutionum codices protruſit, vt noua quædam iurisprudentiæ facies redderetur, et ruinis ſuis feliciter vindicata, ad poſterorum memoriam ſalua perueniret; quarum compilationum præcipuas vt modo nominem, illas eſſe conſtat, quæ a viris non infimæ exiſtimationis, GREGORIO et HERMOGENIANO in lucem ſunt miſſæ, vnde ſæpe, tanquam ex ipſa ſcaturigine, incontaminata adhuc iuris peritia, ab illis, qui in hiſce litteris delicias

b) PROSPERVS in chron. p. 31. c) POSSIDIVS in vita Auguſtini cap. I. d) AVGVSTIN. confeſſ. lib. III. tom. I. p. 82. edit. Pariſ. monachor. ordin. S. Benedicti e congreg. S. Maur. nouiſſim. e) I. G. HEINECC. hiſtor. iur. ciuil. Rom. lib. I. §. CCCLVIII.

licias quærebant, plena manu poterat hauriri. Haud quidem deſunt, qui auctorum laudatorum natales ad ſuperiora tempora reuocent, et GREGORIVM ſub VALENTE et GRATIANO imperatoribus, annonæ præfectum, Africæque Conſulem, cum GVIDONE PANCIROLLO, f) ex codice Theodoſiano ſuſpicentur: g) HERMOGENIANVM vero, teſte BARONIO ſub DIOCLETIANO prætorio præfuiſſe, eundemque illum eſſe cenſeant, qui ad Senatum de perſecutione Chriſtianorum retulerit; h) ex indubitatis tamen aliorum argumentis, magna veriſimilitudinis ſpecie poteſt dari commonſtratum, vtrumque ICtum, non niſi ſub CONSTANTINO eiusque liberorum imperio demum claruiſſe. Saltem ad GREGORIVM quod attinet, vix vllum eſt dubium, quin idem, hac ætate, circa annum Chriſti CCCXXXVI. Præfectus prætorio fuerit, cuius codex ipſe Theodoſianus ſatis crebro meminit, i) et non infelici coniectura præter IACOBVM GOTHOFREDVM, k) AEGIDIVS MENAGIVS, l) REINESIVS m) aliique hanc ſententiam pereruditе confirmant. Non quidem neceſſe eſt, huius argumenti rationes prolixius examinare, id potius obſeruandum cenſeo, AVGVSTINVM, quod ei iuriſprudentia in deliciis eſſet, non habuiſſe opus ad veterum ICtorum oracula, quæ in plurimis iam obmutuere, confugere, aut in diſruptis legum fragmentis operoſe ſe defatigare, ſed recentes modo, et quæ omnium manibus tunc terebantur, ſuorum temporum collectiones potuiſſe euoluere, ſeque in hoc literarum genere, ſi

vt

f) GVID. PANCIROLL. *de claris legum interpret. lib. I. cap. 65. et 66.* g) *L. 15. C. Theod. de piſtorib.* h) B. HEINECC. *antiq. Roman. prooem. §. XIX.* i) *L. 3. C. Theod. de annon. et trib. l. 2. quæ de contrah. emtione. L. 1. Cod. Iuſt. de natur. liber.* k) IACOBVS GOTHOFREDVS *Prolegom. Cod. Theodoſ. cap. 1. p. 185. ſeqq.* l) MENAGIVS *in amoen. iuris c. XI.* m) REINESIVS *epiſt. ad Rupert. 4. C. M. LXIX. pag. 640.*

ne multo ſudore exercitatæ. Et ſane, Epiſcopum noſtrum, nec codices modo laudatos ignoraſſe, vel ex ſolis litteris, quas ad POLLENTIVM ſcripſit, ſuo loco a nobis explicandis, colligere liceat, vbi Gregoriani codicis mentionem facit, ac ex eius compilatione, legem totidem verbis exſcriptam, ſuis obſeruationibus colluſtrat*).

Obſeru. II. Epiſcopum noſtrum ante Iuſtinianum floruiſſe.

§. III. Alia meditatio eſt, quam tempus AVGVSTINI natalitium ſuppeditat, illud nimirum longe ante IVSTINIANI æuum eſſe conſtitutum, huiusque iurisprudentiam, plus ſeculo iuniorem, demum poſt fata Epiſcopi inualuiſſe. Quodſi ergo daremus, Iuris cognitione hunc fuiſſe imbutum (licet vero dare, cum infra omnem hanc cauſſam perorabimus,) ſequeretur, AVGVSTINVM non aliud ius, niſi *anteiuſtinianeum* tradidiſſe, ſeu eius temporis, quo neque conſtitutionibus Principis huius veterum ſanctiones obliteratæ, neque TRIBONIANI aliorumque huius commatis iureconſultorum imprudentia vel audacia turbatæ et interuerſæ erant, ſed quo adhuc de vero legum ac conſuetudinum ſenſu conſtabat, antiqui reipublicæ Romanæ ſtatus memoria, in tanta virorum celebritate nondum penitus erat exſtincta, ipſaque iurisprudentia ſanctior habebatur. Mallem igitur in cauſſa iuris *dubia*, ſi æquo Ioue iudicauerim, omnibus aliis AVGVSTINVM præferre, ſi vel *ambigua interpretatione*, codex Iuſtinianeus poſſit torqueri, vel vetuſtati contraria dixerit TRIBONIANVS, vel *ſcribarum incuria* næuos admiſerit, vel imperita manus ridiculis commentationibus legem obſcurauerit; in qua hæſitatione maiorem ſemper Epiſcopi dictis fidem, quam iis omnibus adhibuerim, quæ ex incertis

 iurium

*) AVGVSTIN. *lib. II. de coniug. adulter. ad Pollent. tom. VI. pag. 408.*

iurium fundamentis ducuntur, quod AVGVSTINVS ſtatum iuris Romani ſui temporis optime cognitum habuerit.

Pater epiſcopi Thagaſtenſis decurio erat.

§. IV. Quo opportunior vero ad iuriſprudentiam addiſcendam AVGVSTINO aetas et occaſio eſſet conceſſa, eo velociori pede in hoc litterarum ſtudio poterat progredi, et ſine ſcopulis interiectis nauigare, cum non honeſtis ſolum, qui in publicis muneribus erant conſtituti, ſed et iisdem laboribus defatigatis parentibus eſſet prognatus. n) Patrem, quem venerabatur, *Curialium* numero adſcriptum ſcimus, qui in Thagaſtenſi ciuitate curiae officia adminiſtrabat, et Patricii dignitate o), (ſi modo municipem hac compellatione liceat honorare) p) et ſingulari prudentia et animo inclareſcebat. Difficile inde non eſt coniicere, patris vota, vt plerumque fit, et filio idem vitae genus curiamque deſtinaſſe, et hunc ad iurium notitiam eo magis eſſe excitatum, quo facilius domeſticum et nobile patris exemplum hos nobiles ipſi inſpirabat impetus. Sane, enutritus quaſi eſt AVGVSTINVS in ipſo iuriſprudentiae ſinu, cum quotidie eius laudabilis facies noſtro iuueni obuerſaretur, et patrem

hic

n) POSSIDIVS *l. c. cap. I.* o) VITA AVGVSTIN. *lib. I. cap.* 1. *n.* 4. *edit. Pariſ. nouiſſ.*

p) Quamuis enim municipia in omnibus ad Romanae reipublicae formam ſe componere viderentur, non tamen iisdem honorum titulis aut inſignibus ornabantur, ita non SENATVM ſed CVRIAM habebant, non CONSVLES, ſed DVVMVIROS, quibus anteibant lictores, non cum FASCIBVS ſed cum BACILLIS, nec SENATORES reliqui dicebantur, ſed DECVRIONES, ad quam dignitatem adeo aegre adſpirabant, vt, ne curiae plane linquerentur deſertae, ipſi ſpurii per legitimationem ad hanc dignitatem eſſent inuitandi. conf. B. HEINECC. *ant. Rom. append. lib. I.* §. CXXIII. Porro, cum Romani tempore reipublicae liberae, patria ſua ſacra ſibi tantum propria ſeruarent, eosque, ſi qui illis non vtebantur, non optimo iure CIVES dicerent, fieri non potuit, quin municipes, ſuorum morum et ſacrorum tenaciſſimos, nec iisdem immunitatibus, nec ciuitatis Rom. honore dignos putarent. SIGONIVS *de ant. iure ciu. Rom. l. I.* p. 116.

hic vel in ſubſelliis q) ius dicentem, vel domi, vel ſi in via cum eo ambularet, deſiderium exponentibus reſpondentem audiret. r) Non poterat itaque non, hac diuturna conſuetudine, ingenium *forenſibus* etiam *negotiis* implicari, quod ad quaſuis bonas artes procliue et ad grauiores etiam diſciplinas quaſi formatum, ut prima iam eius adoleſcentia iudicabatur, adeo vt nullum eſſet dubium, cum plus profeciſſe ex frequenti cum litibus commercio, quas pater decidebat, quam alii, qui ſæpe per omnem vitam omnes ICtorum ſcholas tranſcurrunt, ſe ipſos mira induſtria torquent, magnaque cura maximas tandem nugas addiſcunt. Accommodauit vero etiam Epiſcopus ſtudia ſua illis, quæ ex vſu a teneris ipſi familiaria erant, et ad *rerum ciuilium* intelligentiam adeo animum adpulit, vt vel iam *cauſſas* vere *egerit*, prout oratoribus vſitatum erat, quod tamen certo memoriæ nobis proditum non eſt, s) vel operas ſuas in erudiendis diſcipulis optime collocauerit. De matre MONNICA Chriſtianorum addicta ſacris, cum annalibus reuiſis, quod ad conſilium noſtrum faciat, vix aliquid reperiſſe mihi videor, plura hic fari nil attinet.

§. V. Non diu AVGVSTINVS iuuenis inter otia ludosque pueriles primam ſuam ætatem conſumſit. Id quod nec parentis vtriusque deſideria, quæ filium artium peritiſſimum vehementer optabant, t) nec ingenium, gloriæque cupido ferre vide- *Arti Rhetoricæ operam nauabat, ſtudiisque, quæ fora litigioſa ſpectabant.*

q) E tribunali quidem ius Romæ dictum conſtat, qui erat locus ampliſſimus et ſpectabilis in comitio, fere hemicycli ſpecie introrſum curuatus, in quo ſella curuli præſidens Prætor, poſita haſta cauſſas cognoſcebat; ſed tantum Magiſtratibus Romanis maioribus tale tribunal proprium erat, adeo, vt diſtinguendum ab illo eſſet ex minoribus et *municipalibus*, quippe qui in *ſubſelliis* dicebantur ius dicere. conf. VITRVVIVS *architect. V.* 1. PLVTARCH. *præcept. de republ. gerend. tom. II. p.* 814. GERH. NOODT *de iurisdict. l.* 3. *p.* 123.

r) E. HEINECC. *l. c. lib. IV. tit. VI. §. VIII.* s) VITA AVGVSTIN. *lib. I. cap. VII.* t) IBID. *lib. I. cap. II.*

videbantur: Verum feliciter iactis ſcientiarum fundamentis, anno ætatis ſuæ ſeptimo et decimo, penates patrios linquens, ex conſilio patris ad *academiam* illo æuo florentiſſimam *Carthaginenſem* peregre abiit, in qua vitæ academicæ ſtatione, vota vitæque omnes eo tendebant, vt verſus et ſolidiori doctrina excelleret, fieretque olim et *rhetor* et *iureconſultus*. Vtrumque argumento noſtro mirifice fauet. Rhetor fuit, ſibique in bene dicendi arte ad inuidiam vsque illorum placuit, qui orationis elegantia vel minimas laudes adfectarent. In litteris præſertim latinis multum iucunditatis quærebat, dignitatemque Tullianam, ipſis oraculis diuinis præferri ex iuuenili impetu indicare non verebatur. u) Sed quis vero illorum rhetorum finis? et quid illud erat, quod comtis ſuis ac prætextatis verbis ſtudebant impetrare? audiamus ad hæc ipſum Epiſcopum, libere de ſe profitentem: x) *Docebam in illis annis artem Rhetoricam et victorioſam loquacitatem victus cupiditate vendebam. Malebam tamen bonos habere diſcipulos, ſicut appellantur boni, et eos ſine dolo docebam dolos, non quibus contra* CAPVT INNOCENTIS *agerent, ſed aliquando* PRO CAPITE NOCENTIS. Ex quibus verbis non difficile eſt, verum ſenſum eruere. Vult Epiſcopus; ſe artes diſcipulos ſuos docuiſſe, non quibus innocentem in capitis diſcrimen adducerent, ſed in quibus aliquando nocentem e iudiciorum laqueis eximerent. Fluit inde non ſolum generalia ad ſuadendum et diſſuadendum argumenta, AVGVSTINO fuiſſe cognita, ſed et illa, quæ *in iudicio* poſſent applicari et iudicem mouere, et in legibus eſſent fundata, habuiſſe perſpecta. Abſolutiſſimum nobis eſt Ciceronis exemplum, qui

ex

u) IBID. *cap. V. n. 3.* x) AVGVSTIN. *confeſſ. lib. III. cap. V. tom. I. p. 93. n. 2.*

ex tali rhetorum ſchola exiit, ſuoque orationis flumine, vel quod maius erat, ſuæ iurisprudentiæ grauitate in omnem partem iudices flectere ſciuit. y) Præſertim, cum Romanis eſſet ſolenne omnes ſuas cauſſas in foro agitandas patronis demandare, qui integris iuſtisque orationibus negotii ſtatum exponere et ex certo horarum ſpatio perorare iubebantur. z) Vt in XII. tabulis cautum. *Ab ortu ante meridiem cauſſam conicito, cum perorant ambo præſentes.* Procliue itaque eſt coniicere, rhetores, quamuis a ICtis diuerſiſſimi, has artes ſuadendi diſſuadendique explicantes, quæ fere non niſi in iudiciis obtinebant, ex iurisprudentia ad minimum neceſſaria, quo eorum propoſitum eo felicius procederet, delibaſſe. Attamen ex veroſimili tantum hoc argumento, vix Epiſcopum noſtrum ICtum dixerim, niſi litterarum metam attingens de ſe ipſo auctor eſſet, hæc ſtudia ſua *fora litigioſa* ſpectaſſe. Ita enim ille. a) *Habebant et hæc ſtudia, quæ honeſta dicebantur, ductum ſuum, intuentem* FORA LITIGIOSA *vt excellerem in iis, hoc laudabilior, quo fraudulentior.* Hoc eſt: Placuerunt illæ mihi litteræ, quæ lites componunt, et turbas forenſes ſedant, eoque magis placuerunt, quo maiorem inde gloriam parari mihi animaduerterem, ſi cauſſas agere et eas iniuſtas, ſua iniquitate meis artibus ſtudiisque, quæ honeſta putauerim, poſſem vindicare. Nihil ſane, hac confeſſione manifeſtius puto, multum ſibi operæ dediſſe AVGVSTINVM, vt ad veram *legum Romanarum* cognitionem quam primum ducere-

y) Ciceronem non expertem fuiſſe iurisprudentiæ, vel ex eo liquere poteſt, quod ICtum MVCIVM audiuerit, librum de iure ciuili in artem redigendo, qui tamen hodie non exſtat, compoſuerit, et ex fiducia in ſcientiam ſuam libere ſit profeſſus, intra triduum ICtum futurum, ſi ipſi ſtomachus moueretur. *Orat. pro Murena cap. XII.*

z) APPIANVS *de bello ciuili I. p. 661.*

a) AVGVST. *confeſſ. lib. III. tom. I. 92.*

tur, nec eum in conſiliis hiſce vota ſua ac ſpem fefelliſſe, reliqua docebunt.

Cum Alypio de iure agebat.

§. VI. In Italiam tranſmiſit, Romamque A. C.N. exeunte CCCLXXXIII. petere conſtituit Epiſcopus noſter, vt inter doctiſſimos ibidem verſaretur, horum familiaritatem ſibi conciliaret, veteres hinc inde diſparſos amicos conquireret, et vltimam litteris ſuis, omni genere exquiſitiſſimis, adderet manum. b) Reperit etiam, quem præ ceteris quærebat Mediolani ALYPIVM ſibi amantiſſimum, cum quo ſe iungere iterum, eius amplexibus recreari, priſtinamque conſuetudinem reſtitui ſollicitabat. c) Erat vero ALYPIVS ex eadem ciuitate Thagaſtenſi, parentibus huius municipii primatibus oriundus, ex AVGVSTINI diſcipulis optimus et eius familiaribus primus. Romæ hic ante Epiſcopi aduentum adpulerat, vt litteras, quibus olim iam nutritus, in hoc frequenti eruditorum adparatu ad primum nitoris faſtigium perpoliret, ſeque in iuriſprudentia, ſecundum parentum vota maxime, exercitaret. d) In quo amico omne ſuum decus omneque ſolatium fuiſſe, noſter adſerit, adeo vt nullius fere, niſi huius familiari vteretur conſortio. Intellectu vero eſt facile, vtrumque ex reciproco amore non leues fructus collegiſſe, ac omnia, quæ in altero placebant, ab altero in ſuos vſus fuiſſe translata. Ita ſane quod ad Epiſcopum attinet, de ſe ipſo pronunciare non dubitat. *Multum ſe ex* ALYPIO *profeciſſe, cumque antehac magiſter ei verborum exſtiterit, illum iam ſibi* RERVM *effectum eſſe magiſtrum.* e) Quam dictionem aliquanto generaliorem alibi ipſe reſtringit, et *rerum* nomine, in pri-

b) AVGVSTIN. *confeſſ. lib. V. pag.* 113. c) VITA AVGVST. *lib. II. cap. III. n. I.* d) AVGVSTIN. *confeſſ. lib. VI. p.* 127. e) AVGVSTIN. *de ordine. lib. II. tom. I. pag.* 342.

in primis ſe iura ciuilia intellexiſſe declarat. In amici enim ſui laudibus occupatus, cauſſam exponit, cur per tantum temporis Mediolani eſſet commoratus, vbi tandem addit: f), *Vt ne me deſereret, et de* IVRE, *quod didicerat, aliquid ageret, ſecundum votum parentum magis, quam ſuum.* Ergo in ipſa peregrinatione de *iure* ſollicitus erat AVGVSTINVS, nec de his curis per omnem vitam deſtitit, ſed in iis fuit libenter, ad leges ciuiles ſæpe prouocauit, et ſcriptis ſuis, ex iurium antiquorum voluminibus, nunc fere deperditis, mira ornamenta addidit.

§. VII. Satis probabilis quoque AVGVSTINI iurisprudentia naſcitur, ex amplo ac frequenti illo, cum viris ſcientiæ laudibus maxime celebratis, *litterarum commercio.* Equidem fateor, non eiuſdem hoc argumentum eſſe valoris, cum illis, quæ modo a nobis ſunt expoſita. Litteras enim alicui mittere, iteratisque etiam vicibus ſcribere, easque ipſis ICtis inſinuare, non eſt ſane, quo poſſit probari, ſcribentem quoque, ſcientia iuris fuiſſe inſtructum. Recipit tamen noſtra argumentatio ſuum robur, ex coniecturarum nexu ac ſerie, ſi hæc cum illis, quæ iam ſupra ſunt demonſtrata, iunguntur. Fuit AVGVSTINI animus ad gloriam ambitionemque vehementer adſpirans g), hinc facile conücere licet, magnopere eum cauiſſe, ne confabulando aut litteras perſcribendo, quædam immiſceret, quæ in contemtum ſuum poſſent explicari ab illis, qui rei rectius gnari; verum potius, viris dignitate muneris conſpicuis et legum peritia ornatis adeo ſe accommodaſſe, vt ne dicam, tantum errores curaret, ſed et in illorum arte et iuris cognitione verſatiſſimum *Cum viris clariſſimis Auguſtino litterarum commercium fuit.*

 ſe

f) IDEM *confeſſ. lib. VI. cap. X. tom. I. pag. 127.*

g) VITA AVGVSTIN. *lib. I. cap. IV. n. 1.*

ſe eſſe oſtenderet; in primis, cum vere ad themidis ſacra iam olim iuuenis eſſet vocatus, et adulta ætate, auctore ALYPIO iurisprudentiam in cariſſimis habuerit. Primum vero, ad quem Epiſcopus litteras miſit, HERMOGENIANVM quendam fuiſſe comperio h). Cuius frontem eo auidius noſcere optauerim, quo celebrior huius nominis fama apud ICtos, et quo obſcurior eius ab AVGVSTINO nobis ſiſtitur facies. Cum enim B. HEINECCIVS, quem immatura proh dolor morte vtrique reipublicæ tam ſubito ereptum lugemus, in ſua iuris ciuilis hiſtoria i) nubem ICtorum excitet, qui omnes circa eandem ætatem claruerunt, iisdem fere muneribus functi, et eodem HERMOGENIANO nomine clari, horum quoque cum nullus ſit, ad quem hæ litteræ non potuiſſent perſcribi, quem difficile hic ſit diuinare et AVGVSTINI amicum in tanta turba quærere, nemo non intelligit. Periculum vero faciamus, quid ex rerum circumſtantium ſitu, habita temporis ac loci ratione, quo tunc noſter commorabatur, veriſimilitudinis queat inferri. Loquuntur Epiſcopi annales, has ad HERMOGENIANVM litteras ſcriptas eſſe A. N. C. CCCLXXXVI. k) easque miſſas ad quendam, qui ea ætate *Romæ* degebat, vnde AVGVSTINVS venerat modo, iam ruri ſtudiis nauans, quamque vrbem, tempore eo, illorum Philoſophorum ſecta peruagabatur, qui Academici audiebant, de quorum etiam vita et doctrinis omnis epiſtolæ huius pagina agit. Romanorum Conſulum faſtos ſi iam perquiras, oculis ſeſe offert Q. CLAVDIVS HERMOGENIANVS OLYBRIVS ante aliquot annos A. N. C. CCCLXXVIII. faſcibus

Inprimis cum Hermogeniano.

Quis ille probabiliter fuerit?

Con-

h) AVGVSTIN. *epiſt. I. tom. II. pag. I.* i) B. HEINECC. *hiſtor. iuris ciuil. lib. I. §. CCCLXX. cum not.* k) VITA AVGVSTIN. *lib. II. cap. VIII. n. 5.*

Conſularibus adhuc condecoratus l) et ſane niſi fallor, aut AVGVSTINI amicum reperiſſe mihi videor. Alium enim HERMOGENIANVM circa hanc aetatem, cum veteris Latii monumenta taceant, laudatum hunc virum eundem eſſe, ad quem Epiſcopus ſcripſit, quam certiſſime ſuſpicor. Non iam quidem ego ille ſum, nec conſilium ſuadet, vt in illas doctorum diſceptationes abeam, quorum nonnulli dictum HERMOGENIANVM codicis iſtius famigeratiſſimi auctorem volunt. m) Sufficit argumento noſtro, eum initio praetorio et vrbi praefuiſſe, deinde ad conſulatum eſſe prouectum, n) ſicque in Romana republica, quaſi in ſuo domicilio inque omnium iurium cognitione verſatiſſimum fuiſſe. Cum vero ex ſocio ſocius noſci ſoleat, AVGVSTINVM quoque, ex frequenti hac amici conuerſatione, non pauca ſuae legum ſcientiae addidiſſe, facile iudices. Fatetur enim in ipſis litteris o), ſe tantum momenti in HERMOGENIANVM poſuiſſe, vt nec errorem in eius *prudentiam*, nec in amicitia ſimulationem quandam cadere poſſe crediderit. Praeter hunc quoque Epiſcopus ad *Conſularem* quendam *Numidiae Generoſum*, de cuius nomine et muneribus plura non leguntur, A. N. C. CCCCX. litteras miſit, p) concernentes cauſſam *Faventii* cujusdam, qui a *Florentino* per manum armatorum erat raptus, huius liberationem vehementer ſollicitat, q) et ne talis violenta detentio, impune feratur, ipſas leges a THEODOSIO et HONORIO r) latas excitat. Vbi id praeſertim notari velim, *Litteras etiam miſit ad Africae quendam generoſum.*

 ipſa

l) GRVTER. *inſcription. pag.* CCCLIII. n. 2. l. 1. C. *de ſpect. et ſcaen.* l. 4. C. *quemadmodum ciuilia munera indicuntur.* conf. PETRI RELANDI *faſti conſular.* p. 462. THEODOR. IANSON AB ALMELOVEN *in faſtis Romanor. Conſul.* p. 166.

m) REINESIVS *ad inſcript.* p. 70.
n) B. HEINECC. *h. t.* §. CCCLVIII.
o) AVGVSTIN. *Epiſt.* I. *tom.* II *hac.*
p) VITA AVGVSTIN *lib.* V. *cap.* II. n. 4. q) AVGVST. *Epiſt.* CXIV. CXVI. *tom.* II. p. 325. et 326. r) *l.* 6. C. *Theod. de exhibend. et transmitt. reis.*

ipſa harum ſanctionum verba, noſtrum adferre s) ſimulque [illegible] euidentiſſimo argumento probare, quam maturum et exercitatum in legum ſtudio et innatum ingenium fuerit. Tandem et cum CELERE Proconſule, Africam adminiſtrante, t) commercium habuit, u) multisque aliis praecellentiſſimis viris, quarum epiſtolarum ſingula momenta hic cumulare, operae pretium vix videtur.

Et ad Celerem.

Cauſſis litigantium audiendis occupatus eſt Epiſcopus.

§. VIII. Quam itaque iurium ſcientiam, ſibi olim feliciter comparauerat AVGVSTINVS, illam omni occaſione ad quaeuis litigantium cauſſas, ſumma iudicii grauitate exponere haud intermiſit, ſed occupationibus hominum, negotiorumque anfractibus et moleſtiis tota die ſeſe implicare duxit conſultum x). Id quod praecipue tunc incumbere ei viſum eſt, cum ad ſummi ſacerdotii faſtigia euectus, et epiſcopales curae ipſi creditae eſſent. Et quamuis non niſi laborioſa admodum et moleſta haec occupatio tali viro eſſe potuerit, qui vnius veritatis contemplandae ſtudio recreabatur, vt ea de re ipſe paſſim conqueritur y), noluit tamen illis ſeſe ſubducere, quae Apoſtolus *epiſcopali muneri* ſapienter adiunxit z) neceſſitatemque hanc, *alienas cauſſas audiendi* epiſcopis impoſuit, decernens, non apud ſecularium magiſtratuum tribunalia, ſed a ſapientibus et ſanctis illius eccle-

s) In epiſtola cit. eadem fere, quae in lege continentur verba: *Si quos* PRAECEPTO IVDICVM, *praemiſſo inſcriptionis vinculo, reos factos, adminiculum curiis propriis dirigere iuſſum fuerit, municipalibus aliis interrogentur, an velint iuxta praeceptum Triumphalis Patris noſtri XXX.* DIEBVS SIBI CONCESSIS SVB MODERATA ET DILIGENTI CVSTODIA *propter ordinationem domus propriae* PARANDOSQVE SIBI SVMTVS IN CIVITATE RESIDERE, *quod ſi fieri voluerint*, HOC GENVS BENEFICII CVPIENTIBVS NON NEGETVR.

t) *l. 34. C. Theod. de annona et l. Cod. de appell.* u) VITA AVGVSTIN. *lib. V. cap. III. n. 8.* x) AVGVST. *epiſt. CCXIII. T. II. p. 790.* y) IDEM *de opere monachor. cap. XXVIII.* tom. VI. p. 499. z) *I. Corinth. XI. v. ſ.*

eccleſiae viris, qui in locis conſiſterent, *fideles iudicari* deberent. a) quam iudicandi poteſtatem Chriſtiani imperatores non vna lege firmarunt, b) epiſcopi vero, adulto ſeculo incredibili auſu adeo amplificarunt, vt pedetentim inde *forum* aliquod *eccleſiaſticum*, coram quo ad minimum *clerici* eſſent cogendi, exſtruxerint. c) Tantum ergo abeſt, vt in conſpicua hac honorum ſtatione AVGVSTINVS, ſuam, quam iuuenis olim addidicerat, iuriſprudentiam exquiſitiſſimam prorſus obliuioni tradiderit, vt potius ſententias, quas pronunciabat, et ſimplici naturalique aequitati et ICtorum praeceptis accomodatas non ſemel animaduerterim. Et ſane tantis veterum Imperatorum legibus epiſcopi huius ſcripta abundant, vt et veloci oculo tranſeuntem fugere nequeant, ſed in omni pagina fere latitans ICtus detegatur, dum vel antiquorum iurium fragmenta explicat, vel de lege quadam grauiter iudicium fert, vel veteres Romanorum conſuetudines ingenioſe interpretatur. Finge quendam tam diuerſa, et tam apte, de pluribus iuriſprudentiae argumentis, ſine iuriſprudentia loqui. Finge quendam de lege Iulia dicere d), legem

a) Recenſui in *diſſ. XIV. ad Plinium ſecund. et Tertull.* §. XI. *ſeqq.* quatuor easque arduas cauſſas, cur Chriſtiani veteres ad *tribunalia gentilium* confugere ſibi religioni duxerint. I) quia illa *tormentorum exempla* et *carnificina* horrebant, quibus lites peragendae erant, quaeque *deprecandis* incautis inſeruiebant, id quod magnopere a moribus Chriſtianorum erat alienum. II) Nefas ſibi eſſe putabant, *tactis aris* gentilium *iurare*, quod tamen euitari tunc non poterat, cum omne pondus in litibus peragendis ferret iuriurandi religio. *l. 5. D. de liber. cauſſ.* III) Nolebant iurare per *genium Principis* *l.* 13. §. 6. *D. de iureiur.* IV) Tandem omnino Chriſtiani *iurare recuſabant*, ſoli affirmationi et negationi acquieſcentes. Hinc fieri non poterat, quin alios ſibi *arbitros* ſuis cauſſis audiendis deſtinarent.

b) *l. 7. §. C. de Epiſcopal. audient.* c) *cit. diſſ. ad Plin.* §. XIV. d) AVGVST. *de coniugiis adult. lib. II. cap. VIII; tom. VI. pag.* 110.

Et ad Celerem.

ipſa harum ſanctionum verba, noſtrum adferre s) ſimulque inde euidentiſſimo argumento probare, quam maturum et exercitatum in legum ſtudio ei innatum ingenium fuerit. Tandem et cum CELERE Proconſule, Africam adminiſtrante, t) commercium habuit, u) multisque aliis præcellentiſſimis viris, quarum epiſtolarum ſingula momenta hic cumulare, operæ pretium vix videtur.

Cauſſis litigantium audiendis occupatus eſt Epiſcopus.

§. VIII. Quam itaque iurium ſcientiam, ſibi olim feliciter comparauerat AVGVSTINVS, illam omni occaſione ad quaſnis litigantium cauſſas, ſumma iudicii grauitate exponere haud intermiſit, ſed occupationibus hominum, negotiorumque anfractibus et moleſtiis tota die ſeſe implicare duxit conſultum x). Id quod præcipue tunc incumbere ei viſum eſt, cum ad ſumma ſacerdotis faſtigia euectus, et epiſcopales curæ ipſi creditæ eſſent. Et quamuis non niſi laborioſa admodum et moleſta hæc occupatio tali viro eſſe potuerit, qui vnius veritatis contemplandæ ſtudio recreabatur, vt ea de re ipſe paſſim conqueritur y), noluit tamen illis ſeſe ſubducere, quæ Apoſtolus *epiſcopali muneri* ſapienter adiunxit z) neceſſitatemque hanc, *alienas cauſſas audiendi* epiſcopis impoſuit, decernens, non apud ſecularium magiſtratuum tribunalia, ſed a ſapientibus et ſanctis itius eccle-

s) In epiſtola eſt eadem fere, quæ in lege continentur verba. *Si quos* PRAECEPTO IVDICVM, *præmiſſa inſcriptionis vinculo, reos ſollers, ad-ministrationem curia propria dirigere iuſſum fuerit, municipalibus aliis interrogentur, an velint iuxta præceptum Triumphalis Patris noſtri XXX.* DIEBVS SIBI CONCESSIS SVB MODERATA ET DILIGENTI CVSTODIA *propter ordinationem domus propriæ* PARANDOSQVE SIBI SVMTVS IN CIVITATE RESIDERE, *quodſi forte voluerint*, HOC GENVS BENEFICII CVPIENTIBVS NON NEGETVR.

t) *L. 34. C. Theod. de annona et l. 68. de appell.* u) VITA AVGVSTIN. *lib. V. cap. III. n. 8.* x) AVGVST. *epiſt. CCXIII. T. II. p. 790.* y) IDEM *de opere monachor. cap. XXVIII.* tom. VI. p. 499. z) *I. Corinth. XI. v. ſq.*

eccleſiae viris, qui in locis conſiſterent, *fideles iudicari* debere; a) quam iudicandi poteſtatem Chriſtiani imperatores non vna lege firmarunt, b) epiſcopi vero, adulto ſeculo incredibili aſtu adeo amplificarunt, vt pedetentim inde *forum* aliquod *eccleſiaſticum*, coram quo ad minimum *clerici* eſſent cogendi, exſtruxerint. c) Tantum ergo abeſt, vt in conſpicua hac honorum ſtatione AVGVSTINVS, ſuam, quam iuuenis olim addidicerat, iuriſprudentiam exquiſitiſſimam prorſus obliuioni tradiderit, vt potius ſententias, quas pronunciabat, et ſimplici naturalique aequitati et ICtorum praeceptis accomodatas non ſemel animaduerterim. Et ſane tantis veterum Imperatorum legibus epiſcopi huius ſcripta abundant, vt ea veloci oculo tranſeuntem fugere nequeant, ſed in omni pagina fere latitans ICtus detegatur, dum vel antiquorum iurium fragmenta explicat, vel de lege quadam grauiter iudicium fert, vel veteres Romanorum conſuetudines ingenioſe interpretatur. Finge quendam tam diuerſa, et tam apte, de pluribus iuriſprudentiae argumentis, ſine iuriſprudentia loqui. Finge quendam de lege Iulia dicere d), legem

a) Recenſui *in diſſ. XIV. ad Plinium ſecund. et Tertull. §. XI. ſeqq.* quatuor easque arduas cauſſas, cur Chriſtiani veteres ad *tribunalia gentilium* confugere ſibi religioni duxerint: I) quia illa *verborum aucupia et carmina* habebant, quibus lites peragendae erant, quaeque *decipiendis* incautis inſeruiebant, id quod magnopere a moribus Chriſtianorum erat alienum. II) Nefas ſibi eſſe putabant, *[illegible]* gentilium *iurare*, quod tamen euitari tunc non poterat, cum omne punctum in litibus peragendis faceret iuriiurandi religio. *l. 5. D. de liber. cauſſ.* III) Nolebant iurare per *genium Principis l. 13. §. 6. D. de iureiur.* IV) Tandem omnino Chriſtiani *iurare recuſabant*, ſoli affirmationi et negationi acquieſcentes. Hinc fieri non poterat, quin alios ſibi *arbitros* ſuis cauſſis audiendis deſtinarent.

b) *l. 7. §. C. de Epiſcopal. audient.* c) *cit. diſſ. ad Plin. §. XIV.* d) AVGVST. *de coniugiis adult. lib. II. cap. VIII. tom. VI. pag.* 1108.

legem Voconiam e) iniquam iudicare f), de teſtamentis diſſerere g), de apta criminum probatione loqui, h) docere, illum cauſſa ſua cadere, qui plus petit, quam ipſi debebatur i) ac de pluribus aliis docte et iuridice ſentire, illum ſi ICtum negas, neſcio quæ tibi ad contrarium commonſtrandum ſufficerent indicia. Immo certe partium ſtudio nimis detineri videremur, ſi AVGVSTINVM, iureconſultum negemus, cum illa tempeſtate, ATHANASIO alibi fatente, *leges Romanorum ignorare nemini ſecurum fuerit*, adeo vt actum agere mihi videar, diutius inſiſtere illis, quæ nemo inficiabitur, eaque longiore probationum ſerie circumducere, quapropter generalibus his explicatis, ad id in præſenti properamus, quod præciſe noſtrum eſt conſilium.

Tranſitio ad argumentum primum, reuocationem concernens donationis propter agnatam prolem ante Iuſtinianum.

§. IX. Eo tutius vero in ipſo progreſſu huius ſcriptionis AVGVSTINI auctoritati fidere nobis licebit, quo prolixius in eius ſcientia legum Romanarum celebranda fuimus occupati, hinc omnibus ambagibus reciſis, quæ ſingularia videbuntur, et quorum ſententia in dubium vocata, vel haud ſatis clare a ICtis explicata, ex ipſis Epiſcopi voluminibus quæram, nullum alium ordinem ſeruaturus in argumentis ipſis collocandis, quam prout feſtinans calamus mox in hoc, mox in aliud inciderit momentum, obſeruationibus decorari præ ceteris dignum. Animaduerte-

e) Per legem Voconiam inter ſecundum et poſtremum bellum Carthaginenſe latam, mulieres libere heredes inſtitui non poterant. CICER. *Verina I.* 41. Dico *libere*. Eas enim capere potuiſſe XXV millia nummum ex DIONE CASSIO *lib. LXVI. pag* 262. patet, h. e. vltra XXV millia drachmarum ſeu C. M. ſeſtertium ipſis relinquere non licuit, antequam hæc lex per opulentiam ciuitatis ſubuerteretur. IAC. PERIZONIVS *de leg. Vocon. p.* 144.

f) AVGVSTIN. *de ciuitate Dei lib. III. cap. XXI. T. VII. p.* 80. g) IDEM *epiſt. CCXVII. n.* 19. *tom. II. p.* 806. h) IDEM. *Sermon. XXII. de verb. Apoſtol. tom. V. p.* 795. i) IDEM *Sermon. XVI. in Pſalm. tom. V. p.* 1115.

verterunt hactenus eruditi, multum lucis inde iurisprudentiæ noſtræ allatum iri, ſi fragmenta veteris iurisprudentiæ ſeu anteiuſtinianeæ ex ſcriptoribus antiquis eruamus, quibus plures iuris articuli in noſtra compilatione præclare illuſtrari et in recto collocari poſſunt. Præeunte itaque AVGVSTINO, primo *circa donationis revocationem propter liberos ſuſceptos*, quædam erunt monenda, quibus ſimul ea, quæ cum cauſſa hac affinitatem habent iungere placet. Ne vero aliquid in diſcutiendo argumento diligentiam noſtram fugiat, ipſa epiſcopi verba iam hic exſcribere animus eſt: k)

Nemo me laudet, ſed nemo etiam vituperet. Plane, quando donavi filio, quod iratus pater moriens abſtulit, bene feci. Laudent, qui volunt, parcant, qui laudare nolunt. Quid plura fratres mei? Quicunque vult exheredato filio, heredem facere eccleſiam, quærat alterum qui ſuſcipiat, non Auguſtinum: immo Deo propitio neminem inveniat. Quam laudabile factum ſancti et venerandi epiſcopi Aurelii Carthaginenſis, quomodo implevit, omnibus qui ſciunt os laudibus Dei? Quidam cum filios non haberet, neque ſperaret, res ſuas omnes retento ſibi uſufructu donavit eccleſiæ. Nati ſunt illi filii et reddidit epiſcopus, nec opinanti, quæ ille donaverat. In poteſtate habebat epiſcopus non reddere, ſed iure fori, non iure poli.

 In

k) AVGVSTIN *ſerm.* CCCLV. *n.* 5. *tom.* V *p.* 1383.

In triplici iam argumento AVGVSTINVM hic verſari comperio, quare tribus etiam meditationibus, hanc tractationem expediturus ſum. Prior eſt: *Non licet donata reuocare, etiamſi donatione facta adhuc donatori liberi adnaſcuntur.* Altera: *Optimo iure omnium bonorum donatio fieri poteſt.* Vltima tandem: *Pater pro arbitrio a ſucceſsione liberos poterat ſummouere iure antiquiſſimo, ſi modo iudicis cognitio praeceſſerit.* Quae capita ſingula in ſubſequentibus nonnullis obſeruationibus veniunt illuſtranda.

Obſeru. I. Quod non liceat munera reuocare, ex cauſſa, liberi ſuperuenientiam.

Donationes inter viuos reuocari nequeunt. Neque iure naturali; Neque Romano. 1) propter ſolemnitates in donationibus obſeruandas.

§. X. Donationes quae fiunt inter viuos, ſemper validas et haud facile eſſe *reuocandas*, nec *naturae* leges, l) nec *Romanorum* ſanciit, m) nec *ICtorum* ſuffragia diffitentur. n) Eſt enim *donare*, id quod nec dupondii ignorant, *ſuae rei dominium in alterum gratis conferre*, o) et qui illam acceperit, ſibi inde et ius et dominium in eam adquirit. p) Cum iam *iniuriam* illi inferri leges dicant, qui in exercitio iurium legitime *ſibi quaeſitorum* turbatur, q) liquet, nec ſine iniuriae nota alteri poſſe munera extorqueri, nemini que eſſe integrum, donationes ſemel perfectas reuocare. Tendebant eo praecipue omnes fere donationum Romanarum *ſolemnitates*, a MARCO CINCIO ALIMENTO praeſcriptae, et peculiari lege, quam et *muneralem* PLAVTVS vocat, r) anno V. C. DXXXXVIII. publicatae. s) Hac conſtitutione, cum aliter, in dies gliſcente luxuria, incredibilis il-

la

l) HVGO GROTIVS *de I. B. et P. lib. II. cap. XI. §. XVII. ibi: Irrita erit reuocatio, quia ius promittendi ab alterius voluntate pendebat.* m) *l. 2. et §. 10. C. de reuocand. donat. l. 1. pr. D. de donat.* n) DONELLVS *in comment. ad Cod. p. 558. n. 3. conſ.* [illegible] *in ſuis digeſt. lib. XXXIX. tit. V. §. 29.* o) *l. 29. pr. D. de donat.* p) *l. 10. eod.* q) *l. 16. D. de pactis.* r) *Apud* PLAVTVM *vocatur muneralis p. 315.* s) FRID. BRVMMERVS *in comm. ad legem Cinciam cap. III. ſeq.*

la donandi facultas circumſcribi non poſſet, t) omnis muneribus valor eſt demtus, niſi *rite* fuerint præſtita, hoc eſt, niſi *mancipatio* in rebus mancipi, ac *traditio* in rebus nec mancipi interueniſſet, u) ipſaque donatio non verbis generalibus expedita, ſed ſingulæ res, quas quis donaturus, eſſent enumeratæ. x) Quibus ritibus legitime adhibitis, tantum roboris donationi accedebat, vt nihil eſſet, quod poſſet aliquando illam aſtum ſub quouis prætextu infirmare. Nullo enim certe præſentiore remedio, inconſultæ illi Romanorum liberalitati occurri poſſe CINCIO eſt viſum, quam ſi donator rem ſuam, re vera et corpore ipſo, a ſe ad alium migrare cerneret, ac omni ſpe rei, quam ſemel tradiderat, reuocandæ prorſus in futurum priuaretur. Immo licet varias mutationes ac fata hæc *lex Cincia* ſeu *muneralis* ſuſtinuerit, y) in hoc tamen capite ad vsque annum C. N. CCLXXXII. DIOCLETIANO et MAXIMINO Imperantibus, conſtanter viguit, z) quin horum ſanctionibus adeo adducta eſt, vt nec *reſcripto* Principis donatio rite facta reſcindi poſſe crederetur. a) Ceterum, ſua donata repetere Romanis ideo non licebat, quod vix munificentiæ ſpecimina eſſent, ſed potius contractuum *onerosorum* indolem referrent. In quæſtum enim omnia ſua beneficia vt plurimum mittebant, liberalesque erant, vt *maiora* iterum reciperent, ab illis, quibus dona erant largiti. Ad minimum alium finem munera non habebant, quæ in *Patronos* clientes erogabant, quam vt impetrarent ea, et illi qui-

a) *Quia donationes ſere omnes erant impropriæ et contractuum onerosorum inſtar.*

Ff 3

t) IO. [illegible] et STANISLAVS [illegible] locorum Roman. plene manu expoſuerunt, in libellis, qui theſauro Antiq. Rom. GRAEVII tom. VIII. p. [illegible] inſerti. u) I. G. HEINECC. antiq. Rom. lib. II. tit. VII. §. XIII. x) L. 1. C. HERMOG. de donation. y) [illegible] l. c. cap. XIII. n. [illegible] z) I. G. HEINECCIUS l. c. §. XI. et XV. a) L. 3. C. de reuocand. donat. ibi: ſi donationem [illegible] ſcriptis [illegible] AUCTORITATE RESCRIPTI NOSTRI reſcindi [illegible].

quidem ſcirent, ſe periclitantibus clientibus ſubuenire, hi ſuo ſuffragio iuuare Patronos debere. b) Inde eſt, quod in ipſo iure noſtro, de *aduocatorum honorariis* agatur ſub locationis et conductionis titulo, c) et data pecunia reſtitui prohibeatur, ſi per illos non ſteterit, quo minus ſuſceptam fidem impleuerint. Multum iam de hac lucri cupidine, non ſatis vituperanda, conqueritur SENECA d), reciprocarum illam donationum ſpem ingenioſe *auctionem* vocans, nec non POLYBIVS, qui *veram liberalitatem*, et ab omni quæſtu alienam, Romæ *rariſſimam* eſſe teſtatur, e) cum nullum inter Romanos inuenerit, qui quidquam *ſponte* alteri de ſuo donaſſet. Si itaque contractuum naturam, ſecundum quid, largitiones Romanæ induerint, ſi fuerint impropriæ et remuneratoriæ quaſi, quomodo hæ ſine difficultate potuiſſent reſcindi, non adeo liquet.

Prima cauſſa reuocationis eſt introducta ab Alexandro Seuero.

§. XI. Ita Romani abſque omni ſpe munera repetendi per longa tempora donabant, nec quaſdam *cauſſas* extitiſſe ſcio, quibus illa reuocare licitum fuiſſet, ſi omnia ſecundum legem Cinciam rite eſſent peracta, donec ALEXANDER SEVERVS, donationes, quibus liberorum *legitima* tollebatur, primus *inofficioſas* dixerit, f) illasque ad inofficioſi teſtamenti formam, per que-

b) BRVMMER. *l. c. cap. III.* c) *l. 15. §. 1. D. de locat. conduct. l. vlt. Cod. de condict. ob cauſſam dator.*

d) SENECA *de beneficiis Lib. IV. cap. XIV. Non eſt beneficium, inquit, quod in quæſtum mittitur.* HOC DABO, HOC RECIPIAM: AVCTIO EST. *Non dicam pudicam, quæ amatorem, vt incenderet, repulit; quæ aut legem aut virum timuit; vt ait* OVIDIVS. *Quæ quia non licuit, non dedit, illa dedit. Non immerito in numerum peccantium refertur, quæ pudicitiam timori præſtitit, et non ſibi. Eodem modo, qui beneficium vt reciperet, dedit, non dedit?*

e) POLYBIVS *in excerpt. Peireſc. p. 154.* Cui adiungere placet MARTIALEM, qui de muneribus reciprocis *in epigr. V. 84. v. 11.* ita.

Sed certe, puto veſtra iam venire
Saturnalia, Martias kalendas,
Tunc REDDAM *tibi Galle, quod* DEDISTI.

f) *l. 87. §. 3. D. de legat. 2.*

querelam *reſcindendas*, ſeruerit. Cuius actionis naturam pluribus ICti exponunt, ac errores, quibus plerique in hoc argumento explicando rapiuntur, copioſius peculiari ſcriptione THOMASIVS notat, g) vt ideo plura illis huc adiicere, parum referre videatur. Alteram addidit, CONSTANTIVS h) cauſſam A. N. C. CCCLV. edicens *Quodſi vnquam liberis patronus, filios non habens, bona omnia, vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, et* POSTEA SVSCEPERIT LIBEROS, *totum quidquid largitus fuerat, reuertatur, in eiuſdem donatoris arbitrio ac ditione manſurum.* Haec illa eſt conſtitutio celebris, circa quam tot eruditorum meditationes verſatae, et tam multum ab vtraque parte diſceptatum fuerit, *generale* reſcriptum illud ſit, et omnes ſtringat, i) an *particulare*, quod praeter caſum in ipſa lege nominatum, neminem vllum obliget, ſed ſolos *patronos libertosque* reſpiciat. Quod vero certamen ſine pulueris iactu ex AVGVSTINO poteſt componi, quapropter nobis has lites, ſi in antecesſum cuncta ſuo ordine erunt praemiſſa, ſumus infra reſeruaturi. Neceſſe denique eſt, vt vlteriam adiiciamus *reuocationis cauſſam* a IVSTINIANO k) A. N. C. DXXX. introductam, qua conſtitutione, *ingratis* in donatorem omnibus bene-

Altera ab Imperatore Conſtantio a. c. 355.

Tertia a Iuſtiniano, anno 530.

 neſi-

g) THOMASIVS *in diſſ. de legitima tolerantia.*

h) Dico CONSTANTIVM CONSTANTINI M. filium huius legis auctorem eſſe ſolum, non vti habet inſcriptio *l. 1. de revoc. donat.* eum cum fratre CONSTANTINO edictum hoc promulgaſſe, qui iam A. C. 340. e vivis deceſſerat, aut cum CONSTANTE altero huius Imperatoris fratre, vt vult TIRAQVELLVS, cum et hic A. C. 350. eſſet occiſus. Conf. IACOB. GOTHOFRED. *annot. ad l. 3. C. Theod. de revocand. donat.* Nec ſeterum ſilendo hic praeterire poſſum vitium illud, in *inſcriptione* legis *C. Iuſt.* latens, in qua ORFITVS, ad quem haec conſtitutio directa eſt, vocatur *Praefectus praetorio*, qui tamen rectius *Praefectus vrbi* in C. Theod. dicitur, cui cognitio *patronos* inter et *libertos*, Romae praecipue competebat. GOTHOFRED. *ibid.*

i) WERNHER. *diſſ. ad leg. VIII. C. de revocand. donat.* k) *l. 10. C. eod.*

neficiis ſunt ſpoliandi, ne ſit cuiquam licentia et alienas res capere, et frugalitatem irridere donatoris, et donatorem eiusque res perdere. Non tamen propter *iniurias quaſcunque* donationes euerti Imperator conceſſit, ſed determinauit praeciſe illas cauſſis, in iudicio dilucidis argumentis probandas. quales ſunt, ſi *iniurias atroces* donatarius in donantem effundat, vel *manus impias* inferat, vel iacturae molem ex inſidiis ſuis ingerat, quae non leuem ſenſum *ſubſtantiae* donatoris imponit, vel *vitae periculum* aliquod ei intulerit, vel quaſdam *conuentiones*, quas donatoris [illegible] ſpopondit, minime implere voluerit. Et hae tres illae ſunt *legitimae* cauſſae ac ipſo iure comprobatae, quibus donationes poſſunt infirmari. De media nunc dubitatio eſt, in qua diſcutienda, in praeſenti omnem operam collocabimus.

Seculo IV. quo altera reuocationis cauſſa eſt ſtatuta, multa ab imperatoribus in odium libertorum ſunt ſancita.

§. XII. Sanctionem itaque illam CONSTANTII *haud generalem*, ſed *ſolos libertos* ipſi fuiſſe ſubiectos, vt redderent, quae a *patrono* acceperunt munera, *ſi huic liberi ſupernaſcantur*, probatu perquam facile eſt. Non quidem in omnibus libertorum iura ab ingenuorum immunitatibus differebant, l) differebant tamen, cum arctiore *ſubiectionis* et obedientiae lege, propter ineſtimabile *libertatis beneficium*, hi erga patronos eſſent obſtricti. Hinc variae in iure reperiuntur conſtitutiones, praeſertim ſeculo IV. latae, in libertos admodum infenſae, quibus ad ſua officia compellantur, ſi de patronis bene mereri neglexerint. Sic a CONSTANTINO M. grauiter eſt edictum, m) vt *manumiſſus ingratus*, vel qui quadam *iactantia* aut *contumacis* ceruicem aduerſus patronum erexit, aut leuis *offenſae* contraxit culpam, iterum ſub imperium ditionemque ſit mittendus, ipſique

l) *l. 17. C. de legatis.* m) *l. 2. Cod. de libert. et liber. eorum.*

que filii ad ſeruitia priſtina deiiciendi. Iisdem pœnis et ceteri huius ſeculi Imperatores, HONORIVS in primis ac THEODOSIVS, leuiſſimas etiam *libertorum offenſas* vindicant, illosque ſine multa diſquiſitione ad *ſeruitutis nexum* reduci iubent, n) cum tamen priora ſecula miſeris hiſce magis eſſent proſpera, grauesque illas pœnas prorſus ignorarent, ſi tempora *reipublicæ liberæ* exceperis, quæ in lautumias ad perpetuas operas manumiſſos dabant, o) et CLAVDII Imperatoris æuum, *indignos* ad ſeruitia iterum reuocans. p) Nec deſunt aliæ conſtitutiones, quas eodem hoc ſeculo IV. odia in petulantes manumiſſos imperatoribus extorſerunt. Sic idem CONSTANTINVS M. de exheredatis fratribus ſanciens, q) his querelam inofficioſi teſtamenti indulget, ſi in tabulis fraternis heredes ſcripti, vel *infamiæ*, vel *turpitudinis*, vel *leuis notæ macula* adſperſi, vel LIBERTI ſint inſtituti. Quemadmodum itaque ſeculum hoc, tam plures easque peculiares et in *libertorum odium* tantum conceptas leges inſpirauit; mirum videri non poteſt, ſi edictum CONSTANTII in eadem tempeſtate promulgatum, adeo arcte reſtringamus, vt cauſſam hanc reuocationis largitionum, non ad ingenuorum conditionem accommodemus, ſed verbis præciſe ſanctionis inhæreamus, adſeramusque, *ſolos patronos* a ſolis *libertis* munera potuiſſe repetere, *ſi ſuperuenerit proles.* Enimuero, cum modo probabilia hæc ſint, nec alia deficiant, quæ dictis obiici poſſint, hoc argumento non vtar, ſed ex AVGVSTINO

n) *l. 3. et 4. C. eod.* o) IACOBVS CVIACIVS *obſeru. X 33.* VINCENT GRAVINA *de LL. et SCtis.* p) SVETONIVS *in vita Claudii cap. XXV. l. 5. D. pr. de iure patronat.*
q) *l. 27. C. de inofficioſ. teſtament.* In qua lege iterum manifeſtiſſimum TRIBONIANI emblema deliteſcit, differentiam ſibi fingentis, inter libertos, et eos, qui de patrono bene meriti ſunt, quam diſtinctionem tamen CONSTANTINVM *M.* non adieciſſe ex *l. 3. C. Theod. eod.* liquet.

NO rem omnem conficiam, demonſtraturus, ante IVSTINIANVM, cauſſam illam, qua donatio propter *liberos postea ſuſceptos* queat reuocari, nec *ſufficientem*, nec *generalem* vnquam fuiſſe creditam. r)

Quinam verus verborum Auguſtini ſenſus circa reuocationem donationis.

§. XIII. Ad Epiſcopum prouoco, qui eo maiorem dictis noſtris conciliabit auctoritatem, quo certius eſt, neminem de obſeruantia edicti alicuius, vel eius interpretatione æquius poſſe ferre iudicium, quam, qui cum lege ex iisdem fere cunis exemtus, cum illa adoleuit, ſenuitque cum illa, nec a negociis forenſibus adeo fuit alienus, vt, quæ quotidiana etiam ſunt, et in vulgus nota, ignoraret: ne de AVGVSTINI *iuriſprudentia* dicam, quæ talia eum neſcire omnino prohibebat. Quid quæſo illa verba ſuperius citata? *Quidam*, CVM FILIOS NON HABERET, *res ſuas omnes retento ſibi vſufructu donauit eccleſiæ.* NATI SVNT ILLI FILII, *et reddidit epiſcopus*, NEC OPINANTI, *quæ illi donauerat. In poteſtate habebat epiſcopus* NON REDDERE SED IVRE FORI, *non iure poli.* Quæ vt eo melius intelligantur, præcedentia ex AVGVSTINI ſermone hic erunt ſupplenda. Erant, qui Epiſcopum reprehendebant, et dentes in eum ducere parabant, quod tantas, et tam opulentas oblationes ſusque deque habuerit, illasque recuſauerit, quibus adeo mirifice poſſit eccleſia

r) Omnino conferri merentur, quæ ſingulari diſſert. ex noſtratibus, V. C. VOLBRECHTIVS ad hoc argumentum doctiſſime commentatus eſt, vbi primas origines erroris detegit, ac ſi in ſæpius citata *l.* 8. *C. de reuocand. donat.* conſtitutio vniuerſalis reperiretur, omnibusque liceret, munera repetere, propter prolis agnationem. Gloſſam huius doctrinæ matrem V. C. nominat, quæ ad vocem *liberos* hæc habet obſeruata: *Idem dicam ſi cuilibet extraneo donauerit, cum non eſt veriſimile, alienas ſucceſſiones ſuis anteponere.* BARTOLVS et BALDVS deinde eadem veſtigia ſunt ſequuti, a quibus recentiores illam opinionem in foris magis magisque ſub *æquitatis ſpecie* gliſcentem, ſine multa diſquiſitione receperunt.

cleſia donata, et quas accipere ſecundum ipſas *leges humanas* eſt liberum ſit. Hic iterum, mortuo quodam patre, bona ſua eccleſiæ relinquente, bona paterna, filiis ab irato parente exheredatis reſtituit, ac propriam hac occaſione ſuam cauſſam perorat; magno orationis flumine magnaque grauitate contemplationi aduerſariorum relinquens, faſne eſſet, illas facultates eccleſiæ ſeruare, quæ aliis, quæ ipſis filiis, quæ inique et in ira ferueſcente eſſent ereptæ. Se illum non eſſe, qui improbatis artibus diuitias ſit quæſiturus, quamuis hos adquirendi modos omnia iura humana probauerint. Et vt ſuæ eloquentiæ AVGVSTINVS plus addat ponderis, ad caſum ſimilem quendam, et ad epiſcopum Carthaginenſem AVRELIVM ſe refert, religioni ſibi ducentem, ea retinere, quæ ipſi obuenerunt donata a patre, cui, largitione iam facta, demum *proles* erat adnata, cum neque ei fuiſſet integrum, IVRE FORI, *non reddere*, neque opinatus eſſet pater aut ſperaſſet, tanta vnquam ab epiſcopo fieri, huncque nulla *lege humana* cogente, ex generoſa animi indole, *ſola pietate* motum, bona ipſi ſemel collata iterum eſſe reſtituturum. Ergone *iure fori* non reddidit Epiſcopus? h. e. ex conſtitutione illa a CONSTANTIO edita et ea ætate iam vndique publicata, qua diſerte iubentur bona, quæ *patronus liberto* largitus eſt, *poſt ſuſceptos liberos*, in eiuſdem donatoris arbitrium reuerti? Quomodo in hunc ſenſum poteſt fari AVGVSTINVS? Quare dicit, redditas eſſe facultates patri *inopinanti*? Cur tam falſa et iuri contraria pronunciat? *In poteſtate habebat epiſcopus* NON *reddere*. Sed vero nobis noſtri AVGVSTINI auctoritas ſalua ſit, qui talia non ſcripſiſſet, ſi ſua ætas, ſine reſpectu habito ad *patronos libertosque*, omnes omnino hac lege teneri eſſet opinata. Coniiciamus potius noſtra ſecula egregie et fallere et falli, cum neſcio

Legem Conſtantii non eſſe generalem ex dictis liquet.

ſtio quæ ex cerebrina æquitate, edictum hoc *vniuerſale* habeant, et ab omnibus, donata, propter liberos agnatos reuocari poſſe contendant.

Eadem ſententia et ſeculo VI. IX. XII. et XIV. viguit.

§. XIV. Nec tantum noſtri epiſcopi æuo hæc dogmata plane erant incognita, ſed et in ſequentia tempora nullum alium ſenſum legi huic vindicarunt. Ita ex ANIANI *breuiario codicis Theodoſiani*, s) colligimus, ſeculo VI. illud Conſtantianum edictum de donationis reuocatione, non a quolibet orbo, ſed ſolum a *patrono* facta, ICtos intellexiſſe. ANIANVM enim hæc fideliter notaſſe, ſuæque interpretationi addidiſſe, quod ad ceteros quoſuis hoc ſancitum fore accommodare ſoleant, eo certius eſt, quo magis ſuo fini conuenerat, omnem legum Romanarum et antiqui iuris obſcuritatem in meliorem lucem et intelligentiam redigere. t) Quod etiam nec alia ſeculi IX. doctoribus ſententia ſederit, libri βασιλικῶν teſtantur. u) Immo conſtat, nec Italos, quod mireris, ſeculo adhuc XII. ſanam legis mentem reliquiſſe x), ſed vnanimi quaſi ſuffragio, ad ſeculum vsque XIV. a ICtis, teſte HARMENOPVLO, y) noſtro calculo fuiſſe ſubſcriptum.

s) ANIANVS *brev. Cod. Theod. ad hanc legem ita commentatur: Si patronus filios non habens, aliquid liberto dederit, et poſtea ſuſceperit liberos, quidquid largitus fuerit, reuocatur in eiuſdem donatoris arbitrium.*

t) IDEM *in præf. huius breuiar.*

u) *Libri* βασιλικῶν *lib. XLVII. tit. de reuocand. donat. 2. conſt. 9.* ibi ex verſione FABROTTI: *Si patronus liberis, liberto omnia bona ſua, aut partem eorum, fuerit donatione largitus, et poſtea filios habuerit, omnia bona eius rurſus ad eum reuertuntur, et in eius arbitrio manent.* Nihil hic capte de donationibus in alios, præter *libertos* collatis.

x) AZO *in ſumma ſua lib. VIII. tit. 56.* qui ſeculo XII. in Italia floruit, hæc ad eandem legem habet. *Donat igitur quis aut* LIBERTO *aut* EXTRANEO, *ſi liberto, reuocatur donatio tota propter liberos ſuſceptos a* PATRONO, ALIAS *autem totum non reuocatur.*

y) HARMENOPVLVS *in promptuario*

ſcriptum. Quae tamen omnia adeo docte expediuit WERNHERVS z), vt ex eius ſcriniis in noſtras chartas plura hic ingerere, parum praeſtare videatur. Paucis tantum adhuc tangere liceat, ipſum GRATIANI *decretum* a communi errore immune eſſe, et noſtri epiſcopi doctrinas iisdem verbis amplecti a). Porro et *Germanorum* iura, ſi Longobardica, exceperis, b) hanc reuocationem ignoraſſe dubium non eſt, cum genti huic, ad donandum adeo procliui, tenacique *fidei* ſuae ſemel datae, non eſſent, niſi duae vindicandi cauſſae probatae, altera, ſi *indignum* beneficio ſe praeſtiterit donatarius: altera, ſi huic alio ſeſe conferre fuerit volupe c). Ad Pruſſicas tandem quod attinet conſtitutiones, illas adoptare, quae a nobis ſunt refutata ac vulgaribus ICtorum doctrinis plus iuſto fauere comperio, quia eo adhuc progrediuntur, vt non ferant, parentes reuocationi poſſe renunciare, ſtatuantque, donatore iam mortuo, ipſis *heredibus* repetendi donata licentiam patere d). Quo iure, quia ſcriptum eſt, viuimur, cuius etiam praecipua, ad hanc materiam quae faciunt momenta, ab illuſtri Pruſſorum ICto *de* SAHME plenius ſunt obſeruata e). *Quid aliis iuribus de hac argumento ſit ſtatutum.*

§. XV. Altera eſt meditatio, quam AVGVSTINI verba ſuppeditant; nemini vnquam iure ciuili fuiſſe prohibitum, *res ſuas* OMNES *donare.* Ita enim ille Pater in eccleſiam adeo muni- *Obſeru. II. Optimo iure omnium bonorum donatio fieri poteſt.*

tuario iuris lib. III. tit. II. iterum legem noſtram ad donationes liberto tantum factas reſtringens: *Si quis, inquit, liberos non habens, ſuas omnes facultates, aut earum partem propriam* LIBERTO *donauit, ſuſceptis poſtea liberis, tota reuocatur donatio.*

z) WERNHERVS *diſſ. alleg. cap. II. §. XXXX.* a) *c. XXXXIII. C. XVII. quaeſt. IIII* b) LEX LONGOB. *lib. II. tit. XIIII. leg. XIII.* c) B. HEINECC. *elem. iur. Germ. lib. II. tit. XIII. §. XV* d) IVS PRVTEN. *lib. IV. tit. XIV. art. III. §. II.* e) *Id. de* SAHME *in der Einleitung zur Preußiſ. Rechts-Gelahrtheit lib. II. tit. X. §. III.*

munificus, ſolum ſibi facultatum vſumfructum retinuit, omne quidquid ipſi erat in patrimonio, ſponte piæ cauſſæ offerens. Quam liberalitatem epiſcopus, nec probare potuiſſet, nec magnifica hæc dona accipere, ſi in foro ſoli, vt loquitur AVGVSTINVS, *lege humana* talis munificentia fuiſſet damnata. Neſcio igitur, quam iniuriam, aut abſurda ſibi fingant, aut quibus legibus, bonisque moribus repugnari velint, qui largitiones ita conſtringunt, ne munera *omnem* donatoris ſuppellectilem ac facultates ſuas exhauriant. Opinantur primo, effrenata eiuſmodi donatione, donanti nihil eſſe reliqui, ex quo ſibi aut familiæ ſuæ *alimenta* depromat. f)

Aduerſariorum argumenta refelluntur.

Enimuero non cogitare hos homines miror, vtrumque, et donari et ſibi ſimul proſpici poſſe, dummodo harum largitionum *vſusfructus* procuretur. Aut, ſi quis immenſis donis, ad *profuſionem* vsque, rem ſuam ita excuſſerit, vt, quo ſe ſuſtentet, neſciat iam, nec liberi debitum bonorum ſubſidium conſequi queant, ex *lege* g) remedium quærat, et *quartam* rerum donatarum partem reuocet, vel omnem donationem propter *ingratum* acceptantis animum reſcindat, h) qui, *denegatis alimentis* donatori præſtandis, ipſum procul dubio premit. Obiiciunt porro, quos donatio vniuerſalis offendit, omni *facultate teſtandi* eos priuari, qui ſe ipſos bonis omnibus priuant, cuius tamen coercitionem aut plenariam ademtionem ipſæ leges periniquam iudicant, et adeo grauiter et ſancte interdicunt. i) Aſt nec illi harum legum veram mentem capiunt, cum

f) WERNHER. *l. c.* g) *l. 5. C. de inofficioſ. donatione.* h) *l. 10. C. de reuocand. donat.* ibi: *Ne ſit cuiquam licentia et alienas res capere et frugalitatem irridere donatoris, et ipſum iterum* DONATOREM SVASQVE RES PERDERE. i) *l. 10. C. de pactis, l. 43. pr. D. de vulgari et pupill. ſubſtitutione.*

cum prohibeant modo, ne libertas teſtamenti faciendi homini ſani capitis auferatur, de iis bonis, quæ ex *patrimonio* ſuo nondum *exciderunt*, et de quibus tabulas conficere adhuc integrum eſt. Quod vero idem applicare velle ad facultates, quarum dominium *ad alios* iam migrauit, nihil abſurdius ſcirem. k) Denique putant; non multum præſidii in AVGVSTINI dictis nos quærere poſſe, illum loqui non de iure communi, ſed de *priuilegio*, neſcio quo *eccleſiis* ſpecialiter adſerto. His bona in vniuerſum donata accepture, nemini vero alii licuiſſe, ſicque nec noſtrum argumentum, a *particulari* iure ad ius commune vlla ratione procedere. Sed iterum, qui nobis hæc obiiciunt, ſibi ipſis adeo non conſtant, vt eccleſiis tanta iura, tantaque priuilegia vindicent, probare tamen obliuiſcantur, *prærogatiuas* has certo *eccleſiis* aliquando eſſe conceſſas, quod etiam tam facile ab iis expediri poſſe, vehementer dubito. Deinde vero haud memini, *ius fori*, de quo epiſcopus ſollicitus eſt, *ſingularia priuilegia* denotare, denotat potius *commune* ius et promiſcuum; ſecundum quod inter partes in foro generaliter eſt pronunciandum. Ceterum vix eſt, quod in hoc certamine diu nos defatigemus, quin potius miremur non paucos dari, qui, in tam bono lumine, per tenebras et nubes videre malunt, hæſitant, et fidem recuſant, quamuis *lex* l) et *epiſcopus* alia omnia obloquantur.

§. XVI. Vltimam addo obſeruationem: *Licuiſſe parentibus exheredes ſcribere liberos, ante* IVSTINIANI *tempora, etſi in iure non fundatæ eſſent exheredationis cauſſæ, modo iudicis cognitio acceſſerit.* Obſeru. III. Sine in iure fundatis cauſſis ante Iuſtinianum

k) Conf. introduct. in ius dig. ſior. lib. XXXVIII. tit. V. §. 10. SCHILTER exercit. XXXIII. §. 19. l) l. 6. C. de reuocand. donat. ibi: Si vnquam libertus, patronus filios non habens, bona OMNIA etc. donatione fuerit largitus,

Liberi poterant exheredari, ſi modo acceſſerit cognitio iudicis.

cefſerit. Iterum hoc ex dictis AVGVSTINI liquet: DONVM *filio, quod iratus pater moriens* ABSTVLIT. Non enim potuiſſet hac duriore loquutione epiſcopus vti, ſi pater filio iuſte fuiſſet iratus, ac ſecundum leges noſtras eum a ſucceſſione ſummouerit. Neque vero filio, tam *inique* excluſo, remedium fuiſſe datum conſtat, quo ex *inofficioſis* tabulis queri et ipſo iure eas reſcindere, facultatesque, quibus erat ſpoliatus, reuocare potuerit, cum de ſe glorietur AVGVSTINVS, bona filio ablata eidem iterum *ex pietate*, nulla lege iubente, *donaſſe.* Paucis itaque et in tranſitu quaſi, quid de liberorum exheredatione ante IVSTINIANVM legibus fuerit ſtatutum videamus. Et certum eſt, ex XII. tabulis, filios vti occidere, ita *exheredare* m), aut plane *praeterire* ad TVLLII vsque aetatem n) patriae poteſtati impune licuiſſe. Quamuis vero poſtea filii, in poteſtate conſtituti, ſiue naturales, ſiue adoptiui, aut poſthumi eſſent, nominatim *heredes* aut *exheredes* ſcribi deberent; o) *filiabus* tamen, *poſthumis*, *nepotibusque* adeo male erat proſpectum, vt legato vel minimo etiam iis relicto, in teſtamento paterno, ſilentio poſſent *praeteriri.* p) Verum, cum hac exheredandi libertate homines blanditiis, maxime nouercalibus, deliniti valde abuterentur, q) ICti de remedio cogitare coeperunt, quo *iniquae exheredationi* ſuccurrerent, r) nullas tamen *cauſſas* determinarunt, ex quibus licite illam exheredationem fieri vellent, ac in eo potiſſimum *antiqui* iuris et iure *Iuſtinianeo* differentia poſita eſſe videtur. Erant tantum exheredationis cauſſae in arbitrio et aeſtimatione iudicum, nec

vllo

m) *l. 11. D. de liber. et poſthum.* n) CICERO *de orator. I. 38.* o) B. HEINECC *antiq. Rom. lib. II. tit. X. §. 10.* INST. *pr. de exhered. liber.* p) VLPIANI *fragmenta XXII, 21, ſeq.* q) VALERIVS MAX. *lib. VII. cap. VII.* REINESIVS *ad inſcript. claſſ. I, 10. p. 24.* r) *l. 120. de V. S.*

vſo certo iure continebantur. s) Erat præterea ſatis, ab herede ſcripto eas allegari, nec vt nominatim a teſtatore adſcriberentur, vrgebatur. Nec poſtremo erat neceſſe, heredem has probare, ſed ipſis liberis excluſis iniungebatur, vt purgarent ſe, ſeque ſemper in officio et obſequio parenti debito manſiſſe docerent. t) Quæ exheredationis ratio tam diu Romanis in conſuetudine fuit, donec IVSTINIANVS, cui minus e re publica videbatur, tantam rem, tam arbitrariam iudicibus ſolum relinquere, ſingulari conſtitutione ad cauſſas certas exheredationem reſtringere conſilium cœpit. u) Non eſt itaque, cur mirum videatur, filium illum tam facile, et vt ſuſpicari poſſumus vix ex iuſta cauſſa eſſe a ſucceſſione excluſum, cuius epiſcopus meminit, ſi modo hæc omnia per duo ſecula ante IVSTINIANVM eſſe acta perpendimus.

Argumentum ſecundum, ex iurispr. anteiuſtinian. concernens probationem criminum per inſtrumenta.

§. XVII. Nouum iam argumentum ex iurisprudentia AVGVSTINI *anteiuſtinianea* in ſcenam prodeat. Eſt inter illos diſceptatio, qui criminales cauſſas agunt, poſſitne *documentis* et tabulis *probatio criminum* expediri, an teſtium præciſe dicta requirantur, vt factum pleniſſimæ luci queat adponi, illud examinari et in reum ſententia dici. Prouocant, quibus in iudicio tam graui plus fidei teſtibus, quam inſtrumentis, tribuere placet, ad veterem quandam HADRIANI imperatoris conſtitutionem, IVNIO RVFINO Macedoniæ Proconſuli ita reſcribentis: x) *Quod crimina obiecit apud me Alexander Apro, et quia non probabat, nec teſtes producebat, ſed* TESTIMONIIS VTI VOLEBAT, QVIBVS APVD ME LOCVS NON

s) PLINIVS *epiſt.* IV. 8. QVINTILIAN. *inſtit.* IV. 7. t) DONELLVS *commentar. ad Cod.* p. m. 632. n. 8. u) NOVELL. CXV. x) *l.* 3. §. 3. D. *de teſtibus.*

NON EST, *nam ipſas interrogare ſoleo: Quam remiſi ad prouinciæ Præſidem, vt is de fide teſtium quæreret, et niſi impleſſet, quod intenderat, relegaretur.* Ex quo loco coniiciunt, aut nihil, aut parum auctoritatis in tabulis et ſcriptis teſtimoniis veteres collocaſſe, ſi de cauſſa criminali ageretur. Antequam vero huic dubitationi a nobis fiat ſatis, epiſcopum ante omnia adeamus, qui oraculi inſtar de iure, ſuo æuo in foris circa hoc momentum obſeruato, fideliter eſt reſponſurus: y)

> *Si iudex es, ſi iudicandi poteſtatem accepiſti, eccleſiaſtica regula, ſi apud te accuſatur, ſi veris documentis, teſtibusque conuincitur, coerce, corripe, excommunica, degrada: ſic vigilet tolerantia, vt non dormiat diſciplina.*

AVGVSTINVM itaque documentis eandem probationis vim, eosdemque effectus, ac teſtium depoſitionibus in pœnarum applicatione vindicare, verba illa docent, docent vero ſimul communem ſeculi iſtius fuiſſe opinionem, inter hæc duo probandi genera nullum verum intercedere diſcrimen, nec aliter in iudiciis eſſe pronunciatum, ſiue reus auctoritate inſtrumentorum, ſiue teſtium fide fuerit de crimine conuictus. Ad *fori* enim conſuetudines eum prouocare, vel ex ipſa fronte verborum: SI IVDEX ES ſatis liquere opinor, vt etiam nec totus orationis ſuæ ambitus aliud indicat. In eo eſt totus epiſcopus, vt nemini priuatorum liberum eſſe commonſtret, de ſuo vitæ ſocio iudicia ſiniſtra ferre, aut corripere eum aut condemnare, cum pœnas de iniquis ſumere, coercere maleuolos, et ex cœtu pro-

y) AVGVSTIN. *Serm. CXXV, cap. VIII. de verbis Apoſtoli tom. V. p. 795.*

proſcribere, qui ſcelerum labe ſeſe polluerunt, illis tantum ſit licentia, auctoritate publica qui ſunt muniti, iudicandi poteſtatem acceperunt, ſuumque imperium iuxta legum normam in illos exerceant, qui indubitatis ſcripturis, aut teſtibus de maleficio vere ſunt victi.

§. XVIII. Et neſcio ſane, quid impediat, quominus crimina per documenta probari poſſe adfirmem, cum omnia, quae in iudicio criminali geruntur, non niſi veritatis obtinendae cauſſa fiant, qua ratione etiam illa obtinetur; ſed vero eandem probandi vim, eandemque certitudinem iura et documentis et teſtibus adferunt: ita enim diſertis verbis imperator ſancit z): *In exercendis litibus eandem vim obtinent, tam* FIDES INSTRVMENTORVM, *quam depoſitiones teſtium.* Et iterum GRATIANVS edicit a): *Sciant cuncti accuſatores eam ſe rem deferre in publicam notionem debere, quae munita ſit idoneis teſtibus vel inſtructa* APERTISSIMIS DOCVMENTIS. Sua hinc quidem ſponte ſequi videtur, tabulas probandis criminibus ſufficere, et pariter roboris, ſi vtraque argumenta aequa lance penſitaueris, illorum opinioni ineſſe, qui in alia omnia contraria eunt: modo *ſuis requiſitis* haec veritatem eruendi remedia deſtituta non ſint, quae lege deſiderantur, quorumque defectus ipſos teſtes inhabiles reddunt ac eorum depoſitiones omnino deſtruunt. Caue tamen opineris, omnes chartas in criminum probatione eadem virtute et efficacia eſſe. Sunt quaedam, per quas in primis maleficium eſt commiſſum, ſeu vt ICti loquuntur, in quibus *delicti corpus* latet: b) ſi falſum patratum, ſi proditio facta, ſi [illegible], ſi [illegible]

Stabilitur, per inſtrumenta crimina probari poſſe, ſi legitimis requiſitis inſtructa.

Differentia inſtrumentorum notatur.

Hh fama

z) *l. 15. C. de fide inſtrumentorum. Ius eccleſiaſt. tom. IV. tit. de accuſat.*
a) *l. 25. C. de probation.* b) *Conf. §. LXXVI.*

fama libello famoſo dilacerata et quæ talis commatis crimina plura ſunt, quæ non facile niſi litteris ſolent abſolui. Quis vero illis fidem recuſaret, ac reum, remoto etiam omni teſte, futuro ſuffragio damnare ſubuereretur, poſtquam talia ſe ſcripſiſſe ſponte *profeſſus* ſit, vel litteris inter ſe comparatis aliunde de eius manu conſtiterit. c) E contraria tamen parte, longe alia de illis ſcripturis erunt dicenda, quibus delictum *extra litteras* commiſſum tantum proditur, vt ſit in homicidio, adulteriis, raptu. Non enim hic expeditur res, ſi litteras ſuas agnoſcit, ſed et ipſe coram iudice ſua in ſcriptis confeſſa repetat neceſſe eſt, alias epiſtolæ ab eo ſcriptæ, non niſi confeſſioni, *extra iudicium factæ*, ſunt comparandæ, adeo vt ad ſupplicium rapi nequeat, bene tamen iure Carolino d) *diris quæſtionibus* reos ſubiici poſſit e).

Dubia aduerſariorum remouentur.

§. XIX. Fundamentum, cui dogmata ſua ſuperſtruunt, qui ſententiæ noſtræ ſubſcribere nolunt, in eo fere eſt poſitum, quod, cum in cauſſa criminali ceu ardua apertiſſimis probationibus ſit opus, eas vero expediri non poſſe per inſtrumenta autument, conſequens ipſis videatur, et illa ex hoc iudicio prorſus eſſe eliminanda. Vix tamen hac breui, et haud ſatis curata monſtratione a FARINACIO, f) MASCARDO g) aliisque noſtra controuerſia componitur, cum illud, quod in lite palmarium eſt, et ante omnia argumentis muniendum, alto ſilentio tranſeant immo axiomatis inſtar, tanquam aliunde probatum, precario accipiant: quare nimirum *tabulis* tantam vim ineſſe, ſit diffitendum, et cur tantum roboris

c) REINHARD *de probat. delict. part. II p. 262.* f) FARINACIUS *per docum. §. 10. ſeq.* LUDOV. *proceſſ. prax crim. quæſt. LXXXXIIII.* g) MAS*card. cap. VI. §. 5.* d) C.C.C. *art.* GARDUS *de probat. quæſt. V. n. 14.* *XXXIII.* e) BERGER. *elect. crim.*

boris dictis *teſtium* vindicetur, qui haud raro tam *ſubleſtæ fidei* ſunt, vt licet iuriſiurandi religione teſtimonia ſua firmauerint ſæpe, mox tamen vel *errore* vel *metu* abrepti falſa dicant, vel bona mente et de induſtria, auro forſan *corrupti*, in iudiciis mendacia loquantur. Ad ea vero, quæ in ipſis legibus ſuæ opinioni præſidia quærunt, cum in ſupra a nobis notato *reſcripto* imperatoris ſe nimis ſecure fundent, iam ANTON. MATTHAEI h) et GILKENIVS i) animaduerterunt, HADRIANVM, teſtimoniis reprobatis, teſtes produci iubentem, non loqui hic, de in ſpecie ſic dictis inſtrumentis, ſed de *teſtium effatis* in *ſcripturas* redactis, et minorem his tantum, ac teſtibus ipſis fidem eſſe adhibendam, contendere. Quod ex verbis colligo, ab imperatore ſtatim et *rationis* inſtar adiectis, cur teſtimonia adhiberi nolit: *Nam*, inquit, IPSOS *interrogare ſoleo.* k) Et tantum abeſt, vt iuribus noſtris illa ſint attemperata, vt potius hæc contraria habeant, atque expreſſe adſerant: l) *monumenta publica teſtibus eſſe potiora.*

§. XX. Reſeruauit quoque noſtro æuo incomparabile AVGVSTINI in litteras iuridicas ſtudium, ex codicis GREGORIANI reliquiis, fragmentum omni noſtra attentione dignum, quod ANTONINI Imperatoris *reſcriptum* continuit, in cauſſa *adulterii* maritorum emiſſum, et ad VLPIANVM ICtum illuſtrandum m) permultum ac mirifice facit. Sunt huius conſtitutionis verba, ab AVGVSTINO relata, ſequentia, quæ integra et in ſuo nexu ſcriptioni noſtræ demandare

Argumentum tertium iurisprud. anteiuſt. circa actionem de moribus in cauſſa diſcidii.

h) ANTONIVS MATTHAEI *de crimin. ad lib.* XXXXVIII. *tit.* XV. *cap.* V. i) PETR. GILKENIVS *ad l. fin. C. de probat. n.* 5. k) *l.* 3. §. 3. *D. de teſtibus.* l) *l.* 10. *D. de probat. et præſ.* m) *l.* 13. §. 5. *D. ad leg. Iul. de adulter.*

eo minus poenitebit, quo magis ille fini noſtro inſeruire, ſeque ſua ſoliditate ac iudicio magnopere inſinuare animaduertimus. Ita vero epiſcopus: n)

Quid habeat de hac cauſſa Auguſtinus ex reſcripto Antonini.

Legant, quid Imperator ANTONINVS, *non vtique Chriſtianus, de hac re conſtituerit, vbi maritus vxorem de adulterii crimine accuſare non ſinitur, cui moribus ſuis non praebuit caſtitatis exemplum, ita vt ambo damnentur, ſi ambos pariter impudicos conflictus ipſe conuicerit. Nam ſupra dicti Imperatoris haec verba ſunt, quae apud* GREGORIANVM *leguntur. Sane, inquit, meae litterae, nulla parte cauſſam praeiudicabunt. Neque enim ſi penes te culpa fuit, vt matrimonium ſolueretur, et ſecundum legem Iuliam,* EVPASIA o) *vxor tua nuberet, propter hoc reſcriptum meum adulterii damnata erit, niſi conſtet eſſe commiſſum. Habebunt autem ante oculos hoc inquirere, an cum tu pudice viueres, illi quoque bonos mores colendi auctor fuiſti. Periniquum enim mihi videtur eſſe, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipſe non exhibet: quae res poteſt et virum damnare, non ob compenſationem mutui criminis rem inter vtrumque componere, vel cauſſam facti tollere.*

De

n) AVGVSTIN. *lib. II. de coniugiis adulterinis ad Pollent. tom. VI. p.* 404. o) SCHVLTING. *in iurispr. anteiuſt. p.* 705. *legit* EVPASIAS *fragmentum vero Cod. Gregor. habet* EVPHRASIA.

De illis iam ante omnia ſolliciti hic eſſe debere videmur, vt vero huius ſanctionis *auctore* nominato, legitimum eius *ſenſum* in paullo maiorem lucem mittamus antequam pro noſtro more ipſis, praefatis AVGVSTINI dictis obſeruationes quasdam ſubiiciamus. Quis igitur eſt ille ANTONINVS? quem hic epiſcopus excitat, quique maritali poteſtati infenſus, in feminarum fauorem tam gratioſe reſcribit? et neſcio ſane, quem ſubductis rationibus commodius poſſem compellare, quam ANTONINVM CARACALLAM imperatorem. Vt enim taceam, non alio fere nomine, in noſtro iure hunc principem laudatum inueniri, ſicut vel ex vna eaque celebri lege adparet, in qua ſub nomine ANTONINI edixit, p) *vt in orbe Romano qui eſſent, omnes ciues efficerentur*, q) ita in primis ANTONINVS nominatur in ſanctis, quae cauſſas matrimoniales ac adulteriorum reſpiciunt, r) ſub cuius denominationis inuolucro tamen neminem, niſi CARACALLAM latere nihil dubii eſt, cum id partim dies et conſul legi adſcriptus, partim ipſe pater SEVERVS indicat, cum quo haud raro, tanquam in regimine ſocio, in legibus iungitur. Sic ANTONINVM CARACALLAM grauiori poena, nec ſecundum legem Iuliam in adulteros animaduertiſſe, DIO notat; s) et VLPIANVS refert, t) diuum SEVERVM et ANTONINVM ſanxiſſe,

Antoninum hunc fuiſſe Caracallam demonſtratur.

Hh 3 ſtuprum

p) I. G. HEINECC. *ant. Rom. append. lib. I. §. XIX* qui ſolidiſſimis argumentis commonſtrat, ANTONINVM huius conſtitutionis auctorem eſſe CARACALLAM, contra ipſum IVSTINIANVM, ANTONINO pio illud edictum vindicantem *in Nouell. LXXVIII. cap.* 5. q) *l. 17. D. de ſtat. hominum.*

r) *l. 1. C. ad leg. Iul. de adulter. l. 2. eod.* quae lex vtraque a SEVERO et ANTONINO A. C. 198. eſt lata. *l. 3. Cod. eod.* A. C. 214. a ſolo ANTONINO promulgata, cum anno 211. pater ANTONINI, SEVERVS iam e viuis deceſſiſſet. Si itaque noſtrae conſtitutionis inſcriptio ſolum ANTONINVM nominat, ille vero anno 218 interfectus, conſequens eſt edictum hoc intra annos 213. et 218. eſſe emiſſum.

s) *apud* DIONEM *in excerpt. Peireſc. p. 755. edit. Valeſ.* t) *l. 23. §. 3. D. ad leg. Iul. de adulter.*

ſtuprum etiam in ſponſa vindicandum. Quæ verba ſtatim a noſtris excipiuntur, dum ICtus ANTONINI, (quem tamen non nominat) edictum addit: u) *Iudicem adulterii ante oculos habere debere et inquirere, an maritus pudice viuens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit?* Nullum itaque alium hunc eſſe ANTONINVM, quam SEVERI imperatoris filium, qui ſub CARACALLAE nomine in annalibus celebris eſt, ad intelligendum eſt facile. Quod ad genuinam huius conſtitutionis mentem attinet; inferius maiori adparatu explicandam, hic tantum notare iuuabit: minime hic agi de publica adulterii accuſatione, ſed potius reſpondere imperatorem, querenti marito de vxore, cui diuortio facto, adulterium obiciebat et dotem retinere intendebat.

Obſerv. I. Lege Iulia adulteria non fuiſſe gladio punita. Deducitur hoc ex ipſis verbis reſcripti.

§. XXI. Primum eſt, in quod mea meditatio incidit, *legem Iuliam adulteria nunquam gladio vindicaſſe, sed reos, quadam bonorum parte priuatos, in inſulam mitti ac mulieribus ſecunda vota denegari conſtituiſſe.* Ex ipſis edicti viſceribus hanc noſtram obſeruationem eruo, dum imperator ait. *Neque enim ſi penes te culpa fuit, vt matrimonium ſolueretur, et SECVNDVM LEGEM IVLIAM uxor tua EVPHRASIA nuberet, propter hoc reſcriptum meum adulterii damnata erit.* Quibus verbis hoc fere ANTONINVS intendiſſe, ac marito de muliere querenti reſpondiſſe videtur: Detuliſti quidem ad me cauſſam, marite, de diſcidio vxoris tuæ EVPHRASIAE, eique totius diſcidii cauſſam propter adulterium ab ea commiſſum imputas, pretendis hinc ſimul, quia non tua ſed coniugis culpa matrimonium diſſolutum eſt, vt tibi obueniant lucra in tali caſu a legibus conceſſa; vtque mulieri in alterius amplexus iterum conuolanti, ſecunda vota interdicantur.

u) IBID. §. 5.

catur. Verum ſcias, has meas litteras nulla ex parte cauſſae eſſe praeiudicaturas, antequam duo momenta erunt excuſſa, alterum, penesne te fuerit culpa, vt matrimonium ſolueretur: alterum vero, vt maiori adhuc cura inquiratur, ſitne adulterium *vere* ab vxore commiſſum. Licitum enim eſt EVPHRASIAE tuae ſecundum *legem Iuliam* alteri nubere, ſi nondum de crimine hoc plene poteſt dici conuicta, ſi vero cauſſa iam perorata, ſi conſtiterit, adulterium eſſe patratum, lex ipſa *Iulia* a ſecundis votis eam arcebit. x) In hunc quidem ſenſum principem reſcripſiſſe perſuaſiſſimum habeo. Quodſi itaque a nouis votis ſuſcipiendis coerceat lex Iulia adulteras, ac eum quoque eodem iudicio publico teneri velit, qui tali impudicae ſeſe iunxerit, y) nihil ſane eſſet abſurdius aſſerto, huius criminis poenam, vitam ciuitatemque ademiſſe. z) His in primis accedit, ipſam legem Iuliam, harum mulierum teſtimonia prohibere, a) qua conſtitutione ineptius aliquid vix concipi poſſet, ſi gladio vltore in illas eſſet ſaeuitum. Habent eadem codex GREGORIANVS et HERMOGENIANVS, b) et in BRISSONIO, qui in vera adulterii poena determinanda eſt totus, c) ſententia noſtra *Romanos tanta ſeueritate in adulteros, adulteraſue non animaduertiſſe*, vtramque paginam facit. Immo ipſe, qui primo loco fuiſſet laudandus AVGVSTINVS noſter alibi d) diſertis verbis adſerit:

Romani antiqui in ſtupro detectas Veſtae ſacerdotes viuas defodiebant, adulteras autem feminas,

x) l. 11. §. 13. D. ad leg. Iul. de adult. y) l. 29. §. 1. D. eod. l. 9. C. eod. z) I. HEINECC. antiq. Rom. lib. IV. tit. XVIII. §. LI. a) l. 18. D. de teſtib. b) SCHVLTING iuriſpr. anteiuſt. p. 705. c) BAR. BRISSONIVS ad leg. Iul. de adulter. p. 91. d) AVGVSTIN. de ciuitat. Dei lib. III. cap. V. tom. VII. p. 61.

minas, quamuis aliqua damnatione, nulla tamen morte plectebant.

Haud vero aliquid dubii reſtare mihi videtur, ſi PAVLI ſententias conſulimus, qui de hoc argumento pleniſſime agens ita differit: e) *Adulterii conuictas mulieres dimidia parte dotis et tertia parte bonorum, ac relegatione in inſulam placuit coerceri. Adulteris vero viris, pari in inſulam relegatione, dimidiam bonorum partem auferri, dummodo in diuerſas inſulas relegentur.* De quo loco doctiſſimus SCHVLTINGIVS f) praeclare iudicat, illum vnum, in tota antiquitate ſi alius non ſupereſſet, exacte nobis pœnam adulterii ex lege Iulia repræſentare, adeo vt fruſtra vlterior de illa inſtituatur inquiſitio.

Obſeru. II. Olim Romanas maiorem pudicitiam a feminis quam a maſculis exegiſſe.

§. XXII. Alterum, quod obſeruare hic mihi videor, illud eſt: Romanos olim, et antequam IVSTINIANVS ab illorum moribus rubiginem abſterſerat, conſueuiſſe, maiorem pudicitiam et caſtitatem *ſexui ſequiori*, quam maſculæ genti demandare, ex quibus principiis, cum non poſſent non ſæpe fluere concluſiones, ab omni æquitate abeuntes; ANTONINO imperatori in certo caſu, quoad vtriusque coniugis *mores*, ceu mox a nobis docebitur, effrenatam illam Romanorum licentiam arctius conſtringere, laſciuiamque ac petulantem maritorum indolem miteſcere placuit, adeo, vt illis, quibus in hac cauſſa competebat cognitio, generaliter iniungeret, omni ſollicitudine virtute officii in mariti mores inquirere. Non vero eſt, cur laxam hanc et omnis vinculi impatientem maritorum vitam, arctiſſimamque e contrario feminarum cuſtodiam miremur, ſi modo rationes ſuas, quas

e) PAVLI *ſent. recept. lib. II. tit. XXVI. §. 14.* f) SCHVLTINGIVS *l. c. p. 321.*

quas de matrimonii nexu ſubduxerunt, paullo attentius ſumus, enodaturi. ROMVLVS primus formæ reipublicæ Romanæ ſtator, vt imperii ſumma apud eum eſſet ſolum, et ipſe ſine inuidia regnaret, aliquid *imperii* ſimilitudinis in *familiarum patres* contulit, vt hi domibus ſuis ſuæque genti eadem auctoritate, ac ille ciuibus ſuis imperarent. Conſiderarunt igitur Romani, connubium, non tanquam ſocietatem æqualem, ſed impari prorſus vinculo nexos coniuges habuerunt, *imperium* alteri, alteri *obſequii* gloriam relinquentes, adeo vt vxor, quæ in manum mariti conuenerat, g) non eadem auctoritate poſſet familiæ præeſſe, ſed cum liberis ceteroque famulitio *vero mariti dominio* eſſet ſubiecta, ei adquireret omnia, nec alio iure, quam, quo gaudebat *filia*, ſub patria poteſtate viuens, vteretur. h) Eo quoque collineant omnes illæ formulæ ac ſolennia, ſine quibus Romana reſpublica vel in leniſſimis cauſſis eſſe non poterat, *coemtio* illa, *confarreatio*, ſponſæ *in domum* ſponſi *deductio*, i) aliaque bene multa, quæ, quo magis hodie nobis meræ oblectationi ſunt, eo triſtiora illius æui feminis videbantur, non iniuſte metuentibus, in magno hoc feſtiuitatis adparatu, id vnice agi, vt ſuæ libertatis iura ſubuerterentur.

Omnis cura domeſtica apud maritum erat.

§. XXIII. Cum igitur omnis rei domeſticæ cura atque regimen penes maritum eſſet; fieri aliter non potuit, quam vt ab eius honore, totum matrimonii decus dependeret, et ipſum

Fluit inde, et ius thori ſoli marito competiſſe.

Ii thori

g) DIONYS. HALICARN. *ant. Rom. lib. II. p.* 95.

h) GELLIVS *noct. Atticar. XVIII,* 6. diſerte vxorem eiuſmodi in mancipio fuiſſe ſtatuit. Idem et alii auctores volunt, quando vxorem marito ſeruire dicunt. VIRGIL. *Aeneid. IV, v.* 103. Et CICERO ait: *Topic. IV. Omnia quæ mulieris fuere, viri fiunt dotis nomine.* Immo tandem exempla apud PLINIVM *hiſtor. natur. XIV,* 13. declarant, maritos domi ſuæ tanquam iudices de vxorum criminibus cognouiſſe.

i) De quibus nuptiarum ritibus, vide ſis THOMASII *diſſ. de vſu practico doctrin. inſt. de nuptiis cap. I.*

thori ius vtrice huic competere ſtatueretur. Quare apud veteres nemo animaduertet, *maritum in thorum vxoris veniſſe*, quamuis de hac, eam thorum mariti conſcendiſſe, in antiquitatibus nihil poſſit dici frequentius. Feminas hinc a coniugibus ſuis haud pati iniuriam veteres credebant, ſi hi alienos amores ſectarentur et extra thorum libidinoſarum amplexus quærerent, multo minus maritos adulterium committere, ſi a thalamis aliorum modo abſtinuerint. Tralatitium enim eſt, a Romanis adulterium eſſe definitum, *per concubitum cum aliena* VXORE: k) cum e contraria parte, tantum *vxori adulteræ* fuerit odium indictum, vt ipſe maritus ab illa non diuertens, *lenocinii* fieret reus et infamiæ macula notaretur. l) Conqueritur iam ſuo tempore ipſe PLAVTVS m) de incredibili maritorum diſſolutione, ac luxu diffluentem eorum vitam et ad omnem ſtuprorum licentiam proiectam cernens, coercendi huius mali cauſſa, eaedem, quæ vxoribus erant latæ, viris vt præſcribantur leges, precatur:

> *Eccaſtor* LEGE DVRA *viuunt mulieres*
> MVLTOQVE INIQVIORE *miſeræ quam viri:*
> *Nam ſi vir ſcortum duxit, clam vxorem ſuam,*
> *Id ſi reſciuit vxor,* IMPVNE EST VIRO.
> *Vxor, viro ſi clam domo egreſſa eſt foras,*
> VIRO FIT CAVSSA, EXIGITVR MATRIMONIO.
> *Vtinam lex eſſet eadem, quæ vxori data eſt viro.*

Nec inſequentia ſecula in feminas erant mitiora. Ita GELLIVS refert, n) CATONEM hanc olim ſententiam tuliſſe. *in adulterio vxorem tuam ſi deprehendiſſes, ſine iudicio impune necares, illa te, ſi adulterares*, DIGITO NON AVDERET CONTINGERE,

k) *l. 6. D. §. 1. l. 34. §. 1. ad leg. Iul. de adulter.* l) *l. 2. §. 2. et l. 29. pr. D. eod.* m) PLAVTVS *in mercat. Act. IV. ſcena VI.* n) GELLIVS *lib. X. cap. 23.*

GERE, NEQVE IVS EST. Et licet tandem morum illam aſperitatem aliquantulum leniuerit dies, et CICERONIS iam tempore noua matrimonii ſpecies fuerit introducta, in qua vxor non veniret in manum mariti, ſed vinculum haberetur aequale, ipſi tamen adhuc imperatores Chriſtiani, principiis antiquis, nondum omnino ſepoſitis, in ſuis conſtitutionibus, plus libertatis maſculis indulſerunt, quam feminis. Liquet hoc ex lege CONSTANTINI M. o), qui iuſtas repudii cauſſas determinans, ſimpliciter earum numero excludit, ſi vir mulierculariuſ, contra vero legitimam pronunciat, ſi maritus diuertitur, et vxori nuncium mittit, quae moecha eſt. Inde eſt, quod PATRES ſuo aeuo perdiligenter monuerunt, vt cauerent Chriſtiani a doctrinis hiſce, quae Chriſti dogmata ſubruunt, ipſamque ſuorum ſacrorum puritatem contaminant. AMBROSIVS praeſertim optime illud diſcrimen deſignat, quod hoc in capite, inter leges ciuiles Chriſtianorumque intercedit p). *Nemo blanditur, inquit, ſibi de legibus hominum, omne ſtuprum adulterium eſt, nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem a viro, quae ab vxore debetur caſtimonia.* Nec HIERONYMVS q), nec AVGVSTINVS r) aliter ſenſerunt, vti copioſius in *iure eccleſiaſtico Proteſtantium* oſtendi s). Attamen nec ex ipſis legumlatoribus apud Romanos defuerunt, qui matrimonia non ad meliorem faciem componere ſtuduiſſent, inter quos noſtrum ANTONINVM animaduerto, mores maritorum mitigantem, et aequalem iis cum feminis pudicitiam iubentem,

o) *l. 1. Cod. Theodoſ. de repudiis.*
p) *c. IV. C. XXXII. quaeſt. IV.*

q) HIERONYMVS *ad* OCCAM *in epitaphio Fabiolae* vbi: *Aliae ſunt*, inquit, *leges Caeſarum, aliae Chriſti, aliud Paulus noſter praecipit. apud illos, viris impudicitiae frena laxantur.*

r) AVGVSTIN. *epiſt. ad Pollent. de coniugiis adulter. lib. II. cap. XIII. tom. VI. pag.* 412. s) *in iure eccleſ. tom. V. lib. V. tit. XVI.* §. 17.

bentem, cum matrimonia ipſa iam æqualis, ſuoque tempore frequentiſſima eſſent.

Obſerv. III. Actione de moribus coniuges potuiſſe agere aduerſus inuicem ad diſcidii pœnas.

§. XXIV. Nemo non tamen videt, imperatorem tantum in cauſſa diſcidii, eosdem a viris ac feminis mores deſiderare, ſi *ciuiliter* de diuortio inter vtrumque coniugem et de *pœna diſcidii* agitur quæſtio. Quæ omnia, vt eo melius intelligantur, rem paullo altius repetamus. Tradit PLVTARCHVS. t) ROMVLVM *maritis* quidem diuortia permiſiſſe, non vero *vxoribus*, neque illis quidem, niſi ex *cauſſa ſontica* his nuncios mitterent, ſi conſtaret, eas aut ſtuprum paſſas, aut venenum paraſſe, aut liberos clanculum ſubieciſſe. u) Cum vero temporis ſucceſſu matrimonia *ſolo conſenſu* contraherentur, et vſus diuortiorum magis magisque inualeret, ipſisque *feminis* licentia diuertendi eſſet communicata x), adeo, vt et *ſine cauſſa*, et ab ipſo coniuge *inuito* diſcederetur: AVGVSTVM imperatorem tandem *diſcidii pœnas* introduxiſſe veroſimile eſt, y) ne tam temerario auſu, matrimonia coniugati ſcinderent, eaque pars coerceretur, penes quam diuortii culpa eſſet. Sancitum hinc, vt dimiſſa ob *mores grauiores* vxore, maritus *dotem* lucraretur z), feminisque liberum eſſet, a marito, ſi in hunc culpa redundaret, integram illam vindicare. a) Ex hiſce fontibus ipſa *actio de moribus* originem traxit.

Quid actio de moribus ſit?

t) PLVTARCHVS *in vita Romuli p.* 35.

u) IDEM *l. c.* meminit, Romulum iam ſuo tempore ſanxiſſe, mariti ſine iuſta cauſſa ab vxore diuertentis bona, partim huic cedere, partim Cereri ſacra eſſe debere. Conf. SVETON. *Auguſt. cap. LXII.* item *eiusd. vita Claudii cap. VII. et cap. XXVI.*

x) PLVTARCH. *vita L. Pauli p.* 257. *tom. I.* exemplum allegat eiuſmodi diuortii, quod ſine cauſſa factum. Et SENECA de feminis grauiter ſcribit: *Numquid iam vlla repudio erubeſcit, poſtquam illuſtres quædam et nobiles feminæ non conſulum numero ſed maritorum annos ſuos computant, exeunt matrimonii cauſſa, nubunt repudii.*

y) SVETONIVS *in Auguſt. cap. XXXIV.* refert: AVGVSTVM *diuortiis modum impoſuiſſe.* z) B. HEINECC. *c. l. p.* 107. a) VLPIANVS *Inſt. tit. VI. §.* 13.

traxit, quæ in remedio tali conſiſtebat, quo pars coniugum *innocens* et læſa *pœnas* ab altera, cuius *culpa* diſcidium erat factum, exigebat. Nomen ſuum hoc iudicium a *moribus* accepit, quod Romanis in conſuetudine eſſet, ſi cum temperamento loqui vellent, omnes iniurias, indecora omnia, inhoneſta ac turpia quæuis, *mores* adpellitare b) et quamuis hos magnopere a criminibus diſtinguerent c), comprehendi tamen ſub hac dictione quoque *adulterii* reatum VLPIANVS docet d), moresque ob hunc *grauiores* dicebantur et ipſa diuortii pœna creſcebat, ita quidem, vt ob leuiores *octaua* dotis pars, nunc ob grauiores mores *ſexta* retineretur. Iam vero intellectu non eſt difficile, quatuor in hoc argumento caſus poſſe diſtingui, aut enim *facto ſimplici* coniugem a coniuge ſine culpa alterius præcedenti diuertere conſtat, aut ob mores *mulieris* fieri diuortium, aut ex culpa *mariti*, aut *vtrumque* in eodem luto hærere. In *priori* caſu vxore diſcedente, maritus, *liberis exſtantibus*, pro his *ſextas* ex dote deducebat e), marito vero abeunte, nihil iura feminæ, neque in liberorum commodum, remanere ſtatuunt. f) In *altero* caſu, ſi ob mores mulieris maritus illi nuncium miſerit, vel *ſexta* vel *octaua* dotis pars *ſuo* lucro cedebat, g) ſiue matrimonium legitima prole auctum, ſiue ea deſtitutum eſſet. h) Contra, cum *culpa mariti* illud diremtum, hic *dotem* mulieri *reſtituere* iubebatur, eamque vel

Ad pœnam diſcidii determinandam quatuor caſus ſunt diſtinguendi.

b) *l. c.* conf. *Ius Eccleſ. tom. IV. lib. IV. tit. XX.* §. 9. Dicebatur etiam hæc actio, *actio malæ tractationis*, vti liquet ex QVINTILIANO *lib. IV. declam. VIII. et XVIII.*

c) *l. 2. C. Theod. de repud.* d) VLPIANVS *l. c.* ibi: *Grauiores mores ſunt adulteria tantum, leuiores omnes reliqui.*

e) IBID. §. 10. *Propter liberos retentio fit, ſi culpa mulieris aut patris, cuius in poteſtate eſt, diuortium factum ſit, tunc enim ſingulorum liberorum nomine ſextæ retinentur ex dote.*

f) CICERO *Topic. IV. Si viri culpa factum eſt diuortium, etſi mulier nuncium remiſit, tamen pro liberis nihil manere oportet.* g) vid. *Ius Eccleſ. l. c.* §. *X.* h) SCHVLTING. *l. c. p.* 386.

vel præſentem, vel ſenum menſium die, aut ſi in fundo conſiſteret dos, cum reditibus, qui per quadriennium ex illo percipi poterant. i) Denique, ſi *vtrinque culpa* probata, pœna diſcidii penitus ceſſabat. Et de hoc caſu præciſe imperatorem ANTONINVM in verbis ex AVGVSTINO noſtro adlatis reſcripſiſſe, manifeſtiſſimum eſt.

In reſcripto noſtro Antonini, ſermo tantum eſt de hac actione ciuili, quoad diſcidii pœnam.

§. XXV. Mentem non aliam Principi inſediſſe, quam vt agat hic de *iudicio adulterii priuato* et de *pœnis diſcidii* ciuilibus inter vtrumque coniugem ſtatuendis, nec reſpexiſſe eum in hac conſtitutione ad criminalem quandam a delinquentibus ex lege Iulia vindictam ſumendam, neque hoc intuitu mariti et vxoris mores æquiparaſſe, multa ex ratione poteſt commonſtrari. Ita enim in ipſo reſcripto, nulla omnino fit mentio *accuſationis* cuiusdam publicæ, ſine qua tamen apud Romanos nulla cauſſa criminalis poterat expediri k); quin ex iuſto verborum ſenſu, ſupra a nobis iam expoſito, euidentiſſime conſtet, imperatorem reſpondiſſe marito de vxore querenti, cui diuortio facto adulterium obiiciebat, et dotem ſperabat. Deinde dicitur, *iniquos mores et impudicitiam* VIRVM DAMNARE, immo id eum damnare, *ſi bonos mores colendi uxori ſuæ non fuerit auctor*, ſed quæſo? quænam eſt illa lex, qua maritus damnatur, aut criminali iudicio punitur, ſi impudice viuit, ſi peruerſos mores ſectatur. Certe non lege Iulia, quam tam laxam viris caſtitatem indulſiſſe ſcimus, vt nec fornicationes nec ſtupra ſua, viam eis tantum ad aliorum thalamos præcludens, curauerit; cum vero nec alia quædam lex eſſet, qua criminaliter maritus teneri queat: conſequens eſt, imperatorem de *iudicio priuato* loqui, in quo propter vitam diſſolutam,

Id quod per ſequentes rationes probatur.

i) *l. 39. D. ſoluto matrim. l. 47. eod.* k) Conf. THOMASII *diſſ. de origine proceſſus inquiſit.*

lutam, ex actione de moribus, ipſe vir ſuccumbere poterat. Idem tandem luculenter verba reſcripti vltima teſtantur: *Quae res et poteſt virum damnare, non ob compenſationem* MVTVI CRIMINIS, *rem inter vtrumque componere vel cauſſam facti tollere.* Separat in his dictis ANTONINVS ſollicite admodum *mores a crimine*, actionem de adulterio *ciuilem*, a iudicio ex lege Iulia *criminaliter* inſtituendo, pœnas *diſcidii* a pœnis *publicis*, ſimulque negat, diuerſas has actiones eosdem effectus producere, ita, vt compenſari quidem poſſint inter ſe *coniugum mores*, quoad lucra ſperata, non vero *crimina* hac ratione componi, ſed haec in muliere eſſe publico iudicio vindicanda, licet vir ob diſſolutam ſuam vitam in iudicio priuato ſuccubuerit, ac a dotis retentione fuerit repulſus. Nec dubitatio illa aliquid momenti habere videtur, quod VLPIANVS diſertis verbis l) *iudicis adulterii* meminerit, qui vero non *priuato* de moribus *iudicio* praeerat, ſed *merum* exercebat *imperium;* aſt, ne dicam in ipſa conſtitutione, quam non nominato auctore ICtum expilaſſe diximus, *nullius iudicis* factam eſſe mentionem, haec tantum notabo, quod in hoc *iudicio priuato*, iudex datus, poſſet recte nominari *iudex adulterii*, quia de adulterio *ciuiliter* cognoſcebat, ex marito *exceptionem impudicitiae* opponere, vxori integrum erat. Ceterum iam olim obſeruaui, m) AVGVSTINVM erraſſe paullulum, ſi ex reſcripto hoc infert, marito interdictum fuiſſe, vxorem de adulterii crimine accuſare, quam ad tales libidinoſos impetus, ſuo malo exemplo ipſe concitauerat, n) cuius vero ſententiae contrarium ſat prolixe antea excuſſum.

§. XXVI.

l) l. 13. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult. vbi VLPIANVS: IVDEX ADVLTERII ante oculos habere debet et inquirere etc. m) in tr. eccleſ. tom. V. lib. V. tit. XVI. §. XVIII. n) AVGVSTIN. ſupra l. c. Maritus vxorem de adulterii crimine accuſare non ſinitur.

Quartum argumentum ex iuriſp. anteiuſt. de veterum Roman. relationibus ad Principem.

§. XXVI. Argumentum quartum iuriſprudentiæ *anteiuſtinianeæ* ex AVGVSTINO depromtæ, circa *relationes in cauſſis dubiis ad Principem faciendas* verſatur. Verba epiſcopi ſequentia ſunt: o)

Nomen presbyteri propterea non auſus ſum de numero collegarum eius, vel ſupprimere vel delere, ne diuina poteſtati, ſub cuius examine cauſſa adhuc pendet, facere viderer iniuriam, ſi illius iudicium, meo vellem iudicio praeuenire: Quod nec in negotiis ſæcularibus iudices faciunt, quando cauſſa dubitatio ad maiorem poteſtatem refertur, vt pendente relatione aliquid audeant commutare.

Iure veteri, ad quod epiſcopus hic prouocat, magiſtratibus inferioribus apud Romanos in more erat, omnem cauſſam dubiam, et ſi quid ardui ſecum habebat, non propria ſententia determinare, aut dirimere, ſed *ad principem* deferre, eumque rogare, vt quid pronunciandum ſit, ſtatuat ipſe. p) Vnde hæ relationes, quia princeps a iudice ſuper eo, de quo hæſitandum putaret q), conſulebatur, ſæpe in noſtro iure *conſultationum* nomine r) veniunt, nec non *opiniones* s) et *ſuggeſtiones* t) dicuntur. Tantum enim incertitudinis tot ICtorum ſectæ in ius introduxerant, vt in ea opinionum ſylua non fas eſſet iudicibus, præ ceteris optimam eligere, aut libere ſententiam pronunciare, ſed ad principes ipſis eſſet recurrendum, vt ex *horum reſcriptis* demum ius certum diceretur, atque partium lites hoc modo dirimentur u). Nihil

o) IDEM *epiſt. CXXXVII. ad clerum.* p) *l. 2. C. Theod. de relation.* q) *l. 34. C. Theod. de appellat.* r) *l. 5. C. Theod. de relat.* s) *l. vlt. eod.* t) *ibid.* u) *l. 1. C. Theod. de auditorr.*

…hil vero ad principem mitti oportebat, quod plena inſtructionis indigeret: requirebatur itaque, vt omnem omnino cauſſam relationis ſeries comprehenderet, x) huiusque exemplum cum omnibus circumſtantiis, a iudice, *litigatoribus* prius eſſet exhibitum, quo facto *refutatoriæ* preces, ſi partibus minus ſufficiens relatio, aut in illa ipſis aliquid contrarium viſum, addebantur, et ſic vtrumque ad principem vel ſacra ſcrinia dirigebatur y). Quæ omnia ante ſententiam definitiuam fieri debebant, adeo, vt iudici interea in lite nec progredi nec inter partes pronunciare liceret, ſed omnem cognitionem, donec decretum ſeu oraculum z) a principe emittebatur, differre teneretur a). Relationis eiuſmodi illuſtre exemplum in celebri illa PLINII epiſtola reperio, qua imperatorem TRAIANVM, quid in cauſſa Chriſtianorum ſit ſtatuendum, conſulerat b). Vbi primo liquet, non niſi de re dubia fuiſſe referendum, ita enim ille: *Solenne eſt mihi Domine, omnia, de quibus* DVBITO, *ad te referre. Quis enim poteſt melius vel* CVNCTATIONEM *meam regere, vel* IGNORANTIAM *inſtruere? Cognitionibus de Chriſtianis interfui nunquam: ideo* NESCIO, *quid aut quatenus puniri ſoleat, aut quæri. Nec mediocriter* HAESITAVI. - - Iam ſequitur ipſius proceſſus hiſtoria, et quid ab eo actum ſit, per omnem circumſtantiarum ſeriem docet. *interim in iis, qui ad me tanquam Chriſtiani deferebantur,* HVNC IAM SEQVVTVS SVM MODVM. *Interrogaui ipſos, an eſſent Chriſtiani* - - ſubiungit ipſum crimen imputatum, et quid rei in iudicio confeſſi ſint: ADFIRMABANT *autem, hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ vel erroris, quod eſſent ſoliti.* - - Tandem omnem reliquam cognitionem interim diſtuliſſe

Relationes legitimo modo inſtruendæ.

Eiuſmodi relationis exemplum apud Plinium reperitur.

x) *l. 4. C. Theod. de relat.* y) *l. 5. eod.* z) *l. 34. C. Theod. de appellat.* a) *l. 1. C. Iuſt. eod.* b) PLINIVS *epiſt. LXXXXVII. lib. X.*

ſtuliſſe indicat: *Nihil aliud inueni, quam ſuperſtitionem prauam, et immodicam, idcoque* DILATA COGNITIONE, *ad conſultandum Te decurri, viſa eſt enim mihi res digna* CONSVLTATIONE. Deficiunt verò huic relationi libelli illi refutatorii, a partibus exhibendi, cum forſitan PLINIVS exemplum ſuæ conſultationis cum eis communicare neglexerit, quare et propter alios in quæſtione criminali defectus imperator eum reprehendiſſe videtur. c)

Relationum mos non ab Arcadio nec a Theodoſio ſublatus, vt Gutherius opinatur.

§. XXVII. Eſt quidem GVTHERIVS d) in ea opinione, hunc conſultationum morem imperatorem ARCADIVM diu euertiſſe, id quod ex ZOSIMO adfirmat, vel ad minimum certe THEODOSIVM iuniorem illarum auctoritatem deſpexiſſe, quem ſingulari conſtitutione ordinaſſe dicit: e) *Ne per conſultationes diſceptatio cauſſæ a principe imploretur, nec vlterius eius exſpectetur audientia.* In hunc enim modum laudatus auctor ſcribit: *poſt* THEODOSII *inſtitutionem* (quæ illa eſt, de qua modo) *mos conſultationum alius fuit, remanſitque ſolum vmbra aliqua veteris diſciplinæ, quam in illuſtrium appellationibus ſolus princeps ſibi vendicauit.* f) Enimuero mirifice omnia miſcere, et genuinum legis ſenſum turbare videtur vir doctiſſimus, cum relationes, quæ fiebant ante ſententiam, cum appellationibus, quæ non intelliguntur, niſi poſtquam iudex inferior pronunciauerit, valde confundit. Nam vix aliud in hac lege THEODOSII contineri animaduerto, quam imperatorem iuſtum *appellationum ordinem* ſtatuere, et quomodo pro diuerſa magiſtratuum ratione ad ſuperius iudicium ſit prouocandum, deter-

Explicatur lex, ad quam Gutherius prouocat.

c) IDEM *lib. X. epiſt. LXXXXVIII.*
d) GVTHERIVS *de officiis domus Auguſtæ lib. I cap. XXVI.*
e) *L. 32. C. de appell.*
f) GVTHERIVS *l. c. p. 133.*

determinare, ita, vt ſi a *ſpectabili* iudice ad imperatorem appelletur, non hic, *quia aliis eſt intentus*, ſed alii duo, ſcilicet præfectus prætorio, et quæſtor ſacri palatii, de *cauſa appellationis* ſint iudicaturi, vnico tantum excepto caſu, in quo princeps ad ſe appellationes fieri iubet, ſi nimirum illuſtri eadem cauſſa *delegata* eſt, de quo interponitur prouocatio. Haud itaque et in hoc argumento ante IVSTINIANVM aliquid eſſe immutatum, tam certum eſt, quam quod certiſſimum, qui ſero admodum, et ſatis longe poſt epiſcopi noſtri AVGVSTINI et imperatoris THEODOSII tempora, publicato iam codice ſuo, ex quo cauſſæ dubiæ deciſio peti poſſet, ſanciuit, ne iudices ad eum cauſſam deferrent, niſi eam perfecto examinauerint, et poſtquam ſententia inter partes decreuerint, quod iis iuſtum legitimumque viſum. g)

Sed demum a Iuſtiniano relationes eſſe abrogatas oſtenditur.

§. XXVIII. Ad nouum pergimus iuriſprudentiæ *anteiuſtinianeæ* caput, quod iterum AVGVSTINVS noſter pro more ſuo et docte et ingenioſe diſcutit. Prius ipſa epiſcopi verba adiicere, pauca deinde ad illa commentari animus eſt. Ita vero ille egregie de more veteri *milites ſignandi* h) diſſerit:

Quintum argumentum de iis, qui manu ſignabantur.

> *Si forte illum militiæ characterem in corpore ſuo, non militans pauidus exhorruerit, et ad clementiam imperatoris confugerit, ac prece fuſa, et impetrata iam venia militare cœperit, numquid homine liberato atque correcto, character ille repetitur, ac non potius agnitus approbatur?*

g) NOVELL. CXXV. *cap. I.* h) AVGVSTIN. *lib. II. contra Parmenianum, cap. XIII.*

Quis vero ille *character* in corpore militis expreſſus? quis ille veterum mos, ad quem noſter ſe refert, et alluſione non adeo informi ad hos ritus, ſuas doctrinas tam eleganter ornat? Erunt itaque in hoc argumento ſequentia a nobis obſeruanda. Solebant Romani quibusdam hominum generibus, ne latitarent, aut aufugerent plane, certa ſigna infligere, quæ *ſtigmata* appellabantur. i) Hæc ſignacula imperatorum nomina erant, vt ſcribit AMBROSIVS: k) *Charactere domini inſcribuntur et ſerunli, et* NOMINE IMPERATORIS *ſignantur milites*, et ipſe noſter AVGVSTINVS in loco infra laudando, eiuſmodi notam publicam, qua milites ab aliis ſecernebantur, REGIVM characterem nominat. Quare ſimul palam eſt, quinam illi præ ceteris fuerint, quos notis veteres, non pœnæ ſed tantum alicuius indicii cauſſa compungere ſueuerunt. MILITIBVS ſcilicet præ reliquis omnibus, poſt, FABRICENSIBVS, ipſisque deinde AQVARIIS *ſigna* imprimenda e re ſua fore crediderunt. De militibus igitur, qui etiam in iure noſtro *Tironum* nomine inſigniuntur, notemus vetuſtiorem eſſe hos ſignandi conſuetudinem. Sic imperatores ARCADIVS et HONORIVS de Fabricenſibus iubentes, vt hi notarentur, ſe ad communes militum mores referunt, et ad horum imitationem etiam illis ſtigmata infligi volunt. l) Et quidem in manibus vel brachiis, principis nomen ſolebat exſculpi m), adeo, vt tirones, niſi punctúris in cute punctis, neque milites ſcribi, neque matriculis inferri poſſe crederentur. n) In hunc vero finem, has notas publicas

Signabantur præ ceteris milites.

i) *l. 3. C. de fabricenſ.* k) AMBROSIVS *de obitu Valentiniani.* l) *l. 4. C. Theod. de fabricenſ.* m) GREGORIVS M. *lib. II. epiſt. 65.* vbi conqueritur de *lege Imperatoris*, vt nullus, qui officio vel *manu* ſignatus, vel inter milites fuit habitus, in monaſterium recipi poſſet. n) VEGETIVS *lib. II. cap. 5.*

blicas ſubire illos oportuiſſe putauerint, partim vt oculis illorum ſemper obuerſaretur ſui *principis maieſtas*, vtque ideo omnia tentarent, ne dignitas imperatoria, vna cum republica aliquid detrimenti caperet, ſed vtriusque ſalus ſua manu propugnaretur; partim vt extemplo poſſit conſtare, ſignatum hunc *ſolius imperatoris* eſſe, nec cuiquam alii licere, praetendere illum, nec latitantem et militiae refugam ſuſcipere atque tueri. Ad priorem rationem reſpexiſſe videtur CYPRIANVS, o) qui militiae ſacrae, ſenſu figurato, hos ritus adplicans, ita ſcribit. *Tu tantum, quem iam ſpiritualibus caſtris, caeleſtis militia* SIGNAVIT, *tene incorruptam, tene ſobriam religioſis virtutibus diſciplinam.* Ad alterum ſtigmatum finem AVGVSTINVS, p) et ipſe apoſtolus PAVLVS q) alludit, cum ille ſacrum baptiſma nominat *ſignaculum redemtoris*, quod non corrumpendum, etiamſi ſignatus in errores prolapſus corrigi debeat: hic vero, ſe nullius alterius niſi Seruatoris ſui eſſe poſſe adfirmat, cum in ſuo corpore eius ſigna ferret. Ceterum ex conſuetudine hac, *characterem* militantibus imprimendi, et figurata patrum loquutione, pontificios doctrinam ſuam, de charactere neſcio quo, indelebili traxiſſe, non prorſus inepte coniici poſſe adhuc animaduerto.

§. XXVIIII. Praeter milites et *fabricenſes* nota publica ſignabantur. Ita imperatores edicunt: r) *Stigmata, hoc eſt nota publica, fabricenſium brachiis ad imitationem tironum infligatur, vt hoc modo ſaltim poſſint latitantes agnoſci.* Fabricenſes hoc loco dicuntur illi, *qui arma conficiunt*, quibus praeparandis per omnem orbem Romanum, tam in orientali quam occidentali parte, *Signabantur et fabricenſes armorum.*

 variae

o) CYPRIAN. *ad Donat. p. 9. edit. Brem.* p) AVGVSTIN. *epiſt. CLXXXV.* §. 23. *tom. II. p.* 653. q) GALAT. *VI*, 17. r) *l. 3. C. de fabricenſ.*

varie deſtinatae erant fabricae. s) Hae certo ſue privilegii, velut ut a metati munere immunes eſſent, t) ſuosque peculiares praepoſitos habebant, ſinguli autem *magiſtri officiorum* diſpoſitioni ſuberant. u) His iam fabricenſibus ſtigma infligi iubetur, non quaſi militiae gnoti eſſent, verum novo inſtituto et exemplo tantum petito a tironibus, ne alioquin novum et inſolens cui videri poſſet, liberos homines, minimeque reos notis compungi. Videtur autem huic conſtitutioni occaſionem dediſſe frequens illa *deſertio*, qua paſſim fabricenſes opus ſuum defugiebant, neque adeo facile poterant pervestigari, id quod et in ipſa lege indicatur, inprimis cum eo potiſſimum tempeſtate anno CCCLXXXXVIII. labores ſedesque ſuas relinquerent, qua armorum uſus tamen maxime neceſſarius eſſet, propter tumultus in Phrygia, moxque in tota Aſia per GAINAM quendam excitatos, x) ne ad horum caſtra fabricenſes tranſvolarent, et adverſus rempublicam ipſis hoſtibus ſuccurrerent. Interim receptatoribus fugitivorum, eadem noſtra lege, haec poena eſt ſtatuta, ut ipſos una cum liberis ad fabricam armorum trahendi vindicandique eſſent.

Et aquarii notabantur.

Ad *aquarios* tandem quod attinet, qui ad exſtruendos *aquaeductus*, quorum magnificentia Roma ipſa ſuperbiebat, admovebantur, ZENO imperator y) et hos ſuo nomine, ſingulis eorum manibus impreſſo, ſignari decrevit, ut huiuſmodi adnotatione manifeſti ſint omnibus, nec a procuratoribus domorum, vel quolibet alio ad uſus alios avellantur, vel angariarum vel operarum nomine teneantur. Immo eodem ſigno [illegible] nota-

s) *L. 2. 4. 5. 6. Cod. Theod. eod. tit.* ibid. p. 619. u) *L. 3. 4. 5. Cod. Theod. de fa-* [illegible] *C. Theod. de veteran.* t) *L. 8. C. Theod. h. t.* x) SOCRATES *hiſtor. lib. VI.* *de* [illegible] *Conf.* GUTHERIUS *de* [illegible] *cap.* 6. y) *L. 10. C. de aquaeductu.* *officiis dom. Auguſt. lib. III. cap. XII.* [illegible]

notari praecepit eum, qui in locum defuncti forſitan alicuius aquarii eſt ſurrogatus, *et militia quodammodo ſociati, excubiis aquae cuſtodiendae inceſſanter inhaererent, nec muneribus aliis occuparentur.* Et tantum de manu ſignatis.

§. XXX. Ultimum tandem, leviſſimo huic ſpecimini noſtro, ex AVGVSTINO, idque per elegans addamus argumentum, TITVLOS veterum concernens. Non parum enim lucis utrique iuri, ex his epiſcopi oraculis accedere animaduerto, in re tam antiqua perluſtranda, et quae ipſis oraculis hodie nobis obſcurior videtur. Ita ius Romanum multum de *titulis aedium aliarumque monumentorum* habet, multum etiam canones, de *clerico ad certum titulum ordinando* loquuntur. Quis vero ſit genuinus iam huius denominationis ſignificatus, quae vera illius origo, noſtrum in praeſenti eſt, ut indigitemus. Quare ab initio ſtatim audiamus epiſcopum hunc in modum diſſerentem. z)

Sextum argumentum iurisprudentiae anteiuſt. de titulis agit.

Diuidis unitatem, poſſeſſiones tuas quaeris; et quare habent nomen Chriſti? quia ad defenſionem poſſeſſionis tuae titulos Chriſti poſuiſti. Nonne hoc faciunt nonnulli in domo ſua? Ne domum ipſius inuadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces. Ipſe vult eſſe poſſeſſor, et frontem domus ſuae vult de titulo alieno muniri et cum titulus lectus fuerit, conterritus quis potentia hominis abſtineat ſe ab inuaſione. - - Videte fratres, quando potens aliquis inuenerit titulos ſuos, nonne in-

re

z) AVGVSTIN. enarr. in Pſalm. XXI. tom. IV. p. 102.

re rem ſibi vindicat, et dicit: Non poneret titulos meos, niſi res mea eſt: vbi nomen meum inuenio, meum eſt. Numquid titulos mutat? titulus qui erat, ipſe eſt. poſſeſſor mutatur, titulus non mutatur: Sic et qui baptiſmum habent Chriſti, ſi veniunt ad vnitatem, non mutamus titulos Regis noſtri, titulos imperatoris noſtri. Sed quid dicimus? o domus miſera, ille te poſſideat, cuius titulos habes, Chriſti titulos habes, noli eſſe Donati poſſeſſio.

Tituli aedium erant inſcriptiones nominum dominorum.

Tituli, vt ex hac epiſcopi dictione liquet, primo in ipſis Romanorum aedium frontiſpiciis emicabant. Erat huic genti in more, *tabulas ligneas* aut *lapideas* ſuis domibus praefigere, quibus *nomen* aedificii *domini* erat inſculptum, adeo, vt illico inde de poſſeſſore conſtaret, a) ad cuius etiam *titulum* praedia ipſa ſpectare dicebantur, vti ipſe noſter ſatis curate indicat; TITVLOS *meos poſuit, mea res eſt, vbi nomen meum inuenio, meum eſt.* Ad eandem conſuetudinem etiam iam olim SENECA adluſiſſe videtur, b) dum ait: *quidquid id eſt, cui dominus* INSCRIBERIS, *apud te eſt, tuum eſt.* Nec eſt, cur titulos hos a priuatis adfigi, HONORIVM interdixiſſe credamus, c) eumque REGIAS *tantum domus et patrimonia, titulorum inſcriptione ornari voluiſſe* inſequentia enim verba ſat euidenter declarant, de NOMINE DOMINICO, id eſt imperatorio, *aedibus priuatorum* adſcribendo, principem eſſe loquutum, a quo merito ciues omnes aut priuatos abſtinere oportet, niſi velint

Honorius priuatis tantum interdixit, ne praediis ſuis nomen imperatoris inſcriberent.

a) BASNAGE *tom. II. annal. eccleſiaſt. polit. ad annum* 111. b) SENECA *epiſt.* LXXXXVI. c) *l.* 1. *C. vt nemo priuatus titulos etc.*

velint, vt ſua bona publico iuri deputentur. Et certe non inconſulto haec imperatorem ſtatuiſſe ſcimus, cum nonnulli, (quidquid enim eſt, in quod Romana calliditas non incidat) mendaces titulos, falſaque nomina, a *praepotentibus* pleromque mutata, ſuis praediis adponere haud dubitarent. Quibus artibus illi praeſertim ſe praemunire opinabantur, qui ex his domibus ad aliquid praeſtandum, aut ad aedes ipſas reſtituendas, in ius vocari, de ſua cauſſa deſperabant, vt igitur iuſto tempore *imminentes* lites a ſe auerterent, ſe dominos aedium audacter negabant, aliosque titulos quaerebant. In primis vero ſub eorum nomine ſe tueri ſtudebant, qui ſua dignitate agentibus poſſent terrorem inicere, et quorum ſub tutela, tanquam ſub ſcuto, ab omni aduerſariorum inuaſione ſe ſorte ſecuros putarent. Grauiter vero in has fraudes ab HONORIO peculiari conſtitutione eſt animaduerſum, d) adeo, vt rei non tantum litis iactura, licet in ſua poſſeſſione iuſte fundati fuerint, eſſent puniendi, ſed et plumbo adfecti perpetuis metallorum ſuppliciis deputarentur: ii vero, qui *nomina ſua commodarunt*, ſeque lubenter et dolis hiſce et alienis litibus inſeri paſſi ſunt, publicae ſententiae nota, hoc eſt *infamia*, adficerentur, ſi vero tale quid abſque eorum *praeſcitu* factum, ipſi praedium, cui mendax titulus adſcriptus, vindicarent. Praeterea mentio adhuc titulorum iniicitur in lege THEODOSII, e) qui bona proſcriptorum fiſco incorporari, nomenque ſuum imperatorium illorum poſtibus adfigi praecipit. Cum e contrario pontifex GREGORIVS f) vehementer in hanc conſuetudinem inuehat, qua patrimonii eccleſiaſtici rectores,

Poena illorum, qui alienis titulis vtebantur.

L l urbana

d) *L. un. C. de his, qui potentiorum nomine etc.* e) *L. 11. et 12. C. Theod. de bonis proſcript.* f) *c. 1. C. XVI. quaeſt. VI.*

vrbana vel ruſtica prædia ſuo iuri competere adſerunt, idque non iudicio ſed manibus defendant, *fiſcali more* ipſis titulos inprimendo.

Tituli ſepulcrales erant inſcriptiones in monumentis defuncto-rum.

§. XXXI. Aliud titulorum genus eſt, quod in monumentis ſepulcralibus veterum quærimus. In quo ſenſu titulus nihil aliud eſt, quam breuis in laudes defuncti inſcriptio, ſeu vt vulgo ſolet dici, ἐπιτάφιον, aut cum CICERONE g) *eclogium: Quid*, inquit, *ſepulcrorum monumenta, quid eclogia ſignificant, niſi nos etiam futura cogitare?* Poetis tituli carmina ſunt, ita VIRGILIVS h):

Et tumulum facite, et tumulo ſuperaddite CARMEN.

Sæpe etiam, cum ſine *nominis* compellatione laudes inſcribi non ſolerent, ipſi tituli *nomina* vocabantur, vt OVIDIVS habet i)

Tumulo quoque NOMEN *habenti*

Inferias dederat, cum fratribus Hectoris unes.

Ex inſcriptione quadam apud GRVTERVM hæc poſſunt illuſtrari, in qua *titulus memoriæ* occurrit k)

ALBAN. BALVI. F.
DEC. ALAE. AVGVSTAE. ITVRAEORVM.
DOMO. BETAVOS. ANNOR. XLII. STIPENDIOR.
XII. HIC. SITVS. EST. TITVLVM.
MEM. POSS.
TIB. IVLIVS. REITVGENVS. ET.
LVCANVS. DEC. ALAE. AVG.
ITVRAEORVM.

Nec mihi poſſum imperare, quo minus illud ſepulcrale monumentum adponam, ab uxore marito ſuo erectum, tantis amoribus tantisque femininis blanditiis plenum, vt ipſos manes manes

g) CICER. *tuſculan. I.* h) VIRGILIVS *Georg. lib. V.* i) OVIDIVS *metamorphoſ. 12.* k) GRVTERVS *pag. 519. n. 5.*

nes ſollicitaret, permitterent dii, horis nocturnis maritum defunctum in ſomno videre l):

ANIMAE. SANCTAE. COLENDAE.
D. M.
FVRIA. SPES. L. SEMPRONIO. FIRMO.
CONIVGI. CARISSIMO. MIHI. VT. COGNOVI.
PVER. PVELLA. OBLIGATI. AMORI. PARITER.
CVM. QVO. VIXI. TEMPORE. MINIMO. ET.
QVO. TEMPORE. VIVERE. DEBVIMVS.
A. MANV. MALA. DISPARATI. SVMVS.
ITA. PETO. VOS. MANES. SANCTISSIMI.
COMMENDATVM. HABEATIS.
MEVM. CONIVGEM. ET. VELITIS.
HVIC. INDVLGENTISSIMI. ESSE.
HORIS. NOCTVRNIS.
VT. EVM. VIDEAM.
ET. ETIAM. ME. FATO. SVADERE.
VELLIT. VT. ET. EGO. POSSIM.
DVLCIVS. ET. CELERIVS.
APVD. EVM. PERVENIRE.

§. XXXII. Tituli et mancipiis adfigebantur, quae in foro venalia proſtabant, vt illico ementibus illorum vitia paterent, pretiumque pro ſerui qualitate poſſet ſtatui iſtum. Aiunt enim Aediles m) *Qui mancipia vendunt, certiores faciant emtores; quid morbi aliique ipſis ſit.* Quae verba veraſta et ῥήματα apud GELLIVM n) ita habentur: TITVLVS *ſeruorum, vt ei ſcriptus ſit, curato, ita, vt ei intelligi certe poſſit, quid morbi, etc.* Meminit huiuſmodi tituli SENECA o) et PHILOSTRATVS p) refert, mancipiis quibusdam hunc titulum fuiſſe adſcriptum: NON ſFVRANTVR. Tandem et TITVLI conſpiciebantur in illis, qui iam ad ſupplicium erant ducendi. Vt enim publice con-

Adfigebantur et ſeruis tituli.

Tandem etiam iis, qui

Ll 2

l) GVTHERIVS de *iure manium lib. II. cap. XVI. p.* 273. m) *l.* 1. §. 1. *de edicto Aedil.* n) GELLIVS *noct. Atticar. IV,* 2. o) SENECA *epiſt. XXXXVII.* p) PHILOSTRATVS *in vita Apollon. Tyan. lib. III. cap. XXV.*

Digitized by Google

ad ſupplicium trahebantur.

conſtaret, quo delicti genere ille miſer ſeſe polluerit; nec in innocentem iudices ſæuire, populo, aut præconis præeuntis voce nunciabatur, vt conflueret et vindictam de ſcelerato ſumi cerneret q), aut, quod vt plurimum fiebat, tabulæ præferebantur reo, quibus ipſum crimen cauſſaque ſupplicii erat inſcripta, et hæ iterum *tituli* vocabantur. Inter alia SVETONIVS de CALIGVLA nobis memoriæ reliquit r), eum Romæ ſeruum quendam, ob detractam in publico epulo lectis argenteam laminam, carnifici confeſtim tradi iuſſiſſe, vt manibus abſciſſis, atque e collo ante pectus pendentibus, præcedente TITVLO, qui *cauſſam pœnæ* indicaret, per cœtus epulantium circumduceretur. Idem et de DOMITIANO recenſet s), Principem hunc, ſua crudelitate omnibus exoſum, patrem familias quendam detractum ſpectaculis in arenam, canibus obieciſſe, cum hoc TITVLO: *Impie locutus Parmularius.* Procliue hinc etiam intellectu eſt, qualis fuerit inſcriptio cruci noſtri Seruatoris adfixa: hi enim erant Romanorum mores, ipſum crimen inceptatum adſcribere ad ſupplicium damnatis, vt itaque ſcirent omnes, cur IESVS pœnæ tam crudeli ac ſeruis et perduellibus propriæ eſſet traditus, iuſſu Pilati in tabula lignea, cruci impoſita, hæc verba pingebantur: IESVS NAZARAEVS, REX IVDAEORVM. t) Quod inſcriptum a IOHANNE ſua lingua, teſte BYNAEO u) dicitur τίτλος, ita enim ille: *ſcripſit autem etiam* TITVLVM *Pilatus, et poſuit ſuper crucem.* Nec aliter PRVDENTIVS in carmine ſuo, hanc ſcriptionem vocat: x)

Crucis Chriſti inſcriptio titulus erat.

Pila-

q) ANTON. BYNAEVS *de morte Ieſu Chriſti lib. III. cap. VI. p.* 309. r) SVETONIVS *in Caligula cap. XXXII.* s) IDEM *in Domitiano cap. X.* t) IOH. XIX, 19. u) BYNAEVS *l. c. p.* 303. x) PRVDENTIVS *in apotheoſ. v.* 381.

Pilatus iubet ignorans: I, ſcribe tripidis,
digere verſiculis, quæ ſit ſuffixa poteſtas,
fronte crucis. TITVLVS *ſit triplex, triplice lingua.*
Agnoſcat Iudæa legens, et Græcia norit,
et venerata Deum percenſeat aurea Roma.

§. XXXIII. Generalia hæc, quæ ex antiqua Romanorum conſuetudine ſunt quæſita, ad ſpeciales quaſdam obſeruationes aditum muniunt, in inueſtiganda denominationis origine, qua apud veteres Chriſtianos templa dicta ſint *tituli*. Non prorſus a vero recedere opinamur, ſi huius nominis cauſſam ex prædictis fontibus ſumus deriuaturi, dummodo in antecaſſum, quædam de tempore, quo ita dici cœperunt, a nobis erunt excuſſa. Liquet vero ex annalibus BASNAGII y), ante ſeculum IV. hanc denominationem templis nondum fuiſſe tributam. Omnes alias appellationes patres, prioribus ſeculis, ædificiis cultui diuino deſtinatis indidiſſe reperio, titulum non reperio. TERTVLLIANO z) *domus Dei, eccleſiæue* vocantur. CYPRIANO a) eccleſia *dominicum* dicitur, OPTATO b) *memoria* eſt, et AMBROSIO c) eccleſiæ *baſilicæ* ſunt, non tituli. Notat ſimul laudatus BASNAGIVS, ſe ante INNOCENTIVM neminem obſeruaſſe, qui in hac notione vocem tituli adhibuerit, qui cum demum A. N. C. CCCCII. florere inceperit, non ita longas et antiquas huius ſignificationis origines, quidquid etiam BARONIVS contrarii putet, ſtatui poſſe palam eſt. Sed iam de nominatione ipſa dicamus. *Duplicis* generis templa chriſtiana antiquitas habuit; vel enim *eminentiora* et magnis ſumtibus ædifica-

Ex dictis ratio deducitur, quare eccleſiæ tituli dictæ.

 ban-

y) BASNAGIVS in annalib. p. 21. 218.
z) TERTVLLIANVS de idol. VI.
a) CYPRIAN. de oper. et eleemoſ. p.
b) OPTATVS lib. II.
c) AMBROS. epiſt. XXXIII.

bantur, adeo, vt mole et magnificentia ſua ceteris ædificiis omnibus præſtarent, ac *baſilicæ* quoque inde vocarentur, vel tantum ſecundum normam ædium *priuatarum* erant exſtructa, et his d) præſertim, vt domibus ſingulorum ciuium, non vero illis, *tituli* inſigebantur. Deſumebant vero titulos ſuos Chriſtiani veteres, niſi in omni mea coniectura fallor, ex *titulis ſepulcralibus*, monumentis martyrum inſcriptis. Nefas enim eos duxiſſe vllo alio loco ſuos conuentus agere, quam in cœmeteriis, vbi ſepulcra martyrum erant, hiſtoria loquitur e). Horum tumulis, pace ipſis iam reddita, ſuas ædes ſacras ſuperſtruere cœperunt, horum memoriæ templa ipſa dicarunt, in hos quaſi omne ius, dominiumque ædium tranſtulerunt, immo nomina ſua in earum frontiſpicio collocarunt. Ipſe noſter AVGVSTINVS de hac conſuetudine quædam nobis relinquit, dicens; *Nos autem martyribus noſtris, non templa ſicut Diis, ſed memorias, ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt ſpiritus, fabricamus.* f) Ex quo tandem accidit, vt ædes ipſæ, nomine iſtius ſancti ſint compellatæ et eccleſiæ in genere *tituli* dictæ. Porro, cum ſæpe et crux, tanquam Chriſtianorum ſignum, templis præponeretur, huic vero nec ſuus titulus I. N. R. I. deeſſet, non difficulter crederem, ab hac quoque inſcriptione, *tituli* nominationem potuiſſe transferri. Iterum ex alio fonte adhuc BASNAGIVS g) has origines deriuat, et inde eccleſiis nomen tale ſortitas eſſe coniicit, quod inſtar monumenti iſtius lapidei, a Iacobo in veteri fœdere effuſo oleo erecti, et tituli appellatione inſigniti, adhibito etiam oleo, colendo DEO conſecrentur.

Dicebantur a titulis ſepulcralibus.

d) Conf. *inſtit. iur. can. lib. III. tit. XXXX. §. II. in not.* (a). Vnde factum, vt adhuc hodie eccleſiæ parochiales, tituli dicantur. e) Conf. *ius. eccleſiaſt. tom. II. lib. III. tit. IV. §. CXXXII.* f) AVGVSTIN. *de ciuit. Dei lib. XX. cap. X.* g) BASNAG. *l. c. p.* 10.

ſecreantur. Cuicunque tandem coniecturæ locum dare velis, liquere tamen ex dictis puto, *titulum* in iure canonum, nonniſi *eccleſiam* eſſe, et *clericum* neminem ſine *certo titulo* ordinare, idem velle, ac nulli ſine *certa eccleſia*, cui præficiendus, ordines conferre. Enimuero, quantum ab hac genuina vocis mente ſit hodie aberratum, et quam erronee Pontifex, TITVLVM *remedium ſe alendi* dixerit, huius loci non eſt, vt prolixiori examini ſubiiciatur.]

EXERCITATIO VII.

AD LIBR. I. PAND. TIT. II.

DE IVRIBVS DIVERSIS EX DIVERSITATE CLIMATVM NATIS.

§. I.

Dantur diuerſi hominum mores, ſtudia et inclinationes, quæ in rebus publicis non raro peculiaria et hominum moribus accommodata iura producunt. Sunt coeli nos ambientis ſeu aëris diuerſæ rationes pro diuerſitate regionum ſeu climatum, quæ inſignem influxum non tantum in corpora humana, ſed etiam in res inanimatas præſtant, vt fundos, prædia, aquas, fructus, ſimilia, ceu effectus docent, experientia confirmat, et vnanimis philoſophorum, a) medicorum, b) poëtarum, c) aliorumque ſapientum ſen-

Diuerſi hominum mores et ſtudia.

Diuerſa regionum ratio ex diuerſitate climatis.

a) Adferam teſtimonia primo *philoſophorum*, quæ hoc argumentum egregie exornant. Et quem inter hos nominem magis, quam CICERONEM,

Hoc illuſtratur teſtimo-

ſententia magnopere illuſtrat. Non omnis fert omnia tellus, nec eadem vbique eſt *culturae* ratio: populorum et gentium integri-

ulis philoſophorum.

NEM. Sui temporis oratorem et philoſophum egregium, qui *in orat. II. pro lege agraria contra Rullum* hac de re ita ſentit: *Non ingenerantur hominibus mores tam a ſtirpe generis ac ſeminis, quam ex iis rebus, quae ab ipſa natura loci, et a vitae conſuetudine ſuppeditantur, quibus alimur et viuimus.* Idem *lib. II. de nat. deorum* hoc repetit, et, quod terram craſſiſſimus circumfundat aer, allegat, addens *ut ob eam ipſam cauſſam, quod etiam in quibusdam regionibus atque vrbibus contingere videmus, hebetiora ſint hominum ingenia propter caeli pleniorem naturam.* De ipſorum locorum et regionum diuerſa natura et ratione ita diſſerit, *libr. de fato* mox ab initio: *Inter locorum naturas quantum intersit, videmus. alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes in aliis eſſe pituitoſos et quaſi redundantes, in aliis exſiccatos atque aridos, multaque ſunt alia, quae inter locum et locum plurimum differunt. Athenis tenue caelum, ex quo acutiores etiam putantur Attici craſſum Thebis, itaque pingues Thebani et valentes.* Et paullo poſt *ad quaedam res natura loci pertinet et operatur aliquid, ad quaſdam autem nihil.* De *Arcadibus* diſſerens POLYBIVS *l. IV. c. 21* in eandem tranſit ſententiam et, *auſteritas*, ait, *illis conciliatur qualitate aëris, quod in plerisque locis vigeat frigidiore et triſtiore: cum ita ſit natura comparatum, ut caeli habitationis conſimiles neceſſario omnes reddamur. Hac namque non alia cauſſa eſt, cur pro varietate nationum, et ut quaeque inuicem longiſſimis diſtant interuallis, ita plurimum moribus, formis, coloribus, maxima denique parte inſtitutorum mortales differamus.* EVSEBIVS *in praepar. euangel. lib. VIII. c. ult.* locum ex PHILONE *de prouidentia* adfert, de *Graecia* ita diſſerente *Sola quippe Graecia, ſi vere loqui volumus, hominem procreare eſt, ex ſolo quod caeleſtem omnium plantam diuinumque germen et omni ex parte perfectum, h. e. intelligentiam ipſam parit, cum ſcientia natiua quadam cognatione coniunctam, cuius rei cauſſa haec eſt, quod aeris tenuitate mens humana acuitur, ut non ſine ratione dixerit Heraclitus, ubi ſolum ſiccius, ibi ſolertiſſimum animum eſſe ac praeſtantiſſimum.*

b) Inter hos medicorum facile princeps FRIDERICVS HOFFMANNVS in *T. II. operum phyſic. medicarum ſelect. diſſ.* IX. quae de *temperamento, fundamento morum et morborum in gentibus*, agit, hoc argumentum ſolidiſſime pro more, et magno cum iudicio enucleat atque exornat. Praemittit §. *XV.* haec. *Aerem vero, qui ſub climatibus et plagis variat, tanta gaudere potentia, ingenia corporaque immutandi, veteres admodum comperientes eſt.* Poſt pauca pergit *nam principium illud, quod mouet artus et muſculos corporis, materiale, non aliud, quam ſluidum illud aereo-aethereum elaſticum magna potentia eſt, quo nullum animal carere poteſt. Qualis itaque ſolet eſſe aer, talis et ſpiritus cor-*

tegrarum mores et ingenia variant, d) vt ex hac diuerſitate morum ſæpe perpetua diffidia, odia et hoſtilitates inter ſe geſſe-

rint,

corporis, talis et partium ſolidarum et exinde fluidarum motus. Aër purus, ſerenus, liquidus, temperatus, temperatum ſanguinis efficit motum, et temperaturam corpori conciliat. Aër nimis frigidus et conſtrictus condenſat humores, duriores efficit ſolidas partes, ideoque corpora robuſta gignit. Nimis ſubtilis et calidus nimium diſſipat humidum, et corpora imbecilliora ſicciora que reddit. Cœlum turbidum, aër craſſus, humorum redundantiam, impuritatem et motum languorem cauſſatur. In §. *ſequente* hanc ſententiam ipſa experientia confirmat, et ex VITRVVIO *l. VI. c.* 1. hæc ſubiungit: *Sub ſeptentrionalibus nutriuntur gentes immanibus corporibus, candidis coloribus, directo capillo et ruſo, oculis cæruleis, ſanguine multo, quoniam ab humoris plenitudine cœlique refrigerationibus ſunt conformati. Qui autem ſunt proximi ad axem meridianum, (hyperbolice zonam torridam vocant) ſubiecti ſolis curſui, breuioribus corporibus, colore fuſco, criſpo capillo, oculis nigris, cruribus inualidis, ſanguine exiguo, ſolis impetu perficiuntur.* De animorum diſpoſitione diuerſa ex EODEM addit, *in meridianis regionibus propter ſanguinis exiguitatem timidiores naſci, tolerantiores vero ardoris febrium, quod illa corpora cum fervore ſint nutrita.* Et interiectis nonnullis *propter tenuitatem cœli meridianæ nationes ex acuto feruore mente expeditius celeriusque mouentur ad conſiliorum cogitationes, ſeptentrionales nationes vero infuſa craſſitudine cœli propter obſtantiam aëris humore refrigeratæ ſtupentes habent mentes.* Hoc idem prolixius VIR ILLVSTRIS, ad diuerſos gentium mores et diſpoſitiones animorum variantes eundo, in ſequentibus illuſtrat, vnde hæc cauſſa egregie lucrari poteſt.

c) Huc alludit VIRGILIVS *l. I. georg. v.* 417. poetarum.

Verum vbi tempeſtas et cœli mobilis humor
Mutauere vices - - - -

Et poſt pauca:

Vertuntur ſpecies animorum, pectora et motus
Nunc alios alios dum nubila ventus agebat,
Concipiunt.

Pariter OVIDIVS *l. II. de pont. epiſt.* 7. *v.* 71. *Morum diuerſitas ex climatis diuerſitate.*

Temperie cœli corpusque animusque iuuantur.

d) Ipſe CICERO *orat. II. de l. agrar.* poſt ſupra adducta verba hoc illuſtrat his verbis: *Carthaginienſes fraudulenti et mendaces non genere, ſed natura loci, quod propter portus ſuos multis, et variis mercatorum et aduenarum ſermonibus, ad ſtudium fallendi, ſtudio quæſtus, vocabantur. Ligures,*

Immo diuerſa quoque iura inde nata, ſint, neque adeo mirandum ſit; ex *diuerſitate climatum* quoque paſſim ſingularia et peculiaria iura nata, et a populis fuiſſe aſſumta; e) ſicuti integrarum gentium, obſeruantibus medicis, ſapientioribus et philoſophis, ex ratione *climatis* peculiares ſunt *atque morbi.* morbi, diſpoſitiones corporum et vitia pleriſque adhærentia, medicina animæ et corporis curanda. f)

Ex diuerſitate climatum leges diuerſæ etiam nata, §. II. Quæ cum ita ſint, non adeo mirandum eſt, gentes etiam pro diuerſitate climatum diuerſas habere leges, inſtituta, moresque, vt, quod vni regioni iuſtum eſſe videatur, id aliarum regionum moribus aduerſetur. Conſuetudines enim locorum, quæ magnam partem trahunt ex diuerſitate ingeniorum, inclinationum, morumque adeo differunt, vt aliis populis non ſemper aptari poſſint, qui ſub diuerſo climate viuunt. Etiam in inſtitutis eccleſiaſticis id animaduertere licuit, vt olim quædam gentes in diſciplina eccleſiaſtica exercenda mitiores, quædam ſeueriores fuerint, prout magis procliues fuerunt ad crudelitatem et duritiem morum, aut mitiora ingenia ex qualitate climatum habuerunt. Hiſpani et Carthaginenſes, ex natura aſperioris ingenii, non facile lapſis in delicto carnis veniam dederunt, ſed perpetuum ad eccleſiæ reditum denegarunt. Aſt eccleſiæ Aſiaticæ atque Italiæ non adeo difficiles fuerunt g) in recipiendis pecca-

gures, montani, duri atque agreſtes: docuit ager ipſe, nihil ferendo, niſi multa cultura et magno labore quæſitum. Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum et fructuum magnitudine, urbis ſalubritate, deſcriptione, pulchritudine.

e) Iam antea ex ſententia POLYBII adductum eſt, ex hac cauſſa maxima parte inſtitutorum homines inter ſe differre, quæ ex moribus diuerſis maxime naſcuntur.

f) Hoc argumentum iisdem egregie exornat et ſolide exequitur H. HOFFMANNVS *in diſſert. phyſic. medic. ſelect. decade diſſ. III* quæ *de moribus, certis regionibus et populis peculiaribus* agit, ſingulorumque populorum ægritudines ſiſtit.

g) Omnis in hoc eſt TERTVLLIANVS

peccatoribus, etiamſi bis et ter ſe eodem luto maculauerint, poſt peractam pœnitentiam. Pariter modus ieiuniorum admodum variauit, dum quædam eccleſiæ magis ad eorum libertatem procliues fuerunt, quædam in iis imperandis ſeueriores exſtiterunt. Sed etiam leges ciuiles multum trahunt ex peculiari climatis, ſub quo ſubditi viuunt, natura et ratione, quod in præſenti ex LL. Romanis, breuibus pro ratione inſtituti illuſtrandum putaui, quod animaduerterim, in ſcholis publicis et priuatis frequenter rationes legum Romanarum ex *peculiari climate Italiæ* petitas, et inde oſtenſum fuiſſe, non omnium legum diſpoſitiones quadrare ad mores Germanorum, ſub diuerſo climate viuentium, adeoque abſque iudicio harum legum vſum afferri non poſſe. *Tranſitur ad thema propoſitum.*

§. III. Præmittendum autem eſt, *climatis* notiones eſſe vel vulgares vel geographis proprias. Cum enim *clima inclinatio* ſit, vel *quod inclinatur*, etiam ad cœli partes transfertur, eiſque regiones ſubiectas terræ, quatenus ad polos pedetentim inclinant. *Climatis ſignificatur.*

NVS Afer in tract. *de pudicitia.* Huius duritiem ſtili duram animi indolem ſimul oſtendit, et hanc ſententiam omnibus inculcet, Italos vero reclamaſſe, qui faciliores ad veniam dandam fuerunt. Ait c. I. *Audio etiam edictum eſſe propoſitum, et quidem peremtorium, pontifex ſcilicet maximus, quod eſt epiſcopus epiſcoporum, edicit: ego et mœchiæ et fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto. O edictum, cui adſcribi non poterit: bonum factum!* Scripſit quidem hæc TERTVLLIANVS, poſtquam MONTANI caſtra ſecutus eſt, in quæ non tranſiiſſet, niſi duriori ingenio ex *climate* præditus fuiſſet. Facile tamen ex conciliis Africanis atque Hiſpanis alia ſeueritatis et naturæ durioris ſpecimina erui poſſent, ſi ratio inſtituti præſens id permitteret. Quanta aſperitate in inculcandis ieiuniis, in fuga ſecundarum nuptiarum, aliiſque verſatus fuerit TERTVLLIANVS, docent eius *opuſcula ad uxorem et de ieiuniis.* Nobilis magis [illegible] eſt in Iudæos, quam in Hiſpania, cuius conciliorum canones etiam *inuitos* ad baptiſmum trahendos eſſe olim voluerunt, ne iam dicam, quanta ſeueritate in iis excitandis vſi fuerint Hiſpani et Luſitani ſub FERDINANDO et EMANVELE regibus. Omnem humanitatem et crudelitatem ſuperat *tribunal inquiſitionis ſanctæ*, quod tamen aliud unius

clinant h). Atque hoc intuitu quaeuis *regiones* et *tractus terrarum* patentiores hac appellatione veniunt. In ſenſu ſtrictiori et geographis proprio clima dicitur terrae ſpatium, duobus parallelis a celebri loco denominatis incluſum, in quo longiſſimi diei dimidiae horae variatio ſiue auctio fit i). Prior ſignificatus huius loci eſt, quem etiam paſſim auctores obſeruant alii, et ipſi medici, k) quod peculiaris ratio et conſideratio geographorum noſtros circulos non tangit, qui potiſſimum mores gentium, ſub certo tractu coeli degentium, intuendos eſſe credimus.

Fundamenta iurium diuerſitatis ex diuerſitate climatis.

§. IV. Ceterum pro diuerſa climatum ratione etiam leges diuerſas inter gentes natas fuiſſe, vel eo minus mirandum, quod, prout dictum eſt, ex peculiari *climatum* diſpoſitione mores hominum ſaepe formentur, vel corrumpantur, quibus diuerſa medicina adhibenda eſt. Quandoque enim in populo toleranda ſunt, quae eradicari prorſus nequeunt, ſed tantum, ne nimis erum-

animo Luſitani et Hiſpani receperunt, aliis gentibus ad horum barbariem exhorrentibus et viſu deteſtantibus.

h) Prout obſeruat C. CELLARIVS *in geographia antiqua l. I. c. 6* ab initio, et DV FRESNE *in gloſſario* ſub voce *clima.*

i) Obſeruante PHILIPPO CLVVERIO *in introductione ad vniuerſam geographiam l. I c. 6. §. 2. et* C. CELLARIO *c. l.*

Quaelibet regio clima vulgo dicitur.

k) Hanc notionem etiam retinuit F. HOFFMANNVS in diſſ *de medendi methodo varia pro climatum diuerſitate* §. II. Pariter HERODIANVS *l. II c. 11.* hoc ſignificatu vſus, ait: *Neque ulla orbis terrarum pars aut clima caeli ſeu tractus, κλίμα ἀέρος, fuit, quo Romani imperium non protulerunt.* Contra Chaldaeorum diſciplinam ex mente Fauorini GELLIVS *lib. XIV. cap. 1.* diſputans aſſerit, eam, ſi quid illi tribuendum eſſet, tantum *procedere ſub ea modo inclinatione caeli, ſub qua tunc Chaldaei fuerunt. Non enim poteſt,* inquit Fauorinus, *ratio Chaldaeorum obſeruationis manere, ſi quis ea uti velit ſub diuerſis caeli regionibus* h. e. climatibus, *nam quanta partium circulorumque caeli ex deuergentia et conuexione mundi varietas ſit, quis non videt?* Graecos potiſſimum *clima* pro quolibet *tractu terrae* vſurpare, docent CELLARIVS *c. l. p. 2* et DV FRESNE *in gloſſar. hac voce.* adeo vt IVSTINIANVS quatuordecim regiones Conſtantinopoleos vocet κλίματα in *nouell. XLIII, c. 1. §. 1.* in textu graeco,

erumpant, reſtringenda, vel certo modo circumſcribenda, l) vnde diuerſitas ipſarum legum promanat. Quandoque ipſa diſpoſitio climatis peculiares leges agriculturae vel aliis commercio, illi climati proprio, praeſcribit, alibi haud facile applicabiles. Sunt etiam quaedam vitia ſeu defectus certo populo propria, quae peculiares leges deſiderant m).

Quod ex iure Rom. illuſtrandum.

§. V. Atque haec iam quidem ex penu legum Romanarum illuſtranda, et quaedam harum inſtituta adducenda ſunt, quae ad climata Italiae apprime quadrant, ſed cum Germanorum climate non ſatis conueniunt, adeoque nec vſum genuinum admittunt n). Atque huc primo loco referendum tempus *legitimarum*

eo, vt oſtendit HOMBERGIVS *ſemeſtr. ad tit. nov.* Multo magis ergo quaelibet late patens regio hac voce venire ſolet, etiam apud ſcriptores latinos medii aeui, vt apud ORDERICVM VITALEM *lib. III. hiſt. eccl. p.* 491. haec de Normanniae marchione WILLELMO referentem *conuerſis reliquis hoſtibus, totam illam regionem in illo climate pacificauit.*

l) Iudaeis aliisque orientalibus populis polygamia olim viſitata, immo ab ipſo Deo in populo ſuo ex ratione climatis, quo ad *pluralitatem vxorum* facile ducebantur, tolerata fuit, licet certo modo circumſcripta, veluti ne quis ſimul duas duceret ſorores, *Leuit. XVIII. v.* 18. quibus magiſtri Iudaeorum alias reſtrictiones addiderunt, de quibus conſulendus SELDENVS *de uxor. Hebr. l. I. c.* 9. Porro iis, quia ad *aemulationem* proni erant, nec ferre poterant alienos amores erga proprias vxores, *diuortia* pariter permiſſa, legibus tamen iisdem multisque circumſcripta fuerunt, immo lex propria iis data, qua ſe ab omni ſuſpicione adulterii purgare poſſent vxores.

m) Tales ſunt leges antiquae Romanorum circa *lupanaria* in eorum republica tolerata, quod Itali maxime ad laſciuiam et venerem ſint procliues, et, his ſublatis, maiora mala metuenda eſſent. Vnde maritus adulterium non committebat, ſi cum ſoluta ſe maculabat, quod *monogamiam* ſeruare deberet, mariti tamen rariſſime caſte viuerent.

n) Parui hanc obſeruationem pendunt, qui hoc praeiudicio imbuti ſunt, ius Romanum pro *regula* vnica et principali in Germania receptum, eius praecepta ita eſſe comparata, vt omnibus populis et ſic etiam Germanis, ſine diſcrimine, applicari queant: vnde ius gentium ciuile a GROTIO dictum, quod vſus eius a pluribus populis agnitus fuerit, et quae ſunt alia huius praeiudicii capita. Neque enim, qui ita ſentiunt, veras attinent rationes, et quidem

rum nuptiarum*, quod duplex fuit: aliud in *iuuenili*; aliud in *ſenili ætate*. Illud definitum ab AVGVSTO in puellis anno XII. o) quod cum eo anno vtplurimum viri potentes apud Italos fuerint, etiam legitimas nuptias contrahere, iuuenes vero, *puberes facti*, vxores ducere potuerint, i. e. anno XIV. Feſtinabantur ergo apud Romanos admodum virgines, p) et nuptiæ earum præpropere fiebant, quod, ex natura climatis calidioris, citius maturæ viris fierent, et nubendis viris ex innato calore ſtuderent; præterea maſculorum libido citius incaleſceret, vt plerumque conſultius fuerit, iuuenilia coniugia magis promouere, quam prohibere.

§. VI.

dem intimas, perſcrutantur, ſed ſine iudicio quæuis ad vſum Germaniæ rapiunt, quæ ab eius moribus tamen aliena ſunt, et cum eius climate pugnant.

o) Vt tradit DIO CASSIVS *lib. LIV. p. 532. puellas duodecimum annum perfectum maturitatis ad nuptias terminum eſſe cenſeri*. Hac de cauſſa Auguſtus edixit, ne ante *annum decimum* quis ſibi puellam deſponderet, nec deſponſatam vltra biennium vxorem ducere differret, ſi quis præmia maritorum ferre vellet.

p) Vt cum TACITO *de moribus Germanorum* loquar, adeo vt quandoque ante hanc ætatem puellæ nuberent, quamuis demum nuptiæ legitime fierent, vbi duodecim annos apud maritum expleuerant. Ait POMPONIVS *in l. 4. D. de ritu nuptiar. Minorem annis duodecim nuptam tunc legitimam vxorem fore, cum apud virum expleuit duodecim annos*. Ceterum ſæpe virgines immaturas domum deductas fuiſſe, ex GRVTERI *inſcript.* docuit I. G. HEINECCIVS *in comm. ad l. Pap. et Popp. lib. II. c. 5*. Quamuis enim tales nuptiæ non legitimæ eſſent, nec legitimum haberent effectum, non tamen reſcindebantur, ſed impune permittebantur; multo magis ergo frequenter ductæ ſunt puellæ duodecimo anno expleto, quod variæ inſcriptionum videntur oſtendere. Huc pertinet hæc apud GRVTERVM *pag. 751. n. 1.*

D. M.
MEMORIAE. AEL. CRESCENTIAE.
COMPARI. QVAE. VIXIT.
ANNIS. VIRGO. XII.
CVM. MARITO. XXX. ET.
MENSES. SEX.
AVFIDIANVS. SECVNDIANVS.
VXORI. FECIT.

§. VI. Diuerſum Germanorum clima, et quidem temperatius, diuerſam ætatem etiam in Germaniæ populis deſiderauit, apud quos ſera venus, nec virgines feſtinatæ ſunt q). Ad minimum ergo moribus receptum, ne ante XX. annum nuptias contraherent, quod hac ætate roborati, etiam robuſtiores liberos producerent, et familiam regendi prudentia pollerent. Atque etiam hodie ad maturiorem ætatem eo magis reſpiciendum, quod merito imprudentes nuptias præcauere debeant parentes, et ſic iuſte diſſenſum ſuum interponant, ſi liberi nuptias ante prudentiam regendi œconomiam feſtinare velint, præſertim quod hodie vtplurimum liberi contractis nuptiis ſui iuris fiant, et ſic parentum interſit, ne immaturas ineant nuptias. Neque vero aliter tales feſtinatæ nuptiæ contingere ſolent, quam ſi iuuenis iuuenculam ſpe matrimonii lactatam impregnauerit,

Serius apud Germanos nuptiæ contractæ.

q) Verba TACITI *de moribus Germ.* c. XX. hæc ſunt, in oppoſitione morum legumque Romanorum intelligenda: *Sera iuuenum venus*, (non vti apud Romanos mox poſt pubertatem) *eoque inexhauſta pubertas: nec virgines feſtinantur*, (vti Romanis in more poſitum erat) *eadem iuuenta, ſimilis proceritas, pares validique miſcentur, ac robora parentum liberi referunt.* In eundem ſenſum ſcribit CAESAR *l. VI. comm. de bell. Gall. c. XXI. Qui diutiſſime impuberes permanſerunt, inter ſuos maximam ferunt laudem. Hoc ali ſtaturam, ali vires, neruosque confirmari, putant. Intra annum vero XX. feminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus.* Tamdiu ergo videbantur *impuberes* maſculi vel dicebantur, quamdiu *innupti* erant, vt hæc verba explicat IO. PETR. DE LVDEWIG *de ætate legit. puberum et mai. c. III. §. 2.* nec virgines ante XX. annum ad nuptias ruebant. Diuerſum in more poſitum fuit Romanis, quibus virgo XX. annorum lege reipublicæ portenta habita, obſeruante EODEM *l. l. in not.* Sicuti iuuenes mox poſt XIV. annum, vel vt dicitur in *nov.* [illegible] *nondum* [illegible] *XV. annis* ad matrimonium properabant, vt [illegible] obuii. Quidam hic *rationem politicam* eamque generalem quærunt in moribus Romanorum, quod interſit reipublicæ, eam ſtatim, i. e. mature, liberis hominibus repleri, quos merito redarguit CARPZ. *l. II. iuris prud. conſiſt. def. 2. n. 17.* E contrario quod Romanis regulare, id Germanis *irregulare* et ita comparatum eſt, vt [illegible] *exceptiones* poni ſoleat, ſi maſculus ante XX. annum nuptias inierit, ceu præiudicia apud CARPZ. *c. l. n. 23. ſeqq.* teſtantur.

rit, et ita *ex accidente* et *extra ordinem*, rationibus ſuadentibus, duxerit.

Matrimonia ſenum vltra LX. et L. annos variam habuerunt fortunam apud Romanos.

§. VII. Quod ad *ætatem ſenilem* attinet, itidem manifeſtum eſt, matrimonia ſenum vtplurimum ſine effectu fuiſſe, quod, quo citius ad generandum proruebant iuuenes, eo citius etiam facultas generandi in iis ceſſaret. *Lege Papia* et *Poppæa* cautum erat, vt omnes puberes et viri potentes nuptias inirent *liberorum procreandorum gratia*, ſi *pœnas cælibatus* effugere vellent. Sed ſenes, hoc eſt, poſt *annum ſexageſimum* maſculi, vel *quinquageſimum* fœminæ, ab hac lege liberati erant, r) quod finem connubiorum amplius obtinere non poſſe crederentur. Immo ſub TIBERIO SCtum factum eſt, quo *ſexagenariorum* et *quinquagenariarum* matrimonia illegitima fuerunt, s) vtut tolerata et non reſciſſa. t) Licet vero per SCtum CLAVDIVS huic legi obro-

r) Aſſerit VLPIANVS *in fragm. tit. XVI. §. 3. Qui intra ſexageſimum, vel quæ intra quinquageſimum annum nemini legi paruerit*, h. e. matrimonium inuerit, *ipſis legibus* (quæ ex lege *Papia* et *Poppæa* poenam cælibibus impoſuerunt) *poſt hanc ætatem liberatum fuiſſe*, quod *lex Papia et Poppæa* vnice intenderet, matrimonia ineunda eſſe *liberorum procreandorum gratia*. Hunc finem vero obtinen amplius non poſſe a ſexagenario viro et quinquagenaria fœmina, adeoque nec illos pœnis harum legum teneri, cenſebant, licet tale matrimonium *iniuſtum* hac lege non haberetur. Ad minimum inde liquet, ex moribus, illis propriis, *ſexagenariorum* matrimonia infructuoſa habita fuiſſe vtplurimum, id quod in legibus ferendis reſpiciendum *l. 3 ſeqq. de LL.*

s) Additum hoc nouiter eſſe legi Papiæ et Poppææ a TIBERIO Cæſare, *quaſi ſexagenarius generare non poſſet*, teſtatur SVETONIVS *in Claudio c. XXXIII n. 3.* Idem confirmat VLPIANVS, *c. l.* aſſerens, quod ſexagenarii, contrahentes matrimonium, *perpetuis pœnis teneri debuerint ex SCto Perniciano* vel potius *Perſiciano*, quod ſub Claudio factum eſt, vt optime obſeruat B. HEINECCIVS *in comment. ad L. Pap. et Popp. lib. II. c. 3. p.* 159.

t) *Iniuſtæ nuptiæ* dicebantur, quæ licet toleratæ, effectibus tamen *legitimi matrimonii* deſtitutæ erant, vnde etiam vir talem vxorem adulterii accuſare poterat, *l. 13. §. 1. ad L. Iul. de adult.* quod fieri non potuiſſet, ſi tale matrimonium reſciſſum fuiſſet, vt itidem optime obſeruat B. HEINECCIVS *c. l. p.* 160.

abrogauerit, u) volueritque, vt maior LX. annorum cum ea, quæ minor L. annorum eſt, legitimum contrahere poſſet matrimonium, et iuribus maritorum frui: palam tamen inde eſt, ideo hac in re legibus variatum, quod crederent, ſexagenarios ad ſobolem procreandam rarius idoneos eſſe, quod ex ratione climatis plerique feſtinarent nuptias, facultas generandi etiam citius in pleriſque efferueſceret, quem finem vnice intendendum eſſe in matrimoniis, cenſebant Romani veteres. Suſtulit tamen pœnas cœlibatus et orbitatis CONSTANTINVS M. et IVSTINIANVS pariter ſenum matrimonia, in ſolatium ad minimum ſenectutis, permiſit, legitimaque eſſe voluit, legibus antiquis ſublatis x).

§. VIII. Sed clima Germaniæ, quod nuptias non feſtinabat, ab his inſtitutis adeo alienum fuit, vt nunquam ſenes, etiam ante vſum iuris peregrini in Germania, maxime maſculos, a connubiis arcuerit, nec ſexaginta annis maioribus vſum eorum nega- *Matrimonia ſenum apud Germanos ſemper permiſſa.*

Nn nega-

u) Teſte SVETONIO in *Claudio c. XXIII.* eius *Caput Papiæ Poppææ legis, a Tiberio Cæſare, quaſi ſexagenarii generare non poſſent, additum, obrogauit*, h. e. ex capite legis a Tiberio addito, quod memorat idem VLPIAN. *in fragm. t. XVI* § 3 refertur, inquiens: *ſed Claudiano SCto maior ſexagenario, ſi minorem quinquagenaria duxerit, perinde habebitur, ac ſi minor ſexaginta annorum duxiſſet uxorem.* Reſtituta ergo eſt in integrum lex Papia et Poppæa, quia quidem ſexagenarios non amplius adſtringebat ad matrimonium contrahendum, quod rarius hi finem ſperatum obtinerent, eorum tamen matrimonium iuſtum eſſe volebat.

x) Vt ſequitur ex *l. un. C. Theodoſ. de infirm. pœn. cœlib.* ſpecialim vero IVSTINIANVS pœnas has cœlibatus omnes ſuſtuliſſe ex *l. 27. C. de nuptiis*, *ſancimus, nuptias, quæ inter maſculos et feminas, maiores vel minores ſexagenariis vel quinquagenariis, lege Iulia et Papia prohibitæ ſunt, homines volentes contrahere, et ex nullo modo vel ex nulla parte tales nuptias impediri.* Legi Papiæ et Poppææ quod tribuit IVSTINIANVS, potius *adulatoribus* adſcribendum, qui ex SCtis acceperant. Hac lege non amplius improbata ſunt talia matrimonia, quod finem, quem AVGVSTVS in matrimoniis contrahendis intendebat, ſuo tempore non præciſe obſeruandum eſſe crederet, et ex diſciplina Chriſtianorum conſtaret, non improbanda eſſe talia matrimonia, ſed qui viuere non poſſent vt coniuges, viuere tamen inter ſe valerent vt fratres et ſorores.

pepigerint, ſed eis non modo in *ſolatium ſenectutis* contraxerint, verum etiam vel maxime liberorum procreandorum gratia. Hunc finem Germani ex ratione climatis facilius in ſenili aetate obtinere poterant, quam rarius obtinebant Romani, ut exempla non deſint octogenariorum, immo aetatem hanc ſuperantium, qui liberos adhuc in hac ſenili aetate procreaverint. Non ergo credendum eſt, Germanos demum ex lege CLAVDII, CONSTANTINI, vel IVSTINIANI facultatem poſt LX. aetatis annum nuptias contrahendi, exemplo Romanorum, accepiſſe, ſed in eodem uſu coniugiorum ſubſtitiſſe ſemper, etiam poſt receptum ius Romanum, in quo ante illud a primordio civitatis ſuae ex diverſitate climatis fuerunt. y)

non demum ex iuris Romani diſpoſitione.

§. IX. Porro in finienda tutela etiam ad annos *pubertatis* reſpexerunt Romani, idque ex XII. tabulis, quae *impuberes* demum ſubiiciebant tutelis. z) Sed in terminatione huius aetatis Caſſiani et Proculeiani admodum diſſentiebant, a) quam litem ſuſtu-

Tutela finiebatur pubertate apud Romanos.

y) *Pares validique olim miſcebantur, ac robora parentum liberi referebant*, ut ait TACITVS *de morib. Germ. c. XX.* adeoque in ſenili aetate adhuc ad matrimonium apti cenſeri debebant maſculi, ut nec hodie horum matrimonia ex iure Romano, exemplo CARPZOVII *lib. II. de iurispr. conſiſt. def.* 13. n. 10. legitimandi debeant.

z) Verba legis in *tabula quinta* haec ſunt, apud IACOBVM GOTHOFREDVM *in quatuor font. iur. civilis: Si pater familias inteſtato moritur, cui impubes ſuus heres eſcit, agnatus proximus tutelam nancitor.* Vnde liquet, puberem non ſubfuiſſe auctoritati tutoris, quod argumentum examine eruditiſſimo evoluit B. de LVDEWIG *de aetate legitima puber. et maior. c. I. §. 9. ſeqq.*

a) Ante IVSTINIANVM initium pubertatis quoad finiendam tutelam admodum incertum erat, ceu ipſe fatetur IVSTINIANVS *in pr. I. quibus modis tut. finitur.* Specialius id declarat VLPIANVS *in fragm. tit. XI. §. ult. Liberantur tutela maſculi quidem pubertate; puberem autem Caſſiani eum eſſe dicunt, qui habitu corporis pubes apparet*, i. e. qui generare *poteſt*, adeoque inſpectionem deſiderabant. *Proculeiani autem, qui quatuordecim annos explevit*, quod utplurimum poſt illud tempus ad nuptias ineundas apti crederentur. *Priſcus eum pube-*

ſuſtulit IVSTINIANVS, voluitque, feminas anno XII, maſculos XIV. a tutela liberari. b) Cum enim puellæ ob calorem climatis citius iuſto nuptias inirent, c) et puberes maſculi pariter ad feſtinandas nuptias proni eſſent, vltra pubertatem protendere nolebant tutelas Romani, quod minus conueniens viſum fuerit, coniuges aliorum tutela adhuc regi.

§. X. Hos Romanorum mores Germania ferre non potuit, quæ maturiorem ætatem poſtulat in iis, qui rebus ſuis præeſſe volunt. Præterquam enim, quod ab antiquo non feſtinauerit nuptias, ſed vſque ad annum XX. et vltra diſtulerit, et, CAESARE auctore, adhuc impuberes in hac ætate habuerit, ſatis conueniens quoque terminus tutelæ ad hunc terminum conſtituendus fuit, adeoque, iure Saxonico, demum XXI. anno completo in ſuam tutelam venerunt, aliorum populorum iure anno XX. d) Ignorauit Germania triplicem ætatem *impuberum, puberum et maiorennium*, Romanis propriam, ſed tan- *Quod climati Germanorum conueniat.*

Nn 2 tum

pubertatem eſſe dixit, in quo vtrumque coniunxit, vt habitus corporis et numerus annorum. Vidimus, olim ſenteriam reliquiis prolatam, [illegible] ſuit B. de LVDEWIG *cit. loc.* §. 14. quod in ætatis termino *præſumta pubertas* adfuerit, et ſic etiam XIV. anno expleto tutela finita ſit. Quodſi tamen in hoc caſu contradictio occurrebat ſi negabatur pubertas, ſimul ad *corporis habitum* reſpiciendum erat. Non itaque tutela ſemper finita XIV. anno, ſed quandoque *ex accidente* ad aliquot annos extenſa, ſi ex habitu corporis adhuc impubes apparebat is, qui ſub tutela erat, et cui de *pubertate* quæſtio mouebatur. Pariter *feminas a tutela liberatas pubertate*. Eadem adſerit VLPIANVS, quæ quemadmodum et XII. anno concluſa erat, atque hac pubertate finiebatur *pupillaris tutela*, incipiebat vero *perpetua*, ſub qua mulieres apud Romanos olim fuerunt.

b) Vt docet *pr. I. quib. mod. tut. finitur.* c) Vt vtar verbis LVDEWIGII *cit. l.* §. 26. qui copioſiſſime hunc argumenti nodum *ſoluit.* d) Vt plenius rurſus illuſtrat B. de LVDEWIG *c. III.* §. 7. *ſqq.* vbi copioſe pupillarem diuerſarum gentium mores conferuntur.

num *nouerimus* ſeu in mundo aliorum exiſtentes, et *maiorennes* diſtinxit, id quod receſſibus imperii roboratum eſt. e)

Agrorum diuerſa cultura ex diuerſo climate.

§. XI. Non tantum vero mores hominum pro diuerſitate climatum variant, diuerſaque accipiunt iura, ſed etiam, et quidem primario, agri, quorum cultura, et quae huc pertinent, variam determinationem ex *natura climatis* accipiunt. Sicuti enim non omnis fert omnia tellus, ita quoque ipſa agrorum colendorum ratio et contractus, qui huic fini inſeruiunt, attemperari debent ad clima illius regionis, vbi horum cura adhibenda.

In Italia aëris ratio habebatur in comparandis agris:

In Italia in comparandis *praediis ruſticis* primario ratio habebatur *aëris*, vt vtiliſſimus ager is cenſeretur, magnumque pretium haberet, qui ſalubrior et ſaniтati magis accommodus; e contrario in minus ſalutari loco poſitus in pretio admodum decreſceret, et raros emtores inueniret: ideoque in praedio ineundo qualitas loci in primis erat attendenda. f) In Germania licet

non eodem modo in Germania.

e) Sicuti Germani tantum diſtinguunt Unmündige et Mündige, vt illi dicantur, qui adhuc aliorum tutela regi debent; hi vero, qui in ſua ſunt tutela et *mundio*, vt loquuntur: ita nec diſcrimen inter *tutelam* et *curationem* norunt, nec liberant tutorem a tutela XII. et XIV anno pupillorum, ſed eandem ad aetatem maiorennem producunt, quod *ordinationi polit. de anno* 1548. *et* 1577. conforme eſt.

f) VARRO *de re ruſt. lib. I. cap.* 4. hoc diſcrimen in Italia obſeruat, et, *vtiliſſimus, ait, is ager, qui ſalubrior eſt, quam alii, quod ibi fructus certus; contraque in peſtilenti calamitas, quamuis in feraci agro, colonum ad fructus peruenire non patitur. Etenim ubi ratio cum orco habetur, ibi non modo fructus eſt incertus, ſed etiam colentium vita. Quare vbi ſalubritas non eſt, cultura non aliud eſt, atque alea domini, vitae, ac rei familiaris. Nec haec non deminuitur ſcientia. Ita enim ſalubritas, quae datur e caelo et terra, non eſt in noſtra poteſtate, ſed in natura.* Agrum *Salapinorum* in Apulia peſtilentem fuiſſe, memorat CICERO *orat. II. de leg. agrar.* Vnde VITRVVIVS *lib. I. cap.* 4. Salpiam veterem a Diomede conditam propter loci inſalubritatem quatuor millibus more translatum fuiſſe, refert his verbis *nunc Salapini quatuor millia paſſuum progreſſi, ab oppido veteri habitant in loco ſalubri.* Hac de cauſſa ICtus *peſtilentem fundum* diſtrahere redhiberi poſſe, ait in *l.* 49. *D. de aedilit.*

tet qualitas ipſorum agrorum non ſit eadem, tanta tamen diuerſitas aliis non deprehenditur, ut in Italia, ceu obſeruarunt veteres, ſed, quod dono Dei tribuendum, in pleriſque locis coelo ſalubri fruimur. g)

§. XII. In Italia praeterea agrorum pleramque haec eſt conditio, ut quotannis ſuos fructus ferant, nec certorum agrorum pars quieſcere debeat. Quam ob rem conductiones agrorum pro lubitu ad annos hos vel illos, in primis vero ad *luſtrum* h) ſeu *quinque annos* fiebant, id quod etiam recte facere poterunt, *In Italia agri locabantur in quinquennium*

ditis, edict. ut *aliove ſit* locum peſtilentem ſciri, refert ICtus in *l.* 2. §. 29. *D. ne quid in loco publ.* Immo quandoque *aër*, talem etiam fructus ſunt, ut quandoque lethiferas et peſtilentes ſenſerunt. *l.* 4. *C. de aedificiis priuatis*.

g) GOTHOFREDVS CHRISTIANVS LEVSER *in iure georgico lib.* I. c. 7. n. 50. hanc obſeruat differentiam, ut, *per totam Germaniam*, ut, *in contrario praeſertim non ſpectatam fuiſſe qualitatem aëris, quia hoc regno perpetuo et quaſi conſtante aëris temperie ſunt tenuis donata eſt, adeoque populi eius habitantes integerrima fruuntur valetudine.* Comparatione loquitur in oppoſitione ad Italiam, et ſic etiam merito accipiendus, cum negari nequeat, ſalubritatem aëris quoque ſuo modo variare. Romani olim de antiquo ſtatu Germaniae aliter ſenſiſſe videntur, quatenus illis cognita fuit. TACITVS *de moribus Germanorum cap.* 2. eam vocat *informem terris, aſperam coelo, triſtem cultu aſpectuque*, qualis Italis mollitie aſſuefactis intolerabilis videbatur, qui mitiori climate fruebantur. Verum tunc ſeculis aliam Germania erat, nec de alio climate intelligi poſſunt, quam quamque Germaniam nunc peragraverint. Vnde etiam SENECA magis et audire ſibimo quaerit ut vel veteres *de prouid. c.* 4. ſcripſit: *perpetuus illos hiems, triſte coelum premit, maligne ſolum ſterile ſuſtentat*, quod quam iniquum ſit, euidentia res clamat, quantis molliſſimos Latio habitatoribus eo tempore ita viderentur.

h) LVSTRVM *quinquennium abſolutum* denotaſſe apud Romanos, docent plenum FESTVS *hac voce*, BARNABAS BRISSON. *de verb. ſignificat. hac voce*, SAMVEL PITISCVS *in lexico antiq. Rom. voce luſtrum*, quod cenſores completo quinquennio urbem luſtrarent, teſte ASCONIO in *Ciceronem* p. 23. vel, ut dicit VARRO *lib.* V. c. 2. quod vectigalia et ultro tributa per cenſores hoc anno perſolverentur. Vnde paſſim in iure locationes praediorum ad *luſtrum* ſit mentio, quae frequenter etiam vocatur locatio *ad quinquennium*. *Luſtrum* olim enim conductionibus fuiſſe praefinitum, colligitur ex *l.* 13. §. 11. *D. locat.* ubi aliquando *luſtri mentio ſit*, atque ex *l.* 4. §. 1.

rant, quod ſingulis annis agrorum reditus integros perciperent. In pleriſque locis Germaniae diverſum obtinet, in quibus conditio agrorum hanc non admittit legem, vt, ſine quiete, commode integri fructus percipi poſſint, ſed certa pars agrorum, vtplurimum tertia, quieſcere debeat ſingulis annis. Atque inde eſt, quod locationes agrorum non poſſint in luſtrum, vti eo [illegible] apud

...um in Germania.

4. §. 1. D. *de reb. credit.* vbi ICtus i-ta: *ſi colonus poſt luſtrum completum fructus perceperit, tenetur ex conductione, quoniam contra voluntatem domini percepti erant,* quod etiam repetitum eſt in *l.* 67. §. 5. *D. de furt.* Frequentiores locationes ad quinquennium factae ſit mentio, vt in *l.* 25. §. 4. *ſoluto matrim. l.* 30. §. 1. *de leg.* 1. *l.* 9. §. 1. *l.* 24. §. 2. et 4. *locat. l.* 40. *pr. de act. emt. vend. l.* 89. *de verb. obli. l.* 7. §. 1. *de adm. rerum ad ciuit. pertin.* adeo vt etiam publici reditus ad quinquennium fuerint locari, *l.* 3. §. 6. *D. de iur. fiſci,* et ſi vſusfructus fundi ad tempus alicui legatus, in quinquennium relictus, more Romanis conſueto, fuiſſe legatur in *l.* 51. *D. de vſu et vſufr. et red. leg.* Hoc tempus conſecratiſſimum et admodum ſolemne Romanis erat, quo cenſu civium habito, vota magiſtratus pro populi ſalute in proximum luſtrum concipiebat, teſte VALERIO MAXIMO *lib. IV. c.* 1. §. 10. inquiente: *Cenſor Africanus cum luſtrum conderet, inque ſolito fieret,* (vel potius *ſolitaurilibus*) *ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis ſolenne ei precationis carmen praeiret, quo dii immortales, vt populi Romani res meliores ampliorisque facerent, rogabantur. ſatis,* inquit, *bonae et magnae ſunt, itaque precor, vt eas perpetuo incolumes ſervent.* Hoc de cauſa cum AVGVSTVS luſtrum in campo Martio magna populi frequentia condidiſſet, et ſe morti vicinum ſentiret, *vota, quae in proximum luſtrum ſuſcipi mos erat, collegam ſuum Tiberium nuncupare iuſſit,* teſte SVETONIO *in Aug. c. XCVII.* Sine dubio ergo Romani ex publica vota religione credebant, culturam agrorum melius ceſſuram, ſi ad eam votivum tempus, ſacris publicis ſanctitum, locationes praediorum reſtrictae fuerunt. Erant praeterea *luſtrorum ſacrificia* publica, quae ambarualia, proceſſione circa pomoerium vrbis agroſque habita, dictis olim victimis dictiſque carminibus pro *ſecunditate agrorum ſeu pro frugibus et aſ*tatis averruncanda. *Erant luſtra privata,* quae ſinguli patres familias pro frugibus circa arua, quibus fundi luſtrabantur, faciebant, ſolenne carmine adhibito: *averruncas morbos, [illegible], laborem, rubiginem, intemperiem,* teſte FESTO *in voce [illegible].* Plura hanc illuſtrat GOTHOFREDVS *in comm. ad l.* 3. *C. Theodoſ. de epiſc. eccleſ. et cler.* Vnde teſtatiſſimum eſt, agrorum ſub climate Italiae hanc fuiſſe conditionem et naturam, vt integri fructus ex fundis ruſticis ſingulis annis plene percipi potuerint, quod alioquin in quinquennium locari non potuiſſent.

Cur ad luſtrum apud Romanos locatio facta.

apud Romanos, fieri, ſed in triennium, ſeptennium vel nouennium, quod demum ſingulis trienniis integri fructus percipiuntur ex omnibus agris conductis. i)

Bona eccleſiaſtica tantum ad triennium locanda ex praecepto Pauli II.

§. XIII. Alium terminum PAVLVS II. pontifex bonis locandis eccleſiaſticis praeſcripſit, prohibuitque, ne *vltra trienni*um locarentur, abſque ſolennitate in alienatione bonorum eccleſiaſticorum adhiberi ſolita. k) Sicuti vero pontifex ob oculos habuit ſine dubio *clima Italiae*, quo ſingulis annis integri fructus percipi poſſunt, ita ad *clima Germaniae*, vbi integri fructus demum exacto triennio [illegible] pene [illegible], ſimpliciter applicari nequit, ſed potius, ſi ſtricte *triennio* inſiſtendum, ad nouennium locatio extendenda, quae reſpondet locationi ad *triennium* in locis, in quibus ſingulis annis integri fructus percipi queunt. l)

Quod ad clima Germaniae applicari nequit.

§. XIV.

i) Irregularis eſt et fere inuſitata locatio [illegible] ad quinquennium, nec [illegible] *clima Germaniae*, ſub quo in pleriſque [illegible] agrorum [illegible] eſt ratio, vt ad [illegible] vel ad triennium tertia pars agrorum quieſcere debeat, [illegible] demum *triennio* peracto, integri fructus ex toto praedio ruſtico conducto percipi poſſunt. [illegible] [illegible] locationes [illegible] [illegible] in ducatu [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

k) [illegible] *ad triennium* in bonis eccleſiaſticis facta eſt in *extrav. comm.* [illegible] *de reb. eccleſ. non alien.* [illegible] pontifex [illegible] *Italiae*, quo ſingulis annis integri [illegible] percipi poſſunt, [illegible] [illegible] *de locat. conduct.* [illegible]

l) [illegible] hanc [illegible] [illegible] in locis [illegible] ſingulis annis integros fructus [illegible] [illegible] in [illegible], in quibus demum *triennio* exacto integri fructus [illegible] [illegible] *triennio* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] locationem reſpondentem. [illegible]

Tacita renouatio agrorum iure Romano ad annum facta cenſetur.

Iure Germanico ad triennium.

§. XIV. Hæc obſeruatio etiam vſum præſtat in *renouatione tacita prædiorum ruſticorum*, quæ iure Romano duntaxat ad *annum* facta cenſetur, etſi luſtrum forſan ab initio locationi fuerit præfinitum; m) At in fundis Germaniæ, in quibus demum ſingulis bienniis vel trienniis integri fructus percipiuntur, alio vtimur iure, vt renouatio tacita ad *biennium* vel *triennium* cenſeatur facta, quod alioquin colonus *integros non perciperet fructus.* n)

Hæc differentia quoque obſeruanda in remiſſione

§. XV. Pariter huic obſeruationi locum relinquendum eſſe crederem in argumento de *remiſſione mercedis* ob ſterilitatem vel aliam calamitatem, extra conſuetudinem contingentem,

quando *villa* locatur vel prædium ruſticum, ea locatione non tantum continentur agri, ſed etiam *horti* et *prata*, ex quibus ſingulis annis percipiuntur fructus integri. Quis autem tam ieiunus foret, vt ea de cauſſa locationi quæſtionem moueret, quod quædam res adnexæ eſſent, ex quibus ſingulis annis percipi poſſunt integri reditus?

m) Ait ICtus in *L.* 13. §. 11. *locat. conduct.* *Quod autem diximus, taciturnitate vtriusque partis colonum reconduxiſſe videri, ita accipiendum eſt, vt in ipſo anno, quo tacuerunt, videantur eandem locationem renouaſſe, non etiam in ſequentibus annis, etſi luſtrum forte ab initio fuerat conductioni præſtitutum. Sed ſi ſecundo quoque anno poſt finitum luſtrum nihil fuerit contrarium actum, eandem videri locationem in illo anno permanſiſſe; hoc enim ipſo, quo tacuerunt, conſenſiſſe videntur.* Quocirca tacita reconductio non cenſetur facta ad idem tempus, ad quod facta fuerat prima locatio, ſed pro vno tantum *anno*, vt colonus integros fundi ruſtici fructus, pro quibus ſoluit mercedem, ſecundum clima Italiæ percipere poſſet, in quo differt a locatione *prædiorum vrbanorum*, vt ICtus *in ſeq.* declarat.

n) Idem recte obſeruant interpretes, dicentes, in illis regionibus, in quibus de quinquennio in quinquennium integri fundorum fructus demum percipiuntur, relocationem tacitam ad *quinquennium* factam cenſeri, quod alioquin finem ſuum non obtineret colonus. Videatur FACHINÆVS *de locat. conduct. c. LXIV. n.* 47. FRANTZK. *ad tit. locat. conduct. n.* 18. Quo poſito, cum in Germania demum per *triennium* integraliter ex prædiis ruſtici fructus redituſque percipiantur; ad *triennium* relocatio facta cenſetur, et, ſi, hoc tranſacto, rurſus taceant, itidem ad nouum *triennium* renouatio extendenda, non vero ad primum locationis terminum reſpiciendum.

tatur, immodicam, ne ſupra damnum ſementis operarumque, quas locationi adhibuit, integram mercedem praeſtare cogatur. Et quidem de iure Rom. finito anno, quo contigit ſterilitas, remiſſio mercedis peti poterat, quod licet ad plures annos, velud ad *quinquennium*, facta locatio, tamen, quod in ſingulos annos merces conſtituta fuerit, plures, immo tot locationes, quot anni, viderentur eſſe ſuſceptae. Quamobrem ſi ad tres annos *vna mercede* facta locatio, finito triennio, demum de remiſſione agi poterat, quod vna ad *triennium* locatio facta videretur. o) Aſt in Germania, in qua ſingulis bienniis, trienniis vel vltra demum integri fructus percipiuntur, tot locationes cenſentur contractae, quot *biennia* vel *triennia* ea locatione continentur, vt demum tranſacto biennio vel triennio, de *remiſſione mercedis* ob enormem ſterilitatem idoneum iudicium ferri queat, et ſic colonus repelli debeat, qui remiſſionis cauſſam mox finito eo anno peragere intendit. p)

mercedis ob ſterilitatem.

06

§. XVI.

o) Ita videtur colligendum ex eo principio, quod ſingulis annis integri fructus in Italia percipi poſſent, adeoque aequum eſſet, vt in eo etiam anno, quo ſterilitas contigerat, de remiſſione *prouiſionaliter* decerneretur. Dico *prouiſionaliter*, quod remiſſio facta ex vbertate ſequentium annorum merito reſcindi vel reuocari deberet, vt innuit VLPIANVS in *l.* 15 § 4. *D. locati. Si vero vno anno remiſſionem quis colono dederit ob ſterilitatem, deinde ſequentibus annis contigerit vbertas, nihil obeſſe domino remiſſionem,* PAPINIANVS ait, ſed *integram penſionem etiam eius anni, quo remiſit, exigendam.* Dixi autem *prouiſionaliter*, ſiue conditionate facta videtur colono eo anno, quo contigerat calamitas immodica, remiſſio, quod plerumque locationem futurorum annorum confringere non poſſet, ſi ad vltimum annum cuius fata incognita erant, ſemper eſſet differenda remiſſio, et interim in tanta calamitate eueniente circa fructus integram mercedem ſoluere teneretur. Ceterum finita tota locatione, confuſis omnium annorum penſionibus, verum et ſolidum iudicium de laeſione ferri poterat, et decerni, vtrum facta reuocanda eſſet nec ne. *l.* 8. *C. locat. c.* 3. *pr. X. de loc. et cond.* PACION *de locat. c.* 48. *n.* 34 *ſeqq.*

p) Sicuti integri demum fructus per trien-

In quæſtione de diſtributione fructuum vltimi anni in feudis reſpexerunt Longobardi ad clima Italiæ; ſed paullo obſcurius.

§. XVI. Præ ceteris vero ſingularis iuris feudalis diſpoſitio enata videtur ex ratione climatis Italici, ad quod ſe merito accommodarunt Longobardici iuris feudalis interpretes. Quando enim morte vaſalli ſine liberis maſculis reuertitur feudum ad *dominum*, de diſtribuendis vltimi anni fructibus inter heredes allodiales et dominum inextricabiles lites vtplurimum naſcuntur. Paullo obſcurius et generalius Feudiſta rem definit, aſſeritque, ſi ante *Martium* decedat vaſallus, omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes ad dominum pertinere; ſi vero poſt kalendas *Martias* vſque ad *Auguſtum*, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad heredes vaſalli pertinere; ſi vero poſt Auguſtum, omnes fructus anni ſequentis percipere dominum. q) Quamuis vero Feudiſta

triennium in Germania ex prædiis ruſticis percipiuntur; ita triennium pro *vna locatione* accipiendum, et ſic, eo finito, demum conſtare poteſt, tum de quantitate læſionis, tum de æquitate remiſſionis faciendæ. Fac, primo anno contingere circa fructus calamitatem immodicam, et ſingulis annis ſoluendam mercedem mille thalerorum ſoluuntur pro triennii fructibus integris, quibus inter ſe confuſis demum conſtare poterit, quantum per triennium ex fundo ruſtico conducto perceptum fuerit, quo cognito, demum de remiſſione conſtabit. Re vera enim hoc caſu idem obtinere debet, quod admittit FRANZKIVS *ad tit. locat. conduct.* n. 150, in caſu, quo vna mercede locatio ſex annorum facta, quo caſu remiſſio fieri nequit pro rata ſterilis anni, ſed demum locatione totius temporis finita, quod hic non fuerint plures ſed vnica duntaxat locatio. [illegible] etiam in iis regionibus, vbi clima cæli locationes vel ſex vel nouem annos regulariter poſtulat, triennii locatio pro vnica tantum reputanda, licet merces ſingulos in annos ſit conſtituta. Quid enim ſi in ſingulos anni quadrantes? Idem omnino dicendum videtur, quod talis ſolutio ad maiorem ſecuritatem locatoris et commoditatem conductoris fieri videatur, ut ille tardioris ſolutionis dilatione lædatur, hic vero ad totam annorum ſoluendam mercedem, quæ integrum nummorum cumulum deſiderat, cogatur, quod fieri nequit ſine magna vtplurimum difficultate et incommodo.

q) Ad Feudiſta 2. *feud.* [illegible] §. [illegible] *hic conſequenter docetur, quod, ſi vaſallus decedat ſine herede maſculo, et contingat feudum ad dominum reuerti,* ſe

ſtu duntaxat de caſu, quo feudum ad dominum revertitur, loquutus, non dubium tamen, quin eadem deciſio locum habitura ſit, ſi ad agnatos vel ſimultanee inveſtitos feudum tranſit; qui caſus fere hodie frequentior eſt. r)

Fructus ad dominum vel agnatos reverſi.

Oo 2 §. XVII.

ſi diſtinguitur, quod ſi ante Martium, omnes fructus illius anni, ex feudo provenientes ad dominum pertineant, ſi vero poſt kalendas Martii uſque ad Auguſtum, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad heredes vaſalli pertinent, ſi vero poſt Auguſtum, omnes fructus anni pertinent domino. Quidam tamen dicunt, quocunque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere. Duae ſententiae hic afferuntur, quarum poſterior eſt communis, prior vero *diſpoſitio* [illegible] Feudiſtis [illegible]. Ex [illegible] patet, feudorum in [illegible] [illegible] Feudiſtarum [illegible]. Quae poſteriorum [illegible] iuris Romani [illegible] fructus, et [illegible] fundi [illegible] quod etiam in l. 44 [illegible] Sed Feudiſtae hoc fundamentum, [illegible] ab hac doctrina aberrans eſt [illegible], rationem autem ſuae deciſionis nullam addidit, qua de cauſa hanc ſententiam diſtinctionem quidam [illegible], ut VACHINAEUS lib. VII. controv. c. [illegible] WURMSER [illegible] quod [illegible] non [illegible]. ut [illegible] [illegible] Auguſtum, incluſive vel excluſive intelligenda ſint; quamvis [illegible] Auguſtum [illegible] intellige, cum ex verbis ſequentibus: *ſi vero poſt Auguſtum*, quilibet colliget. Sed nuſquam ſatis ratio adparet, quare poſt *Auguſtum* percepti fructus ad dominum pertinere debeant, quod vero et olim in *Septembri* et *Octobri* demum colligi ſolent, adeoque vaſallus, qui per totum annum culturam praeſtitit, fructus hoc modo privetur.

Prima varie interpretatur.

Ambiguitas Feudiſtarum.

r) Quod ratio diverſitatis dari nequeat, et hoc caſu quoque defunctum vaſallum fructus ſuo modo ſuos facere, adeoque eadem vero diſpoſitio hic quoque locum habere debeat, niſi ſi filius, qui, cum ſimul [illegible] heres allodialis ſit, in adquiſitione fructuum eiuſdem anni, quatenus heredibus allodialibus cedunt, pro portione hereditaria concurrit, ut recte obſervat SCHWEDER *de fructibus feudi* §. 15.

Fructuum diverſa ratio.

§. XVII. Quia vero diſpoſitio iuris Longobardici indiſtincte loquitur de *omnibus fructibus*, diverſa vero ſit *fructuum* conditio; admodum diſpiciendum ICtis, an et quatenus haec doctrina omnibus adplicari poſſit fructibus? Sunt enim fructus vel *naturales*, quos natura producit: s) vel *civiles*, qui non ex operatione naturae, ſed ex inſtitutis hominum occaſione rei percipiuntur, et meliorem cauſſam praediorum faciunt, quorſum varii cenſus et praeſtationum exactiones ſpectant. t) Sed etiam naturales ſunt vel *in ſpecie dicti*, quos natura ſola ſua operatione, ſine interveniente hominum labore expenſisque, producit: vel *induſtriales*, qui culturam, curam et expenſas ad ſui productionem deſiderant. u) Diverſam horum fructuum eſſe rationem, quis non animadvertit? dum alii certo anni tempore: alii incerto: x) alii quotidie: y) alii poſt aliquot annos demum percipiuntur. Alii ſpon-

s) Atque hi proprie *fructus* vocantur, qui ex ipſa re naturaliter enaſcuntur, et a penſionibus, [illegible] earumque ſimilibus commodis diſtinguuntur *l.* 29. *D. de hered. petit. l.* 34. *de uſur. l.* 59. §. 1. *de legat.*

t) Talia commoda a fructibus ſtricte dictis ſeparantur, et *fructuum vice eſſe*, in *l.* 31 *pr. de leg.* 3 vel etiam *pro fructibus accipi* dicuntur in *l.* 36. *de uſur.* ut ſunt *praediorum vel amorum penſiones.* Pariter uſura *vicem fructuum* obtinere dicuntur in *l.* 34. *de uſur.* licet in *l.* 121. *de V. S. in fructu*, fructu ſcilicet, eſſe non dicuntur.

u) Hos fructus diſtinguit ICtus in *l.* 48. *D. de acquir. rer. dom.* et in *l.* 45. *D. de uſur.* ubi diſtinguit fructus, quos poſſeſſor *ſuis operis* vel *ex ſolo ſuo adquiſierit*, ab iis, qui *ſua ſine facto* naſcuntur.

x) Ut ſunt varia iurisdictionum et venationum commoda, quae etiam *fructibus* late dictis adnumerantur, laudemiorum reditus, mortuaria, commiſſionum pretia et ſimilia.

y) *Lac* et *lana* etiam inter fructus referuntur in *l.* 48. §. [illegible] *D. de acquir. rer. dom.* licet hanc diverſam habeant naturam, quod *lac* quotidie, *lana* certo anni tempore percipiatur. Pariter commoda habitationis ad *commoda quotidiana*, ſed fructus naturales praediorum ruſticorum ad ea, quae *certo anni tempore* percipiuntur, referuntur, et ſic etiam diverſa iura habent, *l.* 13. §. 15. *D.* [illegible] *l.* 31. *de uſufr. l.* 13. *quibus modis uſusfr. vel uſus amitt.*

ſponte ſua naſcuntur: alii expenſas plures laboresque deſiderant. Denique quidam in *ſimplici uſu* rerum, eius commoditate immo voluptate et amoenitate: z) quidam in praeſtationibus pecuniariis aliisque emolumentis praeſtandis quidam denique in noviter productis rerum ſubſtantiis conſiſtunt, et ita non *eodem iure* cenſeri debent, quamvis horum diſcriminum nullam rationem *per ſummam incuriam* habeat Feudiſta. a)

§. XVIII. Cum itaque conclamatum ſit, deciſionem hanc ad omnes non poſſe adplicari fructus, nec eam ex nudo arbitrio Feudiſtae profectam fuiſſe, ſed illum potius probabilem aliquam rationem horum terminorum conſtituendorum habuiſſe, quod *Deciſionis huius fundamentum eruendum.*

de

z) Huc refero varias *ſervitutes*, quae [illegible] *praediorum* [illegible] in l. 6. §. 1. D. de ſervit. praed. ruſt. ſi vel maxime tantum *delectationi* et *amoenitati* inſerviunt, cum etiam haec augmentum pretii fundorum admittat, quod illuſtrat NOODT ad L. praed. [illegible] Neque enim [illegible] ad irrigationem et pecoris [illegible] *amoenitatis*, vel propter quoddam aliud *commodum*. l. 1. §. 11. l. 3. D. de aqu. quotid. et aeſtiv.

a) Termini adſcripti fructibus naturalibus percipiendis poſſunt aliquem uſum praeſtare, quatenus hi certo tantum tempore percipiuntur: ſed non omnibus quibuscunque fructibus. Neque enim ulla ratio dari poteſt, ob quam *Martio* aut *Auguſto* aut alterius menſis terminus attendendus ſit in habitatione aedium, aut in uſu ſervitutum, in perceptione [illegible], venationibus, piſcationibus, multo minus uſuris, et tamen Feudiſta unam tantum eandemque regulam hic interponit, ut quidem omnibus feudis adplicandam, maxime impropriis ſeu irregularibus, quaeſita ſunt de *camera*, de *cavena*, *pecuniaria*, *habitationis*, [illegible] cum ſervitiis. Equidem FRANCISCUS BALDUS de fructibus diſſ. XXVII. n. 9. [illegible] terminos praediſtos eſſe ſervandos [illegible], quod ſive haec deciſio *bona* ſive *mala* ſit, generatim praeſcripta ſit, nec fructus illi [illegible] feudi diverſo iure aeſtimari debeant. Verum hoc modo [illegible] [illegible], [illegible], peſſime cohaerentem et ſolido carentem fundamento admittimus, quod de iis, quae [illegible] tradiderunt, haud praeſumendum; ſed potius operam dandum, ut talia monſtra, quae ex inepta interpretatione proveniunt, evitentur. Neque enim abſolutum eſt, in aliis quoque iurium articulis, fructus diverſos diverſo quoque iure cenſeri, et vel ex uſufructu conſtat, l. 1. [illegible] quib. mod. uſusfr. amitt. l. 26. l. 38. de uſufr.

de homine ſanæ mentis merito præſumendum; neceſſe omnino eſt, vt ante omnia in fundamentum huius deciſionis inquiramus, et, hoc inuento, rationes ſubducamus, quibusnam fructibus iſtud adplicari queat, ne quidquam ſine ratione diſpoſitum afferamus.

Quod non quærendum in diuerſo anni initio;

§. XIX. Duo omnino termini percipiendorum et adquirendorum fructuum hic collocantur, quorum primus in *kalendis Martiis*: alter in *kalendis Septembris* ponitur, quod Feudiſta diſertis verbis de fructibus *poſt Auguſtum* perceptis in altero membro agat. Equidem non defuerunt, qui fundamentum deciſionis in *diuerſa anni principia* conſtruendum eſſe cenſuerunt. Hoc duplex fuiſſe videtur antiquitus. primum in *kalendis Martiis*, quod ROMVLVS conſtituit, b) adeoque et mercedes et penſiones hoc tempore ſolui ſolebant pro cultura prædiorum c). Alterum quærendum eſt in *kalendis Septembris*, quod *indictionum* computatio a menſe Septembri initium capit, adeoque quidam initium anni quoque inde deduxerunt, d) adeo vt Græci illud ſancte

Hoc olim duplex fuerit.

Initium anni Romulus in Martio conſtituit,

b) Auctor eſt IVLIVS SOLINVS in *polyhiſt. c. I. p. 4. edit. Salmaſ. Romanos initio annum decem menſibus computaſſe, a Martio auſpicantes.* Idem refert MACROBIVS *lib. I. ſaturnal. cap. 12.* *ut, hoc fuit, ut, Romuli ordinatio, qui primum anni menſem genitori ſuo Marti dicauit, quem menſem anni primum fuiſſe, vel ex hoc maxime probatur, quod ab ipſo Quintilis quintus eſt, et deinceps pro numero nominabantur.*

In Martio locabant Romani prædia.

c) Quod non tantum ex iure Romano liquet, vti docent *l. 58. D. de vſufruct. l. 7. §. 2. ſolut. matrim. l. 19. C. Theodoſ. de exact.* ſed etiam MACROBIVS confirmat *cit. l.* idem: *Hoc menſe mercedes exſoluebant magiſtris, quas completus annus deberi fecit: comitia auſpicabantur, vectigalia locabant, etc.* Teſtatiſſimum ergo eſt, locationes ab hoc termino factas fuiſſe, et penſiones ſolutas, adeoque quia Romani hunc terminum, fructibus percipiendis minime pro climate *Italiæ* idoneum, retinuerunt in locationibus prædiorum, forſan ad antiquos Romanorum mores reſpexit Feudiſta, vt, vaſallo poſt hunc terminum decedente, fructus illius anni tum [illegible] heredibus eius cederent.

d) AMBROSIVS in *libr. de Noe cap. 17.* hoc colligunt, inquiens: *iſti a Septembri menſe annum videntur incipere, ſicut indictionum præſentium vſus oſtendit.*

fructus obſeruauerint in eccleſiaſticis e). Quia ergo Feudiſtae forſan animaduerterit, duplex diuerſum anni principium conſtitui, forſan etiam inde traxiſſe videtur deciſionem, atque conſtituiſſe, vt poſt inchoatum annum fructus percepti heredibus vaſalli cedunt, ſeruato vtroque anni principio f). *Initium anni eccleſiaſtici in Septembri.*

§. XX. Sed ab omni probabilitate alienum eſt, Feudiſtam reſpexiſſe ad antiqua *Romana* inſtituta, iam dudum emendata ab ipſo NVMA, et plenius correcta a IVLIO et AVGVSTO, anni principium in *Ianuario* conſtituentibus, g) adeo vt de his obſoletis rebus ne quidem cogitaſſe videatur. Neque etiam, quod olim *kalendis Martiis* ſolutae fuerint penſiones et locationes factae, ad ſeculum XII. trahendum, quo compilatio feudorum facta, multo minus ex hoc more antiquo fundamentum percipiendorum fructuum deduci poteſt h). Neque tandem, quod *indictionum* cyclum a die XXIV. Septembris computauerint antiqui, et anni initium Graeci in *rebus eccleſiaſticis* inde traxerint, Feudiſtae [illegible] fundamentum praebere potuit, in percipiendis fructi- *Hoc fundamentum reiicitur.*

e) Id docet [illegible] incipere a menſe Septembri, et ad diem I. huius rationem reddens [illegible] Quia ergo duplex anni principium obſeruant Feudiſtae, forſan duplicem hunc terminum percipiendorum fructuum quoque obſeruandum eſſe credidit.

f) Hoc principium agnouiſſe videtur CASPAR BITSCHIVS in comment. ad l. feud. 28. p. 538. coniungens [illegible] cultori poſſe, diſtinximusque hunc ſtatu naturalem et [illegible], ſi anni computatio ita fiat, vt a *Septembri* incipiat, et in *Auguſto* terminetur.

g) Vt plenius tradit MACROBIVS l. I. *ſaturnal.* c. 13. et 14. et illuſtris SAMVEL PITISCVS in lex. antiq. Rom. voce annus.

h) Id liquido adparet ex l. 58. D. de *uſufruct.* in qua [illegible] fructus, menſe Octobri [illegible] perceptos, [illegible] conferri, licet *kalendis Martiis* penſio demum ſoluenda, et locatio facta eſſet. Non ergo ad tempus ſoluendarum penſionum, ſed ad tempus, quo plene percepti fructus erant, [illegible].

fructibus obſervandum, quod nullo indicio nititur. Præſumendum hos terminos ex [illegible] cauſis adſumſiſſe, qui perceptioni fructuum olim ne quidem in iurisprudentia Romana unquam inſervierunt.

Verum fundamentum ex principiis iuris Germanici adſtruitur.

§. XXI. Probabilius itaque eſt, quod, quia feuda ex moribus Germanorum ortum traxerunt, et ſecundum eorum inſtituta aeſtimata fuerunt, atque a Longobardis etiam recepta, Feudiſtæ quoque principium *iuris Germanici* in hac deciſione retinendum eſſe recte cenſuerint, conſtituendo, fructus poſt agrum raſtro ſubactum, et laborem finitum cedere debere laboranti et eius heredibus i). Certum autem omnino eſt, ſecundum *clima Italiæ* laborem in colendis agris poſt kalendas Martias vt plurimum finitum, et menſe Septembri meſſem factam fuiſſe, ideo vt vindemiæ quoque vt plurimum menſe Auguſto inchoatæ fuerint.

Quod pro cultura et cura fructus debeantur laboranti.

i) Ita quoque [illegible] A COCCEII *diſſ. de iure ſeminis ſect. VI. §. 1* [illegible], [illegible] *fructus naturales* [illegible] (vel potius Germanico) [illegible] *Longobardi* [illegible] *feudalis* [illegible] *in Italiam* [illegible] *Italiam* [illegible] Reci[illegible] olim [illegible] *cap. IV. §.* [illegible] labor. [illegible] de LUDEWIG in *diſſ. de differ. iuris Rom. et German.* [illegible] *tom. II. opuſc. p.* 1138. [illegible] [illegible] ſimpliciter ad [illegible] argumenta [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] *iuris Romani*, [illegible] fructus *pendentes* [illegible], vt [illegible] feudalia [illegible], [illegible] cum [illegible] *fructibus naturalibus*, [illegible] quorum [illegible] pendum [illegible] [illegible] Romani [illegible] ſeu [illegible] per Francos [illegible] in Longo[illegible] [illegible] *iuris Germanici principiis* [illegible] [illegible] ſuccesſione [illegible] [illegible] ergo [illegible] [illegible] [illegible] verum feudorum [illegible] [illegible] et differentia [illegible] credidit, [illegible] *Italiæ* [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible]

[illegible]

rint k). Quamobrem ſine dubio hunc terminum percipiendis fructibus præſcripſit Feudiſta, vt vaſallo decedente poſt *kalendas Martii*, vſque ad Auguſtum omnes induſtriales fructus, qui interim percipiuntur, ad heredes vaſalli pertinere debeant, quod ex vaſalli cura et opera producti fuerint. Quæ cum ita ſint, hæc deciſio nec ſimpliciter in Germania recipienda, nec ad omnes fructus extendenda, ſed potius ad clima Germaniæ attemperanda, et duntaxat ad *fructus induſtriales* adplicanda, quos primario *fructuum* nomine denotaſſe videtur Feudiſta l).

Vt tamen termini ad clima Germaniæ diuerſum accommodari debeant

§. XXII. Addit quidem Feudiſta: *Si vero poſt Auguſtum*: [illegible] Pp [illegible] *omnes*

Cur poſt Auguſtum per-

Mannes Saat, die er mit ſeinem Pflug wirkt, die iſt [illegible], als die Egge darüber geht, und des Gartens, als er geraden, geſäet und geharket iſt. [illegible] *lib. III. art.* 76. Stirbt die Frau nach der Saat, als die Egge das Land beſtrichen hat; die Saat iſt ihres Mannes, und er iſt niemand davon Zins pflichtig.

k) Idem obſeruauit BEYSCHIVS *in comm. ad 2. feud.* [illegible] atque *deinde ipſam quoque vindemiam, cuius conſideratio pleriſque circa hunc poſteriorem caſum præcipuam dubitandi rationem mouet, illis anterioribus temporibus, quo Longobardi aliique populi Germanici in Italia rerum potiti ſunt, ſub finem ipſius menſis Auguſti plerumque aut certe non raro fieri ſolitam eſſe, argumento eſt, tum quod* PLINIVS *lib. XVIII nat. hiſt. c.* 31. *ſcribit antiquos quidem numquam exiſtimaſſe vindemiam maturam ante æquinoctium,* [illegible] *ſim vid. tum quod in l.* 2. *C. de feriis initium feriarum vindemialium conſtituatur in ipſo menſe Auguſto, nimirum X. Kal. Sept. h. e. die* 23. *Aug.* [illegible] omnes *fructus induſtriales* intra hoc ſpatium, i. e. a kalendis Martii, vſque ad kalendas Septembres excluſiue percepti fuerint.

Vindemia olim in Auguſto facta.

l) Id ex ipſa [illegible] Præterea vero cum diuerſam colendi agros rationem expoſcat Germania, abſurdum eſt, in hac cauſſa ſimpliciter inſiſtere vel terminis, ſecundum *clima Italiæ* conſtitutis poſtquam in ſolo Germanico meſſi et labori, ſeu agri atque vindemiæ culturæ diuerſum omnino tempus attribui debeat.

Anni fructus adiudicentur domino.

omnes fructus anni percipiet dominus; obſeruandum tamen eſt, ea verba recte accipi poſſe et debere *de futuro anno et fructibus eius*, quod menſe Septembri inchoante meſſis fructuum induſtrialium iam vtplurimum abſoluta fuerit, et iam nouus annus culturae futurae in Septembri conſtitui debuerit, quamuis demum finita hyeme fiat. Neque enim in Italia *autumnali tempore* agri ſeruntur, neque *fructus hyberni* cogniti fuerunt m).

Concluſiones inde tractae.

§. XXIII. Hac poſita et firmata interpretatione, palam eſt, deciſionem hanc adplicari non poſſe 1) ad *fructus naturales*, qui nullam culturam et curam deſiderant, n) nec 2) ad *fructus ciuiles*, niſi ſub iis intelligere velis penſiones, quae pro fructibus agrorum ſoluuntur, in quibus idem ius, quod in his ſtatutum eſt, locum habet o). Quae ratio autem diſtribuendi in his haberi debeat, hic excutere non vacat, ab aliis iam plenius tradita p). Atque haec quidem ſpeciminis loco tantum adduxiſſe ſufficiant, e quibus ad plura alia facile progreſſus fieri poteſt, vbi legum rationes rite fuerint examinatae atque excuſſae.

EXER-

m) Eatenus admitto ſententiam RITTERSHVSII cit. l. annum a *menſe Septembri* inchoandum, et Feudiſtam de *fructibus futuri anni*, ſeu ex cultura futuri anni prouenientibus, intelligendum eſſe. Quodſi enim vaſallus *poſt Auguſtum* moriebatur in Italia, veluti *Octobris* vel *Decembris* menſe, non poterant non fructus huius anni a menſe Septembris inchoandi domino adquiri, quod tunc dominus, ad quem feudum iam reuerſum fuerat, ſua cura et cultura hos produxerat. Recte itaque dixeris, Longobardos initium anni percipiendorum *fructuum induſtrialium* a Septembri menſe inchoaſſe, quod tunc anni praeteriti meſſis vtplurimum plene abſoluta, et poſt hoc tempus climati Italiae conueniens, noua agrorum cultura facta fuerit.

n) Quamuis non deſint ICti, qui deciſioni iuris Longobardici in his quoque locum faciant, vt BERLICH. *P. III concl.* 45. *n.* 7. COLER. *de proceſſ. execut. P. II. c.* 3. *n.* 310.

o) Vt recte obſeruat HARTM. PISTOR. *lib. I. qu.* 21.

p) Cum hic tantum ea in cenſum venire debeant, quae reſpectum ad *diuerſitatem climatum* habent. Quae autem in reliquis fructibus diſtributio inſtituenda ſit, plenius tradidi in diſſ. de *anno deſeruiti cap. vlt.* Conf. I. de LVDEWIG *cit. l.* et HENR. COCCEIVS *de iure feudorum*

EXERCITATIO VIII.

AD LIBR. I. PAND. TIT. II.

DE VARIA IVRIVM INNOVATIONE PER EXPEDITIONEM CRVCE SIGNATORVM.

CAP. I.

DE SINGVLARIBVS EXPEDITIONIS IN TERRAM SANCTAM CIRCVMSTANTIIS, QVAE ANSAM INNOVATIONI IVRIVM DEDERVNT.

§. I.

Indictio expeditionis cruciatorum per Vrbanum II.

Rumor de ſuſcipienda expeditione in terram ſanctam contra Saracenos, ſub præſidio crucis, a) quam in *Concilio Claromontano* anno MXCV. indixerat VRBANVS II. ſollicitationibus, lacrymis, et propoſito premio æternæ ſalutis atque remiſſionis peccatorum quo-

Pp 2 · cum-

Crucis veneratio.

a) CRVCIS appellatio, quæ, vt grauiſſimum ſupplicii genus, a LIPSIO et HENR. KIPPINGIO illuſtrata, et Romanis aliisque gentibus terrori; Iudæis vero abominationi fuit, Chriſtianis a primordiis Chriſtianiſmi ſumma in veneratione habita, et myſtica interpretatione ad varios ſenſus ſpirituales tracta eſt, ceu docet IACOB. BOSIVS *de cruce triumphante et glorioſa*. *Crucis* ſigno ſe ſignabant Chriſtiani, et recepti in Chriſtianiſmum eo ſignabantur, vt docet BASILIVS relatus in *c. 5. D. 11.* Forma *crucis* in labaro expreſſa, teſte PRVDENTIO *contra Symmachum*, quem ſequitur LIPSIVS *de cruce Lib. III. c. 15.* Crux in militum armis: in Imperatorum nummis, diademate: in clericorum, immo et monachorum veſtibus conſpicua. Denique crucem *ſignum Chriſti* appel-

[illegible]que, admodum promoverat, b) ac, ut *confessum Dei ex cruciſeri*, [illegible] *inſinuaverit*, [illegible] adeo totum chriſtianum

appellarunt veteres, ut nihil [illegible] quæ [illegible], ut [illegible] quæ [illegible] Hoc [illegible] [illegible] figno [illegible] [illegible], eamque ad [illegible], quod [illegible] [illegible] crederent. [illegible] de crucis ſigno [illegible] [illegible], de quibus quædam refert RAYNALD. ad ann. 1201. n. 19. ad a. 1209. n. 27. ad a. 1245. n. 99. ad a. 1149. n. 77. etc.

Formulæ de- b) De [illegible] ad [illegible] in [illegible] II. habes, concilium Claromontanum ſuper [illegible], obtinuit HARDVINUS *tom. VI. P. II. coll. II Concil.* p. 1 [illegible] *formulas [illegible]* [illegible] refert, [illegible] eſt, quam refert MATTHÆUS PARIS. *ad an.* [illegible] In hac [illegible] [illegible] [illegible] cruci ſignum [illegible]. *Hæc autem*, [illegible] *Dei et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum auctoritate* [illegible] *Christianis, qui* [illegible] [illegible] Pontifex, quod [illegible] [illegible] pro peccatis [illegible] [illegible], et [illegible] *de* [illegible] §. 31. Hinc [illegible]

propoſitis ac- [illegible]

ſatio, quæ univerſalis erat, [illegible] [illegible] et [illegible] Domini [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quorum [illegible] [illegible] eccleſiæ Magdeburg. concernit, [illegible] PETR. de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Sed [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible] *Dei* [illegible] *Franc.* p. [illegible] *apud* [illegible] *Domini*, *et* [illegible] *ſed quidam* [illegible] *quidam* [illegible] [illegible]

ſtianum orbem eiusque angulos permeauit, vt vniuerſalis commotio c) omnium et ſingulorum, pro ſtatu illorum temporum ignorantiae, facta, et hac contagione, ceu peſte quadam vniuerſali, eccleſia infecta fuerit.

§. II. Nam immo miſſo ipſius Dei hoc conſilium a Pontifice *Voluntate diuina hanc in-*

Pp 3

ſubleuentur. quidam ſola leuitatis ducti, aut vt creditores ſuos, quibus multorum debitorum pondere tenebantur obligati, declinarent, eluderent, illis ſe adiungebant. Omnes itaque ex cauſis variis proficiſcebant. Quam diuerſis hominibus collectus ex omnibus regnis ad [illegible] Hieroſolymitanum et terram S. transierunt, [illegible] BROCARDVS in *deſcript. terrae ſanctae* apud CANISIVM *tom. IV. lect. antiq. p.* 13 *edit. Basnag.* vt certum ſit, plurimos malo conſilio hoc iter ſuſcepiſſe, ſicuti pontifices malo conſilio illud induxerunt vid. tom. II. [illegible] p. [illegible] ſq.

Peperam ſummo [illegible] tempore ad expeditionem ſuſcipiendam [illegible] promiſſa per [illegible]

c) Auctor anonymus, a MABILLONIO in *Muſ. Ital. tom. I. P. II. p.* 139 editus, [illegible] *ter [illegible] in [illegible] ſunt [illegible] commotio, vt nulla eſſet via, nullum [illegible], nulla [illegible], nullum caſtrum, nulla planities, nullus mons erat, quae non eſſet plena peregrinantium et turmis [illegible] et [illegible] viris ac mulieribus, omnes pariter [illegible] ſuſpenſis.* Commotionis huius vniuerſalis quidem in Concilio Claromontano, in quo eloquentia excitat VRBANVS II. iacta ſunt fundamenta, ſed mox poſtmodum per epiſcopos aratorque ſacerdo-

tes, ad [illegible] proficiſci, qui eo [illegible], apud HARDVINVM [illegible] p. 1728. [illegible], ſic eos allocutus eſt: *Vos, fratres, et coepiſcopi, conſacerdotes et coheredes Chriſti per eccleſias quae vobis commiſſae ſunt ad ipſum annunciate, et viam in Ieruſalem toto ore [illegible] praedicate.* Inter alios vero etiam commemorantur PETRVS Eremita, ex Paleſtina rediens, qui auctor ſuaſorque Pontifici fuit, vt hoc arduum conſilium caperet. *hic enim [illegible] perluſtrans Italiam, Alpes tandem tranſcendit, et omnes principes occidentales cum maxima ſollicitabat diligentia, vt loca ſancta, quae Dominus propria dignatus eſt illuſtrare praeſentia, infidelium permitterent ſpurcitiis diutius profanari. Nec viſum eſt ſibi hoc ſufficere, niſi etiam* PLEBEM *et inferioris conditionis homines ad ipſum piis exhortationibus animaret,* vt ait MATTHAEVS PARISIENSIS ad annum 1095 p. [illegible]. *Geſta in Concilio iam per ſingulas regiones diuulgata erant, et per totum orbem diſperſa non ſolum mediterraneas prouincias ad hanc peregrinationem commouent, ſed et omnes, qui vel in ultimis inſulis et inter barbaras nationes audierunt nomen Chriſti,* vt verbis IOHAN [illegible] tom. I. p. [illegible] ſeq.

et Petrum Eremitam

[illegible], [illegible] [illegible], b) [illegible], ut [illegible] *Dei et* [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] adeo totum [illegible]

[illegible]

ſtianum orbem eiusque angulos permeant, vt vniuerſalis commodo c) omnium et ſingulorum, pro ſtatu illorum temporum ſponderentur, facta, et hac contagione, ceu peſte quadam vniuerſali, eccleſia infecta fuerit.

§. II. Nam immo iuſſu ipſius Dei hoc conſilium a Pontifice [illegible] *Voluntate di[illegible] vina hoc in[illegible]*

Pp 3

[illegible] quidam ſola bonitatis cauſa, aut et creditores ſunt, quibus [illegible] debitorum pondere [illegible] obligari, declinantes [illegible], alios ſe adiungebant. Omnes igitur ex cauſis variis proficiſcebant. [illegible] regna ad [illegible] et [illegible] *ſanctis* apud [illegible] *tom. IV* [illegible] *et* [illegible] *vid. tom. II.* [illegible]

c) Auctor [illegible] D. MABILLONIO *de* [illegible] *tom. I.* [illegible] p. 719 [illegible] *nulla eſſet* [illegible], [illegible] *quod non eſſet plena* [illegible] Conciliis Claromontano, in [illegible] *Urbani* [illegible] *per* [illegible] *Spes* [illegible] *et* [illegible]

[illegible] *qui de* [illegible] p. 1738 [illegible] *et* [illegible] *Chriſti per* [illegible] *ad ipſum* [illegible] *in Hieroſolymam* [illegible] *et Petrum Eremitam* [illegible] *in Palaeſtina* [illegible] *Patri* [illegible] *et hoc* [illegible] *perfectiores habuit, Alpes tandem transcendit, et omnes principes occidentales cum maxima ſollicitabat diligentia, ut loca ſancta quae Dominus propria dignatus eſt illuſtrare praeſentia, inſidelium* [illegible] *ſpurcitiis* [illegible] *profanari.* [illegible] *et* [illegible] *ad ipſum* [illegible] MATTHAEVS PARISIENSIS *ad* [illegible] *p.* [illegible] *in Concilio* [illegible] *per totum orbem diſperſa* [illegible] *Chriſti*, [illegible]

[illegible] fa-ctam credebant creduli.

diſſe captum fuiſſe, credebant creduli, ſicque facile ad hanc inſaniam, vt oues imprudentes, a paſtore ſupremo deduci patiebantur, adeo vt vox omnium eſſet DEVS VVLT, quæ teſſera poſtea etiam in prœliis vſi ſunt. Nihil eo tempore certius, quam *cauſam Dei* *) hoc negotio geri, bellum eſſe ſanctum et Domini, quod pro liberanda terra ſancta e manibus infidelium ſuſcipiendum erat, religionis chriſtianæ et deuotionis pietatisque gradum in hac *πορείᾳ* verſari, adeoque hanc expeditionem eſſe meritoriam.

Inde ad aſſumendam crucem certatim ruebant.

Quæ perſuaſio cum omnium mentes infeciſſet, mox hunc effectum producebat, vt ſine vlteriori deliberatione ſacro velut impetu in votum adſumendæ crucis d) ruerent, et relictis omnibus ad hanc imprudentem peregrinationem in terram S. ſeſe accingerent.

Vod

*) In hanc formulam frequenter [illegible], qui de *cruce* ſermones ad populum habuerunt, exemplo MARTINI abbatis *Pariſ.* cuius *ſermo de cruce* relatus eſt a GVNTHERO *in hiſtor. [illegible]* apud CANISIVM *tom. IV lect. antiq. ad a.* 1210. *P. VI.* *Nunc itaque, viri [illegible], valide bellatores, ſuccurrite Chriſto, date nomina veſtra militiæ chriſtianæ, feliciter [illegible]* Volui hodie CAVSSAM CHRISTI *commendare, vobis ipſam, vt ita loquar, in manum trado, vt eam in hereditatem ſuam, de qua [illegible], [illegible].* Paullo poſt admonuerat, vt CAVSSAM CRVCIFIXI *fideliter reſpiciatis.*

cruces veſtibus adſuta.

d) Qui vero ſe obſtringebant ad hoc periculoſum iter, *cruces veſtibus* adſuendas accipiebant, teſte [illegible] apud MABILLON. *[illegible] et omnes, qui [illegible], ferebant crucem in dextro humero [illegible] Chriſtum, qui in humero ſuo portauit crucem [illegible] ad paſſionem pro nobis.* Cum [illegible] GVARNVNDVS, tot principum exemplo inflammaretur, vt ipſe [illegible] [illegible] [illegible] *[illegible] pallium adſervi praecepit, quod per particulas [illegible], et crucem vtrique ſcuorum [illegible] ſinguli ſibi vertunt*, vt [illegible] verbis ORDERICI VITALIS *lib. IX. hiſtor. eccl. ad ann.* 1096. relatis ab ANDREA DVCHENIO *in hiſt. Norman. p.* 725. Cum S. Bernhardus Ludouico regi Galliæ daret crucem, [illegible] [illegible] illum quoque [illegible], vt, deficientibus crucibus, veſtes ſuas in cruces ſcinderet, vt [illegible] [illegible] fuerit [illegible] Abbas, vt refert EDMVNDVS MARTENIVS *in praef. ad tom. II coll. vet. ſcript. et monum. P. II.* Denique adeo quoſdam ſuperſtitio cepit, vt ipſis corporibus *ſignum crucis* vel candente ferro, vel alia quadam arte imprimerent, more antiquorum militum, [illegible] [illegible], teſte ROBERTO monacho *lib. II.*

Voti religio opus meritorium augebat, et ardor ſub vexillo Chriſti militandi in prœlia vel potius voluntarium interitum trudebat inermes, vt farrago et complexus omnis generis calamitatum totam Europam fere affligentium fuerit. Nihilominus tamen hæc turba incondita, hæc colluvies hominum, ex quibus potior pars primæ expeditionis conſtabat, cum reliquo exercitu, ſequentes expeditiones ſuſcipiente, vocata fuit *militia Chriſti*. e) *Dei viuentis vel Chriſti exercitus*. f) *ſummi Meſſiæ militia*. g) *exercitus crucis* expreſſius vero *glorioſus exercitus viuificæ crucis*, h) atque ipſi cruce ſignati dicti *Chriſti milites*. i) Grauiſſima præterea ſuſcepit encomia ipſa *expeditio in terram ſanctam*, vt nihil tam excelſum, tam illuſtre, tam heroicum hoc itinere excogitari poſſe crederetur. Etenim *ſanctæ crucis debitum* k) in hac expeditione conſtituerant, illamque *obſequium crucifixi*, l) *expeditionem in crucis inimicos*, m) *negotium vel opus crucis*, n) *iter ſanctæ peregrinationis*, o) *iter ſacrum*, *iter vel viam Dei*, p) *paſſagium in ſubſidium terræ ſanctæ* q) etc. voca-

Inſignia prædicata expeditioni tributa.

e) MATTHAEI PARIS. *cit. l. p.* 19. aliorumque ſcriptorum a BONGARSIO collectorum ſub tit. *geſta Dei per Francos*, hæc eſt communis appellatio.

f) vid. MATTH. PARIS. *lib. I. p.* 25. ORDERICVS VITALIS *cit. l. p.* 825 *exercitum Chriſti* nominat.

g) vid. ORDERIC. VITAL. *lib. I. p.* 773 C.

h) Hac appellatione vtitur FRIDERICVS I. in epiſtola, relata a MARTENIO *tom. I. vet. ſcript. et monum. collect. p.* 909.

i) A MATTHAEO PARIS. *cit. l. p.* 32 ii. *bellatores Dei* ab ORDER. VITAL. *cit. loc. p.* 741.

k) Vt ait Pontifex in *c.* 6. *X. de vot.*

l) Iuxta MATTH. PARIS. *cit. l. p.* 19. *in f.*

m) IDEM *ibid.*

n) IDEM *cit. l. pag.* 20. 22 *et* 24.

o) Hac formula vtitur ORDERICVS VITALIS *cit. l. p.* 798 B.

p) vid. MARTEN. *in collect. ſcript. et monument. tom. II. p.* 110. E. GVIBERTVS abb. *lib. II. Hiſtor. hieroſol. c.* 6.

q) in *Epiſt. Friderici I.* relata a MARTENIO *tom. I. collect. ſcript. et monum. p.* 1110. E. Similiter vocatur *peregrinatio in terram ſanctam per aſſumtionem crucis* in *c.* 8. *X. de vot.*

vocarunt, vt alios huius generis floſculos, praeclaros alioquin teſtes de vniuerſali omnium perſuaſione, qua inſtituti erant, ſe *cauſam Dei* r) in hac peregrinatione pro defenſione terrae S. tueri, vtut ſaepe in depraedationem verſi; s) praetereamus.

Infinita multitudo hoc iter ſuſcepit,

§. III. Hic proritus infelici quodam ſidere innumerabilem hominum copiam in praeſentiſſimum ſui ipſius interitum t) armauit, vt ad inſtar irruentis fluminis, cui nullum obſtaculum limites poſuit, ex omnibus regnis hoc iter ſuſciperent. *Propter timorem et amorem Dei* omnis nexus, quo plerique ligati erant, ſolutus erat, u) et ipſa crucis adſumtio cum

omni nexu ſoluta, quo alii obnexi.

r) a DEO ipſo imperatam. Ita cenſuit WILLERMVS Tyr. archiep. *lib. I. hiſtor. 46.* relatus in *geſtis DEI per Francos pag. 641.* *Et viſum eſt,* ait, *a Domino rem egreſſam, ita vt mandatum eius, licet arduum nimis et difficile videretur, cum omni ardentate tam maiores quam minores amplecterentur.*

Exceſſus a cruciatis commiſſi.

s) Infinitos exceſſus, in occidendis et depraedandis Iudaeis in tractu Moguntino, Colonienſi, et alibi commiſſos, memorant ſcriptores huius expeditionis, quamuis nec a raptu et aliis ſceleribus abſtinuerint in locis amicorum, per quos aliis eundum erat. Neque haec improbauit INNOCENTIVS III. in caſu denegati commeatus, cuius epiſtola refertur a RAYNALDO *ad ann.* 1203. n. 8.

cum grauiſſimo eorum interitu.

t) Horridam cladem, quam ſaepius perpeſſi ſunt cruce ſignati, non deterruiſſe pontifices a ſemel ſuſcepto conſilio de repetendis expeditionibus, docet INNOCENTIVS III. apud RAYNALDVM *ad ann.* 1198. n. 88. inquiens: *Si Deus ſubiit mortem pro homine, dubitabit homo mortem ſubire pro Deo, cum non ſint condignae paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis? negabit etiam ſeruus domino diuitias temporales, cum dominus ſeruo diuitias largiatur aeternas?* Verum petitio principii ſit, verum in tam ſancta expeditione homines pro Deo ſeu pro cauſa eius mortem ſubierint, quam potius ſubierunt pro augendo regno pontificio. Neque enim Chriſtianae religionis conſequens ſuit poſſeſſio terrae ſanctae, adeo vt recte pontifices hac in cauſa indulſerint.

u) Etenim, iuxta Auctorem apud MABILLON in *Muſ. Ital.* *tom. II. P. II. p. 13.* *Clerici et laici, ſeruus et qualibet alii liberi ... etiam hoc ſuſtipater non audebat prohibere.*

ſibi-

tam libera tantaque immunitate munita erat, vt qualiſcumque generis homines etiam epiſcopi, clerici, monachi, eremitae, ruſtici relicta gleba, et alii ex leuiſſima plebe cum mulieribus et infantibus ſe ad hoc iter accingerent. Neque hoc iter ſuſcipere dubitarunt tot illuſtres ſtrenuique principes, reges et nobiles, vt vix inuenias gentem, nobilitate auita coruſcantem, quae maiores ſuos in hoc numeroſo conflictu non poſſit numerare. Qui propter aetatem, corporis imbecillitatem vel aliam iuſtam cauſſam hoc iter ſuſcipere non poterant, adducebantur variis modis, vt ad *aerarium ſacrum* huius militiae aliquid conferrent vel etiam cogebantur, ſi vo- *Alii opera iuuabant.*

hibere filium, nec vxor prohibere virum, et dominus non audebat prohibere ſeruum omnibus liberum erat iter propter timorem et amorem Dei. Idem teſtatur WILLELMVS Tyr. archiep. *lib. I. hiſt. c. 16. Diuidebatur maritus ab vxore, et vxor a marito pater a filiis, filii a parentibus, nec erat caritatis vinculum, quod huic feruori poſſet praeiudicium facere ita vt de clauſtris multi egrederentur monachi, et incluſi de carceribus, in quibus ſe incluſerant ſpontanei propter dominum.* Mariti quidem alias vota in praeiudicium vxorum inuitarum nuncupare nequeunt, ſed votum *vltramarinum* exceptum *c. 9 X. de vot.* Expreſſius adhuc ORDERICVS VITALIS *lib. IX. hiſt. eccleſ. ad ann.* 1095. *p.* 720. deſignat, quam indiſcreto et improuido pruritu plerique hoc voto ſeſe obſtrinxerint. Ait enim: *Diuitibus itaque et pauperibus, viris et mulieribus, monachis, clericis, vrbanis et ruſticis in Hieruſalem eundi, aut euntes adiuuandi inerat voluntas mirabilis. Mariti dilectas coniuges domi relinquere diſponebant illae vero gementes, relicta prole cum omnibus diuitiis ſuis, in peregrinatione viros ſuos ſequi valde cupiebant. Praedia vero haſtenus cara vili pretio nunc vendebantur et arma emebantur etc.* Clericatus officium clericos quidem ad pugnandum reddebat inhabiles, ſed excipiebantur tamen, qui conſilio ſtrenui, vel officio praedicationis inſtructi, vel magnatum obſequiis deputati, aut vſque adeo diuites erant et potentes, vt in expenſis ſuis aliquot ducere ſecum valerent bellatores, alioquin redimere poſſent cogebantur votum vltramarinum iuxta conſtitutionem INNOCENTII III. in *c. 9. X. de voto.*

eum temere ſuſceptum adimplere non poſſent. x) Facile enim animadvertebant ſagaciſſimi pontifices, ſine aerario et immenſis expenſis hoc bellum geri non poſſe, quam ob rem varias excogitarunt artes corradendi ingentem nummorum acervum. Ipſa monaſteria collectarum; y) ab epiſcopis z) aliisque eccleſiis exegerunt magnam nummorum molem: votorum permutationes etiam quaeſtuoſae fuerunt, a) praeſertim cum moris fuerit iniungendi confitentibus bene peculiatis ſub poenitentiae iter tranſmarinum, b) qui poſtea per-

Collecta clericis indicta.

muta-

x) Agnovit tandem INNOCENTIVS III in c. 9 X. de vot. quod debiles et inopes magis in defectum terrae ſanctae quam ad eius profectum accederent. Quoniam tom. II. epiſt. 185. p. 291. edit. Baluz. obſtrictis voto innuxit, ut aut ipſi adirent terram S. aut expenſas praeſtarent.

Collecta Ciſtercienſibus indicta.

y) Graviter adhortatur INNOCENTIVS III. lib. 1. epiſt. 358. p. 213. Ciſtercienſes, ut Chriſto ſubveniant exuli, et aliquam competentem ſummam, quam ipſe merito accepturo poſſit in terrae S. ſubſidium, conferrent, et quidem ad minimum *quinquageſimam partem omnium reditiuum* et proventuum. Tota epiſtola oſtendit, eos ſub variis praetextibus nihil conferre voluiſſe ad aerarium ſacrum; quod graviſſime illis obiurgat.

aliisque clericis.

z) *Quadrageſimam* omnium reditiuum eccleſiaſticorum ab univerſis praelatis et clericis eccleſiae Magdeburgenſis exegit INNOCENTIVS III. lib. 1. ep. 270. p. 516. oſtendens, ſimul ipſum *decimam* omnium reditiuum contuliſſe. VRBANVS IV. ann. 1262. mandat archiepiſcopis Moguntino et Colonienſi, ut ipſi in Allemannia colligi faciant *centeſimam* reditiuum eccleſiaſticorum. De Gallia ſimile praeceptum dedit, ut docent epiſtolae eius apud MARTENIVM tom. II. anecdot. p. 5. ſqq. Similis argumenti eſt epiſtola CLEMENTIS IV. apud EVNDEM cit. l. p. 116. Etiam quandoque *decimas* ſolvere coacti, quas *ſaladinas* vocarunt, quod in expeditionem contra *Saladinum* impendendae eſſent, teſte RIGORDO *de geſtis Philippi Auguſti* p. 182.

Vota in pecuniam transmutata.

a) Commutatio voti ultramarini, ita conceſſa, ut cruce ſignatus expenſas, quas in eundo, morando et redeundo erat facturus, conferret, c. 7. X. de voto quae magnam nummorum quantitatem ſine dubio conſtituerunt.

b) Moris huius mentionem facit INNOCENTIVS III. in c. 9. X. de voto hoc verbo, in f. Exemplum in ſaladino promtum eſt apud EVN-

In poenitentiam.

DEM

munitionem ſedulo quæſiuerunt. His nummis colligendis et exequendis *prædicatores* ſunt conſtituti, qui eos commiſſariis papali, rationibus rite redditis, ſoluebant. c) Denique cum hoc negotium ſummam habere pietatem crederetur, hortatu clericorum ditiores ad legandam partem bonorum ad negotium crucis ſacrae induci potuerunt. d) Hunc in finem prædicationes crucis frequentiſſimæ erant, e) præſertim vbi noua ſuſcipien- *Ditiores ad legandum inducti.* *Sermones frequentiſſimi de cruce.*

DEM *lib. I. ep.* 407. *p.* 240. ibi: *in remiſſionem tibi iniungimus peccatorum, quatenus - - - ſignum dominicæ crucis accipias, Hieroſolymitanam viſitaturus prouinciam, et defenſionis eius pro viribus conſtituturus.*

c) VRBANVS IV. an. 1264. in *epiſt.* 20. *et* 22. apud MARTENIVM *tom. II. anecdot. p.* 67. refert, ſe certos prædicatores, executores ſeu collectores in Gallia ad colligenda ſubſidia conſtituiſſe, quibus mandat, vt archiepiſcopo Tyrenſi collectos nummos tradant, et ſtrenue officium ſuum in colligendis iis faciant.

d) Apud MARTENIVM *tom. IV. anecdot. p.* 1816. *n.* 3. occurrunt acta capituli generalis, Piſis a. 1216. celebrati, vbi inter alia hæc ſtatuta ſunt: *Priores et fratres alii, quibus crucis prædicatio commiſſa eſt, commiſſionem ſibi factam cum diligentia exequantur, et tam ipſi, quam alii fratres, cum obtulerit ſe facultas, teſtatores inducant ad eleemoſynam faciendam in ſubſidium terræ S.* Exemplum legati L. miſſum agentis *pro ſubſidio terræ S.* occurrit apud EVNDEM *tom. I. collect. ſcript. et monum. p.* 1177. Hac de cauſa CLEMENS IV. apud EVNDEM *tom. II. anecdot. epiſt.* 396. *p.* 420. Cardinali Simoni iniungit, vt centeſimam omnium prouentuum eccleſiaſticorum, ſubſidio terræ a ſede apoſtolica deputatam, redemtiones votorum cruce ſignatorum et *legata huiuſmodi ſubſidio relicta* in Gallia colligat.

e) VRBANVS IV. a. 1264. in *epiſt.* 44. apud MARTENIVM *tom. II. anecdot. p.* 71. mandat, vt *patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, abbates et alii, qui curam obtinent animarum, ſtudioſe proponant commiſſis ſibi populis* VERBVM CRVCIS, *eſſerentes per Patrem et Filium et Spiritum S. vnum, ſolum, verum, æternum Deum, reges, duces, principes, marchiones, comites et barones aliosque magnates, nec non et communia ciuitatum, villarum et oppidorum, ut qui perſonaliter non acceſſerint, in ſubſidium terræ S. competentem conferant numerum bellatorum, cum expenſis ad ſtipendium neceſſariis, ſecundum proprias facultates in remiſſionem peccatorum ſuorum.* In Germania legatus pontificii præſules ad comitia conuocabat *tanquam ad Crucem Chriſti*, ad deliberandum cum iis de bello ſacro. vid. IO. PETR. de LVDEWIG *tom. II. reliq. MSS. p.* 451.

dæ expeditio, ad quas audiendas populus ſub promiſſione præmiorum coeleſtium inuitabatur. f)

Priuilegia cruce ſignatorum.

Feudi alienatio permiſſa.

§. IV. Variis præterea priuilegiis muniti ſunt cruce ſignati, g) quo eo promtiores, omnibus remotis obſtaculis, ad hoc periculoſiſſimum iter ſuſcipiendum eſſent. Permiſſum videlicet (1) eſt ſingulis militibus terras ſuas, *inconſultis dominis feudi*, eccleſiis, vel perſonis eccleſiaſticis, vel aliis quoque fidelibus pignori dare, vel aliter alienare, adeo vt et clericis, *prouentus beneficiorum* ſuorum pignori per triennium obligare, permiſerit INNOCENTIVS III. h) Hoc iure, quo ingentem pecuniæ molem corraderent potentiores, vſi ſunt facile plerique eo præſertim tempore, quo theſauros colligere et coaceruare nondum licuit, quod paſſim varia docent exempla, quamuis, quod emtores defuerint, ſæpe factum fuerit, vt viliſſimo pretio bona venderentur. i)

Cruce ſignati ſub iuriſdi-

(2) Sub *iuriſdictionem eccleſiaſticam* recepti ſunt

Indulgentia data auditoribus orationes crucis.

f) CLEMENS IV. in *epiſt.* 401. apud MARTENIVM *tom. II. anecd. p.* 421. Simoni Cardinali concedit, vt, cum propter negotium crucis contigerit, proponere verbum Dei omnibus vere pœnitentibus et confeſſis, *qui ad eius prædicationem acceſſerint, vnum annum et XL dies de iniunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer valeat relaxare.*

g) Hæc in compendio refert DV FRESNE *in gloſſar. mediæ inf.* ſub voce *cruc.* Pleraque etiam trahuntur ex *epiſtola* VRBANI IV *ad Card. Simonem*, 44. apud MARTEN. *tom. II. anecd. p.* 72. *ſeqq.*

h) In *epiſt.* 24. *tom. II* apud BALVZ. *p.* 752. Idem VRBANVS IV. conceſſit in *epiſt.* 44. de ann. 1264. apud MARTENIVM *tom. II. anecd. p.* 73.

i) Referente ORDERICO VITALI, cuius verba adduxi iam ſupra in *not. lit. n.* Optime indiſcretam hanc alienandi licentiam deplangit IO. TRITHEMIVS in *chron. Hirſaug. tom. I. ad ann.* 1200. *p.* 499. *edit. S. Gall.* his vſus verbis: *Hoc ipſo anno* (1200) *multi principes, epiſcopi, duces, comites, nobiles et ignobiles, cum infinita multitudine cruce ſignati, ad terram ſanctam, in ſeruitium dominici ſepulchri, contra Saracenos profecti ſunt. Inter quos fuit Bertholdus comes de Nuenburg in Briſgaia, qui accepta pecunia comitatum ſuum*

ſunt cruce ſignati, eorumque bona interim ſub præſidio et tuitione eccleſiaſtico fuerunt, k) quod varios produxit effectus. l) (3) Clericis, in hac expeditione conſtitutis, per triennium fructus percipere datum eſt, ac ſi eſſent *præſentes*. (4) A col-

Bona eccleſiæ tuitioni ſubjecta. *Clerici pro præſentibus habiti.*

Qq 3

ſuam Argentinenſi eccleſiæ tradidit in poſſeſſionem perpetuam cum omnibus proventibus ſuis, et ipſe cum filio Hieroſolymam profectus, in ſervitio dominici ſepulchri, uſque ad mortem fideliter perſeveravit. Cuius provocati exemplo multi nobiles et potentes, venditis prædiis et poſſeſſionibus ſuis, cum uxoribus et liberis perpetuo ſervitio ſancti ſepulchri ſe devoverunt. Sic BALDVINVS Comes Montenſis ad ſacrum bellum profecturus a. 1096. vendit Couinum caſtellum Otberto epiſcopo Leodienſi. vid. DVMONT *corps diplom. tom. I. P. I. p. 59.* Robertus dux Normannorum terram Normannicam ducatum ſuum regi Angliæ fratri ſuo pro X. millibus marcis argenti oppignoravit apud ORDER. VITAL. *lib. IX. hiſtor. eccl. p. 723.* et MATTHAEVM *Pariſ. ad ann. 1096. p. 24.* Guilielmus dux Pictavenſium a. 1100. Guilielmo Ruffo Anglorum regi Aquitaniæ ducatum totamque terram ſuam invadiare conſtituit, copioſum abundanter ab illius ærario haurire, unde iter militarium abſolvere poſſet, conſtituit, referente ORDERICO VITALI *cit. l. p. 780.* Sed rectiſſime ipſum privilegium ALEXANDRI III. a MARTENIO et DVRANDO *tom. II. coll. ſcript. et monum. p. 749.* relatum *cruceſignatis* (qui crucem acceperunt) *terras ſive alias poſſeſſiones ſuas, poſtquam commoniti propinqui ſive DOMINI, ad quem FEODVM pertinet, noluerint ipſas mutuare, aut ſi noluerint aut non potuerint, eccleſiis vel perſonis eccleſiaſticis aut aliis fidelibus libere et ſine ulla reclamatione impignorare.* Ergo ne quidem *diſſenſus* domini feudi impedire potuit hanc pignorum conſtitutionem, excommunicationis fulmini ſubiecti, ſi contra ſua venire voluiſſet. Idem iam antea circa annum 1145. edixerat EVGENIVS III. in epiſtola ad LVDOVICVM regem relata ab ANGELO MANRIQVEZ *tom. II. annal. Ciſterc. p. 6.*

k) vid. PHILIPPI II *ſtabilimentum crucis ſignatorum* apud DACHERIVM *tom. III. ſpicileg. p. 172 nov. edit.* Item VRBANI IV *epiſt. 43. de a. 1264.* apud MARTEN. *tom. II. anecd. p. 74.* BONIFACII VIII. literas ad *Philippum* regem *d. anno* 1296. apud PETRVM DE MARCA *lib. IV de concord. ſacerd. et imper. c. 15.* quibus perſonas cruce ſignatorum et bona eorum, ex quo crucem ſuſceperunt, in B. Petri et ſuâ protectionem ſuſcipit.

l) Prætextu huius tuitionis eccleſiaſticæ, ſi quæ de rebus ad cruce ſignatos pertinentibus moveretur quæſtio, epiſcoporum erat cognitio, qui cenſuris obſtringebant invaſores, obſervante PETRO DE MARCA *cit. l. §. 2.*

collectis, talliis aliisque grauaminibus, exceptis realibus, cruce ſignati immunes interim facti. (5) A debitis perſoluendis, donec rediiſſent, induciæ iis conceſſæ. m) (6) Ab vſuris pecuniarum, ſibi a creditoribus creditarum, ſpecialiter liberati ſunt. n) Enimuero creditores hoc ægre et permoleſte ferebant, qui ſub alia conditione pecunias nemini mutuas dabant, quam ſi expreſſe renunciauerint *priuilegio crucis* ſumtæ vel ſumendæ. o)

Debitoribus moratorium datum.

§. V. Continuatæ ſunt hæ expeditiones per duo ſecula et vltra, intra quod tempus ſtrages aliquot myriadum hominum non tantum factæ, ſed etiam ipſæ expeditiones exitum habuerunt triſtiſſimum, vt reliquiæ ex hoc naufragio ſeruatæ Palæſtinam relinquere coactæ fuerint. Interim hoc totius orbis Chriſtiani malum et commune incendium in ipſis rebus tum *eccleſiaſticis* tum *ciuilibus* mutationem variam, hæc vero noua varia iura produxit, quorum ſcaturigo non aliunde, quam ex hoc temerario et imprudenti auſu, ſub appellatione *geſtorum Dei*, petenda eſt. Neglecta hæc ſunt a ſcriptoribus, qui cruce ſignatorum expeditiones atque res geſtas tradiderunt, quod non adeo mirandum, quia hæc latenter et pedetentim irrepſerunt. Noſtra autem refert, vt horum ſeriem perſpectam cognitamque habeamus: ideoque hæc vlterius indagare et ea ratione proponere conſtitui, vt, quæ in iure eccleſiaſtico, priuato, publico atque feudali inde emerſerint *mutationes et innouationes*, in ſequen-

Inde varia innouatio iurium facta.

m) Ex hac cauſſa plurimos ſe huius profectionis grauiſſimo oneri ſubmiſiſſe, quo ſe a vexatione creditorum liberarent, obſeruaui iam in notis ſupra *lit. k. m. f.* quod etiam obſeruauit PETRVS DE MARCA *cit. l. §. 2.*

n) Vt declarat INNOCENTII III. *epiſt. 28. tom. II. Baluz. edit. p. 253.* allata. Idem quoque fecit GREGORIVS IX. apud RAYNALD. *ad ann. 1235 n. 45.*

o) Prout ex formulis eo tempore vſitatis DV FRESNE *in gloſſ. med. lat.* ſub voce *crux*, poſt priuilegia cruce ſignatis conceſſa, illuſtrat.

quentibus capitibus tradam, atque coniecturis probabilibus, ex ipſis huius expeditionis infelicis circumſtantiis deſumtis, illuſtrem atque declarem.

§. VI. Ideo autem has iurium mutationes, haec introducta noua principia *innouationem iurium* appellaui, quod in iure *mutationes*, quae contingunt in rebus et iuribus, *nouationes* p) et *innouationes* q) vocari ſoleant, vt INNOVATIO IVRIVM nihil aliud hoc ſenſu ſit, *quam antiquorum iurium ſublatio et nouorum in eorum locum introductio*, aeque vt in *nouatione* proprie dicta contingit. r) Hoc ſenſu accipiendi ſunt duo tituli in decretalibus. *vt lite pendente nihil innouetur*: *ne ſede vacante aliquid innouetur*, ſicuti innouare *ſtatum*, *poſſeſſiones* de eo praedicant leges, qui mutat ſtatum antiquum poſſeſſionis, s) et qui priſtinam operis formam aut aedificando aut detrahendo aliquid mutat, *opus nouum facere* dicitur. t) Talis *innouatio* contingit vel *legiſlatoris voluntate expreſſa*, vel *tacita* mutatione per rerum viciſſitudines et contingentes varias immutationes in ſtatu publico et priuato introducta, quae huius loci eſt. Quae enim *per expeditionem cruce ſignatorum* contigit *innouatio*, ſenſim et pedetentim facta, ad quam praebuerunt cauſſam circumſtantiae ſingulares huius expeditionis, in hoc capite expoſitae et illuſtratae.

Expoſitio tituli diſſertationis.

CAP.

p) Vt docet *tit. D. nihil innouari appellatione interpoſita*, vbi ICtus in *l. 1. §. 1. eod. tit. ait*, *recepta autem appellatione tamdiu nihil erit innouandum, quamdiu de appellatione fuerit pronunciatum*, atque ita innouatio in §. 3. *eod. l.* opponitur *integro ſtatui*.

q) Vel *renouationes*, ſicuti *Aquiliana ſtipulatio omnes obligationes renouare* dicitur in §. 2. *I. quib. mod. toll. oblig.*

r) Iuxta *l. 1 pr. D. de nouat.* nouatio dicitur, *cum ex praecedente cauſſa ita noua conſtituitur obligatio, vt prior perimatur*, et ita tollitur prior obligatio et noua in eius locum ſubſtituitur.

s) *l. 5. C. ſi per vim vel alio mod.* Hoc in ſignificatu PAVLVS LANCELLOTVS conſcripſit tractatum *de attentatis et innouatis*.

t) *l. 1. §. 11. D. de oper. noui nunc.*

CAP. II.

DE

INNOVATIONE IVRIVM SACRORVM ET PRIVATORVM PER EXPEDITIONEM CRVCE SIGNATORVM.

§. I.

Innouatio in iure eccleſiaſtico facta.

Quemadmodum in ſummis temporum tenebris expeditiones in terram S. ſuſceptæ et ſuperſtitioſe vltra modum promotæ ſunt, ita non mirandum, in ſacris varias mutationes et innouationes pedetentim irrepſiſſe, et *iuris eccleſiaſtici* principia antiqua nouis ſubſtitutis abolita vel neglecta fuiſſe. Etenim (I) ſtatus *pœnitentiæ externæ* triſtiſſimus, qui in duriſſimis ieiuniis et variis macerationibus atque afflictionibus carnis per diuturnum temporis ſpatium ſubeundis conſiſtebat, u) his expeditionibus

I) in pœnitentia publica.

pœnæ eo tempore in' aliquam [illegible].

u) Eo tempore *pœnitentiæ externæ* in graues abierunt abuſus tum ratione *multiplicationis temporis*, ſingulis delictis in *pœnitentialibus canonibus* præſcripti, de quo dictum [illegible] *ad §.* [illegible] tum ratione *modi*, quod varii generis cruciatus, in monaſteriis in primis excogitati, pœnitentibus impoſiti eſſent, quibus ferendis plerique [illegible] erant. DAMIANI opera, qui eo tempore vixit, de his laboribus pœnitentialibus teſtantur. Plurimi per plures annos ſe macerare ieiuniis, et flagellationes aliosque cruciatus corporis ſubire cogebantur. Laudat hunc morem BARONIVS *tom. XI. annal. ad an.* MLVI *n. 3.* eumque laudabilem eſſe dicit, quo fideles pœnitentiæ cauſa ſe ipſos afficerent flagellis, [illegible], ut et [illegible] principes de *ſatisfactione* certus fuerit. Tempore huic ſatisfactioni dicta in ſqualore et luctu peragenda, et *pœnitentes interim a communione perfecta* excluſi. Iam olim CYPRIANVS *de lapſis* ſtatum pœnitentium ita deſignauit: *orare oportet impenſius et rogare, diem luctu tranſigere, vigilias noctes et fletibus ducere, tempus omne lacrymoſis lamentationibus occupare, ſtratos ſolo adhærere cineri, in cilicio, in ſordibus volutari.* Mutabant veſtimenta et comam deponebant. A lauationibus et lautitiis publicis abſtinere iubebantur, et nec feminæ viterum nubere nec maſculi vxores ducere poſſent. In ſepeliendis mortuis operam ſuam addicebant eccleſiæ, vt docet *concil. Carthag. IV. c. 81.* Aliæ tamen corporis decrant afflictiones, et temporum multiplicationes ignotæ, quæ ſeculo XI. ſuper-

nibus ſuſceptis, fere in totum defiit, et adeo imminutus eſt, vt vix vmbra antiquorum pœnitentiarum hodie ſuperſit in eccleſiis Romano-Catholicis, quod iter vltramarinum loco *pœnitentiæ externæ* eſſet, x) plenariis indulgentiis munitum, quæ a laboribus pœnitentialibus confitentes liberabant. Accedebat, quod plerisque grauiſſimorum reis criminum in compenſationem pœnitentiæ antiquæ, *iter transmarinum* impoſitum fuerit: quæ res

efficit,

nus lugentibus moleſtæ et admodum graues erant, vt pro iis [illegible] quaſcunque facile admiſſuri erant conditiones.

Expeditio in terram S. loco ſatisfactionis ſuſcepta.

x) Expeditio in terram S. loco *ſatisfactionis et pœnitentiarum*, per inſignes temporis continuationem [illegible], quæ *compenſationis* vicem ſubibat. Ait ALEXANDER III *in epiſt.* 131 apud MARTENIVM *tom. II. collect. ſcript. et monum.* p. 749 *vt videlicet, qui ad defenſionem terræ idoneus, et ad hoc obſequium expeditus ſuſcepta pœnitentia biennio ibi ad defenſionem terræ permanſerit, et ſudore certaminis, ad præceptum regis et maiorum terræ pro amore Chriſti portauerit, remiſſionem iniunctæ pœnitentiæ ſe lætetur adeptam et cum contritione cordis et oris confeſſione* [illegible] *oris profeſſionem illam* [illegible] *ad ſuorum* [illegible] *indulgentiam peccatorum — — Qui vero per annum in hoc labore permanſerit, exoneratum ſe de* MEDIETATE SATISFACTIONIS *impoſitæ auctoritate apoſtolica recognoſcat*. Cedebat ergo hæc peregrinatio loco ſatisfactionis, et per ea temporum ſpatia [illegible] *ſequebatur et* [illegible] non cogerentur. Maluerunt itaque plerique hoc iter ſuſcipere, quam antiquas ſubire pœnitentias, [illegible] obſeruat MORINVS *de adminiſtr. ſacr. pœnit. lib. X. c.* 19 § 3 et, *peccatorum omnium remiſſio* [illegible] *primum donata eſt omnibus* [illegible] *expeditionem ſuſcipientibus, poſtea iis, qui legitime impediti eo non proficiſcebantur, ſed militem ſibi* [illegible] *ſuis ſumtibus alerent.* Hoc modo vero antiquæ decreſcebant pœnitentiæ, et vſus earum [illegible], vt reduci poſtea non poſſent. Obſeruat FLEVRIVS *tom. XVIII. hiſt.* [illegible] §. 18. [illegible] per ducentos annos [illegible] *pœnitentias* poſtea factæ [illegible] [illegible] laboribus pœnitentialibus peccata.

effecit, vt, quia modus lugendi antiquus per duo ſecula et vltra in deſuetudinem abierat, *finita hac expeditione*, nemo amplius ſe antiquis lugendi oneribus, iam vbique in obliuionem deductis per expeditionem in terram S., ſubmittere voluerit, adeo vt neceſſum fuerit, *nouas indulgentiarum vias* excogitare, quibus aliquo modo diſciplina antiqua, ſed in ſpeciem tantum, retenta, vel loco *ſatisfactionis* confitentibus tale quid impoſitum, quod abſque graui labore et mœrore ſuſcipere valerent, *euentuali* remiſſione peccatorum accedente, y) quo ipſo ſtatus pœnitentium antiquus prorſus deſiit. Neque reduci poſtea potuit, quamuis inter Catholicos non defuerint, qui eam reducendam ſedulo exoptauerint, z) nec tamen in his piis deſideriis recte perpenderint abuſus, quibus tempore ſuſceptæ expeditionis pœnitentia antiqua infecta fuerit, vt magis *pœnæ* quam *pœnitentiæ externæ* faciem et formam induerit.

II) Titulares epiſcopi inde orti,

§. II. Ab his expeditionibus quoque (II) repetenda eſt origo creandi epiſcopos, archiepiſcopos et patriarchas *titulares* ſeu *in partibus infidelium*, quatenus eam poteſtatem ſibi vindicat ponti-

Euentualis acceſſit abſolutio.

ſet. Tandem CLEMENS V. *in concil. Viennenſi* anno 1312. rurſus generaliter eosdem ludos improbauit, *attente conſiderans, generale paſſagium, in concilio Viennenſi pro terrae S. ſubſidio ſalubriter ordinatum, per torneamenta et haſtiludia non leniter impediri: tum quia frequenter ſe ipſum paſſagii negotium proſecuturos exinaniunt, quod ad eius executionem efficiuntur impotentes: tum quia interdum quam plures a crucis adſumtione retrahunt, tum ab illis abſtinere (aliis ea exercentibus) erubeſcunt*, quae verba IOANNES XXII. *in extrav. un. de torneam.* refert. Quae tamen, hoc interdicto non obſtante, haſtiludia in Gallia continuata erant, IOANNES XXII. ad inſtantiam regis et magnatum eos, qui in excommunicationem inciderant, abſoluit, ne terrore huius fulminis a cingulo militari plerique prorſus abſtinerent, et ita per indirectum NEGOTIO CRVCIS obicem ponerent. Vnde factum, vt labefactata quidem quodammodo, ſed non in totum extincta fuerint torneamenta, quin potius poſtea vſus eorum ſupereſſet in Germania.

Non eſt quaeſtio de arbitrariis inſignibus, t) De *inſignium gentilitiorum* origine apud *Germanos* quaeſtionem eſſe, ante omnia praemittendum, adeoque facile iudicandum eſt de illorum ſententia, qui originem inſignium petunt a Troianis vel Romanis, vel aliis populis, qui *ſymbolorum arbitrariorum* vſum habuerunt, quorum ſententias refert HOEPING *de iur. inſign. c. III p. 179. ſeq.* Ipſeque tandem, pro more, conſtituit, hoc armorum decus *ex iure gentium* originem trahere. Sed recte ingerit Ill. Dn. de LVDEWIG *de iur. feud. imper. Roman. et German. princip. c. VI. §. 1. p. 191.* not. do. hoc modo calceos et braccas iuris gentium eſſe, quod variae gentes his vtantur indumentis. A *torneamentis* haec gentilitia inſignia deducit Dn. GRAMMERVS *cit. l. c. V. p. 364. ſeqq.* Alii ab *expeditionibus cruce ſignatorum*; alii aliunde, quamuis plerique in eo conueniant, quod denique eorum vſus a *fere Sec. XII.* vſque ad *XIII. tempore* peti debeat: vnde fundamentum *inſignium gentilitiorum* iurium eorum ſine dubio *natiuo* in huius ſeculi fatis quaerendum eſt.

u) Nam *gradus nobilitatis* maiores ex clypeis *Clypeus ſignum militaribus* aeſtimaſſe, *nobilitatis*, docet ius *Aleman. feud. c. 1.* vbi agitur *von denen ſieben Heerſchilden*; vnde etiam *die Schildgenoſſen* dicti fuerunt, qui de equeſtri ordine ſunt.

ſignis et ſymbolis *arbitrariis*, quibus internoſci poſſent equites, clypeos militares decoratos fuiſſe, cum etiam in expeditionibus ſacris crucibus diuerſi coloris ſeſe diſtinguerent nationes x). Enimuero iam quæſtio eſt de *gentilitiis et hereditariis inſignibus* adſumtis, quorum originem plerique demum ex fatis ſeculi XII. trahunt, quo expeditiones in terram ſanctam admodum ferue-runt. Qui huic nomen dederant, more antiquo *arbitrariis ſymbolis* inſigniuerunt clypeos ſuos, quæ tamen ab eo tempore, in memoriam militiæ ſacræ ſuſceptæ, et recordationem tanti operis meritorii, magno in pretio et veneratione habita, vt liberi ſuis decorari pium et iuſtum crederent, tandemque omnes de eadem gente perpetuo iure hoc decus et virtutis teſtimonium excelſum ſibi tribuerent, quod glorioſum toti genti crederetur, habuiſſe maiores, qui his prœliis ſacris virtutem ſuam probauerant y). Ab hoc tempore quoque in ludis equeſtribus certorum

x) ANTON. MATTHAEI *manual. vet. aeu tom. I p. 16. in not. edit. nouiſſ.* adfert teſtimonium ANDREAE SYLVII Marcianenſis ad ann. 1188. dicentis *Et rex Franciæ cum ſuis rubeas cruces, rex Angliæ cum ſuis albas, comes Flandrenſis cum ſuis virides ſuſcipiunt*, vt ſuas militares cateruas quisque princeps agnoſceret, vt recte iudicat CHIFFLETIVS *in gl. Franc. vindic. illuſtrat. c. VI p. 44.*

Plerique inſignia gentilitia petunt ab expeditionibus ſacris.

y) Qui in hanc ſententiam iuerunt, longa ſerie recenſentur a IO BAPTISTA CHRISTINAEO *in iuriſprudentia heroica tom. I. art. I § 71. p. 77.* vt obſeruat LVDEWIGIVS *cit. l. p. 293.* In primis IO. IACOB. CHIFFLETIVS *cit. l. p. 43.* prorſus in hanc iuit ſententiam, atque, *Occaſione ſacrorum exercituum enata Heraldorum ſchola, ſinguli reges, principes ac nobiles, cupientes inuicem internoſci, ſcuta prætulerunt et vexilla propriis ſignata ſymbolis; quæ deinde ex perſonalibus facta ſunt gentilitia: unde armorum decus e maiorum nobilium ſcutis in minorum tranſire paulatim cœpit, ad familiarum diſcrimina et ornamentum;* quam ſententiam aliorum teſtimoniis illuſtrat, et *p. 46.* addit, ſcuta defunctorum in terra ſancta eaſdem ob cauſas ad patriam ſolam nonnunquam fuiſſe relata, et

æterna

gerum et conſenſionem ſignorum viſus eſſe coepit, quod reuerſi ex Palaeſtina, in qua per triennium commorari debebant, hunc morem ad haec certamina transferrent, aliosque facile inducerent, vt gentilitia aſſumerent inſignia, quamuis prima initia ab his ludis peti vix poſſint z). Denique quia hoc tempore diſtinctio ... Vr ... inter

et ab hoc tempore in ludis equeſtribus conſpiciuntur inſignia.

gerere memoriae cauſſa adferunt, vt valde probabile ſit, ſymbola defunctorum a gente eadem fuiſſe aſſumta, in quo ſingularem gloriam generis ſui quaeſiuerunt. Plures alios praeterea huius ſententiae aſſertores adducit Dn. ESTOR *in analect. Fuldenſ. p. 76. ſeq. ſ. 17.* quibus addendus B. IO. MICHAEL HEINECCIVS *de ant. German. ſigill. P. I. c. 10. p. 131* vbi adſerit, *cum omnes fere Chriſtiani principes in hieroſolymitanam profectionem conſpirauerint, neceſſario eligenda fuerant eiuſmodi inſignia, quibus principes a ſe inuicem diſtinguerentur.*

z) Equidem Dn. GRAMERVS cit. loc. ... p. 367. in not. ſecundum quid priori ſententiae acceſſit, & non negamus,

Artis heraldicae origines a torneamentis.

artem heraldicam haud parum debere ſacris illis gentium Chriſtianarum in Palaeſtinam profectionibus, hasque ſymbolorum et imaginum, quae hodie etiam in ſcutis et galeis familiarum nobilium conſpiciuntur, magnam nobis attuliſſe partem, atque inſignium vſum omnibus fere Europae nationibus reddidiſſe communem, potiſſimum tamen gentilitia inſignia nobilium in ſolennibus torneamentis eam, qua etiamnum conſpicua ſunt, formam induiſſe, veriſimillimum eſſe cenſet, quod 1) iuxta ordinationes haſtiludiorum nemini comparere licuerit, niſi qui certis et antea rite examinatis adprobatisque armorum inſignibus eſſet inſtructus. 2) quod nemini permiſſum fuerit inſignia, *ſemel in torneamentis vſurpata et adprobata*, immutare, augere vel minuere. 3) quod *tota inſignium gentilitiorum compages* et cuncta fere, quae hodie conſpiciuntur, ornamenta ex ſolennibus torneamentis originem traxerint. 4) quod ab hoc tempore *nobilitatem auitam* probaturi inſignia auita maiorum oſtendere debuerint. Sicuti vero de *occaſione primordiali*, qua *heredi-* *taria et gentilitia* inſi- gnia facta ſunt, haec quae- ſtio eſt, ... in ſeculo XII., in quo eadem nata fuiſſe ... adſerit, ſine dubio quaerenda eſt. Hoc tempore quidem iam *torneamenta* in vſu fuerunt, ſed vnde haec acceperint ... *ſymbolorum perpetuorum*, alia quaeſtio eſt. Signa quidem expeditionem quamcunque facientes habuiſſe *generalia*, certum eſt. ſed *arbitraria* fuerunt, libera voluntate electa, quemadmodum ſecutus Pontifex, ſignum generale

Prima origo ... expedition- ... facris.

marcis

inter nobilitatem *auitam* et *nouam*, per diplomata Cæſarum impetratam, introducta eſt, hoc *ſymbolo gentilitio* adſumto ſeſe maxime a *nouis hominibus* ſeperarunt, et natalium decus antiquorum demonſtrarunt; quamuis, vt hoc opprobrium noui homines a ſe auerterent, facile impetrarint a Cæſaribus *inſignia*, quibus perpetuo iure, æque vt nobilitate auita conſpicui, vterentur. Atque ita ad reſeruata Imperatoris referri cœpit

Data etiam ab Imp. nouis hominibus.

gentilitia ſi- *gnum crucis* *fuit,* [illegible] *crucis* hic militibus tribuit, ab ordinibus militaribus ſancte et iure hereditario retentum. Cum ad ROAMVNDUM exitum huius expeditionis peruenerat, teſte ROBERTO monacho, *lib. II. relato in geſtis Dei per Francos p. 33.* [illegible], *quod ſignum geſſerunt peregrinantes, atque dixerit, quod aut in fronte aut in ſcapulis dextris ſignum ferrent S. crucis. Cum vero per campos diſcurrendo bellico uſui ſe exercerent, et* [illegible] *alter in alterum haſtas vibrarent, omnes una voce clamabant* DEVS VVLT DEVS VVLT. Hic adeſt ſpectaculum aliquod publicum, occaſione [illegible] a ROAMVNDO ſuſceptæ editum, ſed ſimul dubio ſine vita ſoleniter ſuſceptum, vt occaſio eadem docet. Simul vero inde liquet, *ſigna* in expeditione viſitata fuiſſe adſumta a bellatoribus, quam ob rem ROAMVNDUS [illegible] in ſymbolum ævi ſacrorum [illegible], quemadmodum etiam, qui haſtiludio intererant, *uno ſigno* hanc expeditionem deſignabant, teſte [illegible] ROBERTUS *Et hoc ſignum erat bellicum, clamoris uſurum*, quod intelligit de clamore [illegible]; DEVS VVLT. Sicuti vero *ſingulis* [illegible] *ſignum crucis* gentile erat, quo omnes [illegible] *patentati*, ita ſinguli [illegible] *ſymbola*, [illegible], duces ai [illegible] nobilitate ſanguinis conſpicui ſine dubio in clypeo et galea *certa particularia ſigna*, quibus cognoſci poſſent, adſumſerunt, eaque conſtanter in hac expeditione viſi ſunt, atque, vt diſtam, [illegible] eorum illuſtris cauſa, vt credebatur, [illegible] *perpetuam*, perpetua inſignia eſſe voluerunt. Inde vero factum, vt morem hunc, ſemel per *expeditionem quibus paſſim* receptum continuarent *uſ. in haſtiludiis* in haſtiludiis, et tandem [illegible]. hæc certas leges acciperent *ſcriptas*, quæ [illegible] *ſigna* conſtabant. Id quod vtrum ſeculo XII iam contigerit, non dico, *ſed ſeriem* [illegible], ad minimum loca, [illegible] quæ clariſſimus [illegible] [illegible] *p.* 339 *edit. tr.* adfert, id non euincunt. Quæ vero loca *p.* 164 *ſqq.* pro illuſtratione argumentorum antea allatorum in medio prolata ſunt, ad ſecula ſequentia referri debent. Interim argumenta antea allata omnino euincunt, in ludis equeſtribus inſignia, tam in expeditione ſuſcepta, in ordinarem *formam* fuiſſe redacta.

coepit *ius nobilitandi et inſignia conferendi*, adeo vt etiam poteſtatem plebeii vſum perpetuorum inſignium ſibi expeterent, et comitibus palatinis a Caeſaribus facultas tribueretur inſignia conferendi. Denique proceres, ſeu ſupremae nobilitatis ſodales, qui plures ſecum milites ſeu bellatores ducebant, *vexillorum* vſum habuerunt, a) in quibus inſignia electa depicta erant, vt, qui huius vel illius vexilli cohortes eſſent, inde conſtare poſſet. *In vexillis quoque inſignia gentilitia depicta.*

§. VI. Inde vero (IV) *feudorum vexilli*, vulgo *Fahnen-lehn*, primordia quoque capienda eſſe, admodum probabile eſt, quatenus *feudi ſcepteri* opponuntur. Caeſares feuda maiora cum dignitate et poteſtate regali conferebant vtplurimum per ſignum, quod talem dignitatem et *honorem* b) inferebat, veluti per haſtam, baculum, virgam, *ſcepteri* vicem tenentem, ſicut *haſta* regiminis indicium erat, c) immo etiam per *gladium* *Inde orta vexilli feuda.*

a) Id rurſus *militum* ratio exigebat, adeo vt etiam ruſtici in expeditione ſacra proprio vexillo vterentur, in quo *crux* depicta erat, vt *capite antea* [illegible] obſeruaui. *De vexillorum vſu in bello.* Ceterum de antiquo *vexillorum* vſu in bellis a Gallis et Germanis ſuſceptis legi meretur P. DANIEL *dans l'hiſtoire de la milice Françoiſe lib. VI. c. 7. p. 547.* Id generatim monendum eſt, vexilla ex rationibus allatis eodem ſeculo XII. vel XIII. demum *ſymbola hereditaria* accepiſſe, quod illuſtrat GATTERETIVS *cit. l. c. XIII.* quo oſtendit, *regia Francorum vexilla liliis conſperſa non fuiſſe ante ſeculum XII. vel XIII.*

b) Inde olim feuda etiam *honores* dicta ſunt, vt in *paragr. Goldaſt. conſtit. tom. I. lib. c. art. 2.* plena manu expoſitum eſt, feudis minoribus, quae *Schild-lehn*, *feuda clypei*, dicta, oppoſita, quae tali honore *ſingulari* carebant; licet generali ſenſu etiam *honores* haec quandoque dicta fuerint: *Milites enim*, ait H. GVNDLING. *de feudis vexilli* §. 14. *et nobiles inferiores non tam officium, honorem, et dignitatem gerunt, quam ſeruitium debent, aut, quod idem eſt, miniſterium.* *Feuda honores dicta.*

c) *Haſtam* olim pro *ſceptro* vſurpatam, no- *Immo etiam* [illegible]

tan-

et vexilla. d) Ceterum tum appellatio *feudorum vexilli*, tum ius feuda maiora ſecularium procerum per vexilla tantum conferendi, repeti debet ab eo tempore, quo vexilla procerum Germaniæ hereditaria et gentilitia ſymbola acceperunt, quod demum a tempore *expeditionis* in terram ſanctam factum eſſe, iam ante dixi. e) Hæc vexilla ad inveſtituram accipiendam euntes cum inſigni vaſallorum ſuorum comitatu ſecum ferebant, in quibus *ſigna provinciarum* depicta erant, quorum traditione ipſæ provinciæ in feudum dabantur. f) His oppo-

et inveſtitura per vexilla provinciarum facta.

per annulum et baculum. tum eſt, quæ imperium deſignarent. Idem de baculo dicendum, quæ apud Francos imperii nota fuit, quod docuit DU FRESNE in Gloſſar. voc. Baculus. Inveſtitura per annulum et baculum partim noviſſima, quidem dubium reſtat ideo Cæſares in epiſcopatum uſi inveſtitura, ut per annulum epiſcopatum; per baculum regalia traderent. Prius impugnavit pontifex, non poſterius.

Per gladium et vexillum. d) OTTO Friſingenſis lib. II c. 5 morem curiæ feudalis imperialis retulit, utque: *Eſt conſuetudo curiæ, ut regna per gladium, provinciæ per vexillum a principe tradantur vel reſignentur*, quod tamen haud perpetuum fuit, cum reges Bohemiæ per vexilla inveſtiri legantur.

Feudorum vexilla uſque ad expeditiones ſacras. e) Ante expeditionem neque gentilitia et hereditaria inſignia non ſuiſſe vexillis inſerta, non ante obtinuiſſe, immo nec uſum vexillorum et feudorum regalium maiorum inveſtituræ competentem, quæ etiam per *ſceptrum* ſive *baculum* tradita. Sed poſtquam bellum ſacrum ſuſceperunt, vexilla ſymbolis decorata, tum inceperunt liberi, ut eis in tam præclari facinoris memoriam [illegible] in poſterum viverentur, et in provinciarum donum perpetuum illa adhiberent, quibus inveſtiti geſſerant, ut etiam LUDOLPHINGIUS de feudo vexilli §. [illegible] adſerunt atque illuſtrant. Ab hoc tempore tot vexilla inveſtitura facta, quot provinciæ in inveſtituram collatæ, ut oſtendit EVERHARDUS GOTTFRIED [illegible] in Antiqu. feudal. c. XI. §. 4. in not.

f) Inde poſtea etiam conſtituit appellationes feudi appellata ſunt [illegible], ut Aurea Bulla c. V §. 2. docet. Item olim in Speculo Suevico c. CLVIII. circa ſeculi XIII. finem conſcripto, ut manuſcripto et codice Harrachiano oſtendit SENCKENBERG [illegible] hæc notantur: *Der Keyſer ſol lyhen allen geiſtlichen Furſten ihr Recht mit dem Scepter, und allen weltlichen Furſten mit dem Fahnen.* Aulæ

Apponuntur feuda *ſceptri*, quæ itidem maiora ſunt, et prælatis conferuntur occaſione tranſactionis inter HENRICVM V. et CALIXTVM II. initæ, ita dicta, g) quamuis HENRICO Leone feudis imperii, quæ vexilli erant, priuato, imperator etiam de feudis hiſce per vexillum inueſtiuerit prælatos, quod in ea qualitate, qua apud HENRICVM erant, in nouos poſſeſſores tranſierint. h)

His apponuntur feuda ſceptri.

§. VII. Peperit etiam (V) hæc noxia expeditio cruce ſignatorum nouum morem, vt feuda, antea ſolis nobilibus et ingenuis ſeu de militari genere collata *ignobilibus* conferrentur, antea feudorum incapacibus. Supra i) iam obſeruatum eſt, pontifices eo cruce ſignatos muniuiſſe priuilegio, vt feu-

Natus inde mos feuda ignobilibus conferendi.

Auctor *tract. allem. feud. c. 42.* diſtinguit hac de cauſſa *Biſchoffe Guht vnd weltlich Guth*, quæ in feudum ab imperatoribus dantur.

g) Hac tranſactione de anno MCXXII. id *Lateran. dicta* actum, vt epiſcopi *electione et confirmatione papali* in poſterum confirmarentur, per *ſceptrum* autem regalia acciperent ab imperatore, ſicuti olim per *baculum*, *ſceptri* vicem tenentem, inueſtiti erant. Morem antiquum etiam in Italia viſitatum retinendum cenſuit imperator, vt tamen ſe accommodaret ad morem loquendi ſui temporis, quo non *baculi* ſed *ſceptri* appellatio viſitata. Inde nomen acceperant *Scepter-lehn*.

Cur feuda ſceptri.

h) Liquet ex diplomate, a SCHATENIO *in annal. Paderborn. ad ann. MCLXXX* allato, FRIDERICVM ducatum Weſtphaliæ et Angariæ, LEONI ablatum, Colonienſi archiepiſcopo *per vexillum* contuliſſe, quod eiuſdem verba declarant *prænumeratum archiepiſcopum Philippum portione illa ducatus ſua collata eccleſiæ vexillo imperiali ſolenniter inueſtiuimus.* Negotium hoc cæſaris erat, qui hoc *feudum vexilli*, olim HENRICO duci datum, *eadem ſolennitate* potuit archiepiſcopo Colonienſi dare, neglecta tranſactione cum pontifice ab HENRICO V. inita, qui circa ſolennia feudorum non potuit imperatoribus legem ſcribere, quod nec etiam intendiſſe videtur. Qua de cauſſa recentiori æuo etiam differentia ſolennium immutari potuit, vt non amplius *vexillo* et *ſceptro*, ſed *gladio* inueſtiantur proceres imperii, eccleſiaſtici et ſeculares.

Prælati quandoque per vexillum inueſtiti.

i) *c. I. in not. lit. e.*

feuda *libere* alienare quibuſcunque poſſent, vel oppignorare. Hoc iure vſi ſunt vaſalli, iter Hieroſolymitanum in magna copia facientes, vt ex feudis et aliis allodiis ingentem pecuniæ ſummam corraderent in hoc iter impendendam, et quia deficiebant ex nobilibus et equeſtri ordine, qui ea emerent, quod plerique ex his ſe ad hanc accingerent peregrinationem, ignobilibus et eccleſiis ea vendita ſunt, et ab hoc tempore etiam feuda equeſtria illi poſſidere cœperunt, vt tamen ſtatum ſuum non mutarent. k)

§. VIII.

Feuda tempore expeditionis ignobilibus collata.

k) Obſeruat hic ipſum ANTON. DADINVS ALTESERRA *de orig. et ſtatu feudorum pro morib. Gall. c. X*, et *hanc labem*, ait, *maxime arceſſiuiſſe varias Francorum in Syriam expeditiones, quarum cauſſa duces, comites et alii milites feuda et ditiones diſtrahere coacti, ea dein plebeiis et clericis ſeu eccleſiis alienarunt, vt facilius emtorem inuenirent, idque ſuadentibus edictis Romanorum pontificum eius aeui, qui nihil non tentarunt belli ſacri promouendi ſtudio, et conniuentia etiam noſtrorum principum.* Cautum tamen fuit *iure feudali allem. c. I. §. 1.* quod tales feudorum nobilium ſeu equeſtrium poſſeſſores non poſſent tanquam pares curiæ iudicio feudali intereſſe. Ex hac poteſtate promiſcua alienandi feuda libere et ſine dominorum conſenſu *ordini Teutonico* OTTO IV. anno MCCXIII. ſpecimen conceſſit in- que indulſit, *vt quicunque liber homo, aut miniſterialis vel cuiuscunque conditionis fuerit, aliquid de his bonis, quæ ab imperio tenet, diuinæ remunerationis intuitu, eis tradere aut etiam vendere voluerit, plenam de hoc et liberam habeat facultatem, ipſam donationem ratam habentes et imperiali confirmantes auctoritate.* Pariter FRIDERICVS II. anno MCCXXI. idem confirmauit his verbis: *de abundantiori quoque gratia noſtra eidem domui et fratribus ſuis concedimus et perpetuo confirmamus, vt, quicunque aliquid de bonis imperii nomine feudi tenet et poſſidet, licenter et libere tanquam proprium conferre valeat eidem domui Hoſpitalis.* Vtrumque diploma recenſuit RAYMVNDVS DVELLIVS *in hiſtor. ord. equit. Teuton.* et quidem prius *in Append. N. XII* poſterius

Ordini Teutonico feuda collata ſine dominorum conſenſu.

§. VIII. Quia cruce ſignatis libera facultas conceſſa, feuda ſua *impignorandi*, inde (VI) nouæ feudorum ſpecies ortæ ſunt, quæ non aliunde, quam ex cruce ſignatorum variis adhibitis cautelis peti poſſunt. Cum enim iure papali antichreſes inter vſurarios contractus reprobatos relatæ fuerint, l) non potuerunt creditores ſecure fundos allodiales in antichreſin accipere, quæ res effecit, vt *feuda pignoratitia* introducerent, et debitor creditorem de fundo in antichreſin dato inueſtiret, ne de fructibus perceptis *rationes* reddere teneretur, et tamen debitor fundum redimere poſſet. Alias feudorum et negotiorum ſpecies nunc non tangam, quæ ex his *expeditionibus* ortum traxerunt probabilem, cum pro ratione inſtituti ſufficiat, primarias iurium innouationes detexiſſe et produxiſſe. *Feuda pignoratitia introducta.*

ſtetius vero *P. I. Sect. 2. p. 9.* Recentius diploma FRIDERICI II. eiuſdem tenoris de anno MCCXIV. IDEM *in append. N. XIV.* adducit, et tertium denique de anno MCCXXXIII. ſimul affert.

l) Quod fructus loco vſurarum perciperentur, et ſic contractus vſurarius ſit. *c. 4. et 6. X. de pignor. c. 32. X. de decimis. c. 1, 2, §. 16, X. de vſur.*

EXER-

EXERCITATIO IX.

AD LIBR. I. PAND. TIT. II.

DE

MEDIA VIA IN STVDIO ET ADPLICATIONE IVRIS CANONICI INTER PROTESTANTES TENENDA. (*)

§. I.

Iurisprud. vis poſita eſt in legum interpret. et adplicatione.

Quemadmodum conclamatum eſt, in *ſenſu* et *vſu* legum quarumcunque *genuino* omnem ICti meditationem et curam verſari, ita hoc multo magis adſerendum eſſe arbitror de iuris *Romani* et *Canonici* ſcitis, quippe quæ ita comparata ſunt, vt vix quidquam occurrat, quod, ſiue *mentem* eorum excutias, ſiue *praxin* inſpicias examinesque, dubium ancipitemque animum reddere nequeat. Notæ ſunt difficultates, quæ iuris Romani tradita, quoties a iuris naturalis *ſimplicitate* recedunt, eique aliquid vel *addunt* vel *detrahunt*, mirifice turbant & obſcurant, non aliam ob cauſſam, quam quod rationes rei Romanæ ciuiles, formularum laquei aliaque ſolennia, ex quibus tot ſuperſunt concluſiones, ſufficienter haud eruantur, et ex intima antiquitate excutiantur. Non minora *praxis* habet impedimenta, cum mores antiqui

(*) Altera huius argumenti diſſertatio, quæ *de Praxi iuris Canonici inter Proteſtantes* vberius agit, iam inſerta eſt *Iuri Eccleſiaſtico Proteſtantium tom. I. tit. II. de Conſtitutionibus.*

tiqui Germanorum, a Romanorum principiis abhorrentes, in totum eliminari et eradicari haud potuerint, ac circa eam et *mores Germanorum* ſæpiſſime contingat, vt vel inſulſa adplicatio, vel inepta interpretatio fiat.

§. II. Eadem, ſi non infeliciora, fata habet *ius Canonicum* in terris proteſtantium, cuius *mentem* pauciores debita induſtria euoluunt; multi *vſum* vel negant, vel adeo reſtringunt, vt ſtudium eius plane intermittendum, vel leui brachio tractandum eſſe cenſeant. alii Canones vbique incaute ſequuntur, ſine debito examine cauſſis emergentibus adplicant omnemque mouent lapidem, ne vel iota ex iure Canonico inter proteſtantes pereat. Fluxere tot diuerſi animorum motus ex principio inter proteſtantes vulgatiſſimo, ius canonicum robur inter nos habere ex *recepto* et ipſo *vſu* tacitaque adprobatione vim accepiſſe, non tamen in omnibus, verum quibusdam tantum articulis. Sed de his ipſis adhuc mira concertatio eſt, dum alii plures, alii pauciores tradunt, adhuc alii regulis quibusdam inſiſtunt, ex quibus iudicari debere contendunt, in quantum inter proteſtantes obtineat, et iuri Ciuili vel præferendum vel poſtponendum ſit? qui tamen, teſte experientia, ipſi praxi ſæpius refutantur. *De vſu iuris Can. DD. ſententia.*

§. III. Tanta eſt incertitudo ſtudii huius et ſententiarum varietas, vt, qui inter hos ſcopulos ſine diſcrimine nauigare rectumque tenere curſum deſiderat, magna cautione opus habeat. Sicuti autem hi, qui pericula maris et diſcrimina tempeſtatis marinæ euitare cupiunt, nihil non agunt, vt ſcopulorum occultorum, voraginum, ventorum, et omnium eorum, quæ nauigationem ancipitem reddere poſſunt, exactam notitiam conſequantur, reputantes, tela præuiſa minus nocere: ita quoque qui per medium profundum huius ſtudii ire, et inoffenſo pede pro- *Media ſententia.*

procedere cupit, ante omnia in occultos variorum præiudiciorum ſcopulos inquirere, et duo *extrema* illa, quæ vel ius Canonicum plane deſtruunt, vel illud cæco amore quidem, ſed imprudenti vtplurimum conatu, vbique ſequendum ſuadent, euitare debet, vt *media via*, quæ tutiſſima eſt, incedere queat.

Quidam ius Can. reiiciunt 1) ob dogmata S. S. corrupta,

§. IV. Videlicet quidam tam abiecte de hac diſciplina iudicant, vt eam non commendandam, ſed e ſcholis et foris eliminandam eſſe cenſeant, addentes, tempus omne, quod ei impenditur, fruſtraneis et otioſis teri meditationibus, et quidem *iuri eccleſiaſtico*, in ſe ſpectato, ſuam præſtantiam, ſed minime eandem *iuri pontificio*, quod in *Decretis* et *Decretalibus* continetur, tribuendam. Ducuntur vero hiſce præiudiciis. 1) quod hoc iure vera religio, in S. Scriptura reuelata, adeo corrupta ſit, vt proteſtantes, poſtquam gratia diuina, miniſterio B. *Lutheri*, ad veritatem lucis euangelicæ rurſus traducti ſunt, ſalua conſcientia eo [illegible] poſſint. Veritatem huius adſerti adſtruxit ipſe LVTHERVS in epiſtola ad Electorem Saxoniæ *d. 29. Nov. 1518.* ſcripta, vbi monet, *non eſſe rarum nec nouum*, *vt Pontifices et Doctores torqueant et in alienum ſenſum ducant ſcripturas*, quod exemplo *Hebr. VII, 12.* declarat, additque *Talia ſunt in iure Canonico multa, quibus (vt cum fiducia loquar) ſi non corrupta, certe obſcurata eſt ſcriptura.* Ita cenſuit LVTHERVS eo tempore, vbi præſulis Romani auctoritatem haud impugnauerat, nec a ſacris Romanis receſſerat. Grauiora adfert in *epiſt. 99.* anno 1518. exarata, vbi ita: *Verſo decreta pontificum pro mea diſputatione* (Lipſiæ habenda) *et (in aurem tibi loquor) neſcio, an Papa ſit Antichriſtus ipſe, vel Apoſtolus eius, adeo miſere corrumpitur et crucifigitur Chriſtus (i. e. veritas) ab eo in Decretis.* Anno ſequente libellum edidit *ad Cæſarem et nobilitatem Imperii*, *Tom. I. Altenb. fol. 480.* ex-

[illegible] extantem, quo inter alia reiicit ius Pontificium ſeu Canonicum, emendandum vero et contrahendum Caeſareum et in *ſubſidium* tantum eo vtendum cenſet, reſtitutis legibus patriis. Vid. *Seckendorff in hiſtoria Lutheran. lib. I.* [illegible] *n.* [illegible] Eodem tempore plures impias ſententias ex iure hoc collegit, quae referuntur *Tom. II. Ien. lat. fol. 314.* et in genere de libris iuris Canonici ita iudicat: *Quodſi in illis etiam aliquid boni ineſſet, quod de decretis fateri cogor, totum tamen eo detortum eſt, vt noceat et Papam in ſua Anti-Chriſtiana et impia Tyrannide confirmet.* Cum vero, his non obſtantibus cenſuris, adhuc ius Canonicum Wittembergae traderetur, graue hoc admodum tulit, et *lib. I. ep. 237* anno 1521 ſcripta cenſuit, *ius omne Pontificium penitus excludendum eſſe*, addito voto, *vt principes, animo aliquando accepto, iurisdictionem vel cenſuras iſtas penitus extinguerent in ſuis terris.* Recentiorum iudicia addere nolo, quae vbique fere obuia ſunt et ſatis decantata.

§. V. Hoc poſito (II) per ſe inde fluit, ius eccleſiaſticum, quod religioni euangelicae inſeruire debet, hoc iure Pontificio corrumpi et variis infici erroribus. Habuit EBERHARDVS A WEIHE anno 1598. Wittembergae orationem, cum iuris Canonici interpretationem ſuſciperet, quam STRAVCHIVS *diſſertat. Canonicis* ſuis adiecit, vbi *p.* [illegible] hoc ius *amictu ſpecioſo ornatum,* [illegible] *fraudis,* [illegible] *ſuperſtitionis vaniſſimae et erroris turpiſſimi plenum* [illegible] Neque, ſi verita[illegible] locus, a via aberrauit, quod ipſa principia huius iuris oſtendunt. Eccleſiae *reipublicae ſeparatae* formam et ſchema tribuunt, eique eadem cum regibus [illegible]. In hac eccleſiaſtica republica imperium ſacrum exercent clerici, laicis gloria parendi eſt relicta, ſub quibus etiam Imperatores, reges et principes complectuntur. Omnia ad hunc dominatum ſtabiliendum

2) *quod ius eccl. ſubſt. erroribus inquinatur.* [illegible]

andum in hoc iure ſunt directa, quæ minus recte ſtatui eccleſiarum noſtrarum adplicari poſſe videntur.

Iudicium de his argumentis.

§. VI. Vt vna fidelia duos dealbem parietes, breuibus regero, inde tantum ſequi, ius Canonicum inter proteſtantes recipi non debuiſſe, id quod tempore reformationis tantopere vrſit B. LVTHERVS, ſed voti ſui compos fieri non potuit: at receptum id non eſſe, inde concludi nequit, cum praxis quotidiana contrarium oſtendat, vt fere iuri Ciuili præualeat, vti pluribus argumentis oſtendi in *diſſ. de praxi iuris Canon. in terris proteſtantium, cap. II.* Deinde rationes adductæ oſtendunt, eo maiorem cautionem adhibendam eſſe in deciſionibus cauſſarum, quo facilius alias iudex falli poteſt. Ipſum ius Romanum itidem talia ſuppeditat argumenta, ex quibus liquet, ſæpe deciſiones eius a rationibus fori noſtri abhorrere, verum eam ob cauſſam ſtudium hoc negligi aut repudiari nequit, quin eo maiori induſtria excoli debet, ne in adplicando erretur, quod facile fieri poteſt, ſi rationes eius meditatione debita haud examinantur, nec ſpuriæ a genuinis et adæquatis diſtinguuntur. Hoc vero non *ſuperficiariam*, ſed *ſolidam* iuris *notitiam* requirit, vt vere dicere poſſim, eandem induſtriam, ſi non maiorem, doctrinæ *iuris Canonici* deberi, quæ alias iuri Ciuili impendi ſolet. Ipſe neglectus huius ſtudii peperit illas difficultates, de quibus antea diſſerui, nec ICti, alias celeberrimi, vt REINKINGIVS, STEPHANI, LAVRENTIVS, OHM, ARNISAEVS, FINKELTHAVS aliique, quos vbique fere ſequitur CARPZOVIVS, in tot erroneas deciſiones incidiſſent, ſi veros fontes huius iuris conſuluiſſent, et rationes eius adæquatas cum ſtatu noſtrarum eccleſiarum contuliſſent. Sed habent ſtudia noſtra etiam ſuas periodos, vti alia negotia humana, et ita his ICtis longe celeber-

liberrimis facile venia dari poſſit, qui in ea inciderunt tempore, quibus hæc diſciplina ingentibus adhuc inuoluta erat tenebris, quique, ſi noſtra viuerent ætate, rectius omnia ſine dubio ponderaſſent et ſub debitum examen reuocaſſent. Nobis vero, quibus maior felicitas contigit, omnino vitio verti deberet, ſi, abiecto hoc ſtudio, erroribus veteribus inſiſtere, quam genuinam faciem huius iuris reducere præoptaremus. Et ſi tot næuis et erroribus ius Pontificium ſcatet, vti omnino ſcatet, illud tanquam *malum* aliquod *neceſſarium* conſiderare debemus, quod tamen eliminare noſtrum non eſt, ſed potius id agendum, vt *via media* incedamus, et *prudentiam* in adplicando adhibeamus.

An ſufficiat differentias iuris Ciuil. et Can. noſſe?

§. VII. Equidem alii vrgent, omnino ſat eſſe, ſi *iuris Ciuilis et Canonici* differentiæ dumtaxat tradantur, quæ tantum adparatum, quem integra iuris Canonici diſciplina requirit, haud deſiderant, cui rei inſeruiunt compendia B. STRYKII, RITTERSHVSII, CORNELII van ECK, HENRICI HAHNII, IOACHIMI HASSAEI aliorumque, qui ea intentione DIFFERENTIAS collegiſſe videntur, vt leuiori et ſimpliciori via, reſectis inutilibus, quæ ſcitu neceſſaria ſunt, traderentur. Sicuti vero horum ICtorum labores omnino laudo proboque, ita perſuaſiſſimum habeo, hanc operam ab iis minime ea intentione eſſe ſuſceptam, quod crederent, ſufficere ſtudioſis iuris, ſi vnice in addiſcendis his *differentiis* adquieſcerent, ſed, prout fieri ſolet, prægustum potius tantum iis conciliarent, qui ad ſolidiora eniti intendunt. Plura omnino ſunt in iure Canonico ſcitu neceſſaria, de quibus ius Romanum non diſponit, quæque in his *differentiis* tradi nequeunt, quæ tamen, ſi negliguntur, non poſſunt non eas difficultates animo inſinuare, quas antea tetigi.

An tanquam peregrinum reiiciendum ſit?

§. VIII. Huc ferè etiam collimare videntur, qui contendunt, *ius eccleſiaſticum*, eccleſiis proteſtantibus accommodatum, addiſcendum eſſe, ius Canonicum haud pertinere ad proteſtantium fora, eſſe illud plane peregrinum, et eadem inconuenientia illud commendari, quæ illis, qui *ius Scythicum eccleſiaſticum* tradere vellent, imputanda eſſet. Equidem optandum foret, vt tale *ius eccleſiaſticum*, eccleſiis proteſtantibus accommodatum, haberemus, nec ius Canonicum conſiſtoria noſtra occupaſſet. Aſt tale adhuc deſideratur. Adſunt in ſingulis prouinciis *ordinationes eccleſiaſticæ*, quæ tamen quoad maximam partem ex iure Canonico ſunt deſumtæ, nec huic rei ſufficiunt, ob tot emergentes caſus, id quod ipſe agnouit CARPZOVIVS, qui vbique adhuc recurrit ad *ius Canonicum*, quamuis non vbique eadem præcautione vtatur, nec *via media* incedat. Et quis idoneus interpres *ordinationum eccleſiaſticarum* eſſe poterit, qui principiis iuris Canonici, vnde tot concluſiones adhuc in illis reperiuntur, non eſt tinctus? Quin quod *in ſubſidium* ad *ius Canonicum* recurrendum eſſe adſerant, vbi hæ *ordinationes* deficiunt, id quod qua præcautione fieri debeat, nemo rectius iudicabit, quam qui *ſolidam* huius iuris *notitiam* ſibi comparauit.

An prorſus otioſa contineat?

§. IX. Denique qui vrgent, plura *otioſa* in iure Pontificio occurrere, et propterea abiiciendum eſſe, ſatis profitentur, ſe nimis præcipitanter agere. Quamplurima *otioſa* occurrunt in iure Romano, cui tamen tantum impendimus tempus, et vtinam ea, quæ *otioſa* dicuntur, maiori cura et ſtudio euoluta eſſent, certe nunquam iuriſprudentia in artem *rabuliſticam* degeneraſſet. Dum enim ea, quæ *otioſa* dicuntur, diſcernere non poſſunt, inepte poſtea et peruerſa plane ratione ad cauſſas emergentes ea adplicare ſtudent, quod ipſam praxin turbat, lites ex

liti-

litibus mouet, et iuſtitiæ adminiſtrationem impedit. Qui vero, tam in *ciuili* quam *canonico* iure, quæuis, etiam quæ *curioſa* dicuntur, ſedula meditatione examinauit, in adplicatione fallere nequit, ſed quæ retinenda, quæ vero abiicienda ſint, omnium optime iudicare poteſt. Vnde merito reprobanda eſt ea methodus, qua ſtudioſa iuuentus ſub prætextu, quod *curioſa* haud addiſcenda ſint, ab ipſis fontibus abducitur, et tantum, quæ ad praxin faciunt, ſeu breuiter ei proponuntur, cum tamen, ſi poſtmodum ad praxin properat, et cum eiuſmodi homine, qui *curioſa* quæuis in pretio habet, certamen inire cogitur, ipſius conatus ſufficienter frangere nequit, quod tamen facili modo fieri poſſet, ſi rationes quarumcunque rerum ſibi comparaſſe, easque a moribus noſtris abhorrere, oſtendere poſſet. Breuiter, plura ſunt addiſcenda, non vt ea in praxin deducantur, ſed vt præcaueamus, ne illa imprudenter adplicentur.

§ X. Præterea vero etiam in alteram peccari poteſt partem, ſi nimis magnifice quis de iure Canonico ſentiat, deciſiones eius a prudentia, æquitate ſingulari, aliisque virtutibus commendet, et omni ope ſtudeat, vt quæuis tradita in vſum deducantur. Ipſe EBERHARDVS A WEIHE, quem ſupra laudaui, in illa ipſa oratione, qua ius Canonicum ab initio non leuiter perſtrinxit, ex argumentis variis præſtantiam eius deinceps mentibus hominum inſinuare conatus eſt. Ait, *iure pontificio maxime illuſtrari eandem ſententiam et actiones politicas, canonicum ius eſſe medullam legum et praxin iuris ciuilis; præter theoremata vtiliſſima et doctrinas in omni vita vtiliſſimas, præſcribere proceſſum expeditiſſimum et foro noſtro accommodatiſſimum, in eo reperiri, quæ faciunt ad reipubl. et priuatæ conſeruationem, ad morum et vitæ emendationem, adeoque non tantum iuriſperitorum Romano-*

De nimio eius ſenſu.

rum

rum [illegible] reſponſis et reſcriptis coniungendum, ſed fere præferendum eſſe. Inde ita concludit: *Ius canonicum multas habere dotes ſingulares, multisque nominibus præſtare aliis libris iuris, nemo negabit. imme politiæ plura bona hoc iure collata fatentur, quam poſſint enumerari.*

De eius defectibus.

§. XI. Eaſdem fere rationes ICti ante reformationem, ad demonſtrandam præſtantiam iuris Canonici præ Ciuili, attulerunt, ex quo factum, vt etiam in praxi præualuerit. Sed quod ICti proteſtantes, reſtituta luce euangelii, tantas dotes ſingulares iuri Canonico adhuc tribuerint, in cauſſa ſine dubio eſt, tum quod *ſpecie pietatis*, quam præ ſe fert, decepti fuerint, tum etiam quod in genuinas *rationes* eius, rei et politicæ et eccleſiaſticæ aduerſantes, ob defectum *hiſtoriæ* et *doctrinæ moralis*, non inquiſiuerint, quaſcunque *ſuperficiarias* ex Canoniſtis repetendo et in vſum trahendo. Nam (I) magis corrupta eſt ciuilis ſcientia per ius Canonicum, quam illuſtrata. in ambiguis legum interpretationibus ſecuti ſunt pontifices Gloſſatorum ſententias, erroribus infinitis inuolutas, et in hoc iure errores vim iuris acceperunt, rationes ineptæ adprobatæ et quæ a ſtatu iudiciorum noſtrorum aliena ſunt, in praxin imprudenter tracta ſunt. (II) In quibus diſcedit a iure ciuili et rationem *conſcientiæ* aut *pietatis* præ ſe fert, vt in doctrina de *iuramentis*, *vſucapione* etc. fucum vtplurimum facit, et *æquitatem cerebrinam* habet. (III) Theoremata et moralia ſcholaſticorum ineptiis deprauata ſunt, vt nihil ſani in iis deprehendatur, v. BARBEYRACII, viri clariſſimi, *præfatio ad verſionem Gallicam iuris Nat. et Gent. Pufendorfii* (IV) fundamenta, quæ in ipſo *iure eccleſiaſtico* habent, improba ſunt. Aiunt, eccleſiam eſſe *rempublicam*, in qua clericis imperium a Chriſto conceſſum, laicis vero nihil iuris reli-

ctum

ctum ſit. Ex hoc ſuppoſito *ſtatu inequali* tot reprobas concluſiones deducunt, quæ non poſſunt non vniuerſum ius eccleſiaſticum corrumpere. Præter hoc, quod palmarium eſt, plura adhuc occurrunt, quæ a noſtratibus reiiciuntur, v. c. *de ſacramento matrimonii, ſacrificio Miſſæ, charactere indelebili, ſatisfactione, pœnitentia externa, indulgentiis*, etc. ex quibus deciſiones infinitæ in hoc iure formantur, ſed itidem erroneæ et ex putido fonte natæ.

§. XII. Quæ cum ita ſint, magna vtique præcautione opus eſt ei, qui inter hæc duo extrema *media via* incedere ſtudet, vt neque in totum deciſiones huius iuris reiiciat, neque temere et ſine debito examine eaſdem ſequatur. Prius vel ideo fieri nequit, quia *auctoritatem* eius *authenticam* proteſtantes in foris admittunt. Poſterius vel ideo præcauendum, quia *Ius Canonicum* non *in totum* eſt receptum, ſed in plurimis recte ab eo fora noſtra receſſerunt, vel ad maximum recedere poſſunt. *De cauto eius vſu.*

§. XIII. Hunc in finem (I) ſecundum *veritatem Euangelii* et ipſius *Iuris Naturæ* principia, laborandum de genuino et vero conceptu *eccleſiæ*, quem præ ſe ferat ſtatum, æqualemne an inæqualem? cui meditationi valde inſeruit aureus PVFENDORFII libellus *de habitu religionis ad vitam ciuilem*. Et quia tum *recta ratio*, tum etiam *Scriptura S.* oſtendit, eccleſiam haud eſſe *rempubl.* ſed in republica, et ſocietatibus *æqualibus* annumerandam, inde iura eius quæcunque ſunt æſtimanda. (II) Deciſiones Iuris Canonici ex veris ſuis rationibus examinandæ et cum ſtatu eccleſiarum noſtrarum conferendæ ſunt, ita vt, ſi diuerſitas nulla ſingularis adpareat, in iis adquieſcere liceat. Vbi vero ex principiis fluunt a noſtratibus vel reiectis, vel cum ſtatu eccleſiarum noſtrarum pugnantibus, ab earum adplicatione tam diu *Regula de eius adplicatione.*

 deſi-

deſiſtamus, donec euidenter de *obſeruantia fori* ſatis radicata conſtet. Conueniens enim eſt, vt, dum principia repudiata miſimus, concluſiones quoque eo ipſo repudiatas eſſe *in dubio* iudicemus, donec *obſeruantia conſtans* probata fuerit. Sic *denunciatio Euangelica* fluit ex principiis reprobatis, de praxi eius non conſtat, vti abunde oſtendit THOMASIVS in *Diſſ. de denunciatione euangelica*, et ita adplicatio eius in Conſiſtoriis noſtris admittenda haud eſt. Clerici de iure Canonico prorogare haud poſſunt iurisdictionem in iudicem laicum, quod ex peruerſo fundamento fluit, ſtatui eccleſiarum noſtrarum aduerſanti. et inde Facultas noſtra iuridica ante annum, et quod excurrit, eandem admiſit contra ſententiam alterius cuiusdam Facultatis, quæ ius Canonicum ſecuta erat. Denique (III) ſi obſeruantia in contrarium allegatur, videndum, an ſit *conſtans, euidens* et *vniuerſalis*, quæ qualitas tamen rariſſime deprehenduntur. Plerumque prouocatur ad CARPZOVII *Iurisprudentiam eccleſiaſticam*, quæ tamen tantum praxin Saxonicam oſtendit, et quidem illius temporis, quo vixit CARPZOVIVS. Mutato præſide iudiciorum, mutantur vtplurimum ſententiæ, et ita quoque obſeruantiæ, vt ne quidem praxis hodierna Conſiſtoriorum Saxonicorum cum ſcitis Carpzouianis vbique conueniat. Hac *via media* qui inceſſerit, meo iudicio quidem tutiſſimus ibit.

Iudicium de Schilteri Inſtit. Iuris Can.

§. XIV. Præmittenda hæc cenſui, poſtquam a viro nobiliſſimo, qui nouam editionem *Inſtitutionum Iuris Canonici* SCHILTERI ſumtibus ſuis adornandi conſilium cepit, rogatus ſum, vt præfationem eidem adiungerem. Huic deſiderio eo facilius adſurrexi, quod non tantum aliquoties hoc auctore duce in interpretando iure Canonico vſus ſim, ſed etiam ante annum

mem-

emendationes et additamenta ad has Inſtitutiones, in vſum præſertim Auditorum meorum, ediderim, quæ in *Officina Orphanotrophii* huius loci proſtant, mihique præterea hæc noua editio pergrata fuerit, quoniam copia huius compendii ſufficiens hactenus deſiderata fuit. Præſtantia huius libelli enim fecit, vt ſæpius iam edi debuerit et fere in omnium manibus verſetur, vt meo encomio haud indigeat. Quæ B. Auctoris, ICti conſummatiſſimi, intentio, Inſtitutiones has conſcribendi, fuerit, ipſe titulus loquitur, quo oſtendit, quod eaſdem *ad eccleſiæ veteris et hodiernæ ſtatum* accommodare voluerit. Quantum ergo iudicare valeo, rationem, *mediam* tenendi *viam* in hoc ſtudio eiusque adplicatione, tradere voluiſſe videtur, et hoc intuitu ſtatum *veteris eccleſiæ purioris* eiusque decreta cum ſtatu eccleſiarum proteſtantium conferre allaborauit, vt abſtineret ab iis, quæ corrupta in eccleſia nata ſunt, et puriora ex antiquo ſtatu ſubſtitueret. Quamuis enim eorum conſilium *ſimpliciter* adprobari nequeat, qui quæcunque ad *ſtatum primitiuæ eccleſiæ* reducenda et quæ ab eo, vtut in rebus arbitrariis, recedunt, repudianda eſſe contendunt, negari tamen nequit, plura ſecundum faciem primitiuæ eccleſiæ efformari etiam in noſtris poſſe eccleſiis, vt nulla committatur inconuenientia, quæ merito ſordi Pontificiorum corruptiſſimis præferenda. Scilicet etiam hac in re *media via* tenenda, ne omnia reducere tentemus, neque etiam iura purioris et naſcentis eccleſiæ plane negligenda eſſe cenſeamus, ſed ſtatum eccleſiarum noſtrarum conferamus cum eccleſiis primitiuis, et ſi *diuerſitatem* in ipſo *ſtatu* deprehendimus, diuerſa iura quoque obtinere debere concludamus. Olim eccleſiæ erant *collegia priuata*, auctoritate publica deſtituta, a republica reiecta et neglecta, et inde maior *libertas*, determinan-

di negotiis eccleſiaſticis, eccleſiis competebat, quam hodie, vbi eccleſiæ ad *vniuerſitates publicas* referuntur, quæ reipublicæ præſidio publico gaudent et eius inſpectioni ſingulari imperantis ſubſunt. Presbyterium olim iura plura habebat, quæ exercentur hodie a Conſiſtoriis, quæque miniſterium ſuis vindicare nequit, quia hoc non in omnibus cum presbyterio comparari poteſt. Quid dicam de epiſcopis, excommunicatione, pœnitentia publica, per diuturnos labores trahenda, agapis aliisque, quorum iura ſtatui eccleſiarum præſentium non ſatis congruunt. Prudentiæ hic vbique deſideratur, ſine qua *intentio bona* non ſufficit. Quantum ego animaduertere potui, Schilterus ſe intra limites hoſce *vt plurimum* continuit, aliquando tamen medium curſum non tenuit, id quod vtique difficile ſatis eſt. Conſilium eius ſatis optimum laudandumque fuit, ſed, quod negari nequit, ei non vbique reſpondit euentus, maxime eam ob cauſſam, quod adhuc *quodammodo* in eccleſia formam quandam *reipublicæ* concipiendam eſſe crediderit, indeque varias concluſiones deduxerit, quas tamen in *emendationibus* meis modeſte correxi. Vixit vir eruditus eo tempore, quo vera eccleſiæ facies et ſtatus eius genuinus nondum e tenebris lucem adſpexerat, quod primum PVFFENDORFIVS in *libello*, antea laudato, fecit. Nihilominus tamen opera eius debita laude minime eſt priuanda, quin potius in eo aliis compendiis præferenda, quod iura peculiaria noſtrarum eccleſiarum fideliter tradat, ex antiquitatibus illuſtret, et varios abuſus detegat. Plura addere ſuperſedeo, cum vino vendibili non opus ſit ſuſpenſa hedera.

Dab. Halæ IV. Mart. MDCCXIII.

EXER-

EXERCITATIO X.

AD LIB. L. PAND. TIT. II.

DE

INIVSTA THEORIAE ET PRAXEOS OPPOSITIONE FORENSI.

§. I.

Iuris cuiuſcunque prudentiæ cultura inprimis *in ſenſu et vſu legum*, quibus vtimur ſiue principaliter ſiue in ſubſidium, conſiſtit. Id docet conceptus ipſius *prudentiæ*, quæ ſicuti conſiſtit in habitu recte iudicandi de actionibus hominum ſecundum principia, cuique diſciplinæ propria; ita pariter *iurisprudentia habitum* deſignat *iudicandi recte de actionibus hominum, ſecundum leges, quibus reguntur*. Quocirca hoc iudicium præſupponit *a) cognitionem legum ſolidam*, ſecundum quas iudicium ferendum: *b) notitiam actionum humanarum*, quibus ius cognitum dextre adplicandum, ex quo *vſus legum* eruitur. COGNITIO *legum ſolida* haurienda ex adæquatis earundem rationibus, quæ *intellectus* et *meditationis* curam intimiorem deſiderat, haud contenta proletaria et ſuperficiaria iuris ſcientia, aut opinionum communium conſenſu, ceu primario errorum fonte. Et quia leges, in Germania vigentes, non ſunt vnius eiuſdemque generis, ſed partim *generales*, partim *particulares* ſeu *prouinciales*: partim *domeſticæ*, partim *peregrinæ*; cognitio hæc ſola iuris vnius alte-

Ius omne in ſenſu et vſu legum poſitum.

Senſus legum recte efformandus.

riuſue ſcientia haud adquieſcit: ſenſum quarumcunque legum, quibus vtimur, et quatenus iis vtendum eſt, rimatur; ante omnia vero ſolidis *iuris naturæ* et *gentium* præceptis imbuit animum, vtpote quæ cognitioni quarumcunque legum magnopere inſeruiunt, eisque lumen accendunt præclarum. VSVS legum pariter tunc demum *dextre* fit, ſi a) ante omnia ipſius *negotii* et *facti*, cui ius adplicandum, indoles, ratio, et origo attenditur, et ita inſtituta mera *Romanorum* ex huius principiis, *Germanorum* vero propria negotia ex iuribus antiquis domeſticis deciduntur: denique *communia* vtrique populo ante omnia ſecundum *ius patrium*; in *ſubſidium* vero iuxta ius commune et peregrinum æſtimantur, atque ita ſanum de iis formatur iudicium. Quod b) eo caſu facilius et felicius procedit, ſi iura inter ſe non adeo diſſonant, ſed iisdem principiis nituntur, in colliſione autem iurium *domeſticorum* et *peregrinorum* rationes ponderandæ, et cum reipublicæ vtriusque, tam antiquæ *Romanæ*, quam *Germanicæ*, ſtatu diuerſo, vnde diuerſitas iurium naſcitur vtplurimum, conferendæ, quo bene perſpecto et cognito, adplicatio horum vel illorum iurium cum *iudicio* fieri, eoque minus errari poteſt, quo euidentius *fundamentum*, ſine quo nihil adſerendum admittendumque, in deciſione occurrit.

Vſus dextre inſtituendus.

§. II. Quæ in *theſi* allata ſunt, exemplis, legibus, ac conſenſu optimorum interpretum corroborare non inutile erit. Sororium illud vinculum, quod inter *vſum* et *ſenſum* legum intercedit, ex ſcientiarum practicarum natura per ſe liquet, quæ μάθησιν et ἄσκησιν deſiderant, cum illa propter hanc tantum ſuſcipiatur, non vero diuortium faciant inter ſe, et vt *oppoſita* conſiderentur. Idem iam dudum obſeruauit HERMANNVS VVLTEIVS,

Illuſtratur vnio inter ſenſum et vſum legum.

TEIVS, a) *fundamenti* loco hoc conſtituens principium: *iuriſprudentiae vis omnis atque ſtudium in duobus poſitum eſt, in cognitione nimirum eiuſdemque uſu: de quibus illa ingenii potiſſimum eſt, hic iudicii: tametſi vtrumque illud ſimul et ingenium et iudicium, ſuo tamen quodque modo, deſideret.* Satis ſcite vtrumque obſeruatum eſt, cum in *ſenſu legum* recte eruendo omnis meditationis et cogitationis vis occupata ſit, *iudicium* autem potiſſimum circa *vſum* verſetur, et *nexum inter ius et factum recte perſpiciendi* doceat, atque ex rei veritate ita demum *ratio* vocetur. Pergit vero VVLTEIVS *cognitio autem cum ſit contemplationis, in generalibus atque, vt ita dicam, in abſtracto h. e. in rebus a gerendo remotis, atque iis, quae tractantur, praeceptis occupata eſt. vſus vero cum efficientiae alicuius ſit, in ſpecialibus atque, vt ita dicam, in concreto h. e. in rebus gerendis maxime ſpectatur.* Breuiter cognitio legum praecepta et principia ſuppeditat, vſus vero applicationem eorum ad facta propoſita demonſtrat. Vnionem vero et nexum inter ſenſum et vſum legum his paullo poſt docet verbis *cui conſequens illud eſt, vt, ſi cognitio et vſus coniuncta ſunt, is, qui vtrumque habet, ſcientiae illius ſiue diſciplinae ſit et dicatur artifex. Cognitio enim et ſine vſu aliqua eſſe poſſit, vix tamen eſt, vt cuiquam niſi illi, qui et cognitionem habet, vtilis ſit. at vſus ſine cognitione meritus, docet in etiam, fere nullus. Sed cognitio quidem, vt habeatur, prior eſt, vſus vero cognitionem illam excipit, ut in adplicando cognitio eſt vſu poſterior.*

§. III. Sicuti autem ICto cogitandum eſt, ſe in *ſolo* viuere *Germanico*, non in republica Romuli aut Quiritium; ita planum atque euidens eſt, iuriſprudentiam non in ſolius *iuris Romani* cogni- *Non iuris Romani tantum, ſed cognitio etiam*

a) In *iuriſprud. forenſ.*, cui *prae-* [illegible] *eruditi. de ſtudio iuris prae-* miſit, in quibus mox ab initio de hac cauſſa diſſeruit.

Ex doctrina Vulteii.

legum Germanicarum deſideratur, cognitione et vſu verſari. Germania adhuc propria ſua ſcita et inſtituta habet, quibus regitur, quorum cognitio æque ſedulo indaganda atque euoluenda eſt. Præterea etiam in conſeſſo poſitum, *ius pontificium* ab eo tempore, quo præſul Romanus quæcunque negotia *eccleſiaſtica* et *ſecularia*, *publica* et *priuata*, ſuo ſubiecit pedo, atque vniuerſo orbi Chriſtiano obtruſit, inſignem quibuſcumque iuribus poſitiuis, *Romano* æque ac *Germanico*, inflixiſſe cladem, plura innouaſſe, atque in tantum ſua auctoritate præualuiſſe, vt ad *iudicia* etiam *ſecularia* vſus eius penetrauerit, et leges antiquæ paulisper ad huius ſenſum et mentem flexæ et accommodatæ fuerint. Neque vero, reformatione religionis ſubſecuta, et admodum propagata, mutatio aliqua *huius iuris* in foris facta, ICtis hac præconcepta opinione imbutis, quod hoc iure nihil æquius, nihilque ſanctitati et pietati conformius dici ſcribique potuerit. Accedebat propior adhuc ratio, quod, iubente pace religioſa, *proteſtantes inter et catholicos* commercia quotidiana intercederent, quæ *diuerſo iure* cenſeri haud poſſent, adeoque potius expediret ad pacem imperii retinendam, iure antiquo in communi vti, quam totale ab eo facere diuortium. Quæ cum ita ſint, cognitio legum hodie latiſſimum ambitum habet, atque verſatur tum circa ius *domeſticum* tum *peregrinum*. Illud eſt, quod Germanis latum atque promulgatum eſt, eſtque vel *vniuerſale* vel *particulare*. Prius ſub ſe comprehendit (I) *ius antiquum Germaniæ commune*, cuius collectores et editores BALVZIVS, LINDENBROGIVS, HEROLDVS, ECCARDVS, LVDEWIGIVS, ZOBELIVS, SCHANNAT, BERGERVS, aliique hunc vnice ſcopum habuerunt, vt ſtudium omnibus et ſingulis commendarent, vſumque eius pro viribus inculcarent. Inter alios LINDENBROGIVS in *prolegom.*

et iuris pontificii.

Inde enim omnia rimanda ſunt iura domeſtica,

quæ pertinent iura antiqua Germaniæ communia.

Lindenbrogii ſententia.

gom.

gum. codicis LL. antiq. circa finem, reiecta fabula *de confirmatione iuris Romani per Lotharium facta*, ſtrenue pro auctoritate harum legum earumque ſtudio pugnat, atque *cum hactenus edictum Lotharianum nemo nobis oſtenderit, viderint Romani iuris anteceſſores, dum ſola principum conniuentia, Germanicarum legum rite confirmatarum vſus aliquantum ceſſat, an earum auctoritas adeo ſit imminuta, vt plane nulla amplius pateat: cum lex non dicatur ſublata per non vſum, ſed per contrarium ei legi vſum.* Inde vero infert: *quemadmodum ergo legis receptae virtus frangitur, in deſuetudinem ſi forſan per contrarium vſum abit: ſic etiam cuius contrarius vſus non oſtenditur, ea vtique perpetuo manere putatur, vt, quandocunque caſus euenerit, recte quis ea vti poſſit, etiam poſt mille annos.* Huc aliorum conſenſum adiungit Dn. ERNESTVS IOACHIMVS WESTPHALIVS, b) nec hodie praeiudicia pro ſola *iuris Romani auctoritate* adeo amplius regnant, vt ſtudium *iuris domeſtici communis* conculcare poſſint, quin potius nonnulli c) in formam artis ſyſtematicae id redigere tentarunt, merito eo nomine laudandi, et ad eius cultum exactiorem excitandi. (II) Pertinent huc etiam *receſſus imperii*, qui quamuis magnam partem ex *iuribus peregrinis* repetierunt, vt vel *ordinatio Notariorum Maximiliani I. de anno 1512. ordinatio politica de anno 1548. et 1577.* immo ipſa *conſtitutio criminalis*, et *receſſus imperii nouiſſimus* oſtendunt; d) negari tamen

Receſſus imperii.

b) *De fontibus iur. Lubec. in praem.* §. 1. c) Vt BEYERVS, IO. FRIDERICVS POLAC etc. His iungendus Dn. HOFFMANNVS in *Specim. contract. polit. de orig. et natura legum Germanicarum priuat. antiq. earumque ad ſtatum praeſentem praecipue rationem Gerhard. in primis ad terras proteſtantium habito*, cuius cap. III. hic potiſſimum commendari meretur.

d) Hac de cauſſa aliquot diſſertationibus *collationem receſſuum imperii cum iure Romano* inſtituit celeberrimus quondam Tubingenſium Profeſſor

men nequit, plura in ea occurrere iura reipublicae noſtrae propria, tam publica quam priuata, vt horum cognitio quoque ICto comparanda ſit ſedulo.

Statuta et iura prouincialia.

§. IV. Poſterius ſeu *particulare ius* ſupereſt, quod in *iure prouinciali et ſtatutis locorum* conſiſtit, et vbique *iuris Germanici generalis* principia praeſupponit, ſine quibus cognoſci et intelligi nequit. Sunt enim *ſtatuta* locorum et *leges prouinciales* in plerisque argumentis nil niſi rudera *antiqui iuris*, quo Germani generatim vſi ſunt, indeque eſt, quod in tot infinitis materiis adhuc inter ſe conueniant, adeo vt ſtudium ſtatutariorum multum *iuris Germanici* cognitioni inſeruiat, eamque mirum in modum promoueat e). Quodſi enim liqueat, ſtatuta in *principio* quodam *generali* inter ſe conuenire, recte inde concluditur, hoc ipſum *iuri Germanico* antiquo tribuendum eſſe.

Specula Saxonica, Sueuica, et Suſatenſium atque Lubecenſium ſtatuta.

Concordia ſpeculi *Saxonici* et *Sueuici* conſonantiam horum iurium in principiis demonſtrat plerisque. His collectionibus antiquior eſt iuris *Lubecenſis* et *Suſatenſis* compilatio, quorum hoc illius mater quoad magnam partem audit, teſte ARNOLDO *Lubecenſi lib. II. chron. Slav. c. 35.* Lubecenſium enim iura HENRICI Leonis auſpiciis deberi, docui in diſſ. *de prudent. legiſlat. iuris Lubec. in mater. teſtam. c. II. §. 1. ſq.* et praeterea ſolide oſtendunt Dn. WESTPHALIVS f) et CHRIST. GOTTF. HOFFMANNVS g). Etenim iam FRIDERICI I. aeuo peregrino-

ſit MICHAEL GRASSIVS, optantque, vt maiori cura et ſtudio iis incumberent hi, qui artem iuris colunt.

e) Quod optime obſeruauit, atque variis eruditionis documentis illuſtrauit Dn. IO. SALOMO BRVNQVELL. in eröffneten Gedancken, von dem teutſchen Stadt- und Land-Recht, und deſſen nothwendigen Erklärung.

f) *De font. iur. Lubec. §. 2.*

g) In programmate *de antiquo quodam iuris Lubecenſ. codice;* quamvis

MAT-

gnotorum iurium principia paſſim audita, ipſo Caeſare in ſua aula *Decretiſtas* et *Legiſtas* fouente, praelatisque Germaniae *iurium peregrinorum* peritia, quam in Italia hauſerant, inſtructis, vt *ad tit. de conſtitut. §. 20. tom. I. iur. eccl.* obſeruaui. Seculo XIII. incrementum in Germania coeperunt inſigne haec iura, vt *§. 27. cit. l.* docui, interitum *iuribus patriis* minantia, niſi maturo conſilio huic malo obuenissent hi, quorum curae cordique res patria fuit. In hunc finem ſine dubio hae compilationes ſunt inſtitutae pluribus aliis ciuitatibus et prouinciis communicatae, et ab his ad ſuarum ciuitatum peculiarem ſtatum et commodum accommodatae, vt huic imminenti naufragio ſuccurrerent, et memoriam *iurium patriorum* contra irrumpentem iuris peregrini impetum conſeruarent. Quamuis ergo ob tenebras horum temporum ſordibus ſcateant variis ſpecula iuris *Saxonici* et *Sueuici*, ſemina tamen *iuris antiqui patrii* ſiſtunt quam plurima genuina, ob ſcorias, quibus infecta ſunt, haud negligenda, ſed in magno habenda pretio, atque iuſto ponderanda iudicio hiſtorico. Superſunt denique *iura peregrina, canonicum, Romanum, & Longobardicum*, quae, quamuis inſignem cladem iuribus domeſticis intulerint, ſcitu tamen neceſſaria ſunt, et ſedulo peruoluenda animo, quod in *tritura forenſi* non exiguam habeant auctoritatem, et ſic vtriusque iuris ſedula meditatio combinanda ſit h). Atque ex huius duplicis iuris peritia poſſes cum CICERONE i) definire ICtum, eum qui *ſin autem quae-*

Iura peregrina.

MAVRITIVS *introd. in pr. for.* §. 22. compilationem hanc demum ad ſeculum XIII. reiicit.

h) De coniungendo vtriusque iuris, tam *domeſtici* quam *peregrini*, ſtudio, et vtriusque iuris *ſedula* cultura plures hodiernis temporibus egerunt, vt DD. ARPAIVS, ENGELBRECHT, KESTNER, HOFFMANN, et B. DE LVDEWIG, qui in primis ſemitam ad culturam vtriusque iuris monſtrauit. i) *Lib. I. de orat. c.* 14.

teretur, quiſnam iuriſconſultus vere nominaretur? eum dicunt, qui legum (ſcriptarum) *et conſuetudinis eius, quae primum in ciuitate* (Germaniae) *vterentur, et ad reſpondendum et ad agendum et ad cauendum peritus eſſet,* quibus verbis ſimul et *peritiam legum* et *vſum* eorum *dexterum* deſignat notatque.

Pugnantia iurium domeſticorum et peregrinorum principia pepererunt (1) horum commixtionem infelicem in adplicatione,

et ſubſequentem emendationem peruerſa,

§. V. Quia vero iura haec *domeſtica* et *peregrina* pugnantia inter ſe in plurimis fouent principia, inde quod *vſum*, cuius gratia horum ſcientia adquiritur, duplex malum in *Germaniae iudiciis* natum eſt, tum quod *confuſio ingens* ex vtroque iure *in adplicatione* ipſa facta, creditumque fuerit, iura patria ex iure *communi*, h. e. *Romano* et *canonico* eſſe interpretanda, ſupplenda, limitanda tum quod non leuis *incertitudo iuris* inde nata, et fere eadem fata, quae olim ſub ſectis ICtorum fuerunt, reſuſcitata. Etenim quod a maioribus in *odium peregrinorum iurium*, et *amore patriae*, ſuſceptum conſilium, a poſteris pedetentim neglectum, atque conſilio plane contrario in ſummam deductum confuſionem, iuriumque ſibi repugnantium commixtionem. Primae compilationes iurium patriorum ſine dubio ab initio integritate ſua conſtiterunt, Germanamque adhuc redoluerunt iuriſprudentiam. Docent id ipſum adhuc antiquiſſimi codices, ſtatuta Lubecenſia, Hamburgenſia, Luneburgenſia, Suſatenſia, aliaque non adeo *iure Romano* infecta, exhibentes, quae admodum cum *iure Saxonico* conſpirant, et iurium horum concentum confirmant egregie. Codicem eiuſmodi vetuſtiſſimum *iuris Lubecenſis, articulis 271.* conſtantem, recenſet praelaudatus HOFFMANNVS k), adhuc cum *iure* Saxonico amice conſpirantem. Pariter MSCtum codicem, lin-

gua

k) *cit. l. in not. ſub lit. g.*

gua Saxonica conſcriptum *iuris Hamburgenſis* videre et cum iure Saxonico conferre licuit, in quo inſignem inter vtrumque ius quoad principia conuenientiam, ſine notabili iuris peregrini admixtione, animaduerti, l) adeo vt *gloſſæ* quoque *iuris Germanici* principia non peregrina vt plurimum ſecutæ fuerint, vt in *Exercit. de fundamento retractus duplicis, in agris Hamburgenſium vſitati,* ex ipſis rerum argumentis euici. Recentior ætas, hac perniciosa hæreſi imbuta *ſtatuta quæuis ex iure communi eſſe ſupplenda, emendanda, reſtringenda, illuſtranda,* iuris peregrini principia paſſim patriis ſcitis adiuſcuit, pugnantia iisdem addidit, et ex fontibus plane alienis inſtituta domeſtica et Germaniæ propria explicuit, vel potius infecit, corrupit, deformauit. Nihilominus tamen hanc iuris patrii adulteratam per ius Romanum faciem *emendationis* nomine laudarunt, vt paſſim præfationes indicant. Ad hanc capitis diminutionem ſtatutis adferendam neglectus culturæ patrii iuris vnice anſam dedit, effecitque, vt inſtituta, etiam mere *Germanis* propria, ex *iuris Romani* fontibus illuſtrare, atque ad hæc, contra rationem iuris, principia, iis plane repugnantia, adplicare ſtuduerint. Si enim ſedula mente ſingularum legum ſenſum ex propriis eruiſſent fontibus, in chaos confuſum atque tot *[illegible]* non incidiſſent interpretes, paſſim adhuc regnantia.

recentiori æuo fallaci ex præconcepta opinione de iuris Romani, tanquam communis, vſu.

§. VI. Quamuis enim conclamatum certumque ſit, *pacta ſucceſſoria* per omnia ſecula in Germania antiquum vigorem ſuum generaliter retinuiſſe, a quibus tamen abhorret *iuris Romana* prudentia, eaque penitus reprobat, ex inimico tamen iis iure

Quod exemplis illuſtratur.

 re

l) Quod itidem de *codice MSCto iuris [illegible]*, quem poſſideo, dicendum, qui nondum alienis et peregrinis principiis corruptus eſt.

re illa illuſtrarunt, et aliena prorſus iis adiunxerunt, docentes m) vt plurimum: haec pacta ita eſſe accipienda, ne a iure communi abeant: ſucceſſorem pactitium eſſe conferendum cum *particulari*, non vero cum *herede vniuerſali*: recurrendum ad donationes m. c. et ab his argumenta, illis adplicanda, petenda: abſque quinque teſtibus proinde ea valide concinnari non poſſe: eadem ad inſtar *vltimae voluntatis Romanae* eſſe ad vltimum vitae halitum reuocabilia, et a quouis paciſcentium, altero inuito, mutari poſſe: legi etiam Falcidiae eadem ſubiecta ad exemplum m. c. donationis, eiusque commodum *heredi ab inteſtato* adſignandum: hunc demum *heredem vniuerſalem* eo in caſu eſſe. etc. Has omnes concluſiones ignorat ius Germanicum, et plane contrarias inculcat. Mortis cauſſa donationis principia pactis ſucceſſoriis tribuunt, contra iuris ipſius Romani diſciplinam. Hoc pactis talibus penitus omne robur ademit; quod fieri non potuiſſet, ſi ex m. c. donatione adiumentum accipere potuiſſent. Qui ergo in hanc *mixturam* conſentiunt, contra *iuris Romani* doctrinam rationes ſubducunt, peccantque. Immo conſentiunt etiam in *contradictoria*. Adſerunt enim, ſucceſſorem pactitium eſſe heredem vniuerſalem, eique adſignandam *hereditatis petitionem*, quae *iuris hereditarii* cauſſam pro fundamento habet. Rurſus idem negant, dum, praeter ſucceſſorem pactitium, alium heredem, *ab inteſtato* ſcilicet, fingunt, eique detractionem quartae ex lege Falcidia indulgent, illum vero cum *mortis cauſſa donatario* conferunt. Pactorum indolem deſtruunt, et *fidem*, Germanis adeo ab omni aeuo ſacram, conculcant, qui eadem reuocationi promiſcuae ſubiiciunt, quam horret

m) Haec praeiudicia ſub examen reuocaui, et reiecta in *Exercit. de ſucceſſ. hereditar. coniugum ex pactis dotalibus.*

hæret iuris Germanici prudentiæ, æquitatem Romanorum in frangendis pactis nudis abominantur. n) Pariter in iuris Romani campo *dotalitia, morgengabe, gerada,* et *res expeditoriæ* non naſcuntur; quis tamen ignorat, ad hæc adplicari aliena principia, ex iure Romano hauſta de *donatione propter nuptias*, de *legato penus*, & ſimilia? *Communionem bonorum* inter coniuges contradicit ius Romanum, ſingulisque coniugibus bona propria adſignat, adeoque conſtituit, vxorem pro marito, nec hunc pro illa excutiendum eſſe. Aſt *iure Germanico* hæc matrimonii data, et quamuis in plerisque locis adhuc ſuperſit, adeo tamen eius facies ex peregrinis principiis lacerata et corrupta eſt, vt in corpus deforme hinc inde degenerauerit. Quamuis enim inde *communio æris alieni inter coniuges* deriuanda ſit, o) moto tamen concurſu mox aſylum petunt ex iure Romano, conceduntque, vxorem ſeſe liberare poſſe ab huius æris alieni onere a marito contracti per *renunciationem illatorum*. hanc deberi iuri communi ex eo ius ſtatutarium eſſe ſupplendum. Ruſus, marito forſan mortuo, vidua, in ſtatu viduitatis ſubſiſtens, fruitur iure ſuo communibus bonis ex ratione *antiquæ communionis* libero. inde alit, educat, et quæuis neceſſaria matrimonium ineuntibus ſuppeditat. Hoc ius *vſumfructum maternum ſtatutarium* adpellant, p) et ex doctrina de *vſufructu Romanorum* illuſtrare aggre-

n) In ſimilem inciderunt confuſionem, docentes, pacta ſucceſſoria etiam *regulariter* hodie eſſe prohibita, tantum permiſſa in certis capitibus vltra ea non extendenda, quæ ab interpretibus quibuſdam laudantur. In hanc doctrinam numquam ſeſe conieciſſent, ſi inſtituta *iuris domeſtici* ex propriis tradidiſſent fontibus, et cogitaſſent, [illegible] *iuris feudalis ſucceſſionem* eſſe paſſiuam, nec iure Germanico ad certas reſtrictam ſpecies, adeo vt iuris Romani placita in hac doctrina quieſcere debeant.

o) Vt oſtendi infra in *Exerc. de commun. æris alieni* [illegible], quæ communio adhuc multis in locis viget.

p) Exemplo HARPPRECHTI, qui hoc argumentum, in Sueuia, Fran-

conia

aggrediuntur; quamuis fateantur, hunc *vſumfructum* eſſe *anomalum*, et ſingularibus ſuffultum iuribus, vel potius, plane non conferendum cum *vſufructu Romano*, ſed ex *communione* inter coniuges rationibus explicandum et deriuandum. Quid enim magis alienum eſt a iuris Romani vſufructu, quam viduam, bonis communibus inhaerentem, teneri ad aes alienum ſoluendum, de iis diſponere poſſe etiam alienando, et quae ſunt alia, quae *vſusfructus Romani* principiis aduerſantur. Vniuerſa *ſucceſſio ſtatutaria*, vti vocatur, inde deriuanda, atque eo reſpectu ex *bonis communibus* in dubio adornanda. Hac de cauſſa ad *collationis* materiam inter liberos vſitatae iure Romano, ad doctrinam de *imputatione*, quae in legitimam, nec non in Falcidiae et Trebellianicae quartas fit, recurrunt, et nil niſi inconcinnam mixturam producunt, quae omnia longe felicius et facilius ex propria *communionis bonorum coniugalium* ratione deduci debuiſſent, a iuris peregrini principiis alieniſſima. q) Eadem confuſione doctrinam de *fideicommiſſis*, iuri Romano propriam, obtorto rapiunt collo ad *pacta gentium illuſtrium*, quibus

onia, Saxonia, aliisque locis adhuc vſitatum, peculiari tractatu *de vſufructu maritus ſtatutario* explicuit vnice fere fundamentis ex doctrina de *vſufructu Romano* petitis.

q) Differentiam hanc egregie obſeruat IVSTVS VERACIVS *conſult. Bamberg P. II. qu. 1 ſ. ſq.* cuius ſententiam B. de LVDEWIG *tom. II. opuſc. var. p. 1308.* recenſuit, ipſum auctorem autem *tom. I. ſcript. Bamberg. p. 931 ſqq.* retulit. En verba ipſa VERACII *Argumentum hoc communionis bonorum propter ſic dictam* eine verſammlete Haab und Guth, *noſtra in patria longe alio ſenſu, quam in iure Romano, accipi atque tractari ſolet: Romanis enim et veteribus iis, qui ſolis eorum legibus viuunt, communio rerum aliud nihil eſt, quam ſi plures rem unam pro indiviſo poſſident, ita tamen, ut non ipſa res diviſa, et nemo poſſeſſorum in ſolidum, ſed pro parte tantum rei dominus ſit quae omnia alia ſunt in noſtra communione bonorum, qua de diſſeri ſolemus. Per eam enim ſic utriusque coniugis bona confunduntur, ut quiuis eorum totius patrimonii in ſolidum dominus ſit, et quae uxoris fuerant, eam eiusdem et mariti ſunt; vicissim, quae maritus habuerat, eam ſibi et uxoris ſua ſunt. Proverbio et maritus et uxor hoc docere ſoleſt: totum patrimonium meum eſt.*

bus ſucceſſionem ſolis maſculis, excluſis filiabus cognatisque, adſerunt, propriamque dicant, prout iuris Germanici antiqui rationes iubent: quibus præterea id agitur, vt bona, in primis hereditaria, liberæ cuiusque domini diſpoſitioni eximantur, nec teſtamentis extra gentem transferri queant denique quibus *iuris antiqui Germanici*, circa ſucceſſionem et bonorum reſtrictam poteſtatem, conſeruationi ſtudent, et contra *iurium peregrinorum* principia propugnant. r) Vocant hæc pacta ſtylo vulgari *fideicommiſſa conuentionalia*, s) eorumque fundamenta fruſtraneo conatu *in iure Romano* quærunt, quod grauiſſimas in hac materia peperit tricas. Porro quamuis ab antiquo filiarum ſucceſſio demum, extincta proſapia maſcula, locum habuerit, quod ius adhuc nobiles immediati in *Franconia Sueuia* et *tractu Rhenano* ſtrenue vindicant contra inſidias iuris peregrini, quod et in plurimis aliis illuſtribus et nobilitate natalium conſpicuis familiis conſtanter conſeruatum fuit, s plurimum tamen maioris ſecuritatis gratia iurato omni ſucceſſioni filiæ nuptias ituræ renunciare, et generatim *alimentaria prouiſione* contentæ eſſe iubentur. Hæc *prouiſio* pomum Eridos factum eſt, poſtquam *dotem*, vel *legitimam* in ea irrito quæſiuerunt conatu, et inde infinitas excitarunt lites. Ipſi *renunciationi* affinxere *tacitum fideicommiſſum*, vt, fratribus eorumque deſcendentibus extinctis,

Aa a

r) Hoc argumentum tractaui infra in *Exercit. de fundamento pactorum familiæ ad fideicommiſſa inclinantium*, in qua de horum pactorum ſincera et genuina interpretatione ex rationibus iuris Germanici actum.

s) Vid. HARPRECHT *de fideicomm. conuent.* *Mortuarii* rationes qui ex principiis iuris Romani cum EODEM petit, in grauiſſimos non poteſt non incidere errores, ceu illi quoque fecerunt, qui *proprios homines*, *ruſticosque* Germaniæ, ex penu iuris Romani in *libertatem* vindicarunt, quorum errorem redargui infra in *Exercit. de libertate imperfecta ruſticorum in German.*

ctis, ad bona renunciata propitio iure reuerti queant, ob reſeruatum *regreſſum*, qui tamen ſecundum iuris Germanici dogma intelligi debebat de ſimplici iure ſuccedendi, ſi proximiores cognati cognataeque deſunt, decedente gentis vltimo agnato. Et quis confuſionum in actis quotidie obuiarum argumenta omnia referret? quae vnice originem inde trahunt, quod, iura ſtatutaria et particularia ex iure communi Romano, tanquam *regula*, explicari debere, crediderint, t) h. e. *domeſtica* ex *peregrinis*: *diuerſa* ex *diuerſis* et *pugnantibus* principiis, quod calamitatem inſignem noſtrae attulit iurisprudentiae forenſi.

Vnde quoque incertitudo iurium nata.

§. VII. Haec peruerſa methodus adplicandi iura peregrina *ſine iudicio* rebus et negotiis Germaniae, et plane pugnantia commiſcendi atque vniendi, alterum peperit malum, *incertitudinem iurium*, vt ſententiae iudiciales *fato* et *caſibus fortuitis* tribuantur, et parum abſit, quin hodierna iurisprudentia in *ſcepticiſmum* degenerauerit u). Sunt, qui omnem iuri Romano et canonico tribuunt auctoritatem, eisque omne, quod cum illo non conſpirat, vtut patriis moribus conueniat egregie, admodum ſordet. Sunt etiam, quibus domeſtica magis arrident, vt iis omne pretium ponant, nauſeentque adeo *Romana ſcita*, vt exiguum

t) Notaui iam anno CIƆ IƆ CCVIII. hunc neuum in *diſſ. de prudent. legis ſtat. Lubecenſ. in mater. de ſucceſſ. teſtament. c. II. §. 13. in f.* oſtendique, ante iuris Romani receptionem Germanos lites ſuas ſine *iure ſubſidiario Romano*, breuiori forſan et feliciori via, dirimere potuiſſe, eoque tempore praxin cum iure ſtatutario cohaeſiſſe. Sed iure nouiori per *inconſultam iuris Romani adplicationem ius* ipſum *ſtatutarium Lubecenſe* laceratum fuiſſe, quod in genere de iure patrio, eiusque inſulſa et incongrua commixtione cum iure Romano, dicendum.

u) Vt non ſine ratione iudicat H. GRIBNER, vir magni nominis, et meritis in rem litterariam inclytus, in *diſſ. de iure incerto, ex dubia legum, quibus vtimur, auctoritate, oriundo.*

gnum eorum vſum practicum in foris Germaniæ agnoſcant x). Denique alii mediam eligunt viam, et vtrumque ius combinare, vnire, et in conſonantiam quandam redigere ſtudent, indeque efformant vulgo ſic dictam *iuriſprudentiam Romano-Germanicam forenſem* y). In hac tamen *Romanum ius* ad *regulam* referunt, indeque ſupplementa, interpretationem, infinitasque limitationes petunt, ac iuribus prouincialibus atque ſtatutis immiſcent. Ex hiſce diuerſis animi motibus infinitæ quotidie propullulant controuerſiæ, diſcordantes collegiorum ſententiæ, obſeruantiæ variantes, et vno verbo *ius incertum*, magis tamen *culpa interpretum*, quam *legum*. Sunt pleræque leges, quibus vtimur, *ſcriptæ*, et ſic *certæ*, nec mens earum adeo in abdito latitat, vt eam aliequi non liceat idonea interpretatione. Omnis diſputatio fori in *vſu* earundem legitimo occupata eſt: inde differentia inter *theoriam* et *praxin* inualuit, quas adeo ſibimet opponunt, vt neque leges *conſtitutiones prouinciales*, *ſtatuta*, aliaque *iura patria* magni habenda exiſtiment, ſi deſit *vſus practicus*, h. e. quem *magna praxeos forenſis tyrannis* ſibi formauit, effinxitque, immutauitque iuriſprudentia. Rectiſſime vero hanc inde reſultantem incertitudinem iurium, adſcribit GRIEBNERVS z) ſupinæ interpretum negligentiæ, et tyrannidi praxeos forenſis, quam toti ſic ſe poſſe cenſet, *ſi obſeruantiis nullum ſtatuamus pretium, et leges principum*

Incertitudo hoc peperit differentiam inter theoriam et praxin.

x) Omnis in hoc fuit B. THOMASIVS, vt vſum *iuris Romani*, quantum fieri potuit, ſupprimeret, quod docet *diſſert. de vite formanda ſtatu controuerſiæ. an legum iuris Iuſtinianei ſit frequens, an exiguus vſus practicus in foris Germaniæ?* quamuis ſimul ſtatum controuerſiæ ita conſtituerit, vt nil, niſi quod mere *poſitiuum* in *legibus Iuſtinianeis* deprehenditur, hinc referat.

y) Exemplo HENNINGI BENNEMANNI, qui *iuriſprudentiam Romano-Germanicam* iam circa medium prioris ſeculi conſcripſit, eamque ex *iure Iuſtinianeo ciuili, canonico, receſſibus imperii, Saxonico, municipali et probatis Dd. commentariis* compilauit, et in conſonantiam quandam apparentem reduxit.

z) §. 8. in f. cit. diſſert.

noſtrorum, vt par eſt, ſequamur, non habita vſus contrarii aut cuiuscunque obſeruantiæ ratione. Hoc modo enim ipſæ *leges* et *vſus* earum, ex ineptis vtplurimum, et præconceptis opinionibus eorum, qui in foro dominatum ambiunt, ortus, peruerſo modo inter ſe diſtinguuntur, et adeo ſibi opponuntur, vt *abuſus legum* ſæpe *iuſto* earum *vſui* præferatur.

Inde bellum inter theoreticos, practicos, et theoretico-practicos.

§. VIII. Inde graue et inteſtinum bellum inter *theoreticos*, qui vnice legum ſententiam colunt, et quoſcunque iuris apices venantur, *et practicos*, qui *vſum forenſem*, illa poſthabita, vbique crepant, et denique *theoretico-practicos*, qui vtriſque contradicunt, et ſolidam legum ſcientiam cum vſu coniungunt vniuntque; iam olim natum eſt, et quidem tanto cum feruore per aliquot ſecula, ſine vllis induciis geſtum, vt omnis ſpes pacis et concordiæ abiecta eſſe videatur. Certamina hæc variis coloribus vtrinque incruſtantur, inſuperque quælibet ſecta dominatum et præſtantiam ſibi adſerit, alterique, vt hoſti, dicam ſcribit.

Practicorum rationes pro ſtabiliendo dominatu forenſi.

Clamant PRACTICI, omnemque cauſſæ ſuæ arcem in eo conſtituunt: in *foro* omne ius poſitum eſſe: hic veram iuris cathedram, iuſtitiæ ſacellum, et verum adeſſe ſacerdotium: hic ius in ipſis rerum argumentis conſpici, et adplicationem tradi: hic imperium forenſe, hic thronus legitimus, hic aſylum oppreſſorum vnicum. extra hanc eccleſiam non eſſe ſalutem, et qui ab ea recedunt, vt *theoretici*, *ſchiſmaticos* eſſe, perturbantes omnia, omnique auctoritate deſtitutos: hos proinde fugiendos, practicos vnice ſequendos, ac ex eorum ore colligendum, quid *obſeruantiæ* tradant *forenſes*; quid forum agnoſcat, reſpuatque: cetera eſſe inania ſomnia, vſu omni deſtituta, nec de pane lucrando comparata, ſed inanis gloriæ gratia appeti et commendari· ius omne in *vſu* poſitum eſſe, adeoque ſtatum manuductio

ad

ad *vſum* iis tradenda, qui reipublicae et foro prodeſſe cupiunt: parum, niſi futurae obliuioni, prodeſſe, *origines hiſtoricas* iurium Romanorum, legum quarumcunque fata, ſubtilitates academicas, et ſyſtematicas atque ingenioſe excogitatas iurium connexiones, ſolis theoreticis, cathedrisque academicis relinquendas, et a foro alienas. Addunt etiam, *theoreticos* tradere et fouere iurisprudentiam *mere empiricam*, *inutilem*, et *cerebrinam*, ſe vero *ſolidam*, *utilem*, et *actualem*. His armis certant *practici*, praxin ea de cauſſa nominantes *auream*, a) quod diuitiis ingentibus repleat ſuos cultores, nec in *paupertate* viuere ſinat, quam vnice *theoriae* affectionem propriam et aſſeclam eſſe, arbitrantur.

§. IX. Verum nec inania, ſed efficaciſſima ſunt tela eorum, quos *practici* per ſcomma THEORETICOS vocant, quippe quod nomen pauci affectare ſolent, ſed ab illis effictum, hisque per iniuriam tributum eſt, qui *tyrannidi forenſi* ſeſe opponunt, et *verum* legum *vſum ſenſumque*, denique earum legitimum *ordinem* etiam docent traduntque. Vno verbo qui *barbariem forenſem*, omni iuris peritia deſtitutam, impugnant et contra eam aciem inſtruunt. Hi contra audenous vrgent, hisque telis *animalia forenſia* petunt: iurisprudentiam hanc forenſem ſolo *vſu* gloriari, ex eo vnice laudari, defendi, foueri, ſine principiorum legumque praecedente cognitione eſſe cadauer ſine anima, hominem ſine mente, monſtrum deforme, et chaos

Theoretico-practicorum tela.

 per-

a) Libellos ſuos, quibus *proceſſum* illuſtrarunt, vt plurimum *praxeos aureae* titulo deſignarunt, vt ROBERTVS MARANTA, PETRVS IACOBI, IO. PETRVS DE FERRARIIS, IO. BAPTISTA DE FERRARIIS, NICOLAVS CALVOLVS, aliique. Immo omnes olim maluerunt ſe *practicorum* gregi adiungere, quam eos oppugnare. Inde *conclusiones practicabiles*, *praxin criminalem*, *praxin iudiciariam*, *praxin canonicam et ciuilem*, *praxin fori Germanici*, *praxin fori eccleſiaſtici* ſcripſerunt, vt ſub hoc titulo forenſi libros ſuos commendarent imperitis.

perplexum ſine vlla legum aſſiſtentia: cognitionem legum veram et genuinam, vt *prius*, præcedere, vſum demum ſequi debere, vt *poſterius*: hunc eſſe ſonum ſine ratione, ſi cognitione legum ſolida et genuina caret, et ab ea vacuus eſt: inde *rabuliſticam* iuriſprudentiam effici, nec mirandum eſſe, hos, per forum quotidie volitantes, homines ſeſe efferre, et dominatum quærere, quod numerus *bonorum* longe minor ſit numero reprobatorum, et ignorantes copiis præualeant magnopere eruditis ſolidisque iureconſultis. Practicorum vnicum ſolatium poni *a*) in *forenſi ſtrepitu*, (quem *ſchlendrianiſmum* non inepte appellant) b) *b*) in *obſeruantiis*, *deciſionibus*, *iudicatis*, cum tamen legislatores præcipiant, *non exemplis*, ſed *legibus* iudicandum eſſe: *c*) in *receptis ſententiis forenſibus* ſine debito examine, an in ratione iuris ſolida fundatæ fuerint, nec ne? cum tamen conſtet, id, quod per errorem primum receptum, deinde conſuetudine obtentum, in aliis ſimilibus in poſterum obtinere non debere. c) *arbitrium* legum non eſſe penes magiſtratum et forum, ſed *miniſterium* nudum, ita vero in effectu *arbitrium legum* tradi et adſignari aduocatis, iudicibus, collegiis, ſi non, quid leges præcipiant, agant, velint, iubeant, inſpiciendum, ſed id potius, quod *practicis* placuit, legum vigorem habere debeat in Germania: denique tunc demum *rationabilem* reddi *praxin*, ſi ratio idonea et ſolida *vſus ipſius* dari, et ex ipſis legum penetralibus deduci et trahi poteſt: non hic quæri de inani lucro, nec de pane adquirendo, (quod

mendi-

b) Prodiit anno 1722. ſub nomine ficto ab illuſtri auctore conſcriptus libellus *Schlendrianus celebris practicorum magiſter, breui ſchediaſmate neo-practicis forenſibus commendatus*, per GVILIELMVM FRANCKENBERG, in quo informatur ſceptica methodo neo-practicus a *magiſtro neo-practicorum*, et inanes ineptiæ horum oſtenduntur.

c) *L. 39. D. de Legibus.*

mendicantibus proprium) ſed de eliminanda *tyrannide* et *barbarie forenſi*, quæ ſine ratione ſolium occupauit, et iurisprudentiam in Germania admodum lacerauit, corrupit, atque ad irrationabilem et male cohærentem molem reduxit. Monent tandem *in genere, theoriæ* appellationem primario quidem de *ſolida* et *genuina legum cognitione* et *ſententia* accipi, nec ſubſiſtere in ſola legum *hiſtoria*, quam etiam ſcriptores de quarumcunque rerumpublicarum fatis et ſtructura referre ſolent, ſed eam non excludere *vſum*, aut *praxi* opponi: immo ideo excoli, doceri, tradi, vt *vſus* iuxta illam efformetur et inſtituatur: ſolius *ſpeculationis* aut *nudæ contemplationis* gratia omnem animi neruum minime poni in eruendo idoneo legum ſenſu, nec hinc *otioſum*, ſed *negotioſum* eſſe.

Mere theoretici ab his diſtinguendi,

§. X. Sicuti vero ex hiſce rationibus adparet, quibus armis *ICti veri* opponent *vſuarios, circumforaneosque*; ita facile liquet, his per *iniuriam* tribui *theoreticorum* prædicatum, quin potius his nil magis curæ cordique eſſe, quam vt verum iuris optime exculti cognitique vſum ſiſtant, *pſittacosque forenſes*, qui ſolum *vſum proletarium* ſine fundamentis iurium in ore habent, relinquant, et foro ab his purgare ſtudeant. Non tamen deſunt, qui ſola iurium *Romuli* et *decemvirorum ſpeculatione* delectantur, abiecta omni, de *adplicatione vſuque legitimo*, ſollicitudine: qui ſolos iurium apices, et anfractus litterarum atque ſyllabarum rimantur, et in iis bene collocandis, corrigendis, atque reſtituendis omne vitæ ſuæ tempus ponunt, atque hi *nouam ſectam*, vtrique bellum æque indicentem, efformant eriguntque. Ceterum ne nobis cum turba criticorum res ſit, demus ei aduocatum; et quem potius quam SALMASIVM? qui, quod ſedulus

ratione definitionis,

dulus eſſet indagator antiquitatum Romanarum, d) occaſionem nactus eſt, irriſione explodendi ICtos pleroſque, ac omnem eruditionis gloriam in ſpeculationibus his collocandi. Eius mentem hoc modo repræſentare et exprimere liceat. *eruditionis intimioris et longe abditæ* gloriam omne punctum in orbe litterario ferre: has euoluendas, eruendas, et ipſas Euandri leges excutiendas, atque teſtimoniis Iudæorum, Chaldæorum, Arabum, Græcorum, Romanorum, aliorumque populorum exornandas. in hoc campo verſari vnice *eruditionis veræ* ſtudium, nec attendendum eſſe, an vſum præſtare in foro poſſit. *cathedras*, his meditationibus vnice deſtinatas, ſeiungendas eſſe a *ſubſelliis ICtorum iudicumque*, abditarum antiquitatum laude haud coruſcantibus, quibus vnice paſcendus animus. dulce et glorioſum eſſe, ICtis tradidiſſe modum antiquum ſubſignandi et ſubſcribendi teſtamenta, quem omnes ad vnum ignorarunt e): illis oculos aperuiſſe in cognoſcendis *vſurarum*, et huc pertinentium materiarum antiquitatibus *Græcis* pariter ac *Latinis*; *nominum* antiquorum et *codicum fænebrium* antiquum vſum illos docuiſſe infinitas *obſeruationes ſingulares* ex iure *Græco* et *Romano* ſuppeditaſſe ICtis, *vulgaria* duntaxat ſequentibus ad ſolum eruditum, quod *criticum*, quod humanioribus litteris inſeruiens, cetera bardis barbariſque relinquenda, de ſolo *foro* ſollicitis aut iuris Romani *vulgari* tantum *cognitione* et *ſcientia* preditis: erudito nullam rem cum *communibus doctrinis*, cum *foro*,

ea ratiocinationis.

d) Succincte de hoc edifferit B. CHRISTIANVS THOMASIVS in oration. academicis coniunctim editis, *orat. I. de vera et falſa iurisprudentia* p. 257. vbi obſeruat, illum etiam magni nominis ICtis, optimisque humanistis bellum indixiſſe ex intolerabili iactantia.

e) Hanc gloriam ſibi per iactantiam intolerabilem vindicauit SALMASIVS in tr. erudito *de ſubſign. et ſubſcribendis teſtamentis.*

foro, aut negotiis huc pertinentibus eſſe: ſed impedire, non procedere: omnibus contradicere: *ſtudio critico* ſe totum dare, atque multa eruditione eruere, qua forma *calcei* Romanorum fuerint? quid *calautica* vel *calvatica?* quid *crocuſentia?* quæ *mundo muliebri* propria? quæ *ornamenta?* qui veſtitus cum feminis communes? et quæ ſunt alia.

§. XI. En triplicem iuris peritorum ſectam, quarum prima mere *practicos*; vltima mere *theoreticos*: intermedia denique *theoretico-practicos* deſignat, qui demum nomine *ICtorum* genuino condecorandi ſunt. Neque erravero, ſi, HERMANNVM VVLTEIVM triplex hoc ſectarum diſcrimen agnouiſſe, ipſius verbis declarem. f) Præmittit, iuriſprudentiam revera tantum *vnam* eſſe, atque hoc modo male diſtingui in *theoreticam, practicam* et *theoretico-practicam*, tametſi, pergit, *ex eo, quod eſſent atque etiamnum ſint, qui, vſu neglecto, cognitionem præferant, et viciſſim, qui, cognitione poſtpoſita, vſum ſectentur, (neutri ſane felices ſatis, aut iureconſultorum nomine digni) factum ſit, vt iuriſprudentia illorum* THEORETICA, *cuius ſtudioſi* THEORETICI *dicuntur; horum* PRACTICA, *ex qua* PRACTICORVM *et* PRAGMATICORVM *appellatio (quamuis illa magis ſit eorum, qui cognitionem et vſum ſimul coniunxerunt) appellata fuerit.* Tandem tres has ſectas inter ſe confert, atque de ſingulis hoc indicat modo: *verum illi ſibi ſolis fortaſſe profuerint, quamuis ne hoc quidem ſatis plene; hi non ſibi, ſed aliis, atque aliis etiam illis caſu magis quam iudicio. Quorum autem ſtudium in vtraque illa eſt, hi demum ſunt et dicuntur revera* IVRISCONSVLTI. *Theoreticorum an pragmaticorum qualitatem illis addas, nihil intereſt.* Hæc vera, hæc orthodoxa ICtorum ſchola forenſis eſt, quam *ſchiſ-*

Illuſtratur triplex hæc ſecta ex doctrina Vulteii.

f) *In proleg. iuriſpr. Rom. p.* 21.

mate nefario ſcindunt et lacerant *theoretici* nudi, et *practici* in eo culpandi, quod ob vnitatem veri iuſtitiae ſacerdotii ſeſe ſeparauerint, quamuis *practicorum ſecta* in hoc *ſchiſmate iuridico* plus valeat *copia, numero* et *viribus.*

et Antonii Fabri.

§. XII. In coetu *fidelium ICtorum verorumque* ſtetit in primis ANTONIVS FABER, ſuoque demonſtrauit exemplo, quam peſſime vtriusque *ſectae auctores* conſulant rei iuridicae, et iurisprudentiam corrumpant. Doctores *ἀπράκτως iuris peritos* quidem, ſed non aeque *iurisprudentes* eſſe, ait. g) Dolendum tamen, *tot aetate noſtra praeſtantiſſimos ICtos ſibi defuiſſe, qui in tradenda diſciplina, ne Papiniano quidem ei videbantur inferiores; ſi quando tamen ad praxin deueniendum fuit, vel de minima re interrogati, aut obmutuiſſent, aut tam inepte reſpondiſſe memorantur, vt rudioribus pragmaticis praebuerint ſe ridendos.* Verum nec altera *pragmaticorum* ſecta, quae inſigni audacia prae illa caput extulit, profuit iurisprudentiae, ſed magis nocuit. *Inde namque*, pergit, *facti audaciores pragmatici, iam alioquin per imperitiam procliuiores, quam par eſſet, ad negligenda ea omnia, quae ad veram veramque iuris ſcientiam pertinent, (ſola, vt quidem arbitror, adſequendae eius deſperatione) adeo ſibi placent miſeri et blandiuntur, vt, quaſi ſcientia nihil conferat ad praxin, illa omnia negligant, hanc vnam ſectentur. Quae res mirum eſt, quantas in tribunalibus lites ac potius tragoedias excitarit. Quemadmodum enim theoria ſine praxi aut nullius aut perexigui certe vſus eſt; ita nihil reipublicae pernicioſius quam ſi per eos, qui iura et res forenſes tractant, praxis a theoria ſeiungatur.*

g) In epiſt. dedicat. praemiſſa *tom. I. de error. pragmat.* Aſſimilandos hos doctores ait cotibus, *quae acuendis gladiis, vt pungere et ſcindere poſſint, aptiſſimae, ad pungendum tamen vel ſcindendum ipſae prorſus inutiles et inefficaces.*

pur. Hoc ſchiſmate infecti nubem pro Iunone, falſum pro vero, & incerta pro certis adſumunt, non leges earumque mentem ſequentes, ſed alienis tantum oculis videntes. *Mos enim*, vt rurſus FABER mores huic ſectæ addictorum depingit, *fecundus ille eſt eiuſmodi hominum, vt, ſiue delirent, ſiue recte ſentiant, (quod nonnunquam ſed caſu euenire neceſſe eſt,) omnia referant ad æquitatem, quam pro arbitrio ſibi fingunt, vt magni non iuris tantum, ſed, quod etiam in iure præcipuum eſt, æquitatis arbitri exiſtimentur. Quodſi ad eorum ineptias profligandas Papiniani auctoritas, et, quod eſt conſequens, non mera ſolum, ſed vera etiam probaque iuris æquiſſimi ratio aliqua obiiciatur, tum iſti nudis, quod aiunt, ridere dentibus, et ſubtilitates iſtas, aucupia, et apices dicere, vt, quia nihil habent, quod commode reſpondere poſſint, honeſte ſaltem conticeſcant.* His tamen non obſtantibus fatetur, eo maxime hominum genere in toto terrarum orbe tribunalium fere omnium ſubſellia vndique redundare, *quibus nihil familiarius et antiquius eſt, quam vt inueteratos pragmaticorum errores pro certiſſimis legibus obtrudant, et conſulendo recedere putent non oportere.* Inueteratus certe error h) eſt interpretum iuris, liberos demum triplicato præſcriptionis tempore, ſeu nonaginta annorum ſpatio excludi ab hereditate, quem licet agnoſcere videatur CARPZOVIVS, i) et tamen inſiſtendum eſſe credit, quod ſufficiat, *iſtam ſententiam ſupremarum curiarum decretis innumeris fuiſſe comprobatam*, adeo vt *iuris communis* titulo illam palliat, nec in Saxonia ab ea recedendum cenſeat, quod ius ſtatutarium ita interpretandum, vt quam minimum lædat ius commune. Quam lubricum vero ſit horum practicorum fundamentum, *Exempla.*

vel

h) Teſte FABRO *in Cod. lib. VI. tit. II. def. 3.* quod etiam monſtratum *in uſ. mod. Stryckiano ad tit. de adquir. vel omitt. hered. § 3.*

i) *P. III. C. 14. def. 30.*

vel inde liquet, quod conſtans collegiorum electoralium Saxonicorum ſententia a CARPZOVIO hodie prorſus abeat, ſi BERGERO k) credimus, cui eo magis fides habenda, quod hac ſententia nihil ſit inſulſius, nihilque a vera iuris ratione alienius. l)

Pragmatici iuris incerti auctores.

§. XIII. Videant ergo *pragmatici*, quam incertis ferantur procellis, quod, relictis fontibus, *obſeruantiarum* et *iudicatorum* riuulos turbidos ſectentur, et ita *incertum ius* et augeant, et promoueant, huic cantilenae communi intrepide inſiſtentes: *hanc ſententiam in praxi ſeruari, eam eſſe communi vſu receptam, quidquid ſit de theoria* etc. qua non vera doctrina iuris, ſed, *quod aliis in foro placuit* hactenus, inculcatur. m) Hi ferre non poſſunt eos, qui veram iuris rationem rimantur, et receptis ſententiis cum vulgo adquieſcere nolunt. Hos *nouatores*,

k) *In oecon. iur. lib. II. tit. 4. §. 19. not. 11.*

l) Inuictis argumentis errorem hunc caſtigauit profligauitque perilluſtris L. B. DN. SAMVEL DE COCCEII *in iure controu. ad tit. de hered. petit. §. 21.* contrariamque ſententiam in vſum hodiernum reuocatam eſſe, ſimul teſtatur, quod etiam oſtendit B. LVDOVICI *diſſ. de praeſcript. annaeum.*

m) Malum hoc vitiis, quod viuit, oculis depinxit ICtus immortalis memoriae magnique nominis B. HENRICVS DE COCCEII in *diſſ. de eo, quod iuſtum eſt in dubio, ſect. IV §. 1.* inquiens: *Verum, quod deplorandum maxime eſt, deſciuit poſtea a certo ſtatu iurisprudentia, et poſtliminio quaſi reductum fuit ius incertum, unde non niſi praeſentiſſimum ab omni parte periculum imminere poteſt. Quid enim 1) litigioſius partibus ipſis contingere poteſt, quam ſentire, ab incertis hominum arbitriis et iudicum libidine, quidquid naſcatur, controverſiae dependere, et cogi ſaepe poſt multos labores et incommoda lites derelinquere indeciſas? Vt taceam, (2) quam periculoſum ſit magiſtratui ſeu iudicibus; cum enim his iura regendi et ſanita inuitos exequendi poteſtas a Deo, vicario eius nomine data fuerit, & ſic illorum conſcientia legibus obligata ſit, certe in hoc dubio iure illud interius animi iudicium, quod ſurdo verbere cadit, facile negligitur.*

res, ſingulariſtas, theoreticos, et *ἀπράκτους* appellant, dolentque, quamuis per iniuriam, per hos impugnari *barbariem forenſem* et *praxeos tyrannidem.* IOACHIMVS MYNSINGERVS n) his ſeſe adiunxit, et hac de re ita cenſuit: *Quod in comperto eſt, non paucos legum profeſſores in academiis aucupandae famae cupiditate magis, quam veritatis indagandae* (quam pragmatici ſe poſſidere fingunt) *gratia non modo praeteritorum temporum conſtanti perſuaſione receptas ſententias infringere atque impugnare, ſed (vt quidam recte ſcribit) pandectarum etiam et conſtitutionum ſcripta inuertere, diſtorquere, contorquere, corrumpere, vim antiquorum ſcriptis adferre, verborum aucupia, ſyllabarum tendiculas, litterarum decipulas commiſiſſe; nihil denique non inceptare auſos fuiſſe, illuſtrandi nominis ſui gratia.* Criticos atque humaniſtas notat MYNSINGERVS, quos ipſemet, vtpote *ἀκριτικούς* ferre non potuit, quisquiliis ſcholae communis innutritus. Ne videar per calumniam hoc dixiſſe, prouoco ad ipſas *obſeruationes*, quas edidit, inter quas e. g. hanc propugnat ſententiam, o) teſtamentum *tempore peſtis* conditum coram duobus teſtibus valere; tum *quod haec ſententia aequitati ſit conſona;* tum *quod tempus belli et peſtilitatis*, vt loquitur cum BARTOLO, *aequiparentur;* tum denique *quod haec ſententia in camera ſit recepta.* Nihil tamen hac ſententia falſius, nihil profanius. Impie docent *pragmatici*, tempore peſtis eſſe bellum inter Deum et homines, atque hos in expeditione poſitos, adeoque, ceſſante peſte, a militia dimitti, et teſtamentum tale tantum valere intra annum. Hiſce naeniis SCHILTERVS p) nihil aliud quam illud HORATII repoſuit: *odi profanum vulgus et arceo*, quia tales referre rationes, eſt

n) In *epiſt. dedicat. praemiſſ. obſeruat. camer.*

o) *Cent.* I. *obſ.* 66.

p) *In exercit. iur. Rom.* 38. §. 142.

quoque refutare. Pariter legitimam parentum ſtatuto vel conſuetudine in totum tolli poſſe, negat, q) quam tamen ignorauit antiquum ius Germanicum, vnde haec contraria conſuetudo vel ſtatuta adhuc denuanda nec improbanda ſunt. Praetereo alia plura *monſtra opinionum*, quae pro *iure* vnice ex eo propugnantur principio, quod *vſu forenſi* comprobata fuerint.

Iurisprudentia practicorum monſtrum dici poteſt.

§. XIV. Miratus ſaepius ſum, B. THOMASIVM r) huic *practicorum ſectae* peculiarem locum haud tribuiſſe, ſed tantum tres *falſae iurisprudentiae* ſpecies delineaſſe, huęque (*a*) *cadauer*. (*b*) *ſceleton* (*c*) *ſpectrum* iurisprudentiae retuliſſe. Quamuis enim per *ſceleton* iurisprudentiam illam intelligat, *quae ius non quaerit in fontibus legum, ſed in riuulis doctorum; quae, legibus non inſpectis, ad commentatores currit et interpretes; quae legum pariter verba ac poteſtatem negligit, et ſola nititur auctoritate:* quamuis etiam *ſententias in foro receptas* ſub hac ſpecie comprehendat; rectius tamen meo iudicio feciſſet, ſi huic *ſectae forenſi* ſeparatam, nouamque ſpeciem adſignaſſet, eamque *monſtrum iurisprudentiae* dixiſſet. Etenim *ſceleton* eneruatum quoddam ens eſt, deſtitutum efficacia omni, et tantum oſſibus ſuis per artem cohaeret, cum quo ſuo modo *communes ſententias doctorum*, non habita ratione *fori*, conferre licet. Aſt ſi *ſchiſmaticos forenſes* reſpexeris, illi viuunt, dominantur, omnibusque terrorem incutere ſtudent, aeque vt *monſtra*, quae a vera hominis forma et ratione recedunt, vita tamen gaudent, terrentque rectius ſentientes *vſu fori* contrario. Si prouocas ad *conſtitutionem prouincialem*, ad *ſtatutum*; parata eſt portentoſa haec

q) *Cent. 6. obſ. 44.*

r) In *orat. 1. de vera et falſa iurisprud.*

hæc reſponſio; ſtatutum uſu non ſeruari; conſtitutionem foꝛ-rum non agnoſcere. Si *iuris Germanici principium generale* vrges, demonſtrasque, et *iuris domeſtici* vſum præfers; fabulis antiquis hanc adſcribunt, quas forum reſpuat. Denique ſi doces, etiam practicorum ſectam variam nec eandem, ſed *antiquam* aliam, aliam *territoriorum*, aliam rurſus *cameræ*, aliam *Saxoniæ*, aliam *aliorum iudiciorum* eſſe; regerunt, *modernum vſum* conſtituere *praxin*, et quidem *iudiciorum* et *collegiorum* præſtantiorum. Atque ſub hac *monſtroſa iurisprudentia* fere omnis vis legum adeo exaruit conſenuitque, vt in male cohærens chaos eandem degenerauerit. Quis enim ignorat, quam mirifice variet *vſus fori*? mutato præſide ſæpe mutantur ſententiæ collegiorum, rectius edoctorum. Neque enim vllum adeſt iuris vinculum, quod adſeſſores iudiciorum, & quoſcunque ICtos liget, ne, errore animaduerſo, tradita maiorum ſuorum derelinquant, iisque dictam ſcribant; quin potius iuramento obſtringuntur ad leges eo ordine adplicandas, quem vel recta ratio vel ipſa iuris diſpoſitio præſcribit.

§. XV. Verum propius perluſtremus præſidia, quibus munimenta ſua inſtruunt *practici*. Primum præſidium collocant in *vſu communis iuris*, h. e. *Romani* et *canonici*, cuius textus in ore habent, argumentis eius vbique vtendum eſſe, docent, nihilque doctum, eruditum et iuridicum eſſe, opinantur, quam quod cæteras legum vel earum argumentis demum poſſit muniri, ſtipari, firmari. Vtrumque ius enim eſſe *commune*, et pro *regula* adſumendum, indeque omnia iura particularia explicanda et ſupplenda, immo hæc ſtricte accipienda, ne nimium a diſpoſitione eius recedatur, tradunt. Atque hoc præſidium obiiciunt illis, qui ad *iura Germanica* et

Practicorum præſidium primum ponitur in iure Romano et canonico, vt communi.

domeſ-

domeſtica, eorumque principia contraria recte prouocant, allegantque: inſtituta iuris patrii non aliunde, quam ex principiis iuris Germanici eſſe explicanda, abſtinendumque a *iuris Romani* contraria philoſophia: abſonum eſſe, domeſtica ex peregrinis ſupplere, vel haec inter ſe commiſcere: praeferentiam potius *patriis iuribus*, ſtatui noſtro longe conformibus, quam *Latii* aut *pontificum legibus* adſignandam, quo hae matrimoniis noſtris, commerciis, ſucceſſioni, et in genere *moribus priuatis* magis conueniant. etc. His mox bellum indicunt, clamantes: iam dudum leges Germaniae antiquas emortuas, vel ad minimum de ſolio detruſas: ius vtrumque in poſſeſſorio, tam *ſummario* quam *ordinario*, eſſe fundatum contra *iuris Germanici* turbationem & attentata, atque huius cultoribus merito obiici poſſe, quod TERTVLLIANVS s) haereticis ſuo tempore obiecit: *Qui eſtis? quando aut vnde veniſtis? quid in meo agitis, non mei? quo denique,* SCHILTERE, *iure ſyluam meam caedis? qua licentia,* THOMASI, *fontes meos transuertis? qua poteſtate,* LVDEWIGI, *limites meos commoues? mea eſt poſſeſſio; quid hic ceteri ad voluntatem veſtram ſeminatis et paſcitis? mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo, hodie poſſideo, habeo origines firmas ab ipſis auctoribus, quorum res fuit. Ego ſum heres practicorum. Sicut cauerunt teſtamento ſuo, ſicut fideicommiſerunt, ſicut adiurauerunt; ita teneo. Vos certe exheredauerunt ſemper, et abdicauerunt, vt extraneos, vt inimicos.* Ceterum quam facile hoc practicorum magiſtris praeſidium eripi poſſit, quilibet facile agnoſcet, perpendens, (1) ius Romanum eſſe tantum *ius ſubſidiarium*, in defectu legum Germanicarum, prouincialium, et ſtatutorum demum adpli-

Quod eneruatur.

s) *De praeſcript. haeretic. c. 37. p. 215. ex edit. Rigalt.*

adplicandum, ex ipſarum legum publicarum ſententia; t) adeoque iura Germanica potius in dubio pro *regula*, pro *iure communi* accipienda; ius Romanum autem et canonicum pro *exceptione*: (2) ius vtrumque eſſe *peregrinum*, minus moribus ciuium Germaniae, eorumque actionibus et rationibus domeſticis conueniens, ius vero *Germaniae* antiquum his dicatum deſtinatumque, illisque admodum congruere. (3) falſiſſimum eſſe, illud emortuum aut extra poſſeſſionem eſſe, cum actus poſſeſſorii frequentiſſimi eam apertiſſime euincant in ipſis curiis, actis, et quotidianis negotiis, ac conſtitutiones particulares aut ſtatuta inde natales ſuos petant: rectius huius iuris patronos peregrinorum ſcitorum cultoribus obiicere poſſe: *immo mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo, prior poſſideo, hodie poſſideo: veſtra poſſeſſio vtplurimum eſt mera turbatio; vitioſa eſt, vi, clam vel precario parta. Simultanea vobis poſſeſſio non debetur; vacua domum a iure patrio vobis dicata.* Verum etiam (4) illud *indiſtincte* accipiendum haud eſt, *ex iure Romano eſſe ius prouinciale* vel *ſtatutarium ſupplendum, limitandum, et explicandum*, quod ſicuti in inſtitutis, iuri huic vnice propriis, vt *teſtamentis, legatis, fideicommiſſis, codicillis*, ſimilibusque, facile admitto; ita e contrario ad inſtituta *iuri domeſtico* propria, veluti communionem bonorum inter coniuges, pacta ſucceſſoria, ius retractus, et ſimilia, admodum perverſe adplicatur, vt aliquoties iam dictum.

§. XVI. Alterum *praeſidium*, quo practici ſe muniunt contra eos, quos *theoreticos* dicunt, in *proceſſu* eiusque penitiori *Alterum praeſidium in proceſſu collocatur.*

Ccc ri

t) *R. I. de anno* 1654. §. 105. *Ordin. iudic. aulici tit.* 1. §. [illegible], quam ſententiam STRYKIUS in *defenſ. praelim. tomo I. uſ. mod.* §. 27. *ſqq.* illuſtrat.

ri *cognitione, vſu* et *adplicatione* collocatur. Etenim quid notius eſt, quam *proceſſiſtas* κατ' ἐξοχὴν dici *practicos*, per forum volitantes, atque adſerentes, ſe *modum* et *rationem*, ius contra aduerſarios vindicandi, in ſcrinio pectoris ſui habere? In hac diſciplina omnem collocant *ſapientiæ practicæ* gloriam, eos deſpicientes et parui ducentes, qui *practica practicata, cautelas forenſes, arcana cauſſidicorum, formulas iudiciorum*, et id, quod vulgo *ſchlendrianiſmum* vocant, parui ducunt, quique, elegantioribus litteris dediti, barbariem horum hominum concoquere nequeunt. Equidem cum his facile tranſigere et pacem inire poſſent ICti veri, qui *iuriſprudentiam*, quæ ad *vſum* tendit, colunt, adeoque omnes quoque in hoc ſunt, vt *iudiciorum rationem, modumque procedendi* in foro, magno in pretio habeant, doceant, commendent; ſi modo etiam ipſimet ſuo ſatisfacerent officio, et cognitioni iuris ſolidiori, vnde *vſus forenſis*, quoad *modum* proponendi et peragendi deſideria clientum, naſcitur, ſeſe dicarent, nec vnice hæc *myſteria practicantium*, vt loquuntur, pro oculis haberent. Iam vero, qui hoc præſidio ſe ſuamque cauſſam vnice ſepiunt, *pſittacorum* inſtar plerumque ſunt, cantilenas forenſes addiſcunt, his ſtrepitum forenſem mouent, his cauſſam quamcunque *bonam* et *malam* agunt, triumphum canentes, ſi hanc ſub *velamine proceſſus ſolius* in eum deducere poſſint ſtatum, vt aduerſarius vel tranſigere, vel de exitu cauſſæ deſperare, et tandem litem derelinquere cogatur. Hos *anſeres forenſes* duntaxat impetunt *veri ICti*, nec cum his in concordiam redire ſatagunt, quamdiu ſolidioris iuriſprudentiæ lumine carent, nec illud quærunt. Eſt omnino iuriſprudentiæ ciuilis pars inſignis doctrina de *proceſſu* et de *actionibus*, magna cum ſollicitudine excu-

Quid in hoc deſideretur?

[illegible] tico-

tiende) huius vero fundamenta nequidem cognoſcunt ſolide, ſed cantores formularum, ex ſolo *vſu* ea addiſcentes, quae canunt, omnibus principiis deſtitui, praxinque peruerſam, corruptam, et male cohaerentem formantes, cum quibus vnice veris ICtis res eſt. Eſt enim *ordo iudiciorum* vnice in hunc introductus finem, vt ſuum per illum cuique tribuatur, non, vt *ſub clypeo practico* ſuum cuique detrahatur; quod vitium tamen promouent, qui hoc ſolo praeſidio, quod iam impugno, ſeſe muniunt.

§. XVII. Tertium, et quidem primarium, praeſidium practicorum eſt poſitum in *ſententiis curiarum forenſibus*, quas forum vbique vel in pleriſque locis adorat, recitat, et defendit, non habita ratione, vtrum cum vera iuris doctrina conueniat, nec ne? Iam latius in antecedentibus horum caſtra oppugnaui, atque aegre tuli, hos *vſum* a vero *ſenſu* iuris, mira metamorphoſi, ſeparare, neque ius ſcitum, ſiue *domeſticum* ſiue *peregrinum*, ſed quod ipſimet ſuo arbitratu formarunt, vel ex commentariis aliorum, non vero ex ipſis fontibus acceperunt, adplicare, ſequi, inculcare. Hos prae ceteris incertitudinem iuris, et omne inde reſultans malum promouiſſe, obſeruat iuriſconſultiſſimus B. HENRICVS DE COCCEII *cit. l.* et, *cum hi*, inquit, u) *tam imperite ac magna cum imprudentia in aliorum ſcriptis compilandis ſudauerint, et alii alia, prout ſingulorum manus incidere, deſcripſerint, omnem iuris ordinem miſere turbarunt, neque amplius, vt decebat, iuris momenta et cauſſas ſecuti ſunt, ſed aliorum opiniones et auct., quarum vnam praeuolantem turmatim ſequuntur reliquae omnes.* Ad rudera *opinionum communium*, quas olim

Tertium collocatur in ſententiis in praxi receptis abſciſſa omni theoria.

u) *Sect. IV.* §. 4.

olim orbis ICtorum vnice adorabat, adhuc hæc forenſis, ſed *ſimulata ſapientia*, ſpectat, quas licet hodie ſaniores parui ducant, in effectu tamen reſuſcitant, qui *vſus forenſis* vnice, non *veritatis iuris* rationem habent, hanc vnice theoreticis relinquendam, cenſentes, quo nihil miſerius, nihil peius excogitari potuit. x) Re vera enim hanc *vſus forenſis* doctrinam, quam laudant, propugnant, ac ſequi iubent, nihil aliud eſſe, quam reliquias ex *opinionum communium* riuulis deriuatas, præclare obſeruat HENNINGVS RENNEMANNVS, y) atque *communium opinionum, quæ iurisprudentiæ praxin forenſem conſpurcarunt*, (vt verba eius mea faciam) *vanitatem* explodit, docetque, ſub his ſordibus actum fuiſſe de iurisprudentia niſi iam olim Galli pariter ac Germani quidam ICti hoc *monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum*, Herculeo labore fortiter oppugnaſſent.

Vera ratio reducendi vnionem theoriæ cum praxi.

§. XVIII. Recentiori ſeculo, immo ſub ipſis huius Regiæ Academiæ incunabilis, veſtigiis horum inſtitit, caſtioremque iurisprudentiam effecit magna ICtorum celebriorum corona, quæ prout ſupra monuimus, *iuris domeſtici* doctrinam cum *iuris Romani* et *canonici* ſedula inſpectione et examine con-

x) Præ ceteris magno cum iudicii acumine eaſdem exagitauit, et a veri ICti moribus abeſſe iuſſit prælaudatus Dn. DE COCCEII *cit. l. ſect. V* §. 4. oſtenditque, nihil inconcinnius eſſe, quam *veritatem iuris debili* petere ab *auctoritate communium opinionum*, quæ in foro ſæpe prædominantur, ſed parum connectunt, et erroribus ſcatent infinitis.

y) *Membr. IV. iurisprudent. Rom. German. diſſ. III in append. p.* 18. cui etiam calculum recte appoſuit ENGELBRECHTVS *cit. l. p.* 21 *ſeq.* Ceterum quam parum fidendum ſit *ſententiis forenſibus variantibus*, per *contrarias decem* docuit TOBIAS BARTHIVS in opuſculis, quæ publicauit hoc titulo: *diſſenſiones in praxi, propriis iure ſcitis, occurrentium, ...*

coniunxerunt, vtriusque rationes indagarunt, et iuris Germanici reliquias ex his, Romani vero et canonici iuris inſtituta ex historia penitiori vnice explicuerunt, et ita verum *vſum iuris* reſtituerunt in integrum. Hac ratione, *ſenſus* ac *vſus* legum, *theoria* et *praxis* in concordiam redeunt, nec ſibimet vim inferunt, verum amice conſpirant, in iiſdem militant caſtris, et rationabili ſub hoc duce facile *barbariem forenſem* ſuperant, et in fugam agunt. Atque hi ICti demum, *veram* non *ſimulatam* affectantes *philoſophiam*, (1) ipſos *fontes* conſulunt, *origines* ipſarum legum, quas præ manibus habent, euoluunt, *rationes veras* inde petunt, cum concluſionibus connectunt, et hoc modo in *veram iuris cognitionem* penetrant. (2) *Humanioribus* etiam *litteris* delectantur, *ſtudio*que addicti ſunt *critico*, cognitum habentes, hæc præſidia litteraria inſigne iurisprudentiæ afferre adiumentum, vtut non vnice omnem inde eruditionem æſtimandam eſſe, cenſeant. (3) Nihil intactum in quouis iure relinquunt, aut ſub obtentu *nudæ theoriæ* ſpernunt: quamuis enim plura in iure *Romano* pariter ac *canonico* deprehendantur, quæ *otioſa* vulgo dicuntur, quod ab vſu Germaniæ aliena ſint; nihilominus tamen excolenda cenſent et euoluenda, vt eo rectius doceri poſſit, ea ab *vſu Germaniæ* eſſe remota. Etiam in hoc doctrina eorum vſum præbet inſignem, vt contra imperitos, quibus fora vtplurimum circumſepta ſunt, et cum quibus dimicandum, *ſolidis rationibus* oſtendi queat, ea *vſui hodierno* haud conuenire, ſeu vt *rationes dubitandi*, inde depromtas et ſine iudicio corraſas, hoc modo elidere, et veras *decidendi* rationes ſubſtituere valeamus. z) (4) Ipſa *negotia* et cauſſarum *naturam* ſub cenſuram reuo-

z) Hinc ICtus non diſtinguit inter *veritatem theoreticam* et *practicam*, per-

reuocant, vnde facile iudicare poſſunt, ex quo iure, *domeſtico* an *peregrino*, deciſio formanda ſit? (5) Mixturam omnem *iurium diuerſorum* praecauent, ac potius id agunt, vt differentiam eorum recte enucleent, eaque cognita, quo ex principio cauſſa pro ratione *qualitatis* ſuae erui debeat, ſolerter inquirant.

EXERCITATIO XI.

AD LIB. I. PAND. TIT. II.

DE

SERVITVTE TRITVRAE FORENSIS.

§. I.

Cur bonae artes liberales dictae ſint?

Nihil vſitatius nihilque inter eruditos frequentius eſt, quam bonarum artium in quauis facultate ſtudia ſplendido *artium liberalium et ingenuorum* nomine inſignire, quod et antiquitate ſua inueterata commendatur pariter, et in ipſa rei veritate fundatum eſt. Paſſim ICti Romani in legibus mentionem huius appellationis iniece-

perpendens, vnam tantum eſſe veritatem, et ſi forſan animaduertat, iuris peregrini ſcita non conuenire negotiis his aut illis Germaniae, rationes non ex *vſu fori*, ſed ex diuerſo iure Germanico eiusque principiis petit, et in colliſione horum iurium id vnice perpendit, quodnam naturae rei aptius et conuenientius dicendum? in dubio vero *mores antiquos Germaniae* praefert. Exercitationis CHRISTOPHORVS IO. CONRADVS ENGELBRECHT in programmate erudito hanc diſtinctionem *inter practicam iuris et hodiernam praxin*; ſicuti KVLPISIVS *de ſtudio iuris publici*, diſtinctionem inter *ICtum theoreticum et practicum* abſurdiſſimam eſſe, fatetur.

fecerunt, et inter hos præcipue VLPIANVS a) aiens: *liberalia ſtudia accipimus, quæ Græci ἐλευθέρια (μαθήματα) appellant.* Vnde qui has artes profitebantur, dicebantur *ſtudiorum liberalium præceptores*, b) *liberalium artium profeſſores*, c) *liberalium ſtudiorum antiſtites* d). Ab his diſtinguebant græci artes *illiberales, ſordidas, circumforaneas*, quas vocabant ἀνελευθέρους βαναύσους, ἀγοραίους, obſeruante BVDAEO, viro doctiſſimo, e) ideo forſan, quod artes, quæ magis corporis minuſterio, quam ingenio expediuntur, a ſordidis et vilioribus mancipiis expedirentur, *artes* autem *liberales* magis honeſtioribus et ingenuis eſſent propriae. SENECA f) hoc obſeruauit diſcrimen, et, *quare*, ait, *liberalia ſtudia dicta ſint, vides, quia homine libero digna ſunt.* Poſtquam *pictura* inter *artes liberales* relata, aliunde et hoc prædicatum haud acceſſiſſe, ait PLINIVS, g) quam ex adducto fonte, addens *ſemper quidem honos ei fuit, vt ingenui eam exercerent, mox vt honeſti, perpetuo interdicto, ne ſeruitia docerentur.* Nonnunquam quidem ſerui *liberalibus artibus erudiri erant*, vt obſeruat VENVLEIVS, h) ad *propria* tamen *officia* ſeruitia non ſpectabant, quæ in alio vitæ genere ſordidiori conſiſtebant, a quo etiam paſſim in iure noſtro denominantur. Appellantur enim hinc inde ſerui *actores, diſpenſatores, Atrienſes, Oſtiarii, miniſtratores, obſonatores, cubicularii, notarii, nomenclatores, calculatores, focarii, coci, lecticarii, curſores, tonſores, ſcoparii, ſaltuarii, diætarii, topiarii, textores, tabernarii, villici, arcarii, coloni, piſtores, hiſtriones, piſcatores, pediſſequi, negotiatores, fabri, muliones, comœdi, foſſores, putatores, cupiarii, aquarii, ſymphoniaci, moliſtores,*

a) *l. 1. pr. D. de extraord. cognit.* b) *ibid.* c) *l. 10. §. 2. D. de vac. et excuſ.* d) *l. 1. C. de decr. decur.* e) *in not. ad l. 1. d. extr. cognit.* f) *ep.* 88. g) *lib.* 35. *c.* 10. h) *in l. ſ inſ. de aedil. edict.*

litores, venatores, veſtigatores, operarii, tectores, ſubulci, fornicarii, inſtitores, agaſones, paſtores, aucupes, fullones, cellarii, notarii etc. quæ miniſteria illiberalia et viliora cenſebantur, et per ſeruos vt plurimum expediebantur.

Quod vlterius illuſtratur.

§. II. Quæ quamuis ita ſint, non alienum tamen a rationibus *ſtudiorum liberalium* fore crederem, ſi conſtitueremus, etiam inde recte has artes *liberales* dici, quod potiſſimum libera mentis ingenii animique exercitatione peragantur, iudicioque, ſeruili præiudiciorum iugo haud deuincto, perficiantur, explicentur, regantur. Quid enim *liberalius* magis dici poteſt, quam, duce ratione, qua omnes artes, maxime liberales, conſtant, philoſophari, in rebus ad ſalutem communem hominum pertinentibus ſe non præciſe adſtringere ad aliorum placita ſeruili modo, ſed eadem examinare, liberam animi ſui ſententiam proferre, non attendere, quid Romæ factum fuerit, ſed quid fieri debuerit i) et id ingenua animi ratione conſtituere, quod verum iuſtumque eſſe mens libera animaduertit. Ea inprimis libertate ingenii vtebatur tempore Auguſti LABEO, qui *ingenii qualitate, et fiducia doctrinæ, qua et ceteris operis ſapientiæ operam dederat, plurima innouabat,* k) liberalior certe ATEIO CAPITONE, qui mordicus in his, quæ ei tradita erant, perſeuerabat l).

De ſeruitute artium liberalium.

§. III. Quemadmodum vero PLINIVS m) de fatis *liberalium artium* hæc obſeruauit, *peſſum iere vitæ pretia: omnesque a maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere, ac ſeruitute ſola profici cœptum;* ita ſeruitus ingenuitatem ſtudiorum ſæpius inuaſit, eamque ita deprauauit, vt vix *liberales* amplius dici potuerint. Nolo hic excurrere in omnium ſcientiarum campum,

i) *l. 12. D. de offic. præſid.* k) *l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* l) *ibid.* m) *proœm. lib. XIV.*

pium, earumque *ſeruilem ſtatum* per omnia referre ſecula, quod non diſſertationem breuem, ſed operis ingentis ſtructuram deſideraret: id unum nunc ago, vt *ſeruitutem*, quæ in *iuriſprudentiam* et *fora* irrepſit, vel binis verbis referam, ſimulque excutiam, quanta animi fiducia hoc iugum ab his, qui iuſtitiæ ſeruiunt, excutiendum ſit.

§. IV. Iam olim Romanos trituram forenſem peſſimæ et adſtrictiſſimæ ſubieciſſe *ſeruituti*, vix quiſquam in dubium vocabit, qui rationes eius ſollicite intuetur. Carminibus, formulis, verbis ſolemnibus, directis, cauillisque omnia ita oppleta erant, vt iuſtitia magis ex *verbis* eorumque ſeruili ſtructura et conceptione dependere videretur, quam ex veritate et ſolidæ æquitatis cultura. Qui vel in ſyllaba errabat, cauſſa cadebat. Notat hunc ICtorum ſeruilem agendi modum SENECA, n) et *quid aliud agitis, ait, cum eum, quem interrogatis, ſcientes in fraudem inducitis, quam vt formula cecidiſſe videatur.* Similiter CICERO o) ea de cauſſa ICtos, ſeruos illos forenſes, vocat *leguleios cautos et acutos, præcones actionum, cantores formularum, aucupes ſyllabarum.* Addit IDEM alibi, p) dignitatem in tam tenui ſcientia nullam eſſe, tam abiectæ ſeruituti obnoxia. *Res ſunt paruæ,* pergit, *prope in ſingulis litteris, atque interpunctionibus verborum occupatæ.* Rationem hanc elegantem in ſequentibus q) ſuggerit: *in omni iure ciuili æquitatem reliquerunt, verba ipſa tenuerunt,* quæ erant *laquei*, quibus incautos ſæpe circumueniebant, quod IDEM alibi r) reprobat.

De ſeruitute trituræ forenſis apud Romanos;

§. V. Quamuis vero, formulis ſublatis, ab hoc iugo paullatim liberari cœperit tritura forenſis, et paullo liberior iam a

De ſequiori ætate ſub gloſſatoribus.

n) *epiſt.* 48. o) *lib.* 1 *de orat. cap.* 55. p) *orat. pro Muren. c.* 12. q) *ibid.*
r) *Orat. pro Cæcina.*

tempore CICERONIS philoſophandi ratio in ICtorum ſcholis admiſſa, hæc tamen *libertas* non diu ſtetit, ſed, rudioribus ſeculis irrumpentibus, iacturam inſignem fecit, et fere exaruit conſenuitque. Neglectus ſanioris philoſophiæ, bonarum artium cultura ſuperficiaria, monaſtica viuendi et docendi ratio, et clericorum doctrina deprauata aliæque plures cauſſæ ad hanc *ſeruitutem* introducendam multum contulere, quibus præiudicia auctoritatis, et formularia dogmata in eum ſunt conſtituta locum, vt his ſolis ſeruire pulcrum bonumque creditum fuerit. Longum foret, ſigillatim fata huius *ſeruitutis forenſis* demonſtrare, quæ vel tangere tantum licebit. Gloſſatorum antiquorum inanis ſapientia admodum hanc *ſeruitutem* promouit, qua adeo illaqueabantur ineptum, vt tradita eorum *articulos fidei* crederent, præſertim cum fora nefas eſſe ducerent, ab eorum ineptiis recedere. Audiamus RAPHAELEM FVLGOSIVM s) ita diſſerentem. *Noſti, quanta ſit auctoritas gloſſatoris. Nonne bene dixit Cynus, gloſſam timendam propter præſcriptam idololatriam per aduocatos* (en ſeruos forenſes!) *ſignificans, quod ſicuti antiqui adorabant idola pro diis, ita aduocati* (mancipia illa forenſia) *adorant gloſſatores pro euangeliſtis. Volo enim potius pro me gloſſatorem, quam textum; nam ſi allego textum, dicunt aduocati diuerſæ partis et etiam iudices:* (qui itidem mancipia gloſſæ erant) *credis tu, quod gloſſa non ita viderit illum textum, ſicut tu, et non bene intellexerit, ſicut tu? Ergo recordor (et ſi illud pro nouo) quod, dum eſſem ſcholaris, eram ſatis acutus, et dum ſemel eſſemus multi ſocii in vna collatione, auſus fui vnum textum allegare contra ſententiam doctoris mei: tantam audaciam habui. Dixit vnus ſocius: tu loqueris contra gloſſam, quæ dicit ſic? Et ego reſpondi: et ſi*

gloſſa

s) in *l. ſi ſolutum. C. de oblig. et action.*

gloſſa dicit ſic, ego dico ſic, ignarus auctoritatis gloſſatorum. Credebam enim, quod eſſent communes apoſtillae, quales ſunt in libris grammaticae, ſicut ſuper Virgilio et Ouidio. Sed tamen non ita eſt, fuerunt enim gloſſatores maximae ſcientiae viri et auctoritatis. Etſi aliud non eſſet, quam gloſſarum ordinatio et de quibus poteſt dici id, quod arbitror de nullo dici poſſe, videlicet quod totum corpus iuris viderunt. Magis ergo ſtandum eſt eis, qui viderunt, quam nobis, qui non videmus. Nihil verius forſan vnquam protulit FVLGOSIVS hac ſententia, qua ſe *caecum* eſſe et *nihil videre* aſſerit. adeo enim ſtupide, ex ſeruili ingenio, philoſophatur, vt non mirandum ſit, a gloſſatoribus eum captiuum ductum, et pro mancipio habitum fuiſſe. Neque vero liberalius pontifices in ſuis Decretalibus egerunt, ſed, quantum fieri potuit, dominanti gloſſae colla ſua ſubdiderunt, et ita errores gloſſatorum in foris propagarunt.

§. VI. Vtinam vero haec ſeruitus aliquando ex foris noſtris penitus euerteretur, cuius veſtigia adhuc hodie nonnunquam deprehenduntur, vtut ad maiorem *libertatem*, qua maiores noſtri deſtituti erant, reſuſcitatis liberalium artium ſtudiis, vocati et perducti eſſe videamur. Quod enim adhuc hodie plurimis in iudiciis mordicus inſiſtatur inueteratis quibusdam ſententiis, (quarum errores tamen in oculos incurrunt, nec ſequendi amplius erant,) t) pronunciandi formulis et inanibus ſchematibus, non aliunde quam ex *ſeruitute triturae forenſis antiquae* petendum, quam gloſſatores in tribunalia introduxerunt, et a qua nec hodie penitus liberata ſunt. Interim lubens fateor, praxin forenſem hodiernam, cum antiqua comparatam, magis de *libertate* glo- *De eius veſtigiis in foris hodiernis.*

t) *l. 39. D. de LL.*

riari poſſe, nec deeſt ſpes probabilis, pedetentim eandem paullo plenius reductum iri.

Præſertim in ſtilo curiæ.

§. VII. Id vnicum tamen in quibuſdam iudiciis obſeruare licet, triturum forenſem ſeruituti verborum et formularum quandoque adhuc ſubiici, ex ſubtili quorundam ICtorum ingenio, qui praxeos huius fabricatores fuere. Neque enim leges ſcriptæ *ſtylum curiarum*, quem vocant, efformant, ſed curiarum præſides, adſeſſores, eorumque adiutores, quem efformatum explicant, limitant, reſtringunt, et vno verbo id agunt, vt ſæpe in antiquorum aucupum verborum claſſem referendi eſſe videantur. Seruitus hæc ſtili curiarum potiſſimum originem habet ex *ſerui ſeruorum* cura, quæ admodum ſollicita eſt, pro conſeruando, explicando et determinando hoc idolo, vt vel AMYDENIVS, v) HIERONYMVS PAVLVS BORCHINI x) aliique docent. Non quidem penitus hanc procedendi formam reprobo; ſed illam tantum noto ſeruitutem, quod ſtricte eius cancellis inhæreant, et verborum laqueis magis quam iuſtitiæ regulis inſiſtatur. Cape exemplum. Si vulgato more probatio actori iniungitur, reo reſeruari ſolet reprobatio cum poteſtate iuramentum deferendi. Quid ſi *reprobationis* tantum mentio fiat, ſine *iuramenti* reſeruatione? anxii, undique ſunt in admittendo iuramento, quod illud non ſit reſeruatum, et ſententia ſtricte accipienda. At vero huius *ſtricta ratio* eo in ſenſu, quem in praxi effingunt, haud probanda eſt, cum quod iuris eſt, quod ex lege reo competit, haud neceſſe ſit reo reſeruare, multo minus ergo formula ſententiæ ita accipienda, vt denegatum reo videatur, cuius ſpeciatim in ſententia haud fuerit facta mentio.

§. VIII.

v) *de ſtylo Dataria.* x) *pract. cancellar. cum ſtylo et forma in curia Romana vſitatis.*

§. VIII. Ceterum cum in tritura forenſi deſideria litigantium in ſcriptis vel viua voce proponenda ſint, prout ratio proceſſus id poſtulat, optime ſine dubio agunt, qui rationem modumque proponendorum in foris oſtendunt, et hoc ipſo docent methodum, ius ad factum recte adplicandi. Quamuis enim in hac certæ formulæ foris hodiernis accommodatæ praeſcribi ſoleant, id tamen minime ea fit intentione, vt libertas in modo deſideria mentis ſuæ proponendi tollatur, ſed vt via monſtretur, qua, ſalua libertate variandi ſtylum, in poſterum in praxi eundum ſit. Hoc conſilio ante plures annos ego ipſemet tractatum *de actionibus* conſcripſi, formulis libellorum frequentiſſimis inſtructum, vt quæ ſit actionum proponendarum rite concipiendarumque ratio, inde conſtare queat, quamdiu vt *ſeruiliter* formulis iisdem inſiſtatur, nemini nec auctor nec ſuaſor fuerim. Addidi ſingulis actionibus *exceptiones* peremtorias *communes et proprias*, quarum proponendarum ritum vel ideo addere non potui, quod ſcopo meo primario formandorum libellorum rationem conuenire, ex ſeparato labori hanc curam relinquendum eſſe crederem. *Velle tamen eſt, noſſe formulas tam actionum,*

§. IX. Iam ante plures annos ICtus Lipſienſis celeberrimus, QVINTVS SEPTIMIVS FLORENS RIVINVS in enucleandis *exceptionum dilatoriarum* formulis occupatus fuit, *peremtoriarum* adplicationem generalem ſine dubio additurus, ſi vita diuturniori gauiſus fuiſſet. Hac ſpe licet fruſtrati ſumus, ſpecimen tamen *exceptionum dilatoriarum* optime elaboratum oſtendit, eum æque facili opera etiam *peremtoriarum* proponendarum methodum tradituruin fuiſſe, qua *dilatorias* explicuit. Ad vſum quidem *fori Saxonici* ſpecimen prælaudatum accommodauit, nihilominus tamen etiam illorum deſideriis inſeruire poteſt, qui *Quam exceptionum, quarum ſpecimen dedit Riuinus;*

 qui

qui extra Saxoniam in forum prodire, et iuris doctrinam in vſum deducere allaborant, cum nec eius intentio fuerit, vt formulis a ſe traditis ſtricte inhæreatur, ſed vt tantum manuductio quædam illis, qui inter ſtrepitus forenſes tuto verſari volunt, ſuppeditetur, quæ facili opera ad cuiuſcunque fori peculiarem obſeruantiam et vſum accommodari poteſt.

EXERCITATIO XII.

AD LIBR. I. PAND. TIT. III.

DE

SANCTIONVM PRAGMATICARVM INDOLE ET AVCTORITATE.

CAPVT I.

DE

SANCTIONIBVS PRAGMATICIS EX MENTE IVRIS ROMANI.

§. I.

Argumenti dignitas.

Sanctiones pragmaticæ cum in imperii Romani ſcriniis maxime frequentatæ, tum in imperio noſtro Germanico et olim haud incognitæ fuerunt, et etiamnum ſummopere celebrantur. Neminem niſi ſui temporis incurioſum ignorare autumo, omnes Europæ principum curias *ſanctione* iſta *pragmatica* occupari, quam inuictiſſimus imperator glorioſiſſimæ memoriæ CAROLVS VI. de ſucceſſione futura in regnis prouinciiſque Auſtriacis omni ſtudio atque prudentia eri-

gen-

gendam curauit; vt ideo accuratiori conſideratione digna omnino de *ſanctionibus pragmaticis* doctrina videatur, vt vel inde adpareat, quo ſenſu quaue occaſione appellatio *ſanctionum pragmaticarum* ex iuris Graeco-Romani penu in Germaniam tranſierit, quodue pondus illa hodie habeat.

Etymologica conſideratio ſanctionum pragmaticarum.

§. II. Quae vero AVLVS GELLIVS a) in LABEONE ANTISTIO *in primis commendanda eſſe* putauit, quod videlicet latinarum vocum origines rationesque percalluerit, eaque praecipue ſcientia ad enodandos pleroſque iuris laqueos vſus ſit: ea cum cuilibet iurium indagatori tum de *ſanctionibus pragmaticis* acturo in exemplum atque imitationem propoſita eſſe agnoſco. Videlicet *ſanctionis pragmaticae* vocabula, raro in iurisprudentia exemplo, *graecae* ſimul et *latinae originis* ſunt, cum pleraeque, b) quae iuris notiones complectuntur, voces non peregrinae ſed ex ipſo Latio ſint repetitae. *Sanctionis* quidem vox extremam legis partem c) apud Romanos denotabat, qua de *perpetua* eius *ſanctitate* cauebatur, poena grauiori iis irrogata, qui praeceptis legis non obtemperauerint. Inde CICERO d) *leges ſacratas fuiſſe* ſcribit, *aut genere ipſo, aut obteſtatione legis, aut poena, cum caput eius, qui contra faxit, conſecratur.* Nam praeter alias poenas, legibus adiici ſolitas, haec maxime formula ſolennis fuerat: *qui contra faxit, ſacer eſto.* e) *Cum itaque leges per huiuſmodi formulas veluti ſanctae* cenſerentur, ſeu, vt vocabulo exinde compoſito vtar, *ſancirentur*: f) *hae legum clauſulae* SANCTIO-

Vox graeca et latinae originis.

Extrema legis pars ſanctio.

a) *In noctibus Atticis L. XIII. cap.* X. b) Nam pedetentim quaedam ex graeco ſermone in iurisprudentiam noſtram adſumta ſunt, vt vel appellatio *hypothecae*, et *pragmaticorum* in *l. 9. §. 4. de poen.* docet. c) *L. 41. D. de poenis.* d) *In Orat. pro Cornelio Balbo cap. XIV.* e) BARNABAS BRISSONIVS *de formulis populi Rom. lib. II. n. XX. p. 119.*

f) §. 10. *Inſt. de rerum diuiſione.* Quid? quod *ſancire* idem ſaepe, quod *ſtabilire*

Et leges ipſæ ſanctiones dictæ.

SANCTIONES dictæ, et ipſæ tandem leges ſub oratoria, quæ *partis pro toto* vocari ſolet, figura hac voce denotari cœperunt, inſtar conſtitutionum ſanctarum et ab omni violatione exemtarum, vt ideo τὸ *ſancire* idem ſit, ac aliquid *ita conſtituere, vt eadem, qua res ſanctæ, ratione impune violari non poſſit.* Cum qua explicatione optime conſpirant, quæ non ſolum MARCIANVS habet in *l. 8. D. de rerum diuiſione*, qui in commune *ſanctum* appellat, quod *ab iniuria hominum defenſum atque munitum eſt;* ſed etiam quæ exinde IVSTINIANVS in *§. 10. I. de rer. div.* ad *leges* eleganter transfert, quippe qui ideo eas legum partes, quibus *pœnæ* in eos, qui contra leges fecerint, conſtituuntur, *ſanctiones* vocari affirmat.

Πράγματα Græcis cauſſæ publicæ.

§. III. *Pragmatici* appellatio originis græcæ ciuitate Romana donata eſt, vox vſitata admodum, et in curiis ſcriniisque principum frequentata. Πρᾶγμα Græcis in genere *rem* ſeu *negotium* audit. Quemadmodum vero RES in auguſtiori ſignificatu apud Romanos *cauſſas publicas* earumque rationes denotant, eaque propter principes *rebus præeſſe*, et *ſummam rerum tenere* dicuntur. ita eodem apud Græcos ſenſu *πράγματα cauſſas et negotia publica* deſignarunt. g) In *concilio* h) *Conſtantinopolitano III.* principes ita alloquuntur patres: *εὐλαβέςατοι τῶν πραγμάτων δεσπόται, piiſſimi rerum domini.* Eodem ſenſu πραγ-

plectere et *puniri* ſit, obſeruante BVDAEO *in forenſ. p. m. 44.* Illuſtrat hoc ipſum loco valde accommodo CICERONIS *ex lib. 3. de LL.* deſumta ſententia *Noxiæ pœna par eſto. Quiſ quis plectatur: vis capite avaritia mulcta: honoris cupiditas ignominia* SANCIATVR.

g) Frequentes ſunt Græcorum ſententiæ οἱ τὰ πράγματα ἔχοντες, οἱ ἐν τοῖς πράγμασι, primates *qui res adminiſtrant*, πρᾶγμα γενέσθαι, *munera publica obire* vid. *Dictionarium Græco-Latinum Romanum voce* πραγματικά.

h) Apud HARDVINVM *in actis conciliorum tom. III. p. 1111.*

πραγματικοῖς SVIDAS i) interpretatur rerum tractandarum peritum. Tandem πραγματικὸν omne id, quod circa cauſſas publicas verſatur, ſignificabat, quo ſenſu illo apud CICERONEM in litteris ad Atticum k) venitur: tu ſi quid, inquit, πραγματικὸν habes, ſcribe. Inde reſcripta in cauſſis publicis lata Graecis πραγματικὰ ἀντιλήματα l) vocabantur, quod cauſſae publicae in illis exponerentur cum ſuis cauſſis, et latius proponerentur, eodem ſenſu, quo pragmaticam hiſtoriam dicimus, id quod in adnotatione haud fiebat m). Illuſtre teſtimonium habes in canone XII. concilii Chalcedonenſis, n) cuius haec in primis verba notanda: διὰ πραγματικῶν βασιλικῶν τὴν μίαν ἐπαρχίαν εἰς δύο κατατέμνειν. ſeu ut latina verſio habet per pragmaticam formam in duo principatus unam diuiſerunt.

Vnde reſcripta, in cauſſis publicis lata, πραγματικὰ ἀντιλήματα vocantur.

§. IV. In eruenda *pragmaticarum ſanctionum* etymologia in aliam ſententiam abit praeſtantis doctrinae vir IACOBVS GOTHOFREDVS, o) cum SALMASIO p) obſeruans, *reſcripta imperialia* quaeuis Romanis FACTO appellata fuiſſe, quod paucibus ſcilicet verbis, et longiori tractatu habito, concepta eſſent, eoque ſenſu πραγματικὰ vocari Graecis. Quae autem vir doctus huius ſententiae ſtabiliendae ergo in medium profert argumenta, nec omni exceptione maiora eſſe, nec cauſſam omnem conficere videntur. IVLII CAPITOLINI q) potiſſimum teſtimo-

Reiicitur Etymologia Gothofredi et Salmaſii, qui reſcripta eodem modo, quo Romanis Facta, Graecis pragmatica appellata eſſe cenſent.

Obiectio I. ex Iulio Capitolino.

Eee

i) *Tom. III. p.* 131. k) *Lib. XIV. epiſt. III.* l) *Apud* HARDVINVM *l. c. tom. II. p.* 606. m) SALMASIVS *de ſubſcript. et ſign. teſtam. c.* 16. *p.* 266.

n) Vel etiam πραγματικοὶ τύποι dicuntur in *Baſilicis L.* 23. *et* 24. *de principibus et legibus principis edd. tom. II. p.* 119. *et* 121. ... Alia πραγματικὰ in concilio *Chalcedonenſi* apud HARDVINVM in *act. concil. tom. II. p.* 437. *E.*

o) In commentario ad cod. *Theodoſianum lib. I. tit.* 1. *l.* 9. *tom. I. p.* 25. p) In not. ad *Capitolin. in vita Gordian. c.* 5. q) In vita *Opilii Macrini cap. XIII.*

ſtimonio vitur, de OPILIO MACRINO ſic diſſerentis: *Fuit in iure non incallidus, adeo ut ſtatuiſſet, omnia reſcripta veterum principum tollere,* ut IVRE non RESCRIPTIS *ageretur: nefas eſſe dicens leges videri Commodi et Caracalli et hominum imperitorum voluntates, cum Traianus ad libellos nunquam reſponderit, ne ad alias cauſſas* FACTA *praeferrentur, quae ad gratiam* COMPOSITA VIDERENTVR. *Quem locum* GOTHOFREDVS ita interpretatur, vt FACTA pro nomine ſubſtantiuo eiusdem cum *reſcriptis* ſignificatus explicet, cum tamen ex integro verborum nexu pateat, *facta* ad *reſcripta* principum, in praecedentibus memorata, et poſtea per appellationem *compoſitorum* ſe referre, quippe de quibus ſermo fuerat: ideoque hunc verborum CAPITOLINI ſenſum eſſe, ne reſcripta, *quae ad gratiam compoſita videbantur, tanquam ad alias cauſſas facta, data, et impetrata,* legibus praeferrentur. Vt plurimum reſcripta in cauſſis priuatorum, ſine matura cauſſae cognitione et ſaepe in gratiam ſupplicantis impetrabantur, quam ob rem TRAIANVS ad *libellos* nunquam reſpondiſſe dicitur, h. e. ad nudas preces ſupplicantium, ſeu ad *libellos ſupplices,* quod indicat *tit. C. quomodo libellus proc. datus etc.* Hoc ſenſu VLPIANVS ait. r) *omnia, quaecunque cauſſae cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt,* eorum iudicio, reſcripta ad eiuſmodi libellos data, debita cauſſae cognitione caruiſſe. Alterum teſtimonium, quod ex IVLIO CAPITOLINO s) profert, ita ſeſe habet. *Exſtat eorum acclamatio, quae a Iunio in litteras relata eſt. Nam cum quodam die* FACTVM IMPERATORIVM *legeret, atque a proconſulibus Scipionibus coepiſſet, acclamatum eſt: Noue Scipioni,* vere

Reſp. quod illi Facta pro nominibus ſubſtantiuis accipi nequeant, ſed ſe referant ad reſcripta principum.

Obiect. II. ex eodem ſcriptore.

r) In L. 71. de R. I. L. 9. §. 1. de off. proconſ. s) In Gordiano cap. 5.

alteri Scipioni, Gordiano proconſuli. Memorat CAPITOLINVS, Gordiano Africæ Proconſuli ab Afris acclamatum fuiſſe; velut alteri et vero Scipioni. Cuius rei hanc oſtendit occaſionem, GORDIANVM videlicet *factum imperatorium*, ſeu, vt interpretor, *res geſtas* ducum et imperatorum legiſſe, in iisque primum occurriſſe *Scipionum geſta*, eoque ſtatim momento ipſi eſſe acclamatum. Quæ interpretatio rerum circumſtantiis congrua eſt, cum contra illa, quam GOTHOFREDVS cum SALMASIO t) proponit, petit id, quod eſt in principio, illis *factum imperatorium* de *reſcriptis pragmaticis* explicantibus, cum tamen iſta voce *ſanctiones pragmaticas* venire, nondum fuerit probatum, nec ex adducto loco probari queat; quis enim vnquam dixerit, SCIPIONES *proconſules reſcripta pragmatica* edidiſſe, quorum *factum imperatorium* tamen legiſſe dicitur GORDIANVS, vt miror GOTHOFREDVM a SALMASIO ſe decipi paſſum fuiſſe. Denique ſi appellatione *facti*, abſolute poſiti, *reſcripta pragmatica* eſſent intelligenda, quæuis reſcripta etiam in vſus priuatorum data, horum appellatione venirent, de quibus locus CAPITOLINI prior primario accipiendus, quod tamen ipſemet SALMASIVS haud admittit. Tandem prouocat ad SCALIGERVM, qui in *Auſonianis lectionibus* primus vulgauit conſtitutionem FL. CONSTANTINI, cuius inſcriptionem IVRETVS *ad Symmachum* hanc fuiſſe dicit. FACTVM FL. CONSTANTINI AD AGRICOLAM *præf. prætorio* GALLIARVM. Enimuero vix quiſquam dubitabit, *edictum* hoc *loco* ſubintelligi, vel *reſcriptum*, quod ad *præfectum prætorio fecerat*. Denique quamuis prætores olim ſuis edictis adſcriberent *bonum factum!* omnis tamen ratio huius formulæ non in voce *facti*, abſolute

Reſp. quod ibi per Factum imperatorium *res geſtæ imperatorum ſeu ducum belli denotentur.*

t) Ad *Iulium Capitolinum l. c.*

ſolute poſiti, ſed in particula adiectitia *boni* conſiſtebat, ſine quo haud indigitabat, quod indigitare debebat. Vt praetereamus, huius vocis vſum in *ſcriniis imperatorum* non inualuiſſe, cum in tot conſtitutionibus, *codici Iuſtinianeo* et *Theodoſiano* inſertis, nuſpiam reperiatur, *facta* loco *reſcriptorum* adhiberi, ideoque credibile non ſit, *reſcripta pragmatica* eo ſenſu, quo antea *Facta* dicta eſſe adferuntur, poſt *pragmatica* eſſe appellata. Ceterum *ſanctio pragmatica* ſubinde abſolute vocatur *pragmatica* u) vel etiam *ſacra pragmatica* x), *pragmatica forma* y), *diuina pragmatica lex* z), *pragmaticum reſcriptum* a), *pragmaticus typus* b) et quae ſunt eius generis alia.

Synonima ſanctionum pragmaticarum.

Sunt ſpecies reſcriptorum.

§. V. Euoluta etymologia, *ſanctionum pragmaticarum* conceptus penitior et indoles eruenda eſt. Sciendum itaque eſt, ſanctiones pragmaticas fuiſſe reſcriptorum ſpeciem ad inſtantiam et petitionem quorundam emiſſam atque prolatam. Id non tantum generatim demonſtrat rubrica Codicis *de diuerſis reſcriptis et ſanctionibus pragmaticis*, docetque, ſub hoc titulo varias reſcriptorum ſpecies et ſpeciatim *ſanctiones pragmaticas*, certe eorum ſpecies, referri, ſed clariſſime etiam enunciat *l. 7. C. tit. cit.* atque deſignat, ad *fuſas preces* ſanctiones pragmaticas editas fuiſſe. Illuſtrat hunc conceptum *collatio tertii edicti cum Do-* nati-

Rarum ratio eruitur (I) ex [illegible]

u) Vt in *L. 16. cod. Theod. de ann. et tribut. L. 3. C. Th. de decurionibus L. 42. cod. Theod. de haeretic.* et in *concilio Chalced.* apud HARDVINVM *c. l. tom. II. p.* 644. *et* 457.

x) In *Nov. CXXI. in f.* in *edicto IX.* IVSTINIANI, et in *conſtitutione Tiberii*, quae inſcribitur, *ſacrum pragmaticum* TIBERII *Auguſti* nec non in *concilio Epheſino* apud HARDVINVM *c. l. tom. I. p.* 1710., vbi θεῖον πραγματικὸν appellatur.

y) In *edicto VII.* IVSTINIANI et in *concilio Chalcedon.* apud HARDVINVM *c. l. tom. II. p.* 606.

z) In *Novell. LXIV. in f.*

a) In *collectione Carthaginienſi cognit. III. n. XXXIII.* apud HARDVINVM *tom. I. p.* 1149.

b) In *Novell. VII. c. IX.* et in *concilio Chalcedonenſi*, apud HARDVINVM *tom. II. p.* 457.

natiſtis ab AVGVSTINO c) relata, quam iuſſu et auctoritate HONORII imperatoris, Catholici cum Donatiſtis, præſente tribuno et notario MARCELLINO iudice et cognitore, inſtituerant, ut ipſum reſcriptum imperatoris apud AVGVSTINVM d) relatum indicat. In collatione et diſputatione tertii diei Donatiſtæ præiudicialem quæſtionem decidendam eſſe conſtituerunt, quisnam *petitoris* et quis *defenſoris* partes ſuſtinere deberet, ut *forenſi more* cum ipſis ageretur. Catholici contra urgebant, *cauſſam eccleſiæ non forenſibus formulis, ſed magis diuinarum ſcripturarum teſtimoniis agendam eſſe*, atque inanem, ut putabant, quæſtionem omittendam. In hoc conflictu eo peruentum eſt, ut IMPERATORIS PRAECEPTVM, *quo collationem iuſſiſſet fieri, legeretur, ut eo modo petitorum perſona conſtaret. Præcepto ergo imperiali recitato, collationem petiiſſe Catholicos, declaratum eſt, eumque eſſe conceſſum.* Ne ſic quidem acquieuerunt Donatiſtæ, ſed etiam *preces, quibus ab eis illa collatio petita eſt, poſtulare cœperunt*, quibus tamen regeſſit cognitor, in PRAGMATICO RESCRIPTO *preces inſeri non ſolere*, quod apertiſſime prodit, has ſanctiones *ad preces* quorundam editas prolatasque fuiſſe, quæ in ſequentibus ea de cauſſa *imperiales litteræ* a cognitore vocantur. Ex adductis circumſtantiis adparet 1) *pragmaticum reſcriptum* fuiſſe editum ad inſtantiam *uniuerſitatis Catholicorum* 2) in hoc collationem, præſente cognitore, inter hos et Donatiſtas fuiſſe præceptam 3) *pacis publicæ* reducendæ cauſſa; 4) preces tamen eiuſmodi reſcriptis haud neceſſario fuiſſe inſertas, quod ratio ſalutis publicæ promouendæ ſufficere viſa fuerit, ad præceptum iniunctum expediendum. 5) eandemque rationem poſtulaſſe, ut pragmatica reſcri-

reſcripto pragmatico Honorii de collatione inter Catholicos et Donatiſtas inſtituenda.

quod (1) ad preces uniuerſitatis Catholicorum, (2) de collatione inter eoſdem et Donatiſtas inſtituenda, (3) pacis publicæ ergo, (4) precibus

c) *Tom. IX. oper. p. 554. edit. Pariſ.* d) *Tom. IX. in append. p. 49.*

tamen reſcripta non inſertis,

(5) adhibito conſilio maturiori datum erat

(II) ex conſtitutione Zenonis.

Earum definitio.

reſcripta *adhibito conſilio et prolixiori ſtilo* [illegible] tis publicae cauſſam concernerent, quod etiam [illegible] SALMASIVS *cit. l.* Hanc notionem pragmaticarum [illegible] num confirmat imperator ZENO e) et *ſanctiones pragmaticas*, inquit, *non ad ſingulorum preces ſuper priuatis negotiis proferri. Sed ſi quando corpus aut ſchola vel officium vel curia vel ciuitas vel prouincia, vel quaedam uniuerſitas hominum ob* CAVSSAM PVBLICAM *fuderit preces, manare decernimus, ut in his etiam veritatis quaeſtio reſeruetur.* Ex his praemiſſis ſequentem ſtruo definitionem, quod SANCTIONES PRAGMATICAE *ſint reſcripta imperatorum ad cuiuſdam uniuerſitatis vel officii publici preces, praeuio conſilio ſanctiori, de cauſſa publica prolixiori ſtilo edita.* Equidem in *cit. l. 7.* haud memoratur, ſanctiones pragmaticas *adhibito conſilio ſanctiori* editas fuiſſe; recte tamen obſeruant CVIACIVS, f) DIONYSIVS GOTHOFREDVS, g) et IACOBVS GVTHERIVS h), eam circumſtantiam addendam eſſe, eiusque fundamentum petunt ex *l. 15. C. de prox. ſacror. ſcrin.* Etenim in *cit. l.* IVSTINIANVS ſanctionis pragmaticae, *ſuggerente Proculo*, emanatae mentionem inicit, indeque colligunt laudati interpretes, PROCVLVM fuiſſe in conſilium adhibitum, id quod quidem non adeo perſpicue requiſitum hoc probat, infra tamen §. XVI. aliis ex argumentis declarabitur. Inde vero ſimul liquet, iuſto anguſtiorem eſſe, quam PETRVS DE MARCA, i) ſibi format *ſanctionum pragmaticarum* notionem, atque ad illas ea demum reſcripta, quae ad *componendas prouin-*

Ex L. 15. C. de prox. ſacror ſcrin. fruſtra probatur, illas adhibito ſanctiori conſilio fieri debere.

Petri de Marca definitio nimis anguſta.

e) *L. 7. C. de diuerſ. reſcript.* f) In *paratit. ad cod. lib. I. tit. 23.* g) In *not. ad cit. tit. lit. t et ad l. 2. C. de honorum petit. ſubl. et l. 15. C. de prox. ſacror. et ſcrin.* h) De *offic. dom. Aug. lib. I. c. 32.* i) De *concord. ſacerd. et imp. lib. VI. c. 9. n. 3. p. 327. edit. Lipſ.*

prouincias miſſa erant, refert, quæ vnica cauſſa tamen indolem *pragmaticorum reſcriptorum* non exhaurit, vt vel reſcriptum HONORII, de collatione inter Donatiſtas catholicosque inſtituenda, antea relatum docet.

§. VI. Definitionis datæ declaratio non poteſt rectius conuenientiusque inſtitui, quam ex collatione *ſanctionum pragmaticarum*, cum reliquis *reſcriptis*, et inde deductis differentiis. Etenim 1) dictum eſt, *pragmaticas ſanctiones ad preces* corporis, vniuerſitatum, vel magiſtratuum, atque officialium publicorum editas prolatasque fuiſſe, qua de cauſſa MARCELLINVS *iudex et cognitor in cauſſa* Catholicos inter et Donatiſtas datum reſcriptum HONORII *pragmaticum* vocat, quod ad *inſtantiam et preces Catholicorum epiſcoporum*, pacis reducendæ cauſſa, emiſſum fuerit. In hoc quoque ZENO in *cit. l. 7.* illuſtrem et manifeſtam harum ſanctionum a *ceteris reſcriptis* differentiam conſtituit, quæ *ad ſingulorum ſiue priuatorum preces* ſuper cauſſis priuatis proferebantur, communi *reſcriptorum*, item *adnotationum* vel *ſubnotationum* k) nomine deſignata, et a *pragmaticis ſanctionibus* diſtincta. *Sacro encauſto* hæc ſubnotatio fiebat, h. e. *cocti muricis & triti conchylii ardore*, vt loquitur LEO imperator l), cuius vſus omnibus interdictus erat, ſolis ſcriniis reſeruatus, *quibus magiſter officiorum* præerat, ad quem lex adducta LEONIS directa eſt m), idque in hunc finem, vt falſariorum imitationem litterarum principalium præcauerent n). Alibi imperator ZENO ſollicite diſtinguit *ſanctiones pragmaticas, reſcripta* et *adnotationes*. o) Eadem ratione THEODOSIVS

Horum differentia a ceteris reſcriptis. Differentia I. ſanctiones pragmaticæ ad vniuerſitatis cuiusdam preces dabantur.

at (1) reſcripta ad priuatorum tantum libellos,

hæc adnotationes vel ſubnotationes dicta,

k) *l. 1. C. de precib. imp. offer. l. 6. C. de diuerſ. reſcript.* l) *l. 6. C. de diuerſ. reſcript.* m) *l. cit. l. 6.* n) *Conf.* IAC. GOTHOFRED. *ad l. 5. C. Theod. ad L. Cornel. de falſis* et STRVV. *de vno cum ... ſacri encauſti c. vlt.* o) *l. un. C. de mandat. princ.*

SIVS et VALENTINIANVS p) *adnotationem* ceteraque *reſcripta vulgaria*, paucis mentem reſcribentis deſignantia, a *pragmatica ſanctione* diſcernunt. In hoc porro differebant *pragmaticæ ſanctiones* ab *edictis* principum, quæ de quibuſcunque cauſis priuatis & publicis, ſed *proprio motu*, non ad preces quorundam, promulgabantur, atque a potiori *legis* proprie dictæ *generalis* vigorem habebant. Parum vero intererat, vtrum ad ipſum principem collegiorum ſeu vniuerſitatum preces dirigerentur, an vero *præſes* prouinciæ vel proconſul vel alius *magiſtratus preces* et *querelas* ſibi oblatas principi ſuggereret. Cuius rei inſigni q) exemplo ſunt IVSTINI imperatoris *pragmatica conſtitutio de filiis libertarum in Africam directa*, ad *Theodori* Afrorum querelas proponentis, ſuggeſtionem decreta, iuxta atque ſacratiſſimi IVSTINIANI *ſanctio pragmatica*, *Vigilii Romani* epiſcopi petitione ad vtilitatem eorum, qui occidentales partes inhabitabant, edita, quæ hodienum adhuc extant adiectæ *Codici Iuſtinianeo*. Ex his lumen accipit §. IV. *conſtitutionis de Iuſtinianeo codice confirmando*, vbi ciuitatibus vel corporibus vel ſcholis vel ſcriniis vel officiis vel *alicui perſonæ* impertiri dicuntur. Quamuis enim principes ad ſupplicationem cuiuſuis *perſonæ* non per *ſacras pragmaticas formas* verum per *reſcripta* reſponderent, aliter tamen res ſeſe habet, vbi *perſona publica*, veluti magiſtratus, vniuerſi collegii deſideria ſuggerit; cum parum interſit, vtrum ipſa vniuerſitas, an ipſius nomine alius principem ſupplex adierit: ideoque hoc caſu omnino *pragmatica* ferebantur, eoque ſenſu in laudata conſtitutione *alicui perſonæ* dari dicuntur. Accedit et hoc, quod

(2) *edicta principum non ad preces quorundam, ſed proprio motu.*

Vniuerſitatum preces vel immediate, vel mediate, v. g. per magiſtratum, ad principem deferebantur.

ſan-

p) *L. 1. C. de mand. princ.* [illegible] *L. fin. C. de petit. bonor. ſublatis.* q) *Conf. L. 13. C. de* [illegible]

ſanctiones pragmaticæ non ſemper ad ipſam, quæ ſupplici principem libello adierat, vniverſitatem, ſed ad *ſuperiorem* plerumque, cui illa ſuberat, magiſtratum fuerint perſcriptæ; vt, quæ *cauſam publicam* concernerent, per iudicem et magiſtratum effectui mancipparentur. Itaque et hac ratione *perſonæ cuidam conceſſæ* dici poterant: id quod vnico *ſanctionis pragmaticæ* IVSTINIANI, r) de *argentariorum contractibus* teſtimonio illuſtrare ſufficiet, quæ ad argentariorum quidem, qui Romæ degebant, collegii preces ſcripta eſt, ſed ad *vrbis præfectum* TRIBONIANVM executionis ergo directa.

§. VII. Alterum (II) diſcrimen, quod ex loco AVGVSTINI ſupra allatum, ipſas *preces* concernit, quæ regulariter ſacris iuſſionibus inferendæ erant, ſed in *pragmaticis ſanctionibus* omitti ſolebant, quamvis nonnunquam preces et ſupplicationes collegiorum in eiſdem relatæ fuerint, vt declarant *edicta VII. et IX.* IVSTINIANI de *argentariorum contractibus*, poſt *Novellas* allata, cum conſtitutione IVSTINI imperatoris *de filiis libertorum*, et *ſacra pragmatica* TIBERII de *confirmatione* præcedentis conſtitutionis IVSTINI. Quod autem in *ſanctionibus pragmaticis* ſæpius preces et ſuggeſtiones omitterentur, inde factum fuiſſe videtur, quod hæ ſacræ conſtitutiones *cauſas publicas* concernerent; vtilitati autem publicæ invigilare, ſuprema imperatoris lex ſummumque eſſet officium, cui non ſolum ſubditorum precibus monitus ſed *ſponte* etiam ſatisfacere tenebatur. Præterea licet reſcripta pragmatica *occaſione ſupplicationis*, ab vniverſitate quadam factæ, decreta ſint: *generalem* tamen legis *vim*, ſi id e republica eſſe videbatur, vpluri-

Differentia II preces ſupplicantium regulariter ceteris reſcriptis inſeruntur, non vero ſanctionibus pragmaticis.

Cauſa I. quod cauſas publicas concernunt, de quibus princeps etiam ſponte cavere ſolet.

Fff mum

r) Quæ inter IVSTINIANI edicta, corporis iuris edicto IX. locum occupat.

II. quod ſimul legum generalium vim obtineant.

mum obtinuerunt, ita vt imperator libello ſupplici reſpondens ſimul *legem generalem* ſanxerit s), ideoque preces ſibi oblatas ſilentio præterire maluerit. Nata inde eſt regula, *pragmaticis ſanctionibus preces inſeri non ſolere* t), ad quam, vt ſupra dictum eſt, prouocat MARCELLINVS, quod etiam illuſtratur ex *collatione Carthaginenſi cognitione III, n. XXXVIII.* u), epiſcopo, qui *reſcripti preces* prælegendas cenſebat, ita reſpondente iudice: *Peritiam ſanctitatis veſtræ arbitror non latere, pragmaticis reſcriptis preces inſeri non ſolere*, id quod ſupra ex AVGVSTINO etiam probatum dedi.

Differentiæ III. cetera reſcripta in diuerſis, ac ſanctiones pragmaticæ, ſcriniis expediebantur.

Quot ſcrinia? horum quatuor.

Præerant illis magiſtri et proximi.

§. VIII. Porro (III) ſanctiones pragmaticæ ratione *expeditionis* a *reſcriptis*, ad *priuatorum preces* emiſſis, differebant, quod in *diuerſis ſcriniis* fuerint exaratæ atque cuſtoditæ. *Scrinia* dixerunt veteres *pluteos vel armaria, in quibus commentarii breues, edicta, epiſtolæ, libelli aliaque litteraria documenta condebantur*, vt ait PANCIROLLVS *in not. dignit. imp. orient. c. 94. apud* GRAEVIVM *tom. VII theſ. antiq. Rom. p.* 1579. Quatuor in primis ſacri palatii *ſcrinia*, in quibus principum conſtitutiones expeditæ ſunt, ac cuſtoditæ, ſub Romanis imperatoribus viſitata fuerunt, *memoriæ* videlicet, *epiſtolarum, libellorum,* ac *diſpoſitionum* ſcrinia x). Tribus prioribus qui præfecti erant, *magiſtri* appellati ſunt y), vel teſte LAMPRIDIO z), *ab epiſtolis et libellis et a memoria*, qui *ſcrinia gerere* dicebantur; qui vero proximum

s) Sic IVSTINIANVS in *ſanctione pragmatica*, codici adiecta, cauet *quædam diſponenda eſſe continentia ad vtilitatem communem pertinentia vel per accidentales partes habitare noſcuntur.* Idem quoque imperator in *edicto XII. ſe generalem legem* [illegible] *vniuerſale remedium adhibere, adſerit.*

t) CVIACIVS in *paratitlis in cod. lib. I. tit. XXII.*

u) Apud HARDVINVM in *actis conciliorum tom. I. p.* 1140.

x) *l. 1. 3. 4. ſq. C. de proximis ſacror. ſcriniorum.* y) *l. vn. C. de magiſtris ſacror. ſcrinior. et l. vlt. C. de diuerſ. reſcript.* z) In *Alex. Seuero c.* 31.

ſimoat magiſtro ſcriniorum locum tenebant, *proximorum* nomine venerunt a). ceterum, qui ſcrinio *diſpoſitionum* præerant, plerumque *diſpoſitionum comites* b), nonnunquam vero *primi* c), ſeu *magiſtri diſpoſitionum* d) ſunt vocati, quamuis hi minorem ceteris ſcriniorum magiſtris, dignitatem habuerint, proximis ſcriniorum duntaxat æquiparati. e) In ſcriniis *memoriæ, epiſtolarum* et *libellorum* reſcripta, ad ſupplicum deſideria data, potiſſimum expediebantur, magiſtro ſcriniorum preces imperatori proponente, et ſecundum eius deciſionem reſcripta formante. Qui ſcrinio *memoriæ* præerat *magiſter, adnotationes omnes dictabat et* EMITTEBAT, ceu ex *Notitia dignitatum imperii orientis* patet, hoc eſt, *qui reſponſa, dictata, & reſcripta principis excipiebat ad libellos ſupplices, memorialis* ideo dictus *). *Memoriæ* enim ſunt *ſcripturæ*. Quis ſenſus ſit vocis *emittere*, ex ipſo verborum nexu in *Notitia imperii* colligi poſſe arbitror, cum magiſter *adnotationes* dictaſſe dicatur, et *emiſiſſe*, ſeu vt interpretor, eaſdem ad hos, quorum precibus per *adnotationem* reſponſum erat, tranſmittendas curaſſe; quamuis in alia penitus abeat clariſſimus PANCIROLLVS f), hanc *emittendi* facultatem, de iure *emittendi diplomata* ad currendum equis publicis accipiens. Etſi enim eiuſmodi diplomata a *magiſtris me-*

I. Ex ſcrinio memoriæ adnotationes emittebantur.

Quis ſenſus ſit vocabuli emittere?

Illud fruſtra de iure emit-

a) *tot. tit. C. de proxim. ſacr. ſcrin.* I. GVTHERIVS *de officiis, dom. Auguſtæ l. III. c. VII.* conf. GOTHOFREDVS *ad l. 1. C. Theod. de magiſtr. ſcrin.* qui, teſto omnino, SALMASII ſententiam examinat refutatque *in not. ad* LAMPRIDII *Alex. Seuer. c. 31.*

b) *l. 8. C. de proxim. ſacr. ſcrin. l. 10. C. Theod. de proximis comitibus diſpoſit.*

c) *l. 11. C. Theod. eod.* d) *l. 1. C. Theod. eod.*

e) Pari iure parique dignitate habentur *proximi* in *ſcriniis memoriæ, libellorum atque epiſtolarum*, et *diſpoſitionum* comites in *l. 8. C. de prox. ſacror. ſcrin. l. 10. 11. 14. 15. C. Theod. de proximis, comitibus diſpoſit.* vnde etiam honor *proximatus* et *comitiuæ* diſpoſitionum æquiparantur *l. 13. C. Theod. de ſenator. l. 14. C. Th. de prox. com. diſpoſ.*

*) In *l. 1. C. de petit. bon. ſubl.*

f) In *comment. ad notitiam dignitat. imp. orient. cap. XCV apud* I. GEORG. GRAEVIVM *tom. VII. theſauri antiquit. Rom. p. 1530.*

…tendi diplomata explicatur.

moriæ conſcripta fuiſſe, aliunde conſtet; g) vim tamen et vocabulo *emittere* et *integro contextui* facere videtur, quod hoc verbum ab antecedentibus, quibuſcum tamen per copulam ET connexum eſt, ſeiungat, ac per illud ſeparato et abſoluto ſignificatu facultatem diplomata emittendi denotari autumet. Magiſtri autem

II. In ſcrinio libellorum cognitiones et preces tractatæ.

libellorum officium in primis in *cognitionibus* et *precibus* tractandis verſabatur, h) vt tum priuatorum precibus ex imperatoris ſententia reſponderet, tum de cauſſis et quæſtionibus facti, ad principem delatis, cognoſceret. Vnde Iuriſconſultus CONSTANTINVS *magiſter ſcrinii libellorum et ſacrarum cognitionum* appellatur i).

III. In ſcrinio epiſtolarum conſultationes et preces.

Magiſter ſcrinii *epiſtolarum* vero præter *legationes, conſultationes* in primis et *preces publicas* tractabat, k) ſeu cauſſas, de quibus præſides, proconſules, aliique magiſtratus principem conſulere ſolebant, et *conſultationes* vocabantur, l) imperatori proponebat, et ex eius ſententia reſponſum acceptum per modum *epiſtolæ* ſcribendum curabat.

IV. De ſcrinio diſpoſitionum.

§. IX. Diſquirendum denique ſupereſt, quæ in *diſpoſitionum ſcrinio* expedita, et in quonam ſcrinio *ſanctiones pragmaticæ* fuerint formatæ? Quæ *diſpoſitionum comitis* partes fuerint, per coniecturas faciliori negotio indicari poteſt, quam apertis et indubiis argumentis doceri. *Notitia dignitatum imperii orientis* officium comitis diſpoſitionum neſcio quo fato ſilentio præterit, cuius rei tamen cauſſam PANCIROLLVS m) fruſtra in

eo

g) PANCIROLLVS *l. c. cap. VI. ibid. p.* 1360. Vnde et a *memoriæ et diplomatibus* eſſe dicebatur, ceu docet *inſcriptio apud* SAMVELEM PITISCVM *in theſ. antiq. Rom. voc. a memoria.*

h) Idem *l. c. cap. XCVII. ibid. p.* 1589. et IAC. GVTHERIVS *de off. dom. aug. lib. III. cap. V.* i) Vid. *conſtit. de digeſtor. confirmat.* §. 9. k) PANCIROLLVS *c. l. cap. XCVI.* apud GRAEVIVM *c. l. p.* 1584. l) Vid. *collatio legum Rom. et Moſaic. tit. I. l. 9.* apud ANT. SCHVLTINGIVM *in iurisprud. Ante-Iuſtinianea p.* 733. m) *l. c. cap. XCVIII.* apud GRAEVIVM *l. c. p.* 1591.

eo quærit, quod *Notitiæ* tempore eius vices magiſter *epiſtolarum* impleuerit, ideoque dignitas *diſpoſitionum comitis* nondum in vſu fuerit. Ex pluribus enim Codicis IVSTINIANEI et THEODOSIANI legibus liquido conſtat, tam imperantibus *Iuliano, Anaſtaſio, Valentiniano, Gratiano, Arcadio* et *Honorio*, ideoque ante *Notitiæ tempora* hoc *diſpoſitionum ſcrinium* fuiſſe erectum, cum hæc demum vltra ARCADII et HONORII tempora ſub THEODOSII *Iunioris* imperio condita eſſe videatur o). IACOBVS GVTHERIVS p) ex hoc ſcrinio *conſtitutiones, ſanctiones pragmaticas, edicta* et quidquid princeps nullo iuris ordini adſtrictus cauebat, emanaſſe arbitratur, hac in primis motus ratione, quod iſtæ conſtitutiones in iure Romano *diſpoſitiones* appellentur q). At enim vero hanc coniecturam non omni exceptione maiorem eſſe, vel ex eo elucet, quod idem vir doctus obſeruet, r) generalem et varium eſſe *diſpoſitionum* ſignificatum, et *priuatorum* ac *magiſtratuum diſpoſitiones* quoque s) paſſim occurrere, quæ tamen huc prorſus non pertinent. Igitur IACOBVS GOTHOFREDVS t) *conſtitutiones, ſanctiones pragmaticas*, et *edicta* ad hoc ſcrinium referenda eſſe negat, cum hæc omnia in *epiſtolarum* ſcrinio fuerint tractata. Ceteros potius principis actus, extra prædictas conſtitutiones, veluti *prouiſiones annonarias, diſpoſitiones itinerum principis, et expeditiones, conſtitutiones* magi-

Ad hoc ſcrinium ſanctiones pragmaticas refert Gutherius, quod illæ diſpoſitiones appellentur.

In illo nulla reſcripta ſed ceteri principis actus et

n) *Conf. l. 1. cod. Theod. de proximis, comit. diſpoſit. l. 2. C. de prox. ſacror. ſcrin. l. 3. et 4. l. 11. et 12. eod. l. 3. 6. 7. 8. 9. 10. cod. Theod. de prox. com. diſp.*

o) Vid. *præfat.* PANCIROLLI *ad notitiam dignit. imp.* apud GRAEVIVM *l. c. p.* 1117

p) *De offic. domus auguſtæ lib. III. c. VI.* q) *l. 13. et 15. C. de prox. ſacr. ſcrin.* r) *l. cit. in f.*

s) Hoc ſenſu iſta vox vtramque paginam facit in *notitia dignitatum imp. Orient.* vbi ſæpiſſime occurrit ſub *diſpoſitione virorum illuſtrium profectorum prætorio*; ſub *diſpoſitione viri illuſtris magiſtro militum.*

t) In *commentario ad cod. Theod. tit. de proximis, comitib. diſpoſ. l. 1. tom. II. p. 147.*

diſpoſitiones expediebantur.

(1) Teſtimonio Lampridii.

et (2) l. 9. C. T. de prox. com. diſpoſ.

magiſtratuum ac *officiorum publicorum* ingenio et fidei diſpoſitionum comitis relictas fuiſſe cenſet, hosque actus *diſpoſitionum* nomine venire, ex variis teſtimoniis probat, inter quae eminet illud LAMPRIDII, u) dignum omnino quod hoc loco inſeratur. *Ille enim expeditiones bellicas*, inquit, *habuit; de quibus ordine ſuo ediſſeram. Primum tamen eius conſuetudinem dicam de rebus vel tacendis vel prodendis. Tacebantur ſecreta bellorum, itinerum autem dies publice proponebantur, ita ut edictum penderet ante menſes duos, in quo ſcriptum eſſet: Illa die, illa hora ab urbe ſum exiturus; et ſi Dii voluerint in prima manſione manſurus. deinde per ordinem manſiones, deinde ſtativae, deinde ubi annona eſſet accipienda, et id quidem eo uſque, quamdiu ad fines barbaricos veniretur. iam enim inde tacebatur, et omnes ambulabant ita, ne* DISPOSITIONEM *Romanam barbari ſcirent. Certum eſt autem, eum nunquam id, quod propoſuerat, feſelliſſe; cum diceret; Nolle ab aulicis ſuis vendi* DISPOSITIONES, *quod factum fuerat ab Heliogabalo, cum ab eunuchis omnia venderentur, quod genus hominum idcirco ſecreta omnia in aula noſſe cupiunt, ut ſoli aliquid ſcire videantur, et habeant, unde vel gratiam vel pecuniam conquirant. Et quia de publicandis* DISOSITIONIBVS *mentio contigit; ubi aliquos voluiſſet vel rectores provinciis dare, vel praepoſitos facere, vel procuratores id eſt rationales ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut ſi quis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus;* cetera x). Hoc ſenſu in l. 9 *C. Theod. de proximis comitibus diſpoſitionum, principis diſpoſitionum norma et ſeries* apud diſpoſitionum comites *ſervari* dicitur, quam diſpoſitionum notitiam GOTHOFREDVS y) de agendis principis, et de his, quae ab eo in republica pro urgentibus neceſſi-

u) In ALEXANDRO SEVERO c. XLV. x) Conf. FLAVIVS VOPISCVS in *divo Aureliano* c. XLVII. IVLIVS CAPITOLINVS in *Gordiano III.* c. *XXVIII.* et *XXIX.* l. 14. C. *Theod. de curſu publ.* l. 6. et 10. C. *Th. de metatis.* y) c. l. p. 146.

officiis conſtitutae ſunt, interpretatur. Inde quoque aliae virtutes in his, qui in ceteris ſcriniis militabant, aliae in *diſpoſitionum comite* requirebantur, quod Scriniorum Proximi *ſtudiis* atque *doctrina*, diſpoſitionum Comites vero *probitate* et *ſtrenuitate* commendari dicerentur. Hoc diſcrimen elegantiſſime in *l. 8. C. de proximis ſacrorum ſcriniorum* traditur: *Proximos ſacrorum ſcriniorum, quos fides et diuturnae obſeruationis induſtria litterataque militia, comitem quam etiam diſpoſitionum, quem probitas et ſtrenuitas merito commendat etc.* Vnde etiam ceteri *memoriae, libellorum, epiſtolarum a ſcrinio diſpoſitionum* propter diuerſam in his militantium ſortem ſegregantur z). Fuit tandem ratione *dignitatis* non leuis inter *ſcriniorum magiſtros* et *comitem diſpoſitionum* differentia, quod illi vicariis, quorum maximus ex eo, quod vicem ipſius praefecti praetorio gererent, honor erat, praeferrentur. a) hic vero eadem cum ceteris *Scriniorum Proximis* dignitate gauderet, vicariis tantum aequiparatus b). Sane ſi principum conſtitutiones et ſanctiones, quae grauiores et magis arduae ſunt, quam cetera reſcripta et imperatorum epiſtolae, ad *diſpoſitionum ſcrinium* pertinuiſſent; vix credibile foret, illud minore reliquis *memoriae, libellorum* et *epiſtolarum* ſcriniis dignitate coruſcaſſe.

(3) *quod pro natura diuerſorum negotiorum aliae in diſpoſitionum comite, quam in ceteris proximis virtutes deſideratae;*

(4) *hoc ſcrinium a ceteris ob diuerſa negotia ſeparetur.*

(5) *magiſtri ſcriniorum ceterorum dignitate maiores fuere diſpoſitionum comitibus.*

§. X. Vnde prono quaſi alueo fluit coniectura, alias cauſſas, quam *principum conſtitutiones* huius ſcrinii comiti fuiſſe demandatas. Cui opinioni non leue momentum ex *l. vlt. C. de diuerſ. reſcriptis* accedit, ſub cuius principium imperator, ZENO, *vniuerſa*, inquit, *reſcripta ſiue in perſonam precantium ſiue ad quemlibet*

Sanctiones pragmaticae ergo ad illud ſcrinium non pertinent.

z) *l. 5. 6. et 13. C. de prox. ſacror. ſcrin.* a) PANCIROLLVS *l. cap. CXIII.* apud GRAEVIVM *T. I. p. 1645.*

b) *l. vn. C. Theod. de magiſtris ſcrin. l. 10. C. Th. de prox. comit. diſpoſit.*

illos iudicibus meminerint, quae vel adnotatio vel quaelibet ſanctio pragmatica nominantur, ſub ea conditione proferri praecipimus, ſi preces veritate nituntur. Deinde pergit: *Nam et vir magnificus quaeſtor et viri ſpectabiles, magiſtri ſcriniorum, qui ſine praefata adiectione qualecunque divinum reſponſum dictaverint, et iudices, qui ſuſceperint, reprehenſionem ſubibunt, et qui illicite dictata ſcribere auſi fuerint, cuiuſcunque ſcrinii memoriales ſeu pragmaticarii vel adiutores provincialis, amiſſione cinguli ferientur.* Quandoquidem in hac ZENONIS conſtitutione *magiſtri ſcriniorum* quodlibet divinum reſponſum, ideoque etiam *ſanctiones pragmaticas*, de quibus antea ſermo erat, dictaſſe dicantur, tribus vero tantum ſcriniis *memoriae, libellorum* atque *epiſtolarum* magiſtri praepoſiti fuerint, ſequitur, vt eiſdem tantum ex his iſta ſparta fuerit delegata, vnde etiam in *cit. l. pragmaticariorum* diſerte mentio iniecta. Cumque *diſpoſitionum* ſcrinio non *magiſter*, ſed *comes* praeeſſet (quamuis hic in *l. 2. C. Theod.* de *praepoſ. comitibus diſpoſitionum*, improprie *magiſter* ſit appellatus) perſpicuum eſt, quae in *cit. l. magiſtris ſcriniorum* tribuuntur, huic vindicari non poſſe, ideoque nec hunc dictaſſe *pragmaticas ſanctiones*, nec earundem expeditionem ad eius officium pertinuiſſe, quod in primis *iuris peritum* poſtulabat. Teſtis eſt LAMPRIDIVS c) *negotia et cauſſas prius a ſcriniorum principibus et doctiſſimis iuris peritis et ſibi fidelibus, quorum primus tunc Vlpianus fuit, tractari, ordinarique atque ita referri ad ſe praecepit.* Iure ergo quaeres, in quonam ſcrinio *pragmaticae* fuerint formatae? Id vero non contemnendis argumentis oſtendit PANCIROLLVS, docuitque, earum expeditionem in *epiſtolarum ſcrinio* eſſe quaerendam. Cum enim ex *dignitatum imperii orientis Notitia* pateat, magiſtrum epiſtolarum *conſultationes*

(1) *quod a magiſtri ſcriniorum dictata eſſe dicantur, diſpoſitionum vero ſcrinio magiſter non praefuerit;*

(2) *quod iurisperitum poſtularent, qualis non erat comes diſpoſitionum.*

Harum expeditio in ſcrinio epiſtolarum

c) In *Alex. Severo c. XV.*

tiones et *preces* tractaſſe; iam vero magiſtri *memoriæ* et *libellorum* partes fuerint, ad *priuatorum preces* reſpondere. ratio vix patitur, vt ad *ſcrinium epiſtolarum* reſcripta, ad priuatorum deſideria emanata, referantur, quum potius *vniuerſitatum preces* in illo prolatæ, et reſponſa ad eiuſmodi ſupplicationes data, qualia *ſanctiones pragmaticæ* vocabantur, *magiſtri epiſtolarum* formanda relicta eſſe videantur. Accedit, quod *conſultationum* voce non ſolum *preces magiſtratuum* veniant, ſed etiam, quæ princeps in conſiſtorio cum proceribus examinabat, et ſtatuebat, ita denotentur, vt *ex conſultatione procerum ſacri palatii ſtatuta* dicantur d). Cum vero ſanctiones pragmaticæ in cenſum *conſultationum* et deliberationum apud conſiſtorium peragendarum relata, *magiſter* autem *epiſtolarum* conſultationes tractauerit, non dubium eſt, quin *ſanctiones* quoque *pragmaticæ* ad illius officium pertinuerint, præſertim cum pleræque per *modum epiſtolæ* fuerint conſcriptæ. *Magiſter* igitur *epiſtolarum* acceptum principis ad vniuerſitatum preces reſponſum dictabat, e) ceteris, qui in ſcrinio epiſtolarum militabant, dictata excipientibus. Hi a conſcribendis ſanctionibus pragmaticis *pragmaticarii* f) dicti ſunt, cum quibus tamen non confundendi *pragmatici*, longo vſu et rebus tractandis accuratam iuris peritiam conſecuti, actionumque, cautionum, ac aliorum huiuſmodi inſtrumentorum formas callentes, vnde et tabelliones dicti, VLPIANO in *l. 9. §. 4. de pæn.* teſte g). Hi in officio publico non erant, h) quod

(α) quod in hoc preces vniuerſitatum tractauerit;

nec non (β) conſultationes, quales etiam erant pragmaticæ ſanctiones.

Dictabat illas vel (γ) epiſtolarum magiſter, pragmaticariis dictata accipientibus,

a quibus tamen pragmatici multum differunt,

Ggg tamen

d) *l. 2. C. de legibus.* e) *l. vlt. C. de diuerſis reſcriptis.* f) *vid. l. vlt.*

g) DESIDERIVS HERALDVS *in obſeruat. ad ius Attic. l. VI. c. X.* et IANVS LANGLAEVS *ſemeſtr. l. 1. c. 2. p. 31.* BVDAEVS *ad l. 9. §. 4. de pæn.* SALMASIVS *de ſubſcribend. et ſign. teſtam. c. 6.*

h) QVINTILIANVS *lib. XII. c. 3.* oratori iuris ciuilis ſcientiam eſſe neceſſariam ita probat: *quid ſi forte ille peritus iuris non aderit? neque ego ſum noſtri*

tamen illi gerebant, qui ſimul iure, cingulum velut egregium dignitatis inſigne ferendi, fruebant i). Eadem, quæ magiſter epiſtolarum, munia in dictandis pragmaticis formis quæſtor quandoque obibat, k) qui ideo præter XII. adiutores ex ſcrinio l) ſeptem quoque ab epiſtolis acceperat, dictata eius excipientes.

vel (2) quæſtor ſacri palatii.

Differentia IV ratione ſtili prolixioris.

§. XI. Nota vero (IV) differentia in ipſo ſtilo ſeu formula ſanctionum pragmaticarum deprehenditur, quæ ſicuti cauſſas publicas et maiores concernebant, *prolixiori et ampliori ſtilo* pro dignitate materiæ expediendæ erant, quam cetera reſcripta ad priuatorum deſideria prolata. Interim cum pragmatica diſpoſitio *precibus oblatis* reſponderet, ideoque hæ illius velut fundamentum eſſent, facile patet, hoc corruente, ipſam quoque ſanctionem irritam redditam, et, *precum falſitate* detecta, imperialem iuſſionem pro non lata fuiſſe habitam. Quapropter cum in omnibus pragmaticis hæc velut ſuprema lex eſſe debeat, *vt preces veritate nitantur:* Imperatores, vt hæc formula iis inſereretur, non ſine ratione cauerunt. Quod ipſum conſtitutione m) Zenoniana factum, in qua ſollicite ſancitum, vt ſi quæſtio de *fide precum* in ſacro oraculo omiſſa fuerit, hoc omni penitus fructu careret, ſi vel maxime poſtea veritas in iudicio adferri poſſet. Cuius ſanctionis obſeruantia vt eo accuratior et exactior foret, vetuit præterea ſub grauiori reprehenſionis ſubeundæ interminatione, ne vlla imperialia reſcripta, in quibus conditio, *ſi deſideria petitorum veritate ſubſiſtunt*, omiſſa fuerit, a iudicibus ſuſcipe-

Conueniunt in eo cum ceteris reſcriptis quod illis clauſula, ſi preces veritate nitantur, *inſerenda;* *hac omiſſa, 1) inutiles ſunt, nec 2) a iudicibus ſuſcipienda,*

noſtri moris ignarus obtrectat eorum, qui ſolent ad arculas ſedere, et telis agentibus ſubminiſtrant; neque adeo quisquam neſcio graues ſollicitaſſe, unde nomen his pragmaticorum datum eſt.

i) *L. cit. vlt.* k) *L. vlt.* l) *L. 11. C. de prox. ſacror. ſcrin.* m) *in L. 7. C. de diuerſis reſcriptis.*

ciperentur; cauitque inſuper, ne ſcriniorum magiſtri abſque eiuſmodi clauſula ſacra reſponſa dictare, et pragmaticaru dictata ſcribere auderent, ni amittendi, quo honoris ergo ornati erant, cinguli periculum incurrere vellent. Quæ quamuis ita ſeſe habeant, perluſtranti tamen, quæ integræ adhuc in Codice noſtro exſtant, *ſanctiones pragmaticas*, vix in perpaucis iſta formula occurrit, et quemadmodum, vt antea obſeruatum, precum oblatarum in pleriſque nulla prorſus mentio iniciebatur, ita et antea laudata clauſula ſubinde præterita eſt ſilentio. Quamquam enim *Conſtitutio Zenoniana*, quoad cetera concernit reſcripta, in vſum fuerit deducta, ceu varias huiuſmodi formulas, reſcriptis adiici ſolitas, ſingulari ſtudio collegit BARNABAS BRISSONIVS n) nihil tamen me præter rem ſentire exiſtimo, ſi, illius obſeruantiam in *pragmaticis reſcriptis* non adeo deſideratam fuiſſe, adſeram, quod cuilibet ipſas conſtitutiones o) perluſtranti erit teſtatiſſimum. Quibus tamen non obſtantibus illud certum verumque eſt, formulam, *ſi preces ita ſeſe habeant*, licet expreſſe adiecta non ſit, ex rei natura tamen ſemper ac perpetuo ſubintelligi. Quodſi igitur libelli ſupplicis falſitas detegi poteſt reſcriptum pragmaticum impetratum pro ſub- et obreptitio habendum eſſe, nulla plane ratio nos dubitare patitur.

nec 3) a ſcriniorum magiſtris dictanda huius iuris obſeruantia tamen deficit in ſanctionibus;

quamuis hæc formula ſemper ſubintelligenda ſit.

§. XII. Tandem (V) a ceteris reſcriptis in eo differebant pragmaticæ ſanctiones, quod in *cauſſis publicis* p) definiendis et decidendis verſarentur, cuiuſmodi cauſſæ iſtæ dicuntur, quæ vult-

Differentia V ratione obiecti. verſantur de cauſſis publicis.

n) *de formulis populi Romani l. III. n. XXIII. p. 27)*

o) Quorſum pertinere videtur *l. 2. C. de off. præf. præt. Nou. CXXXVI. Edictum XII. ſanctio pragmatica* IVSTINIAN. *Conſtitutio* IVSTINI *de filiis libertarum et ſacrum pragmaticum* TIBERII *Auguſti.*

p) *l. 7. §. 1. C. de diuerſ. reſcript.*

vtilitatem publicam ſeu reipublicæ ſtatum regimen ac ſalutem reſpiciunt. IVSTINIANVS exempli cauſſa *ſtatum militarem publicum, iudices,* ac *militiæ præfectos* pragmatica forma ordinans, varia de eorum officiis ſtatuit q). Idem præterea imperator de *argentariorum contractibus* quædam per reſcripta r) pragmatica ſanxit, cum argentariorum collegium publica auctoritate conſtitutum, atque adprobatum, commercio publico magnopere inſeruiret atque prodeſſet, ideoque eorum officium cauſſam publicam habere diceretur s). Cum itaque de *cauſſis publicis* conficiantur, facile colligi poteſt, quæ cum vtilitate publica pugnant nullius prorſus momenti ac ponderis eſſe habendas. Quapropter ne iudices eiuſmodi reipublicæ aduerſas ſanctiones in diſceptationem cuiuslibet litigii patiantur proferri, ſerio admonentur t). Cui rei vt eo accuratiori diligentia proſpiceret IVSTINIANVS, et ne forſan *ſub ſpecie adumbratæ publicæ vtilitatis* aliquid reipublicæ detrimentum lateret: vetuit, *ne ſacræ formæ, quæ de cauſſis procedunt publicis, aliter robur accipiant, quam ſi prætoriorum præfectis inſinuatæ, ab iisque ratæ fuerint habitæ.* Eleganti eam in rem ſanctione edita, hæc quæ ſequuntur, ſatis prouide ſunt conſtituta u) *Iubemus, ne aliter forma de publicis confecta cauſſis ad magnificentiſſimum ducem aut etiam Auguſtalem, aut clariſſimos prouinciarum præſides valeat, niſi prius inſinuata fuerit iudicio excellentiæ tuæ: quæ vero inſinuatæ non fuerint, nullam firmitatem habeant. Abſurdum enim fuerit, ſacram formam, pro publicis confectam cauſſis, non prius inſinuari throno excellentiæ tuæ, atque ita tranſmitti in prouincias, ſicque contradi. Si quid igitur hucuſque ad detrimen-*

Ergo vtilitati publicæ aduerſari non debent;

Ideoque (1) *aliter non prius valebant, quam ſupremis magiſtratibus inſinuatæ et probatæ.*

tum

q) *l. 2. C. de off. præf. præt.* r) *Nou. Edictum VII.* IVSTINIANI *§. IV.* s) *Nou. CXXXVI. Edictum* IVSTINIANI *VII. in f.* t) *l. 6. C. ſi contra ius vel vtilitatem IX.* t) *l. 10. §. 1. D. de admin. rer. publ.* u) *in Nou. CLII.*

tum reipublicæ factum eſt, iubemus hoc ſeruari eſſe: ſancientes vt quæcunque de cetero ſacræ formæ pragmaticæ, ſiue ad Auguſtalem ſiue ad ducem ſiue ad reliquos prouinciarum præſides conficiantur, occaſione cauſſarum publicarum, omnino inſinuentur iudicio excellentiæ tuæ, eoque pacto cum iuſſionibus excellentiæ hinc mittantur in prouinciam: vt quæ quidem ſacræ formæ ad detrimentum reipublicæ factæ non ſunt, hæ et ſuſcipiantur, conuertanturque in præceptiones, et ab excellentia tua mittantur in prouincias, quatenus certo fini tradantur; quæ vero ad detrimentum reipublicæ per obreptionem fiunt, has quidem ſacras formas tua ſuſcipiat excellentia; non tamen prius, quæ inibi ſunt repoſita faciat, quam ad nos relationem ea de re pertulerit, quo magis, ſi quid ad detrimentum factum eſt reipublicæ, id corrigamus. Denique cum in cauſſis grauioribus periculo petentis ſanctionem pragmaticam ſtatim indulgere, atque ſic reipublicæ commodum in diſcrimen vocari, *ἄτοπον* admodum videretur: petitorum veritatem in nonnullis cauſſis per virum iureiurando obſtrictum prius indagandam, et huius relationem prius audiendam eſſe, quam ſanctio emanaret, ANASTASIVS imperator præcepit. *Ita enim, ſi prouincia,* inquit, x) *vel ciuitas reuelationem petat annualis functionis vel inſpectorem aut peræquatorem; referatur petitio ad principem eiusque arbitrio idoneus mittatur, prius iureiurando præſtito: ex cuius tamen relatione facta præfectis prætorio non aliter forma vlla detur, quam ſi præfecti ea omnia, quæ ab eo didicerunt, et quæſierunt, principem edocuerint, atque ita ſacra proferatur forma, modis omnibus obſeruanda.*

(2) *In veritatem precum per virum, iureiurando obſtrictum inquirebatur.*

§. XIII. Vtrum autem cauſſis publicis, ſtatum ciuilem concernentibus, *eccleſiaſticæ* etiam accenſeri debeant, vt de his quoque princeps pragmaticas leges ferre potuerit, iuſte dubita-

Vtrum de cauſſis eccleſiaſticis publicis ſanctiones pragmaticæ ferri queant?

x) *l. 13. C. de annonis et tribut. X. 16.*

vtilitatem publicam ſeu reipublicæ ſtatum regimen ac ſalutem reſpiciunt. IVSTINIANVS exempli cauſſa *ſtatum militarem publicum, iudices,* ac *militiæ præfectos* pragmatica forma ordinans, varia de eorum officiis ſtatuit q). Idem præterea imperator de *argentariorum contractibus* quædam per reſcripta r) pragmatica ſanxit, cum argentariorum collegium publica auctoritate conſtitutum, atque adprobatum, commercio publico magnopere inſeruiret atque prodeſſet, ideoque eorum officium cauſſam publicam habere diceretur s). Cum itaque de *cauſſis publicis* conficiantur, facile colligi poteſt, quæ cum vtilitate publica pugnant nullius prorſus momenti ac ponderis eſſe habendas.

Ergo vtilitati publicæ aduerſari non debent;

Qua propter ne iudices eiuſmodi reipublicæ aduerſas ſanctiones in diſceptationem cuiuslibet litigii patiantur proferri, ſerio admonentur t). Cui rei vt eo accuratiori diligentia proſpiceret IVSTINIANVS, et ne forſan *ſub ſpecie adumbratæ publicæ vtilitatis* aliquid reipublicæ detrimentum lateret:

Ideoque (1) olim non prius valebant, quam ſupremis magiſtratibus inſinuata et probata.

vetuit, *ne ſacræ formæ, quæ de cauſſis procedunt publicis, aliter robur accipiant, quam ſi prætoriorum præfectis inſinuatæ, ab iisque ratæ fuerint habitæ.* Eleganti eam in rem ſanctione edita, hæc quæ ſequuntur, ſatis prouide ſunt conſtituta u) *Iubemus, ne aliter formas de publicis confectas cauſſis ad magnificentiſſimum ducem aut etiam Auguſtalem, aut clariſſimos prouinciarum præſides valeat, niſi prius inſinuata fuerit iudicio excellentiæ tuæ: quæ vero inſinuata non fuerint, nullam firmitatem habeant. Abſurdum enim fuerit, ſacram formam, pro publicis confectam cauſſis, non prius inſinuari throno excellentiæ tuæ, atque ita transmitti in prouincias, ſicque contradi. Si quid igitur hucuſque ad detrimen-*

tum

q) *l. 2. C. de off. præf. prætor.* r) *Nov. Edictum VII.* IVSTINIANI *§. IV. CXXXVI Edictum* IVSTINIANI *VII. in f.* t) *l. 6. C. ſi contra ius vel vtil. et LX.* s) *l. 10. §. 1. D. de edendo. let. publ.* u) *in Nov. CLII.*

nem reipublicæ factum eſt, iubemus hoc irritum eſſe: ſancientes ut quæuis de cetero ſacra forma pragmatica, ſiue ad Auguſtalem ſiue ad ducem ſiue ad reliquos prouinciarum præſides conficiantur, occaſione cauſſarum publicarum, omnino inſinuentur iudicio excellentiæ tuæ, eoque pacto cum iuſſionibus excellentiæ tuæ mittantur in prouinciam: ut quæ quidem ſacræ formæ ad detrimentum reipublicæ factæ non ſunt, hæ et ſuſcipiantur, conficianturque in præceptiones, et ab excellentia tua mittantur in prouincias, quatenus certo fini tradantur; quæ vero ad detrimentum reipublicæ per obreptionem ſunt, has quidem ſacras formas tua ſuſcipiat excellentia; non tamen prius, quæ inibi ſunt repoſita faciat, quam ad nos relationem ea de re pertulerit, quo magis, ſi quid ad detrimentum factum eſt reipublicæ, id corrigamus. Denique cum in cauſſis grauioribus periculo petentis ſanctionem pragmaticam ſtatim indulgere, atque ſic reipublicæ commodum in diſcrimen vocari, *ἄτοπον* admodum videretur: petitorum veritatem in nonnullis cauſſis per virum iureiurando obſtrictum prius indagandam, et huius relationem prius audiendam eſſe, quam ſanctio emanaret, ANASTASIVS imperator præcepit. *Ita enim, ſi prouincia,* inquit, x) *vel ciuitas reuelationem petat annalis functionis vel inſpectorem aut peræquatorem; referatur petitio ad principem eiusque arbitrio idoneus mittatur, prius iureiurando præſtito: ex cuius tamen relatione facta præfectis prætorio non aliter forma ulla detur, quam ſi præfecti ea omnia, quæ ab eo didicerunt, et quæſierunt, principem edocuerint, atque ita ſacra proferatur forma, modis omnibus obſeruanda.*

(2) *In veritatem precum per virum, iureiurando obſtrictum inquirebatur.*

§. XIII. Vtrum autem cauſſis publicis, ſtatum ciuilem concernentibus, *eccleſiaſticæ* etiam accenſeri debeant, vt de his quoque princeps pragmaticas leges ferre potuerit, iuſte dubitari po-

Vtrum de cauſſis eccleſiaſticis publicis ſanctiones pragmaticæ ferri queant?

x) *L. 13. C. de annonis et tribut. X. 16.*

de illis canones diſponunt,
Ideoque contra canones nulla pragmatica valent,
(a) ex Conſtitutione Marciani
(b) ex ſententia Concilii Chalcedonenſis.
Occaſio huius decreti.
Euſtathius *Berytenſis metropolitanus factus erat per Theodoſii pragmaticam*
queſtus ea de re Photius Tyrenſis Metropolitanus apud Marcianum.
Marcianus per pragma-

ri poteſt, in primis cum iſtæ ſeparatas ab imperio ciuili rationes habere videantur? In ſtatus eccleſiaſtici quidem directione canonibus præcipuum ius vindicant leges ciuiles. Omnes enim *pragmaticas ſanctiones*, quæ contra *canones* eccleſiaſticos elicitæ ſunt, robore et firmitate ſua vacuatas ceſſare præcepit imperator MARCIANVS. y) Fuerat eadem *Concilii Chalcedonenſis*, ſub eodem imperatore anno CCCCLI. celebrati ſententia, quæ cum ad præſentis argumenti illuſtrationem multum faciat, illam ex ipſo concilio, quod HARDVINVS z) exhibet, referre iuuabit. a) Ab antiquiſſimis temporibus in Phœnicia vnica tantum metropolis Tyri fuerat conſtituta, cui iſta tempeſtate præfuit PHOTIVS metropolitanus. At EVSTATHIVS Berytenſis epiſcopus, illius ſuffraganeus, maiorem eccleſiæ ſuæ libertatem et dignitatem adfectans, per pragmaticam THEODOSII imperatoris ſanctionem epiſcopatui ſuo metropoleos decus addidit. Phœnicia hoc modo in duas metropoles fuit diuiſa. Quam archiepiſcopatus ſui deminutionem ægre ac grauiter tulit PHOTIVS, licet ſynodo Conſtantinopolitanæ, qua iſta per imperialem conſtitutionem facta diuiſio confirmata eſt, coactus ſubſcripſerit. Huius rei cauſſa graues apud imperatorem MARCIANVM querelas mouit, precatus *ſanctionis pragmaticæ* a THEODOSIO latæ reſciſſionem, et pleniſſimam ſecundum antiqua eccleſiæ iura metropoleos reſtitutionem per ſacrum ac venerandum *pragmaticum typum* publicandam. Cuius precibus cum clementer annuerit MARCIANVS, imperiali THEODOSII reſcripto ſub ea lege reſciſſo, ſi antiquis canonibus repugnaret,

omnis

y) *l. 12. C. de SS. eccleſiis.* z) *In actis conciliorum tom. II. p. 438. ſq.* a) In eadem referenda occupatus quoque fuit PETRVS de MARCA *de concordia ſacerdotii et imperii lib. II. cap. VIII.*

omnis cauſſæ diſquiſitio ad *concilium Chalcedonenſe* eſt redacta, in quo, precibus b) PHOTII publice prælectis, iudices concum ita dixerunt. c) *Sacratiſſimo domino orbis terræ placuit, non iuxta ſacras litteras aut* PRAGMATICOS TYPOS *res ſanctiſſimorum epiſcoporum procedere, ſed iuxta regulas a ſanctis patribus latas. Omni igitur ceſſante e ſacris pragmaticis definitione, canones de hoc capitulo edicti legantur.* Cumque ante canonum lectionem adhuc quæreretur, placeretne ſynodo ex *regulis patrum* huius cauſſæ diſcuſſionem petere, an e *ſacris pragmaticis?* vna velut omnium voce acclamatum eſt. *Contra regulas nihil pragmaticum valebit, regulæ patrum teneant.* d) Tandem antiquis canonibus perluſtratis, cauſſaque vlterius ſub examen vocata, concilii decretum eo rediit, vt PHOTIVS Tyriorum metropoleos epiſcopus omnem poteſtatem ordinandi in omnibus ciuitatibus prouinciæ Phœnices haberet, EVSTATHIVS autem e ſacro pragmatico typo nihil amplius ſibi vindicaret, quam reliqui eiuſdem prouinciæ epiſcopi. Quo vero, quæ in cauſſa PHOTII et EVSTATHII decreta erant, in ſimilibus quoque cauſſis in omne tempus firma cuſtodirentur, et contra canones lata reſcripta reuocarentur; interceſſit in primis CECROPIVS epiſcopus,

ſicuti ſtatuit, vt cauſſa ſecundum antiquos canones, non ſecundum Theodoſii pragmaticum examinaretur

Cauſſa ad Concilium Chalcedonenſe redacta.

ſententia concilii, contra canones pragmaticum non valere.

decretum concilii in cauſſa Photii et Euſtathii;

b) Preces ipſæ inſertæ ſunt *concilio Chalcedonenſi*, ac relatæ ab HARDVINO *l. c. p.* 451.

c) Vid. *concilium Chalcedonenſe, Actione IV* apud HARDVINVM *l. c. p.* 457. Τῷ θειοτάτῳ δεσπότῃ τῆς οἰκουμένης ἤρεσεν, μὴ κατὰ θεῖα γράμματα ἢ πραγματικοὺς τύπους τὰ τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων προβαίνειν, ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων νομοθετηθέντας. Πάσης τοίνυν ἀργούσης ἐκ θείων πραγματικῶν διατυπώσεως οἱ περὶ τούτου κεφαλαίου κείμενοι κανόνες ἀναγνωσθήτωσαν.

d) Vid. *concilium Chalcedonenſe l. c. p.* 459. Κατὰ τῶν κανόνων πραγματικὸν μηδὲν ἰσχυέτω, οἱ κανόνες τῶν πατέρων κρατείτωσαν.

pus, his apud concilium propoſitus. e) *Ne poteſtas veſtra accuſationem et querimonias a quacunque perſona accipiat, et fatigetur, neue nos conteramur; petimus, vt ſine contradictione ceſſent ea* PRAGMATICA, *quae in detrimentum canonum a quibuſdam facta ſunt: in omni prouincia, canones autem per omnia teneant: ſic enim et fides cuſtoditur, et vnaquaeque eccleſia tutum ſtatum habebit.* Quae epiſcopi ſententia maximo vniuerſi concilii plauſu et acclamatione votisque pro imperatoris et Auguſtae vita nuncupatis ſuſcepta eſt, omnibus inquientibus: f) *omnes eadem dicimus: vniuerſa pragmatica ceſſabunt: regulae teneant.* Denique MARCIANI reſcriptum et epiſcoporum ſententia concilii canone confirmata eſt, qui prohibet, ne epiſcopi ſub gradus proprii amittendi periculo ſacra principum reſcripta ad diuidendas prouincias petere et adhibere auderent. g) Elegans eſt, quam PETRVS de MARCA h) hic adducit, obſeruatio, huius canonis poenam prudentiſſime ita temperatam fuiſſe, vt, *nullo vitio* principum ſanctionibus imputato, *ſolis epiſcopis* talia molientibus *poena* fuerit interminata. Nondum enim iſtis temporibus eccleſiaſtica poteſtas ita disiuncta erat ab imperio ciuili, vt eccleſiarum inſpectio et directio palam denegari principibus po-

Idem decretum ad cauſſas ſimiles extenſum,

canon concilii, ne epiſcopi pragmatica principum reſcripta ad diuidendas prouincias eccleſiaſticas petant.

Principum ſanctionibus in hoc canone

e) Vid. *concilium Chalcedonenſe l. c. p.* 444. ὑπὲρ τοῦ μηδὲ τὴν ὑμετέραν ἐξουσίαν αἰτιᾶσθαι, παρ᾽ ἑκάστου προσώπου δέχεσθαι καὶ κάμνειν, μήτε ἡμᾶς συντρίβεσθαι, δεόμεθα, ὅτι ἀργῆσαι διαντιρρήτως τὰ ἐπὶ βλάβῃ τῶν κανόνων πραγματικὰ πραχθέντα τισὶν ἐν πάσῃ ἐπαρχίᾳ, κρατῆσαι δὲ τοὺς κανόνας διὰ πάντων. Οὕτω γὰρ καὶ ἡ πίστις φυλάττεται, καὶ ἑκάστῃ ἐκκλησία ἕξει τὸ ἀσφαλές.

f) Vid. *concilium Chalcedonenſe l. c. p.* 444. Πάντες τὰ αὐτὰ λέγομεν. ὅλα τὰ πραγματικὰ ἀργήσει, οἱ κανόνες κρατείτωσαν.

g) *Can. XII. concilii Chalcedonenſis* apud HARDVINVM *l. c. p.* 606. h) *De concordia ſacerdotii et imperii lib. II. cap. VIII. n. V. p.* 126.

potuerit, quin potius leniorem viam ingredientes patres indirecte, clam et variis artibus ſtatus eccleſiaſtici moderationem poteſtati imperiali ſubducere ſtuduerunt. Hinc *ſanctionum pragmaticarum* vim atque robur faciliori negotio eneruari atque infringi non poſſe credebant, quam *epiſcopus*, illas expetiturus, gradus amiſſione punitus. Praeterea et illud obſeruandum, patres in eodem concilii canone adhuc ea prudentia vſos, vt quae iam olim per Auguſtales ſanctiones in ſtatu eccleſiaſtico conſtituta erant, in honorem principum certa ratione adprobauerint. Ita enim cauent i) *quaecunque vero ciuitates iam litteris imperialibus metropolitani nominis honore ſubnixae ſunt, honore tantum modo perfruantur, et qui eccleſiam eius regit epiſcopus, priuilegiis metropolitano epiſcopo iure proprio ſeruatis.* Quid? quod in eiuſdem concilii *canone XVII.* k) inſuper cautum, vt in ciuitatibus per imperialem auctoritatem, renouatis aut renouandis ciuilibus et publicis ordinationibus, eccleſiarum parochianarum ſiat ordinatio.

eidem non imperatur, epiſcopi tamen cenſura notatus. Alia quae enim ab hoc ipſis temporibus principum de rebus eccleſiaſticis erant diſpoſita.

ideoque, quae olim per principum conſtitutiones cauta erant, quamdiu denuo adprobantur.

§. XIV. Enimuero longe aliter ex *veris pontificii* principiis rationes ſubducendae ſunt, quibus eccleſia in peculiarem rempublicam, a republica ſeculari independentem, conuerſa et efformata eſt, propriisque ſubiecta imperantibus, atque adeo penitus imperio ciuili fere exemta, vt quamuis in republica ſit conſtituta, ab ea tamen nullatenus pendere dicatur. Tantum igitur abeſt, vt ſecundum illud cauſſae eccleſiaſticae per *ſanctio-*

Iure Can. cauſſae eccleſiaſticae per pragmaticam decidi nequeunt;

per illas tamen vindiciis ſa-

Hhh nes

i) In *can. XII. concilii Chalcedonenſis* apud HARDVINVM *t. I. p.* 608. ὅσαι δὲ ἤδη πόλεις διὰ γραμμάτων βασιλικῶν τῷ τῆς μητροπόλεως ἐτιμήθησαν ὀνόματι, μόνης ἀπολαυέτωσαν τῆς τιμῆς, καὶ ὁ τὴν ἐκκλησίαν αὐτῆς διοικῶν ἐπίσκοπος, δηλονότι σωζομένων τῇ κατὰ ἀλήθειαν μητροπόλει τῶν οἰκείων δικαίων.

k) Apud HARDVINVM *t. I. p.* 608.

eas violari creditur,

exceptis ſanctionibus, in terris reformandæ religionem latis

Maior Regum Galliæ de cauſſis eccleſiaſticis diſponendis libertas.

exemplo ſanctionis pragmaticæ a Carolo VII. latæ.

molimina pontificum de illa abroganda.

nes pragmaticas definiri poſſint, vt eiuſmodi potius molimina pro ſacræ iuriſdictionis habeantur violatione, nec multum a ſacrilegii crimine abeſſe credantur, ſi exceperis eas ſanctiones, quæ ad propugnandam muniendamque religionem faciunt, et curiæ Romanæ principes diſſidentes odiis infinitisque oppreſſionibus exponunt, et clero Romano in omnibus fauent. Quemadmodum vero maiorem ſemper in *eccleſiaſticis cauſſis* libertatem ſpirauit Franciæ regnum, auctoritate regia in ſacris contra curiæ Romanæ auſus defenſa atque propugnata: ita quoque in *cauſſis publicis eccleſiaſticis diſponendis* multum ſibi Galliæ reges vindicaſſe, ſuo nos exemplo conuincit CAROLVS VII. qui l) *ſanctione pragmatica*, anno MCCCCXXXVIII. epiſcoporum Auarici Biturigum congregatorum conſenſu condita, varia in cauſſa electionis, collationis, expectatiuarum etc. decreuit atque conſtituit, eiusque executionem curæ parlamenti commiſit. m) Verum hæc ipſa per quinquaginta annos et vltra grauiſſimæ pontificibus Romanis fuit offenſioni, PIO II. SIXTO IV. INNOCENTIO VIII. ALEXANDRO VI. IVLIO II. et LEONE X. iſtius abrogationem omni cura atque conſilio ideo in primis molientibus, quod ſedis Apoſtolicæ in regno Galliæ auctoritatem atque iuriſdictionem penitus fere infringeret et labefactaret.

l) Vid. PETRVS de MARCA l. *lib. VI. cap. IX. n. VIII.* IACOBVS FRIDERICVS GEORGIVS in *grauamin. imper. aduerſus ſedem Rom. p. 297. ſeq.* Ab hac longe differt *pragmatica ſanctio* ann. MCCLXVIII. a LVDOVICO ſancto promulgata, et a LEIBNITIO relata in *mantiſſ. cod. iur. gentium P. I. p. 156* quæ magis cleri gallicani iura quam regia confirmauit, obſeruante THOMASIO *de concord. ſacer. imper. et ſacerd. p. 71. et 200.*

m) Hanc *pragmaticam ſanctionem* Gallia adeo in deliciis et pretio habuit, vt gloſſis plenioribus ex ipſa Gallia [illegible] eam illuſtrauerit COSMAS GVYMIERIVS *Pariſinus*, et additionibus auxerit PHILIPPVS PROBVS officialis Ambianenſis, cuius editio anno CIƆ IƆLV. in 8. prodiit.

eſt. Vnde PIVS II. in oratione ad regis Galliae legatos in conventu *Mantuano* habita, n) hanc *pragmaticam ſanctionem*, *novam legem et inauditam prius*, vocat. Addit praeterea, non eſſe credibile, CAROLVM ſuo ſenſu hanc pragmaticam introduxiſſe, eum deceptum, ſe putare, et piae menti a vero aliena ſuggeſta fuiſſe. In primis vero curiae parlamenti in rebus ſacris auctoritas, per illam ſtabilita, gravis atque moleſta pontifici, immo nulla prorſus ratione toleranda eſſe videbatur. Vnde PIVS II. in iſta *oratione* o) querelas fundendo pergit: *ſummam ſedis Apoſtolicae auctoritatem per illam laedi, religionis vires enervari, nulloque pacto tolerari poſſe, clericorum iudices laicos eſſe factos, paſtorum cauſſas oves cognoſcere: diminui ſacerdotalem auctoritatem, parlamenti poteſtatem nimis excreſcere; parlamenti iudicio iudicem iudicum Romanum pontificem ſubiectum non eſſe, praeſulis Romani, cuius parochia orbis eſt, et cuius provincia oceano non clauditur, in regno Franciae iurisdictionem parlamenti placito definiri et coarctari non poſſe. Si hoc admitteretur, periculum imminere hierarchiae eccleſiaſticae, monſtroſum eccleſiam reddi, et hydram quandam multorum capitum introduci.* Tandem vero PIVS II. apud LVDOVICVM, CAROLI VII. ſucceſſorem, tantum precibus ſuis valuit, vt animum eius ad abolendam p) *pragmaticam ſanctionem* inflexerit: quamvis ad curiae parlamenti Pariſienſis orationem et interceſſionem LVDOVICVS illam anno MCCCCLXI. in vſum et obſervantiam revocaverit q). At quo maiori ardore huius *ſanctionis* propugnationem Galli ſuſceperant, eo gravioribus conatibus illius vim atque auctoritatem

Immodeſtia oratio PII II. ad Regis Galliae legatos in illam pragmaticam ſanctionem;

ſacerdotalem auctoritatem per illam laedi,

Pontificem parlamenti iudicio ſubiici,

illamque hierarchiae perniciosam eſſe.

Ludovicus XI. eam quidem abrogavit, ſed eandem in vſum revocavit.

n) Apud HARDVINVM cit. l. tom. IX. p. 1414. o) Vid. HARDVINVM c. l. p. 1423. p) Abrogationis literae, ad pontificem miſſae, exſtant apud HARDVINVM l. c. tom. IX. p. 1440. q) Vid. PETRVS de MARCA de concordia ſacerdotii et imperii L. IV cap. IX. §. 8. p. 148.

obtinere tenuit curia Romana, eoque res rediit, vt in *Concilio Lateranenſi* de eius abrogatione ſummopere egerit pontifex, omnibus Galliae epiſcopis et iſtius ſanctionis aſſertoribus per *publica monitoria* r) citatis, vt intra certum diem, quare iſta ſanctio pro nulla et inualida declarari, decerni, et abrogari non debeat, manifeſtis rationibus euincerent. Quibus autem intra tempora praefinita non comparentibus, LEO X. in dicto concilio *pragmaticam* Galliae *ſanctionem* publice damnauit, s) prohibuitque, ne quis illam, abſque excommunicationis maioris incurrendae periculo, vlterius in domibus, aut aliis locis publicis, aut priuatis teneret, quinimmo praecepit, vt ex quibuſuis archiuis etiam regiis deleretur. Gallis vero ſemper contranitentibus, et litigando tandem fere defatigatis, lis illa diu multumque maximo ardore agitata tandem per FRANCISCI Gallorum Regis cum LEONE X. conuenta *concordata* t) eſt compoſita: quibus tamen ea fere omnia, quae *ſanctione pragmatica* antea fuerunt cauta, confirmata ſunt. Quae omnia hoc loco eum in finem adducenda putaui, vt quantis obſtaculis machinationibusque *ſanctio pragmatica*, de *cauſſis eccleſiaſticis* condita, fuerit ſubiecta, exinde eluceret. Quo loco vix praetereundum eſſe videtur, circa eadem tempora, MAXIMILIANO imperante, ad grauamina ac querelas, quas tunc Germanica natio contra graues atque iniuſtos plane ſedis Romanae inſultus mouebat, tollendas remedii inſtar propoſitum fuiſſe, vt per *ſanctionem pragmaticam* antiqua procerum Germaniae iura eccleſiaſtica integra atque ſalua reddita vel potius reſtituta confirmarentur. Quamuis

Damnata a Leone X. in Concilio Lateranenſi.

Lis tandem compoſita per concordata Franciſci cum Leone X.

Sub Maximiliano ad grauamina nationis Germanicae tollenda ſanctio pragmatica remedii inſtar propoſita.

r) Quae exhibentur apud HARDVINVM *l. c. tom. IX. pag.* 1641. s) Vid. *concilium Lateranenſe V* apud HARDVINVM *l. c. tom. IX. p.* 1830.

t) Quae extant apud HARDVINVM *l. c. tom. IX. p.* 1867. et apud SCHMAVSIVM *in corpore iuris gentium academico tom. I. p.* 178.

cis autem multa ea de re apud ordines imperii acta, et ipſa *pragmaticae ſanctionis* formula cura IACOBI WIMPHELINGII, cui hoc negotium demandauerat Caeſar, confecta iam et exhibita fuerit u) omnis tamen cauſſa intra terminos conſilii perſtitit, nec ſperatum habuit euentum. Ex quibus omnibus hactenus prolatis aduerſantia ſibi inuicem et contraria principum ſecularium iuxta atque eccleſiaſticorum imperantium ſtudia atque molimina pro iure, de *cauſſis ſacris publicis* per *pragmaticos typos* ſtatuendi, exercendo, quodammodo intelligi poſſunt. Quodſi autem cauſſam omnem ex *rei indole et veritate* ponderamus, facile liquet, cum imperium ſupremum ad *omnes reipublicae cauſſas* pertingat, rerum eccleſiaſticarum quoque directionem, velut *ciuilis poteſtatis partem*, principi omnino ſubeſſe, et *ſtatus publici eccleſiaſtici* praeſertim moderationem, a qua *publica ſalus* ſaepius maximopere pendet, pragmaticis conſtitutionibus rite atque iuſte a principibus fieri poſſe, ideoque illud imperii eccleſiaſtici independentis ſyſtema e republica exulare debere quam longiſſime. Cumque *Proteſtantibus Principibus* ſuprema in eccleſiaſticis iuriſdictio velut poſtliminii iure fuerit reſtituta; quin illi de *cauſſis publicis ſacris* per *pragmaticas leges* iure ſuo diſponere poſſint, nullum dubium intercedit.

Eiusque formula exhibita

ſed res caruit euentu.

De rebus publicis eccleſiaſticis diſponendi ius merito ad ſupremum imperium ciuile referendum;

hinc principibus Proteſtantibus ius de illis per ſanctiones pragmaticas diſponendi vindicandum.

§. XV. Nec minorem (V) ſanctionum pragmaticarum a ceteris reſcriptis differentiam in eo obſeruare licet, quod ſicuti cauſſas arduas et maioris momenti determinent publicae ſalutis cauſſa; ita *maiori* cum *deliberatione* in *ſanctiori conſilio* olim conditae atque proditae fuerint; id quod etiam LVDOVICVS XI. in *epiſt. ad* PIVM II. de *ſanctione pragmatica Gallicana* praedicat,

Differentia V. Sanctiones pragmaticae in conſiſtorio principis maiori cum deliberatione conditae.

u) Vid. GOLDASTVS *tom. II. conſtitutionum imperialium pag.* 174. GEORGIVS *cit. l. p.* 307.

Cetera reſcripta ex placito imperatoris data, dicat, adſeritque, eam magno prælatorum conſenſu, magni temporis deliberatione concluſam fuiſſe. x) Pleraque enim reſcripta in primis vero principum adnotationes ex ſola eiuſdem voluntate proficiſcebantur, vt, quod illi placuiſſet, id reſcripto comprehenderetur. Quæcunque igitur imperator ad priuatorum preces vel verbo reſpondebat, ea *magiſter memoriæ* breuiter dictabat, *imperatoria* deinde *manu* ſubnotata; vnde eiuſmodi breues ſcripturæ *adnotationes* ſunt dictæ. y) In his ferendis vel ipſe, prout placuerat, deciſionem dabat, vel *ſcriniorum magiſtrum*, qui preces ipſi propoſuerat, vel etiam *referendarios*, qui expoſitis ſupplicum libellis, ſuam de ſupplicibus ſententiam aperire ſolebant z), in conſilium adhibebat. Hinc LAMPRIDIVS *in Alexandro Seuero*, a) *Pomeridianis* inquit, *horis ſubſcriptioni & lectioni epiſtolarum ſemper dedit operam, ita vt ab epiſtolis a libellis et a memoria ſemper adſiſterent, nonnunquam, ſi ſtare per valetudinem non poſſent, ſederent, relegentibus cuncta librariis, ita vt Alexander ſua manu adderet, ſi quid eſſet addendum; ſed ex eius ſententia, qui diſertior habebatur.* At enim vero longe aliter ſeſe res habebat in ſanctionibus pragmaticis ferendis. Hæ enim *cauſſas publicas* concernebant, quarum grauitas omnino exigere videbatur, vt quæ per illas conſtituebantur, *maturiori conſilio* et re curatius perſpectaque deliberata decernerentur. Eiuſmodi vero res apud *ſacrum principis conſiſtorium* peragi ſolebant

vel ipſo imperatore ſua manu ſupplicum libellos ſubnotante, vel ſcriniorum magiſtris vel referendariis in conſilium adhibitis, et reſcripta conſcribentibus

Sanctiones pragmaticæ in conſiſtorio deliberantur 1) quod cauſſas publicas concernerent,

x) AENEAS SYLVIVS *in oper.* p. 863.

y) PANCIROLLVS *in comment. ad notitiam dignitat. imp. Orient. cap. XCV.* apud GRAEVIVM *tom. VII. theſ. ant. Rom. p.* 1583.

z) PROCOPIVS in *Anecdotis* contra IVSTINIANVM, quod referendarios difficultes admiſerit. Idem etiam p. 64. *Referendarii*, inquit, *quia locus erat opportunus, ſupplicum libellos Cæſare monſtrarunt, eidem de ſupplicum ſententiam exponenda.*

a) *Cap. XXXI.*

lebant, quod erat collegium virorum ſumma dignitate et doctrina illuſtrium, in quo cauſſæ arduæ, & publicam in primis vtilitatem concernentes, in examen et diſquiſitionem vocabantur huius collegii membris *comitibus conſiſtorianis* nuncupatis. Inde SPARTIANVS b), *Hadrianum*, refert, *cauſas Romæ atque in prouinciis frequenter audiuiſſe, adhibitis* CONSILIO *ſuo conſulibus, atque prætoribus, et optimis magiſtratibus.* Cum itaque cauſſæ litigioſæ in conſilio principis ſint examinatæ, eo faciliori negotio inde colligi poteſt, pragmaticas formas apud conſiſtorium quoque fuiſſe tractatas, quo grauior earum cauſſa fuerat, quoniam de *cauſis publicis* ſancitæ ſunt. Quam in rem multum facere videtur *l. 2. C. de legibus* vbi THEODOSIVS ita cauet. *quæ ex relationibus vel ſuggeſtionibus iudicantium, vel conſultatione in communi florentiſſimorum ſacri noſtri palatii procerum auditorium introducto negotio ſtatuimus, vel quibuslibet corporibus aut legatis aut prouinciæ vel ciuitati vel curiæ donauimus, nec generalia iura ſint, ſed legem faciant his duntaxat negotiis atque perſonis, pro quibus fuerint promulgata.* Legis ſententia eſt, principum reſcripta ſpecialium legum vim tantum obtinere. Reſcripta vero ad *vniuerſitates* et *collegia* data in ſpecie ibidem exprimuntur, cum de reſcriptis ad priuatos latis nulla dubitandi ratio ſupereſſet. De iiſdem porro reſcriptis adfirmatur, quod vel ex *relatione*, vel *iudicum ſuggeſtione*, vel ex *conſultatione palatii* procerum, cauſſa ſcilicet in *auditorium* principis introducta, ſint condita. *Auditorium* autem ad conſiſtorium principis pertinebat, quippe quod et *auditorium* et *tribunal* complectebatur c). Vnde patet, reſcripta vniuerſitatibus indulta

2) quod cauſſæ contentioſæ ibi tractarentur, multo magis ergo ſanctiones pragmaticæ

3 argumento l. 2. C. de legibus.

Ibi reſcripta ad vniuerſitatum preces data, in auditorium principis introduci dicuntur,

auditorium principis vero ad conſiſtorium pertinebat.

ta

b) In *Hadriano cap. XX.*

c) GVTHERIVS *de offic. dom. Aug. lib. I. cap. XX. in f. et XXI.*

ta in conſiſtorio fuiſſe tractata. Cum vero ſanctiones pragmaticæ eiuſmodi ſint *reſcripta*: idem quoque de illis omnino erit dicendum. Aliam interpretationem, ipſius legis deciſio non admittit. Loquitur enim de conſtitutionibus, quæ *cauſis* et *perſonis* tantum legem faciunt. Hoc ipſo excluduntur leges generales, ſolaque ſuperſunt reſcripta. Sed qualia? Et hæc definiuntur in *cit. lege*, iſta ſcilicet, quæ ad collegia, prouincias, ciuitates emittuntur, quorſum pragmaticæ potiſſimum formæ pertinent. Clarius adhuc rem cauſſamque omnem definit *l. 8. C. de legibus*, in qua hæc THEODOSII ſanctio continetur. *Humanum eſſe probamus, ſi quid de cetero in* PVBLICA PRIVATAQVE *cauſſa emerſerit neceſſarium, quod* FORMAM GENERALEM, *et antiquis legibus non inſertam expoſcat, id ab omnibus antea tam proceribus palatii noſtri, quam glorioſiſſimo coetu veſtro, patres conſcripti, tractari, et ſi vniuerſis tam iudicibus quam vobis placuerit, tunc legata dictari, et ſic ea denuò collectis omnibus recenſeri, et cum omnes conſenſerint, tunc demum in ſacro noſtri numinis conſiſtorio recitari, vt vniuerſorum conſenſus noſtra ſerenitatis auctoritate firmetur.* Hanc in legibus condendis introductam formam ad ſanctiones quoque pragmaticas pertinere, ex eo facile intelligi poterit, quod in lege allegata de illis conſtitutionibus ſermo ſit, quæ tum de cauſſa *publica* tum *priuata* per *generalem formam* præſcribebantur. Cum autem pragmatica reſcripta non de *publicis* ſolum *cauſis* ſerantur, verum etiam princeps per illa reſpondens *generalem legis formam* adhibere dicatur d): aperte liquet, eandem, quæ in *cit. leg.* traditur conſtitutionum ſanciendarum rationem, illis quoque fuiſſe præſcriptam. Quæcunque igitur per *pragmaticas formas* decer-

c) *l. 8. C. de Legibus.*

In qua omnes cauſſæ publicæ, quæ generalem formam expoſcunt, in conſiſtorio tractari adſeruntur.

d) Vid. *Edictum XII.* IVSTINIANI *c. I.* et *Nov. CLXII.*

[illegible]cernebantur; primum apud palatii ſacri proceres et apud ſenatorum tractanda, eaque diligentius expenſa vel a quæſtore dictanda erant vel ab epiſtolarum magiſtro, iterumque deinde in ſenatu relecta ac propoſita, in ſacro tandem conſiſtorio recitanda. Quemadmodum autem *quæſtor* et *magiſtri ſcrinii epiſtolarum* pragmaticas ſanctiones dictarunt: ita iidem illi vniuerſitatum deſideria, quibus per ſacra pragmatica reſpondendum erat, in ſenatu atque conſiſtorio protuliſſe videntur. Quæſtores enim et epiſtolarum magiſtri *conſiſtorii deliberationibus* intererant. Illum quidem ibi conſtitiſſe aperte docet *l. 5. C. Theod. de fide teſtium*, quæ ita inſcribitur: *Pars actorum habitorum apud imperatorem Iulianum Auguſtum Mamertino & Neuitta Coſſ. X. Cal. April. Conſtantinop. adſtante Iouio viro clariſſimo Quæſtore, Anatolio magiſtro officiorum, Felice Com. S. L., ſeu, vt interpretor, comite ſacrarum largitionum.* Rerum publicarum autem curam in primis quæſtor habebat e), eumque, teſte CASSIODORO f), *princeps cogitationum et curarum ſuarum participem faciebat, et eiuſdem linguæ vox erat; deliberanteque imperatore de aliqua re ſuam animi ſententiam depromebat.* Cum itaque quæſtor, vt CASSIODORVS eleganter dicit, quaſi imperatoris linguæ vox eſſet, ſeu eius nomine omnia proponeret; idem quoque quæ per pragmaticas formas conſtituenda erant, in ſenatu & conſiſtorio recitaſſe videtur. Eandem ſpartam *magiſtrum epiſtolarum* quoque ſubiiſſe, qui ſtatuerit, eum nihil præter rem ſentire arbitror. Nam ad illius officium ſpectabat, legationes ciuitatum, conſultationes, et preces tractare, quorſum etiam, vt ſupra oſtenſum, ſanctionum pragmaticarum expeditio pertinebat.

[illegible] tum primas in conſiſtorio (1, vel quæſtor proponebat;

huic enim quæſtor regulariter intererat,

ad eumque rerum publicarum cura pertinebat;

vel (2) magiſtri epiſtolarum.

e) *Edictum XIII.* IVSTIN. *in pr.* apud GRAEVIVM *cit. l. p.* 1316. PANCIROLLVS *c. l. cap. LXXIII.* f) *Lib. VI. variar.*

nebat. Vti vero ille legatorum deſideria in principis conſiſtorio recitabat g), et ex ſententia principis acceptum reſponſum dictabat: ita idem et vniuerſitatum preces ibidem procul dubio propoſuit, ſanctione pragmatica poſtea ex totius conſiſtorii deliberatione et conſenſu dictata.

Cauſſae priuata tantum in conſiſtorium vocatae quoad edicta condita.

§. XVI. Quamuis vero THEODOSIVS in *cit. leg.* 8. etiam *priuatas cauſſas* ad conſilium ſanctius referre videatur, id tamen reſcriptis, ad priuatorum deſiderium emiſſis, haud adplicandum, ſed vel de *edictis* intelligendum, quibus antiquis legibus aliquid addendum erat, vel ad minimum quoad reſcripta priuatorum cauſſa prodita non diuturnum vſum habuiſſe videtur, vt etiam quoad *ſanctiones pragmaticas* res dubitationum ſcopulis carere haud videatur.

Vtrum in edictis et ſanctionibus pragmaticis conſiſtorii ſuffragia adhibuerint ſemper imperatores? ſub rep. libera plane exulaturae,

Ad hos penitius & certius enodandos atque ſoluendos quædam de illarum origine præmittere iuuabit. Illarum quidem nomen ſub *libera Romanorum republica* exulaſſe, indicatu minus difficile eſt, cum deficientibus imperatoribus horum quoque *conſtitutiones* et *reſcripta* deeſſent, & orbis Romanus *iure communi*, non *principum reſcriptis*, regeretur, legum ferendarum nimirum poteſtate penes vniuerſum populum exiſtente. Inde eſt, quod *ſanctionum pragmaticarum* nomen in digeſtorum libris haud reperiatur.

ſub imperatoribus inualuerunt,

Recentior illarum origo ſub imperatoribus quærenda. Quamuis vero primi imperatores ſtatim reſcriptis *de iure* a quocunque conſulti reſpondere cœperint, *ſanctiones* tamen *pragmaticas* eo ſenſu ſub hoc Romani imperii ſtatu mox inualuiſſe adſerere non auſim.

Imprimis ſub Theodoſio et Valentiniano,

In vtroque Codice ſub THEODOSIO et VALENTINIANO h), earum prima mentio occurrit i), neque,

g) Vid. PANCIROLLVS *cit. l. p.* 1584. h) *l. 36. C. Theod. de annon. cap. XVI,* apud GRAEVIVM *h. l.* i) *l. 2. C. de petit. bon. ſubl.*

neque mea quidem opinione multo altius repetendæ eſſe videntur. *Sanctionis pragmaticæ* vocabulum raro, vt ſupra obſeruatum eſt, in iurisprudentia exemplo, ex lingua *Græca* ad Latium tranſductum, quod eo potiſſimum tempore factum eſſe coniector, *quo imperii Romani ſedes Conſtantinopolin eſt translata*, et curiæ ſimul ſtilus græcitatem quodammodo redolere cœpit.

eo præſertim tempore, quo ſedes imperii in orientem translata, quo ſtilus curialis vocabulis græcis corruptus

Cum vero *ſanctionis pragmaticæ* vox *curialis* ſit; eius origo haud incongrue aut temere ad illa tempora referenda eſſe videtur, præſertim cum ſub imperatoribus Conſtantinopolitanis *Theodoſio*, *Valentiniano*, *Marciano*, *Zenone*, *Anaſtaſio*, *Iuſtino* atque *Iuſtiniano* frequentior eius in legibus Romanis mentio inueniatur.

earum frequens mentio ſub imperatoribus Conſtantinopolitanis

Quantopere vero ſub horum imperatorum imperio *conſiſtorii*, quod ſub primis Romanorum principibus ex definito conſulum magiſtratuum et patrum numero conſtabat, et in grauiſſimis cauſſis in conſilium adhibebantur k), auctoritas eualuerit, hiſtoria illius temporis ſatis ſuperque teſtatur.

ſub quibus conſiſtorii auctoritas eualuit,

Quamuis enim HADRIANVS adhuc, teſte SPARTIANO l) cauſſas Romæ et in prouinciis audiuerit, adhibitis conſilio ſuo conſulibus atque prætoribus et optimis magiſtratibus, et poſt eius tempora, vt §. *antea* dictum, imperatores conſilii ſanctioris non neglexerint ſuffragia; pedetentim tamen imperatorum poteſtas adeo increuit, vt, *quod principi placuiſſet* m), legis vigorem obtineret, atque quæ olim conſilio magiſtratuum conſtituebantur, ipſi principes iam ſoli reſcriptis cauſſe videantur.

imprimis poſt Hadrianum ex quo imperatores ex propria placita reſcripta dederunt

Cumque ſub imperatoribus Conſtantinopolitanis *ſanctionis pragmaticæ* appellatio de-

An idem in ſanctionibus

k) Vid. IAN. VINCENT. GRAVINA *de originibus iuris ciuilis, lib. II. cap. XVII.*

l) in *Hadriano cap. XXII.*

m) *L. 1. pr. D. de conſtitut. principum*

pragmaticis contigerit? præſertim cum conſiſtorii conſenſus mentio deſit,

demum inualuerit, iuſte dubitari poſſet, annon in his ferendis principes eadem, qua in ceteris conſtitutionibus, vſi fuerint libertate? præſertim cum in tot reſcriptis pragmaticis, *Codici Iuſtinianeo* inſertis, conſenſus conſiſtorii experiri nec vola nec veſtigium reperiri poſſit. Præterea plures *ſanctionum pragmaticarum* formulæ conicere videntur, ſolius principis in illis ferendis ſpectatam eſſe voluntatem. Eiuſmodi formulæ ſunt: quæ *per hanc pragmaticam ſanctionem noſtra ſtatuit æternitas* n).

et ex earum formulis colligi poſſit, illas, prout placuit, decretas eſſe,

Quæ placuerunt nobis per præſentem diuinam pragmaticam ſanctionem. o) *Quæ nobis placuerunt, et per præſentem hanc ſacram pragmaticam declarantur.* p) *Quod nobis viſum eſt, et per hanc ſacram pragmaticam declaratur formam* q). *Tua excellentia, quæ nobis placuerunt, ex præſenti ſacra pragmatica forma diſcens effectui ſimul et fini tradere ſtudeto* r). Vt taceam in *l. fin. C. de diuerſis reſcriptis*, in qua

nec formula l. 15. C. de prox. ſacr. ſcrin. ſuggerente Proculo, *eius conſilium et conſenſum denotet, cum ſuggere-*

ſanctionum pragmaticarum natura ſollicite deſcribitur, hoc, quod §. *anteced.* adduximus requiſitum, plane ſilentio præteriri. Nec vox *ſuggerere*, quæ in *l. 15. C. de proximis ſacrorum ſcriniorum* occurit, contrarium probare videtur, quæ in *Codice Iuſtinianeo*, alio plerumque ſignificatu adhibetur, quo idem denotat ac *proponere*, ita vt imperatores cum in reſcriptis ad ſupplicantium preces ſeſe referunt, loqui ſoleant: *vt factum eſſe ſuggeris.* s) Verba ergo allegatæ legis, *ſuggerente Proculo*, idem ac ſi,

n) Vid. *l. 2. C. in f. de officio præf. prætor.* nec non *pragmatica ſanctio* IVSTINIANI *in f.* et *conſtitutio* IVSTINI *imperat. de filiis liberor.*

o) *Nouell. LIX. in f.*

p) *Nouell. CXXI et CLII. in f. edictum* IVSTINIANI *VII. et IX in f.*

q) *Conſtitutio III.* IVSTINI *imp.*

r) *Edictum XII.* IVSTINIANI *in f.*

s) Qualia ſunt verba *l. 1. C. vt lite pendente: reſcriptum, quod poſtea ſecutum eſſe ſuggeris. l. 3. C. de interd. matrim. cum proponas ei, quam matrimonio iunctam eſſe ſuggeris. l. 3. C. ad L. Falcid.* in *legatorum imponenda ratione, quibus te oneratum eſſe ſuggeris.*

ſi, *proponente* ſeu *referente Proculo*, dictum fuerit, ſignificare videntur. Quod ipſum præterea vel inde adhuc clarius et manifeſtius apparet, quod IVSTINIANVS in *cit. l. fin.* hæc adiiciat: *quod ex ipſorum adiutorum petitione idem magnificæ memoriæ Proculus ad nos retulit* quæ docent, quod idem antea *ſuggeſſiſſe*, nunc *retuliſſe* Proculum, adſerat IVSTINIANVS. Enimuero hæc dubia quidem euincunt, cæſares liberius egiſſe in reſcriptis in *priuatorum vſus* conceſſis, et ſuo arbitrio vtplurimum in his vſos fuiſſe, haud tamen inde colligi poteſt, etiam in *ſanctionibus pragmaticis*, cauſſas publicas concernentibus, et plerumque legis æternæ atque vniuerſalis vim habentibus, ſanctioris conſilii ſuffragia neglexiſſe, quæ adhuc in legibus generatim condendis, deſiderarunt THEODOSIVS et VALENTIN. in *l. 8. C. de LL.* Addunt ibidem hanc clauſulam notabilem: *Scituri igitur patres conſcripti, non aliter in poſterum legem a noſtra clementia promulgandam, niſi ſupra dicta forma fuerit obſeruata.* Cum itaque *ſanctiones pragmaticæ* ab aliis reſcriptis et *nomine* et *re* in eo diſtinguerentur, quod ſalutis publicæ cauſſa et cauſſa mature cognita eſſent conditæ, et *legis perpetuæ* vigorem haberent: non dubium eſt, quin eadem forma hic quoque vſurpata fuerit, vtut in ceteris reſcriptis, quæ magis ex *bene placito* cæſarum pendebant, ſe ad hanc formam præciſe adſtringi haud paſſi fuerint. Quocirca quia reſcripta cetera ſæpe ex ſingulari fauore ad partium preces dabantur, imperator MACRINVS eadem prorſus abolere et tollere voluit, hunc in finem: *vt iure, non reſcriptis ageretur*, vt loquitur CAPITOLINVS §. *IV.* relatus. Maiorem omnino auctorita-

vt idem ſit ac proponere,

Reſpondetur dubiis,

imperatores in ceteris reſcriptis liberius verſatos eſſe, non in his,

Theodoſium in §. præc. relatam formam in omnibus generalibus perpetuo obſeruari voluiſſe,

ideoque etiam in ſanctionibus pragmaticis,

ole. Conf. *conſtitutio* IVSTINI *imperat. de filiis libertorum et ſacrum* *pragmaticarum* TIBERII *Auguſti* *cale-* indictionum.

tem habuerunt *ſanctiones pragmaticæ*, quod maturiori conſilio et adhibitis procerum ſuffragiis in cauſis publicis eſſent conditæ.

Differentia VI. a ceteris reſcriptis, ratione effectus earumque auctoritatis.

§. XVII. Sanctionum pragmaticarum natura atque indole, quoad eius per ingenii vires fieri potuit, euoluta, et ſub examen vocata, de earundem *virtute* atque *auctoritate* quædam ſuperſunt dicenda, in qua (VI) nouum diſcrimen a ceteris reſcriptis, ad inſtantiam priuatorum prodiis, emergit. Cum autem vti omnes principum conſtitutiones, ita etiam pragmaticæ ſanctiones omnem auctoritatem ſuam primario a *voluntate principis* ſortiantur, t), hæc ſola atque vnica norma eſt, ex qua illarum vis atque poteſtas dimetienda. Principis autem voluntatem aut *expreſſa* eius ſignificatione aut *ex ipſius rei natura* colligere oportet. Videndum ergo ante omnia, quatenus ex ipſa legum pragmaticarum indole eluceat, quoad vſque princeps per eas iura publica perpetua condere in animo habuerit. Quandoquidem ſummus imperans per pragmaticæ reſcripta vniuerſitati, eius in *cauſis publicis* deciſionem deſideranti, reſpondet, illius voluntas ita prorſus reſtricta eſſe videtur, vt iſta non vlterius, quam quatenus cauſa *collegium*, quod preces obtulit, concernit, *legis perpetuæ* robur obtineant. Namque cum omnis legum rigor ex earum *promulgatione* pendeat, eæque apud illos ſolum, quibus princeps illas promulgandas eſſe cenſuit, obligationem et parendi gloriam producant, *ſanctiones pragmaticæ* autem plerumque ad illos ſolum, *qui ſupplicarunt*, mitti atque dirigi ſolerent, ſequitur, vt apud hos ſolummodo vim legis perpetuæ primario obtinuerint, ceteris ſubditis, quibus earum promulgatio haud facta eſt, ad illas cuſtodiendas non obligatis. Hæc ſententia eſt imperatoria

Harum virtus ex imperantis voluntate pendet, quæ I ex earundem natura colligitur,

et huius a) non ulterius quam quatenus collegium, quod preces obtulit, concernunt, legis vim habent,

præſertim ſi huic tantum promulgantur.

t) *L. 1. D. de conſtitution.*

peratorum THEODOSII et VALENTINIANI, u) ſtatuentium, vt quæ prouinciis, ciuitatibus, aut corporibus conceſſa ſpeciatim fuerint, ad generalem obſeruantiam minime pertinerent. Deinde eodem modo patet; ſanctiones pragmaticas iis tantum *negotiis* opitulari, quibus effuſæ ſunt, x) principe iſtius tantum cauſſæ, de qua fuit conſultatus, rationem habente, eiusque voluntate ad iſtam ſolummodo reſtricta. Illarum igitur *interpretatio* ita regulariter faciendo, ne contra imperantis mentem extendatur, nec earum obligatione alii, quam ad quos decretæ erant, onerentur. Quæ igitur ex ipſa ſanctionum pragmaticarum indole eruitur reſtricta principis voluntas, ea ſemper adeſſe præſumitur, niſi *contrarium* expreſſis verbis ſignificauerit mentem, quod latiorem ampliorenque fuiſſe voluerit pragmaticæ formæ obligationem, eamque *legis communis* inſtar ſtatuerit eſſe habendam. Generalis igitur conſtitutionis vim *pragmatica ſanctio* non raro obtinere ſolebat, tum quod de *cauſſa publica* eſſet conſtituta, quæ ſalutem publicam concerneret tum quod ipſius appellationis ratio hoc poſtulare crederetur, vt quod *ſanctione* eſſet proditum, id æternæ legis auctoritatem haberet. Id ipſum etiam vtplurimum aliunde facile colligi poterat, vtpote, ſi (I) in illa perſpicue fuerit cautum, vt quæ in illa comprehenſa ſint, in ſimilibus quoque y) cauſſis *vbique* cuſtodirentur. Deinde (II) huc in primis pertinet, ſi imperans illam *legem generalem* vocauerit, z) aut pro lege communi illam eſſe habendam declarauerit manifeſte. Illuſtris eam in rem formula eſt *formæ pragmaticæ*

(β) *ad illa tantum negotia pertinent, de quibus lata; hoc ſenſu earum interpretatio reſtricta eſt*

II ex expreſſa principis declaratione, vt vim generalis legis vim obtineat,

(1) *ſi cautum, vt ad ſimiles cauſſas trahantur,*

(2) *ſi leges generales appellata,*

u) in *l. 4. C. de legib.* x) *l. 9. C. Theod. de diverſis reſcriptis l. 2. et 3. C. de legibus.* y) Eiusmodi clauſula occurrit in *epilogo Nov. CLXII. conf. l. 3. C. de legibus.* z) Vid. *Edictum XII.* IVSTINIANI *cap. I. Nov. LIX. cap. VI. l. 3. C. de legibus.*

tem habuerunt *ſanctiones pragmaticæ*, quod maturiori conſilio et adhibitis procerum ſuffragiis in cauſſa publica eſſent conditæ.

Differentia VI. a ceteris reſcriptis, ratione effectus earumque auctoritatis.

§. XVII. Sanctionum pragmaticarum natura atque indole, quoad eius per ingenii vires fieri potuit, euoluta, et ſub examen vocata, de earundem *virtute* atque *auctoritate* quædam ſuperſunt dicenda, in qua (VI) nouum diſcrimen a ceteris reſcriptis, ad inſtantiam priuatorum proditis, emergit. Cum autem vti omnes principum conſtitutiones, ita etiam pragmaticæ ſanctiones omnem auctoritatem ſuam primario a *voluntate principis* ſortiantur, t) hæc ſola atque vnica norma eſt, ex qua illarum vis atque poteſtas dimetienda. Principis autem voluntatem aut *expreſſa* eius ſignificatione aut *ex ipſius rei natura* colligere oportet. Videndum ergo ante omnia, quatenus ex ipſa legum pragmaticarum indole eluceat, quoad vſque princeps per eas iura publica perpetua condere in animo habuerit. Quandoquidem ſummus imperans per pragmatica reſcripta vniuerſitati, eius in *cauſſis publicis* deciſionem deſideranti, reſpondet illius voluntas ita prorſus reſtricta eſſe videtur, vt iſta non vlterius, quam quatenus cauſſa *collegium*, quod preces obtulit, concernit, *legis perpetuæ* robur obtineant. Namque cum omnis legum rigor ex earum *promulgatione* pendeat, eaque apud illos ſolum, quibus princeps illas promulgandas eſſe cenſuit, obligationem et parendi gloriam producant. *ſanctiones pragmaticæ* autem plerumque ad illos ſolum, *qui ſupplicarunt*, mitti atque dirigi ſolerent ſequitur, vt apud hos ſolummodo vim legis perpetuæ primario obtinuerint, ceteris ſubditis, quibus earum promulgatio haud facta eſt, ad illas cuſtodiendas non obligatis. Hæc ſententia eſt imperatoris

Illarum virtus ex imperantis voluntate pendula, quæ l ex earundem natura colligitur,

vt huius u) non vlterius quam quatenus collegium, quod preces obtulit, concernunt, legis vim habent,

præſertim ſi huic tantum promulgantur.

t) *L. 1. D. de conſtitutionib.*

peratorum THEODOSII et VALENTINIANI, u) ſtatuentium, vt quae prouinciis, ciuitatibus, aut corporibus conceſſa ſpeciatim fuerint, ad generalem obſeruantiam minime pertinerent. Deinde eodem modo patet; ſanctiones pragmaticas iis tantum *negotiis* opitulari, quibus effuſae ſunt, x) principe iſtius tantum cauſſae, de qua fuit conſultatus, rationem habente, eiusque voluntate ad iſtam ſolummodo reſtricta. Illarum igitur *interpretatio* ita regulariter facienda, ne contra imperantis mentem extendatur, nec earum obligatione alii, quam ad quos decretae erant, onerentur. Quae igitur ex ipſa ſanctionum pragmaticarum indole eruitur reſtricta principis voluntas, ea ſemper adeſſe praeſumitur, niſi *contrariam* expreſſis verbis ſignificauerit mentem, quod latiorem ampelioremque fuiſſe voluerit pragmaticae formae obligationem, eamque *legis communis* inſtar ſtatuerit eſſe habendam. Generalis igitur conſtitutionis vim *pragmatica ſanctio* non raro obtinere ſolebat, tum quod de *cauſſa publica* eſſet conſtituta, quae ſalutem publicam concerneret, tum quod ipſius appellationis ratio hoc poſtulare crederetur, vt quod *ſanctione* eſſet proditum, id aeternae legis auctoritatem haberet. Id ipſum etiam vtplurimum aliunde facile colligi poterat, vtpote, ſi (I) in illa perſpicue fuerit cautum, vt quae in illa comprehenſa ſint, in ſimilibus quoque y) cauſſis *vbique* cuſtodirentur. Deinde (II) huc imprimis pertinet, ſi imperans illam *legem generalem* vocauerit, z) aut pro lege communi illam eſſe habendam declarauerit manifeſte. Illuſtris eam in rem formula eſt *formae pragmaticae*

(β) ad illa tantum negotia pertinent, de quibus lata; hoc ſenſu earum interpretatio reſtricta eſt.

II ex expreſſa principis declaratione, vi cuius generalis legis vim obtinent,

(1) ſi cautum, vt ad ſimiles cauſſas trahantur,

(2) ſi leges generales appellatae,

u) in *l.* 3. *C. de legib.* x) *l.* 9. *C. Theod. de diuerſis reſcriptis l.* 2. *et* 3. *C. de legibus.* y) Eiusmodi clauſula occurrit in *epilogo Nou. CLXII. conf. l.* 1. *C. de legibus.* z) Vid. *Edictum XII.* IVSTINIANI *cap. I. Nou. LIX. cap. VI. l.* 3. *C. de legibus.*

ticæ IVSTINIANI a) de *argentariorum contractibus*, huius tenoris. *ſupplicibus vero hanc ſacram pragmaticam formam in quocunque iudicio et maiori et minori producendi, illamque recipiendi ac inde ſubſidium conſequendi facultas eſto: vtpote quæ tantam in præſenti propoſito et in prædictis tractatulis vim habeat, quantam in aliis negotiis generales noſtræ leges obtinent.* Quæ verba docent, quam virtutem tum ratione ſupplicis argentariorum collegii, tum ceterorum ſubditorum ſortiri debuerit. Tandem (III) ſanctioni pragmaticæ generalis legis auctoritatem princeps conciliabat, ſi iſtam pro *omnium vtilitate conſcriptam* eſſe adſerebat, vel eandem etiam vbique edictis ſeu programmatibus promulgari iubebat. *In ſanctione pragmatica* IVSTINIANI hæc in principio leguntur: *quædam diſponenda eſſe cenſuimus ad vtilitatem omnium pertinentia, qui per occidentales partes habitare noſcuntur;* quo ipſo ſimul generalis in occidentalibus prouinciis legis robur ſanctioni pragmaticæ impoſuit. Eiuſdem valoris eſt formula *ſacri pragmatici* TIBERII *Auguſti. Illuſtris et magnifica auctoritas tua hanc pragmaticam ſanctionem in* AETERNVM VALITVRAM *edictis propoſitis omnibus habitatoribus Africanarum partium innoteſcat, vt omnibus pateat, qualem pro vtilitate eorum prouidentiam gerimus.* Denique ſi (IV) ſanctiones pragmaticæ legum collectioni inſerebantur, generalium quoque vim iurium accipiebant, quod exemplo earum, quæ *Codici Iuſtinianeo* fuerunt adiectæ, clariſſime patet, quas vel hoc nomine *conſtitutionum vniuerſalium* robur obtinere, ipſe IVSTINIANVS in *conſtitutione de nouo Codice faciendo* b) oſtendit.

(3) *ſi in omnium vtilitatem ea prolatas eſſe, imperans ſtatuit;*

(4) *ſi collectioni legum inſerta.*

Sanctiones pragmaticæ ſanctiſſimæ,

§. XVIII. Pragmatica autem reſcripta, ſiue ratione collegii impetrantis tantum *legem conſtantem et particularem* faciant, ſiue

a) Quæ inter *edicta* IVSTINIANI *VII.* loco reſertur. b) §. 2.

ſiue *generalis conſtitutionis* auctoritate polleant, eadem, qua omnes imperatorum leges, *ſanctitate* gaudent, vt violari impune poſſint a nemine. Quin immo cum per illas cauſſæ publicæ prouinciarum, ciuitatum, collegiorum, et quarumcunque vniuerſitatum definirentur, ideoque circa commodum publicum et publicam ſalutem verſarentur: omnium ſane intererat, illas ceteris omnibus multo ſanctiores eſſe et accuratius obſeruari. Qua de re ſolliciti imperatores hanc ſubinde clauſulam iis ſubnexerunt: *Gloria itaque tua, quæ per hanc* PRAGMATICAM SANCTIONEM *ſtatuuntur, æternitatis effectui mancipari obſeruarique præcipiat* c). Quam IVSTINIANVS adducto loco æternitatis effectui mancipari iubet pragmaticam formam: alio loco nunc et *in æternum ſeruandam* eſſe hoc modo d) præcipit: *tua igitur celſitudo, et qui poſt eandem adminiſtrationem acceperit, et parens tibi officium, quæ placuerunt nobis per præſentem diuinam pragmaticam formam, nunc et* IN RELIQVVM OMNE TEMPVS *ſeruabunt.* Hinc ſanctio pragmatica in *æternum valitura* dicitur e). Quam ſancta porro quamque inuiolata et quam immortalis fere forma pragmatica eſſe debeat, omnium elegantiſſime IVSTINIANVS in hac formula docet f). *Et volumus etiam illa tenere ſecundum hunc modum, et eſſe per omnia* IMMVTILATA et IMMORTALIA, *hac ſacra pragmatica lege per omnia tenente, donec ſunt homines, donec magnum et valde laudandum Chriſtianorum nomen in hominibus eſt, et quotidie per Dei prouidentiam augetur;*

præſertim quod publicum commodum concernunt.

Earum ſanctitas ex variis formulis illuſtratur.

Kkk *proui-*

c) Vid. *l. 2. in f. C. de off. præf. præt.* conf. *pragmatica ſanctio* IVSTINIANI *in f. conſtitutio* IVSTINI *imp. de filiis liberor. in f. Nouella conſtitutio Iuſtini in f.*

d) Vid. *epilogus Nov. LIX.* e) Vid. *ſacram pragmaticam* TIBERII *in f.* f) Quæ inſerta eſt *Nouellæ LIX. cap. VII.*

prouidente quippe his ante alios omnes ipſo ſanctiſſimo patriarcha huius felicis vrbis, vt cum pontificali auctoritate ipſe cauſſa vicem non ſinat, ab vlla perſona, neque ſacerdotali, neque iudiciali, neque aliorum vlla deprauari, quæ a nobis ordinata ſunt, ſed etiam ipſum imperium conſeruamus, ad magnum reſpicientes Deum, vt ſemper ſceptrorum dominus vigilanter huic rei prouideat. IVSTINIANVS in hac clauſula pro ſanctionis ſuæ obſeruantia, æternitati commendanda, primo pontificalem Conſtantinopolitani patriarchæ auctoritatem interponi iubet, deinde coniuratione quadam ſucceſſores ſuos ad eius obſeruantiam obligare cupit, tandem ſummi numinis prouidentiam pro eius æterna conſeruatione ſupplex adit: quibus omnibus enixiſſimam prodit voluntatem, vt legis ſuæ pragmaticæ ſanctitas inuiolata ſit atque perennis. Quod reliquum eſt, ſanctiones pragmaticæ nonnunquam *ſanctione pœnali* muniri ſolebant, mulcta graui in earum violatores conſtituta: id quod vel ex hac formula, g) perſpicue intelligitur. *Quæ igitur nobis placuerunt, et per hanc* SACRAM PRAGMATICAM *declarantur legem, ea tam gloria tua, quam quicunque præterea reipublicæ noſtræ magiſtratus cuſtodire in perpetuum ſtudeto: decem librarum auri pœna imminente his, qui vel hæc tranſgrediuntur, vel tranſgredi patiuntur.* Exinde vero ſimul liquet, eandem in iuſſionum imperialium temeratores conſtitutam pœnam, magiſtratui imminere, cuius indulgentia *violatio ſanctionis pragmaticæ* contingeret, quo illa et hac ratione ex omni parte ſarta illæſa atque inuiolata ſeruaretur.

Subinde ſanctione pœnali muniri.

pœna certa in earum violatores; tum in magiſtratum, qui eas violari patitur, conſtituta.

CAP.

g) Vid. *Nov. CXXXVI, in f. conf. ſacram pragmaticam* TIBERII *Imp. in f.*

CAP. II.
DE
SANCTIONVM PRAGMATICARVM MEDII ET RECENTIORIS AEVI INDOLE ET AVCTORITATE.

§. I.

Quae de *ſanctionum pragmaticarum indole et auctoritate* ex legibus Romanis *praecedente capite* adducta ſunt, atque ex antiquitatibus euoluta, ea viam pandunt, ad *ſanctiones pragmaticas medii et aeui recentioris* recte cognoſcendas atque explicandas. Cum vero earum nomen noſtro aeuo in *anguſtiori* ſeſe, ac quidem olim apud Romanos, *ſignificatu* occurrat, non adeo frequenter vero in monumentis *medii aeui* earum mentio fiat, nec eodem ſemper ſignificatu accipiantur, pauca de harum etiam *indole* atque *auctoritate* hoc agendum eſt. Ex *Latio* haec appellatio ad *Francos* et *Germanos* tranſiit, vnde iam in *Regum Francorum capitularibus* reperitur, licet vſus earum fuerit parcior. Vnica fere earum mentio occurrit in *capitulari XXX. Caroli M. lib. II.* h) vbi ita cauetur: *ſi princeps voluerit, rem immobilem ſancto loco praeſtare, et accipere ab eo alteram immobilem rem, et eo modo permutationem committere, liceat hoc facere ex* DIVINA SANCTIONE PRAGMATICA *ab eo impetrata.* In eodem, quo Romanis *ſanctio pragmatica* ſenſu veniebat, hoc loco adhibetur, praeſertim cum REGINO, BVRCHARDVS, IVO, et GRATIANVS i) ex *Nouellis* k) haec deſumſerint, eaque etiam *in capitularia* refer-

Sanctionum pragmaticarum ſignificatio medii et recentioris aeui.

In capitulari XXX. Caroli M. eodem ac apud Romanos ſenſu adhibetur,

quod ex Nouella VII. deſumtum,

Kkk 2

h) Apud STEPHANVM BALVZIVM *tom. I. capitularium regum Francorum p. 947.*

i) In *c. 2. C. 10. qu. 2.* vbi GRATIANVS non nouellam ipſam conſuluit, ſed authenticae gloſſam, quae poſt *l. 14. C. de SS. eccleſ.* adparuit, [illegible] confundit.

k) *Nou. 7. c. 2. et auth. hoc ius porrectum. C. de SS. eccl.*

referri iuſſerit CAROLVS M., vnde poſtea eadem in *decretales* etiam a RAYMVNDO translata ſunt l). Obſeruandum vero, in *Nov. cit. VII.* legem demum generalem bonis eccleſiaſticis datam fuiſſe de iis non alienandis aut diſtrahendis, quæ ad hæc vſque tempora ſub libera epiſcoporum diſpoſitione fuerant. Permittit tamen [illegible] eam adhuc alienationem, quæ, tum commodo eccleſiarum fit, tum in reipublicæ neceſſitatem et vſus neceſſarii [illegible], id quod *pragmatica ſanctione*, [illegible] impetranda, [illegible], corroborandumque [illegible], vt [illegible] *perpetuam* [illegible]. Hæc *ſanctio* [illegible], quod poſtea [illegible] pontifices deſiderarunt, [illegible] capitulo interpoſito [illegible]. Merito vero IVSTINIANVS [illegible] impetrandum eſſe iudicauit, quod [illegible] bonis cederit, ideoque [illegible] conueniensque [illegible], *[illegible] reſcripto* interueniente, de *permutatione* eorundem decernere, et ita *legem prohibitiuam* laxare. Poſtquam vero [illegible] iura ſuprema imperatorum atque [illegible] ſunt, epiſcopis hæc [illegible] tandem ceſſit, vt [illegible] nes cum [illegible]ſenſu capituli permuttere poſſent. Quæ cum ita ſint, [illegible] omnino eſt, RAYMVNDVM hunc textum, æuo Carolingico quidem adhuc valde congruum, ſed a decretalium recenti ordine principiis recedentem, ſuæ compilationi inſeruiſſe, [illegible] *epiſcopi*, ſed *pragmaticam formam* principis, vt permutatio [illegible] nequeat, deſiderat.

deinde decretalibus inſeruntur.

In Nov. VII. [illegible] *tionem tamen pragmatica principis deſideratur,*

cum hoc tempore decretalium, decretum epiſcopi et capituli requirebatur.

ideoque iſta conſtitutio incongrue in decretales relata.

§. II. Reges quoque *Francorum* atque *Germanorum* non raro *præcepta* ſua, quibus bona, eccleſiis a maioribus conceſſa, confirmarunt, atque ſub *ſpeciali tuitione* ſeu *mundeburdio* impe-

Huius vocis vſus in conſtitutionibus

l) c. 1. X. de rerum permut.

riali

cialis eſſe voluerunt, *pragmatica* non ſine ratione vocarunt; tum quod ad inſtantiam epiſcoporum et prelatorum hæc impetrata fuerint, tum quod *publicum ſtatum eccleſiarum* firmauerint, et *æterno munimento* muniendum duxerint. Illuſtrat hoc diploma LVDOVICI II. de anno DCCCL. m) quo epiſcopo Cremonenſi *ſolenni pragmatico* iura, priuilegia, bona, atque immunitates eccleſiæ ſuæ confirmat. Prouocat ad CAROLI M. LVDOVICI PII et LOTHARII *præcepta*, hæc eadem *confirmat et ſancit ſuo præcepto*, vt loquitur, additque paulo poſt *cum omni integritate per noſtram præceptionem ad eandem confirmamus eccleſiam*. Sed eadem *præcepta* mox *pragmatica* vocat his verbis, *quia etiam et addidit excellentiæ noſtræ præfatus præſul, eo quod quidam Longobardorum et ceterarum gentium domini et genitoris noſtri* PRAGMATICVM *transgredi* ſoleant etc., quo ipſo LOTHARII *præceptum* intelligit ea de re datum. Notabile quoque eſt OTTONIS II. diploma, quo præpoſito et congregationi Bobienſis cœnobii anno DCCCCLXXXII. confirmauit bona atque iura, ad petitionem dilectiſſimæ coniugis, vt indicant verba hæc: n) *ita et nos pro remedio animæ et amore præfatæ amantiſſimæ noſtræ coniugis* [illegible] *loci* FIRMITATEM *terræ Ebobr*... NOSTRAE AVCTORITATIS PRAGMATICVM *concederemus etc.* In fine *ſanctionem* hanc addit: *ſi quis igitur* HVIVS CONFIRMATIONIS PRAGMATICVM *infringere tentauerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras quingentas etc.* Iam antea anno DCCCCXXXXVII. LVDOVICVS imperator ampliori et pleniori priuilegio o) proſpexerat huic monaſterio, in cuius calce hanc

ſub-

m) Apud VGHELLIVM in *Ital. ſacra, tom. III, p. 585. nouiſſ. edit.* n) Apud VGHELLIVM in *Italia ſacra tom. III. p. 974. nou. edit.* o) Apud EVNDEM *cit. l. p. 962. ſq.*

ſubnecti formulam. *Et ut hæc* NOSTRAE AVCTORITATIS PRAGMATICVM *firmiſſimum omni tempore vigorem obtineat, et diligenter a poſteris noſtris cunctisque miniſtris reipublicæ Italiæ conſeruetur, more noſtro ſubter confirmauimus, et de bulla noſtra ſigillari præcepimus.* More Romanorum hanc formulam elegit, qui ea, quæ in publicis *æternam* et *inuiolabilem auctoritatem* obtinere debebant, *pragmatica ſanctione* firmabant. Praeterea in *Italia* more imperatorum antiquorum agebant, eorumque ſtilum in ſuos transferebant vſus, vt ſe prorſus ad morem antiquorum imperatorum componerent. Rurſus anno DCCCCLXXII, OTTO II. p) confirmauerat eidem monaſterio comitatum Bobienſem cum omnibus ad idem monaſterium pertinentibus bonis ſub hac formula: *per* NOSTRAE AVCTORITATIS PRAGMATICVM. *Sanctionis pragmaticæ* mentionem ſpeciatim facit CONRADVS II. anno CIƆ C XXXVIII. in priuilegio, archiepiſcopo Piſano dato q) in hac formula: *notum eſſe volumus, quod pietatis noſtræ --- tibi Balduino venerabili Piſanorum archiepiſcopo tuisque ſucceſſoribus* IN PERPETVVM *a regali largitione donauimus, atque conceſſimus, et inconuulſa permanere,* PRAGMATICA SANCTIONE *decreuimus etc.* VBALDO archiepiſcopo eadem confirmauit bona FRIDERICVS imperator anno CIƆ CLXXVIII. ſub hac formula PRAGMATICA SANCTIONE *eis confirmamus, et* INCONVVLSA STABILITATE *eis permanere decernimus omnia illa bona etc.* CAROLVS M. anno DCCCV. abbati monaſterii, in ſuburbio Veronenſi, ſiti varia priuilegia conceſſit ſub hac ſanctionis formula: *Si quis igitur temerarius aliquid contra huius noſtræ* SANCTIONIS PRAGMATICVM *machinari vel peragere præſumſerit, ſciat ſe XXX. librarum communitatis noſtræ pœnam perſoluturum.*

more Romanorum

more antiquorum imperatorum, in Italia præſertim.

p) Apud EVNDEM *tom. I. p.* 391. q) Apud EVNDEM *tom. V. p.* 703.

torum. Nouo plane more ſanctionis pragmaticam præceptum ſuum appellat imperator, quod veteres prædicatum pragmatici quidem ſimpliciter ſuis reſcriptis tribuere ſueuerant; quamuis reſcriptum ſub ea appellatione intellexerint, nunquam tamen pragmaticum noſtræ ſanctionis aut reſcripti dixerint.

prædicatum pragmatici *ſimpliciter adhibuerunt, non addito* reſcripto *vel* decreto.

§. III. In capitularibus quidem aliisque diplomatibus *regum Francorum* vocis huius vſus rarior occurrit, res ipſa tamen haud defuiſſe videtur. Non negligenda eſt hoc loco, elegans BALVZII r) obſeruatio, adſerentis, æuo capitularium ſolenniorem fuiſſe PRAECEPTI vocem, eamque idem ac *ſanctionem pragmaticam* ſignificaſſe, ſi huius indolem peculiarem, auctoritatem, et ſanctitatem intuemur. In cuius rei teſtimonium quamuis præceptum s) ARNVLPHI imperatoris Patauienſi eccleſiæ conceſſum proferat, ad eandem tamen obſeruationem corroborandam alia nonnulla diplomata ſpicilegii loco adhuc addere liceat. LVDOVICVS Coſmaricenſi t) monaſterio per *præceptum* ius, duas pluresue naues per omnia regni ipſius flumina dirigendi, largitus eſt, quod præceptum ſimul *regalis ſanctio* vocatur hac formula. *ad cuius conceſſionis auctoritatem corroborandam hoc præſens fieri iuſſimus* PRAECEPTVM, *per quod* IMPERIALI AVCTORITATE *iubemus, vt nullus noſtrorum præſentium ſiue futurorum in hac* REGALI SANCTIONE *audeat, illis in aliqua parte contradicere.* Eodem fere priuilegio idem monaſterium exornauerat u) CAROLVS *Magnus*, publico eam in rem præcepto edito, more apud Romanos viſitato, quo imperatores priuile-

Aeuo capitularium maior vſus præcepti, *quam* ſanctionis pragmaticæ,

id quod ex diplomatibus illuſtratur.

r) In *notis ad libros capitularium tom. II. p.* 1176.

s) In *metropoli Salisburgenſi tom. I. p.* 350.

t) Ipſum præceptum exſtat apud BALVZIVM *c. l. tom. II. in append. actorum veterum n. XXI. p.* 1401.

u) BALVZIVS *cit. l. n. XX. p.* 1400.

uilegia, cauſſam publicam concernentia, per *formas ſragmaticas* collegis indulgere ſolebant. In hunc quoque cenſum referendum LVDOVICI Pii *præceptum*, x) quo ad preces præſulis Viennenſis eccleſiæ, huius priuilegia confirmat. Quin hac voce ſubinde etiam coniuncta reperiuntur vocabula adiectiua, ex ratione conceſſionis, per *præceptum* indultæ, deſumta. Vnde in Francorum regum conſtitutionibus præceptum vocatur *hoc noſtræ immunitatis præceptum*: y) *hoc noſtræ auctoritatis præceptum*: z) *hoc præceptum munificentiæ noſtræ*: a) *noſtræ manſuetudinis præceptum*: b) *hoc præcellentiæ noſtræ regalis præceptum*: c) *præceptum altitudinis noſtræ*: d) *hoc celſitudinis noſtræ præceptum*: e) *præceptum hoc reſtitutionis ſeu reſtaurationis*: f) *hoc noſtræ auctoritatis atque largitionis præceptum*: g) *ſerenitatis noſtræ* h) *præceptum*, et quæ ſunt eius generis alia. Eiuſmodi præceptorum non minorem, quam *ſanctionum pragmaticarum* apud Romanos, fuiſſe auctoritatem atque ſanctitatem, clariſſime patet ex formula, ſubiecta LVDOVICI imperatoris i) præcepto, quo monaſterium S. Mauri ad preces eiuſdem cœnobii abbatis in ſingularem tutelam ſuſcepit, variisque immunitatum priuilegiis exornat, quæ ſic ſeſe habet: *Præcipientes ergo auctoritamus atque confirmamus, ut nullus iudex non imperator, nec rex, non epiſcopus, non comes, aut iudiciaria poteſtas, hoc excellentiæ noſtræ præce-*

Ex natura conceſſionum præcepta varia habent verba adiectiua.

Præceptorum eadem ac ſanctionum pragmaticarum ſanctitas.

x) §. 4. *conſtit. de codice Iuſtin. confirm.* y) Apud BALVZIVM *tom. II. in append. actor. capitul. n. XXVI. p.* 1406. z) Apud EVNDEM *c. l. n. XXX. p.* 1411. *et n. XXVIII. p.* 1408. a) Apud EVNDEM *c. l. n. XXXI. p.* 1412. b) Apud BALVZIVM *c. l. n. XLVI. p.* 1430. c) Apud EVNDEM *l. c. n. LXVIII. p.* 1455. d) Apud EVNDEM *c. l. n. LXXXIV. p.* 1472. *et n. CVII. p.* 1503. e) Apud EVNDEM *c. l. n. LXXXV. p.* 1473. f) Apud EVNDEM *c. l. n. XCII. p.* 1484. g) Apud EVNDEM *c. l. n. XCIX. p.* 1491. h) Apud EVNDEM *c. l. n. CXXIV. p.* 1520. i) Apud EVNDEM *c. l. n. LII. p.* 1437.

praeceptum audeat violare, ſed hoc viſa AVCTORITATE, *ſicut ſua voluerit acta eſſe firma et ſtabilia, ita et hoc noſtrum ſicut* PACTVM *manere inviolatum, ita videlicet, vt ſub hac ratione duae conſcribantur membranae vno tenore, et vna ſub theca S. Mauri habeatur, et altera a praedicto abbate Engelberto in Toſſalenſi coenobio conſeruetur. Si quis autem inſanus et Deo contrarius fuerit, qui hoc* NOSTRAE AVCTORITATIS PRAECEPTVM *violare praeſumſerit, a liminibus ſanctae eccleſiae expulſus, et ab omnibus epiſcopis totius Galliae excommunicatus, a coetu fidelium ſit ſegregatus, et cum Caipha et Pilato, Iuda quoque traditore domini poenas aeternas ſuſtineat, atque cum principe daemoniorum ſedem Gehennalem, cum a corpore eius anima exierit, ſibi paratam inveniat.* Vt omnia fere cancellariae officia clericis olim fuerunt demandata, ita non mirandum, eiuſmodi atroces formulas, quarum ſolum lectio horrorem animo incutit, ex clericorum ingenio profluxiſſe. Interim exinde elucere ſufficiat, praecepta imperialia ita ſacrata fuiſſe, vt eorum violatoribus, ſiue hi *epiſcopi ſiue comites* fuerint, graviſſima poena fuerit ſcripta. Tandem et illud adhuc monendum ſupereſt, *praecepti* vocabulum ſaepiſſimo latiori ſignificatione ceteras quoque *principum conſtitutiones* denotare; vt exempli ergo LOTHARII imperatoris praeceptum 1) hic laudare ſufficiat, quo Agilmaro archiepiſcopo Viennenſi liberum de bonis ac facultatibus ſuis ſtatuendi ac diſponendi arbitrium indulget: quae conſtitutio tamen re ipſa inſpecta tantum reſcriptum eſt, de cauſſa priuata ad certam perſonam latum. Vt praeteream, *capitularia* ipſa ſubinde *praecepta* dici; quamuis ex ipſius cauſſae conſideratione diiudicatu non ſit difficile, cuinam conſtitutionum ſpeciei quodlibet ſit accenſendum.

[illegible] violatoribus maxima poena indicta.

per illa tamen in latiori ſenſu aliae principum conſtitutiones denotantur,

etiam capitularia.

Lll §. IV.

1) Apud BALVZIVM t. I. c. LXL p. 1461.

Praeceptae cum ſanctionibus pragmaticis conueniunt

I. quod preces ſupplicantium ſupponant,

II. maioris auctoritatis gratia ſint interpoſitae,

III. in cauſſis publicis regulariter,

IV. ſanctione poenali fuerint munitae,

§. IV. Ex his colligere licet, I.) in eo quidem has pragmaticas accedere ad iuris Romani morem, quod preces ſupplicantium praeſupponant, ad quorum inſtantiam interpoſitae ſunt: II.) vt plurimum *confirmationibus* priuilegiorum, iurium et bonorum adquiſitorum hoc *praedicatum auguſtius* attributum fuiſſe, vt eo maiorem auctoritatem, *imperialem* ſcilicet et eandem, quam olim *ſanctiones pragmaticae imperiales* habuerunt, lucrarentur, et aeternum robur ac indeſinentem vigorem haberent. Vnde generalem hanc ſtruxit regulam FRIDERICVS I. in diplomate *de anno* CIↃCLXXX. quo inter dominam de Groitſch et abbatem Reguwenſem litem compoſuit, eandemque compoſitionem roborauit: m) *aequitas et rationis conſentaneum, vt contractus, qui in noſtra fiunt audientia, noſtrae* AVCTORITATIS PRAGMATICA SANCTIONE *roborentur.*" III.) Plerumque quidem cauſſis, ſtatum eccleſiarum publicum concernentibus, hoc vinculum eximiae et aeterni roboris additum, nonnunquam tamen etiam compoſitionibus, ſuper litibus mere priuatis initis, idem additum fuiſſe, vel modo praedictum diploma loquitur, ſeriori licet exemplo. IV.) Clauſulas *poenales* grauiores illis ſuperadditas fuiſſe, nonnunquam etiam imprecationes, vt eo maiorem incuterent terrorem illis, qui eas infringere et violare auſus fuiſſet, id quod *ſanctionibus* proprium eſt. In praedicto diplomate haec ſanctionis formula occurrit: *ſtatuentes, vt quicunque ipſum* (ſcriptum) *infringere attemptauerit, decem libras auri pro ſatisfactione componat.* In alio eiuſdem imperatoris diplomate *de anno* CIↃCLXVIII. n) quo epiſcopo Herbipolenſi, vt duci, *omnem iurisdictionem et plenam poteſtatem faciendi iu-*

[illegible] *ſtam-*

m) Refert hoc diploma B. *de* LVD. [illegible] 199. n) SCHANNAT in vindem. [illegible] LVDEWIG *tom. II. reliquiar. MSStor. p.* [illegible] *literar. collect. II, p. 116. ſeq.*

ſitionem per totum epiſcopatum et ducatum Wirceburgenſem conſirmauit, hanc praemiſit formulam, in ſanctionibus pragmaticis uſitatam: *ſtatuentes imperiali auctoritate, et* LEGE PERPETVO VALITVRA *decernentes.* Tandem hanc grauioris ponderis clauſulam ſubiecit: *Sit igitur haec* NOSTRA PRAGMATICA SANCTIONE *ſuper dictorum omnium* OMNI AEVO STABILIS et FIRMA CONSTITVTIO, *et nemo illo vnquam tempore eam infringere et caſſare praeſumat. Quicunque autem contra eam temere praeſumſerit, imperatoriae maieſtatis reus ſeueriſſimae animaduerſionis poenas exſoluat, et mille libras auri puriſſimi componat camerae noſtrae, et alteram medietatem Wirzeburgenſi epiſcopo et eccleſiae.* Denique V) non inſuetum fuit, talia praecepta publica *edictales ſanctiones* vocare, vt in diplomate FRIDERICI II. *de anno* CIↃ CC XXXII. quo magiſtros ciuium aliſque epiſcoporum conſenſu fieri vetat ſub hac formula: *hac noſtra* EDICTALI SANCTIONE *damnamus,* (o) quae etiam continetur in diplomate eiuſdem imperatoris *de anno* CIↃ CC XXXII. ſimilis argumenti. p) In FRIDERICI I. diplomate *de anno* CIↃ CLI. q) expreſſius dicitur: *Erit haec noſtra imperialis ſanctio omni aeuo* STABILIS ET INCONVVLSA *permanens etc.* CAROLVS IV. in diplomate *de anno* CIↃ CCCLVI. quo RVDOLPHO, Saxoniae duci, dignitatem electoralem, ducatui Saxoniae annexam, cum aliis iuribus confirmat, r) illud ipſum appellat declarationem, *decretum,* et SANCTIONEM: id quod etiam aliis ſplendidis formulis exprimitur et declaratur. *Anno* CIↃ XLIII. CONRADVS II. confirmauit priuilegia coenobii Richerſpergenſis hac formula: *vt autem*

V. edictales ſanctiones dictae.

vel etiam ſanctiones imperiales.

 incon-

o) Apud SCHANNAT *coll. I. cit. p. 160.* p) Apud EVNDEM *hiſt. Wormat. cod. prob. n. 110.* q) I. HEINECCIVS *lib. II. antiq. Goslar. p. 160.* r) Apud SCHANNAT. *in vindem. literar. coll. II. cit. l. p. 132. in f.*

incontradictibilis et inconuulſa permaneat haec noſtrae REGALIS CONSTITUTIO, *conſcribi et inſigniri eam fecimus regali noſtro ſigillo.* s) *Regalis* enim *conſtitutio* idem deſignat, quod *ſanctio pragmatica*, vt ex comparatione locorum allatorum liquet. Quid? quod etiam *pragmatica donatio* et confirmatio dicta fuerit, teſte formula in diplomate *de anno* CIƆ CCX. *tom. II. bullar. Caſin. p.* 240. allato: *Si quis autem huius noſtrae promulgatae auctoritatis et* PRAGMATICAE DONATIONIS *et confirmationis temerarius violator extiterit, centum libras auri puriſſimi pro poena ſe compoſiturum cognoſcerit: dimidium fiſco noſtro et dimidium praedicto coenobio eiusque rectoribus.* Eandem formulam adducit venerabilis praeſul Gottwicenſis, t) quamquam mirandum ſit, quod hanc formulam, quae tamen non infrequens eſt in diplomatibus caeſareis, et graue pondus habet, haud notauerit, nec inter ſpecies diplomatum, quas recenſet, u) *pragmaticas ſanctiones* retulerit, ſed ſicco pede vbique praeterierit. Etenim ex antea dictis monumentis perſpicuum eſt, optimo conſilio et grauiſſima de cauſſa hac formula vſos fuiſſe imperatores, vt *aeternam auctoritatem*, et *inuiolabilitatem* his confirmationibus, fundationibus, atque conceſſis priuilegiis conciliarent.

vel regalis conſtitutio,

vel pragmatica donatio et confirmatio,

§. V. Sed ſicuti appellationibus ambigue vſi ſunt imperatores regesque, ita pedetentim *pragmaticae ſanctionis* appellatio a ſignificatu Romano quodammodo deflexit, et in legibus tum quia vel *iuri conſtituto in genere*, vel *edictis principum* applicari coepit. *Prius* liquet ex MICHAELIS ATTALIATAE proconſulis et iudicis opere *de iure*, quod hoc modo inſcripſit: *pragmatica, facta imperatoris Michaelis Ducae iuſſu.* x) In hoc opere

Recentior ſanctionis pragmaticae ſignificatus,

I. pro iure priuato conſtituto,

s) Ill. Dn. de LUDEWIG *tom. II. ſcript. rer. Germ. p.* 253. t) *Tom. I. P. I. chron. Gottwic. p.* 409. u) *Ibid. p.* 58. *ſeq.* x) Apud LEUNCLAVIUM *tom. II. iur. Graeco-Rom. p.* 1.

pore *vniuerſum iuris ſyſtema* continebatur, vt vel *inſtitutionum* vicem ſubire queat, et ſine dubio, vt maiori auctoritate polleret, ab ATTALIATA hoc nomine inſignitum eſt. *Poſteriur ex legibus Siculis* conſtat, in quarum *libro I. tit. 64.* y) vbi de pecunia mutuo data, et ſic de cauſſa mere priuata, ita cautum. *per præſentis* SANCTIONIS PRAGMATICAE EDICTVM *noſtris fidelibus decernas diſtinguendum*, cum tamen in ipſo conſtitutionis capite dicatur: *hac edictali lege ſancimus*, et ita lex proprio motu promulgata ſit.

II pro edictis principum.

§. VI. Sanctionis pragmaticæ ſignificatum recentior ætas in primis conſtitutionibus in perpetuum valituris, quæ de *cauſis publicis* æqua imperii habenis promulgantur, attribuit, vt non amplius ſine reſcripta ad implorationem vniuerſitatum vel magiſtratuum probata, ſed ad *edictorum et conſtitutionum publicarum* indolem inclinent. Hoc itaque ſenſu hodie *ſanctiones pragmaticæ* a potiori ſunt *conſtitutiones ſcriptæ ſummorum imperantium vel principum, de publico reipublicæ ſtatu ob ſalutem publicam cum conſenſu procerum latæ et promulgatæ, vt perpetuum robur, ſanctitatem et inuiolabilitatem habeant.* Equidem z) prout diuerſus *reipublicæ ſtatus* eſt, ita etiam hæ ſanctiones pragmaticæ conficiuntur. ordinarie tamen conſentientibus *regnorum proceribus*, magna adhibita deliberatione ordinantur, quod ſtatum publicum concernunt, eiusque formulam perpetuam conſtituunt; quales in regnis plerisque cum procerum, qui rempublicam repræſentant, conſenſu concinnantur. Atque hoc modo ſunt *leges fundamentales regnorum et rerumpublicarum*, ſtatum publicum determinantes, quibus *ius publicum* inſtruitur, habentque haſce omnino qualitates: (1) quod publicum ſtatum et

Quo ſenſu noſtra ætate vocantur.

Harum definitio.

Sunt leges fundamentales.

 inue-

y) Apud LINDENBROGIVM in *LL. antiq.*

et a) de ſtatu publico, b) perpetuae auctoritatis, c) et ſanctitatis cauſſa feruntur,

incolumitatem reipublicae ſtabiliunt, firmantque: (2) hac intentione condantur, *vt aeternam auctoritatem* et robur, atque fundamentum reipublicae, conſtituant: (3) denique *ſanctitate ſingulari* muniantur, vt ab omnibus ſancte et inuiolabiliter ſeruentur, vt dicitur in *art. V. I. P.* §. 1. Hac de cauſſa *b)* etiam per *ſcripturam* plenius et accuratius determinari debent. Quamquam vero non negemus, *iura publica non ſcripta* quoque dari, quorſum pertinet *obſeruantia imperii*, magnum pondus in controuerſiis illuſtribus habens; illa tamen ad hanc ſpeciem, de qua agimus, referri nequeunt, quae *ſine ſpeciali determinatione*, in ſcriptis facienda, concipi non poſſunt, ſicuti nec in *iure Romano* nec in *diplomatibus medii aeui* abſque *ſcriptura* intelliguntur. Equidem *c)* non ſemper hac appellatione *leges fundamentales* rerumpublicarum veniunt, ſed alias quoque inſigniuntur nominibus: auguſtior tamen haec deſignatio pleriſque gentibus placuit, vt, quae in *eccleſiaſticis et politicis* ad rerumpublicarum perpetuam ſecuritatem conſtituuntur, *ſanctiones pragmaticae* auſpicatiſſimum nomen accipiant. Iam *cap. I.* exemplo *ſanctionis Gallicanae pragmaticae*, magna ſolicitudine comitiis regni confectae, hoc illuſtrauimus, atque oſtendimus, parem MAXIMILIANVM I. adhibuiſſe ſollicitudinem, vt non minus in Germania *pragmatica ſanctio* pro tollendis atque eradicandis grauaminibus, a curia Romana illatis, promulgaretur, quamuis reformatio, qua vires curiae R. fracta, his quoad maximam partem finem dederit, ſine vlla *pragmatica ſanctione*.

Ad ſanctiones pragmaticas imperii refertur.

§. VIII. Sed iuuabit, ad ſpecies quaſdam clariores et eminentiores progredi, inter quas optimo iure, vt tandem de imperii noſtri conſtitutionibus ediſſeramus, in genere recenſentur *leges fundamentales ſcriptae imperii*, quae a publici iuris interpretibus hac

de

de cauſſa *ſanctiones pragmaticae* vt plurimum dici ſolent. In primis vero (1) *aurea bulla* CAROLI IV. in harum cenſum venit, et ab interpretibus iuris publici, VITRIARIO, z) STRUVIO a) aliisque per *pragmaticam ſanctionem* definitur, quod in comitiis Norimbergenſibus et Metenſibus per illam electio et coronatio imperatorum, electorum praerogatiuae ſingulares, vicariatus imperii pluraque alia iuris publici capita ſpecialius determinata ſint, hunc in finem, vt robur imperii obtinerent perpetuum, ſtatumque publicum imperii conſolidarent. Qua de cauſſa CAROLVS IV. aliquoties vim *legis in perpetuum valiturae* ei tribuit, et quilibet electus imperator ſe ad eius obſeruantiam obſtringit in *capitulationibus*. b) Licet enim quaedam, ſtatu ipſo mutato, tacite in deſuetudinem fuerint, c) plura etiam a ICtis in ea deſiderentur non ſine ratione; d) non tamen haec ipſo naturam *ſanctionis pragmaticae* in perpetuum valiturae amiſit, cum in his, quae non ſunt expreſſe aut tacite mutata, ab antiquo eam conſeruauerit. Vnde cum fila ſerica nigri et flaui coloris, ex quibus ſigillum aureum, originali membranaceo affixum, pendebat, vetuſtate attrita eſſent, Elector Moguntinus ANSELMVS CASIMIRVS Francofurtum miſit GERHARDVM PHILIPPVM de SCHWALBACH, cantorem eccleſiae cathedralis Moguntinae, et THOMAM DIESELIVM I. V. L. atque conſiliarium intimum, qui cum reipublicae Francofurtenſis Deputatis in praeſentia duorum notariorum vt et teſtium die X. dec. in camera concluſi electionis ſerica fila flaui et nigri coloris per XLIII. folia membranacea et ſigillum aureum traxerunt, vt ex inſtrumento notariorum

I. Aurea Bulla,

quod per illam ſtatus imperii publicus determinatus ſit.

Retinet naturam ſanctionis pragmaticae quamuis quaedam in illa ſint immutata,

cura electoris Moguntini et ciuitatis Francofurtenſis pro conſeruando codice A. B. membranaceo originali, cuius fila ſerica,

z) *Lib. I. inſt. publ. tit. 2. §. 17.* a) *In hiſt. iur. publ. praed. c. VI. §. 1.* b) *art. 2. capitul. Caroli VI.* c) De his capitibus vid. BAVMEISTER *de mutat. A. B.* d) De quibus B. *Dn. de* LVDEWIG *in erud. comment. ad A. B.* conſulendus.

unde ſigillum pendebat, vetuſtate attrita fuerant.

cum liquet. Inter alia vero referunt: und hat obgedachter Herr Zacharias Stenglin beyder Rechten Doctor, und Syndicus folgenden mündlichen Vortrag gethan, und uns Notarien zu verſtehen gegeben, wie daß ein Wohledel, Geſtreng, Ehrenveſt und Hochweiſer Rath dieſer Stadt eine hohe Nothdurft, wie es dann auch der Augenſchein ſelbſt mit ſich brächte, erachtet, daß nachdem, weyland der Allerdurchlauchtigſte, Großmächtigſte und Unüberwindlichſte Römiſche Käyſer Carolus, dieſes Nahmens der Vierdte, Chriſtmildeſten und Glorwürdigſten Angedenckens und das Heil. Reich hieſiger, als des Heil. Reichs Königl. Wahlſtadt Franckfurth am Mayn, dieſe ſonderbahre Gnade erwieſen und dero PRAGMATICAM *in anno* 1356. *publicirte* SANCTIONEM IMPERII, gemeiniglich die güldene Bull genannt, in originali zu conſerviren allergnädigſt anvertrauet und übergeben etc. Eadem verba poſtea repetuntur in literis requiſitionis notariorum, atque his ſubjiciuntur: Wann Uns aber die durch den LIBELLUM PRAGMATICAE SANCTIONIS, und daran hangende Käyſerl. bullam gehende gelb und ſchwartz ſeidene Schnur durch Langwierigkeit der Zeit (ſich nunmehro in die 286. Jahr erſtreckend) nach und nach conſumiret und dergeſtalt verzehret worden etc. Significatum hoc fuiſſe electori Moguntino, eumque in ſenatum [illegible], [illegible], literis requiſitorialibus, ut commiſſarios mitteret eosque inſtrueret, gegenwärtigen actui beyzuwohnen, und anzuſehen, nicht allein wie der LIBELLUS vorangedeuteter PRAGMATIſcher SANCTION, ſo wohl an dem Bande als Pergament, desgleichen die bulla gantz unverſehrt unverändert und in voriger gäntzlicher wahrer integrität etc. Inde ſe requiſitos eſſe aiunt, daß ſie dieſen anjetzo vorſeyenden actui beywohnen, die ocularem inſpectionem praefati libelli pragmaticae San-

§. III. In republica Romana pro ſtatu diuerſo legum non minima fuit diuerſitas. In *republica democratica* lex dicebatur *generale iuſſum populi aut plebis, rogante magiſtratu in comitiis.* Vnde colligit GELLIVS *lib. X. noct. attic. c. 20.* neque de imperio C. Pompeii neque de reditu M. Ciceronis, neque de caede P. Clodii quaeſtiones, neque alia id genus populi plebisue iuſſa, *leges* vocari poſſe. *Non ſunt enim,* pergit, *generalia iuſſa, neque de vniuerſis ciuibus, ſed de ſingulis concepta.* *Rogationes huiuſmodi* ſcita populi κατ' ἐξοχὴν dicta fuiſſe innuit FESTVS, voce *rogatio*, aiens: *Rogatio eſt, cum populus conſulitur, de vno pluribusue hominibus, quod non ad omnes pertineat, et de vna pluribusue rebus, de quibus non omnibus ſanciatur. Nam quod in omnes homines resque populus ſciuit, lex appellatur.* Ita vero ſtricte differebant *lex* et *rogatio*. Nam confuſo et indiſtincto voca- *Diuerſa diſpenſationum fata pro diuerſo ſtatu legum.*

 bulo

b) Vide, quae latius diſſerui in introductione in ius publicum vniuerſale [illegible] L. II. C. III. §. 48. ſeqq.

ſtulo leges quæcunque etiam *rogationes* dictæ fuere, vt monet GELLIVS *att. l.* a ritu leges rogandi. Plura autem præter leges ſtricte dictas per rogationes populo propoſita in comitiis fuiſſe, nemo in dubium vocabit, adeo vt etiam cauſſæ priuatæ ſingulorum, vt teſtamenta, adoptiones etc. *per rogationes* fierent, vt auctoritate publica firmarentur, quæ tamen leges proprie non erant.

In ſtatu reipublicæ rom. democratico. §. IV. Magnopere vero in ſtatu democratico ſolliciti erant, ne leges in ſingulas perſonas conſtituerentur, *ad æqualitatem* inter omnes ſubditos eo ſanctius conſeruandam, quæ admodum huic ſtatui amica eſt atque conueniens e). Inde in LL. XII. Tabul. et quidem Tab. IX. cautum fuit: *priuilegia ne irroganto!* In cauſſa ſua ad eam legem prouocat, CICERO *pro domo ſua ad pontif. cap. XVII. vetant leges ſacratæ, vetant XII. tabulæ leges priuis hominibus irrogari: id eſt enim priuilegium, quod nemo vnquam tulit. Nihil eſt crudelius, nihil eſt pernicioſius, nihil quod minus hæc ciuitas ferre poſſit.* Vnde cum plebiſcitum nominatim in ſe latum recitaſſet, hæc ſubiungit: *hoc plebiſcitum eſt? hæc lex? hæc rogatio eſt? hoc vos pati poteſtis? hoc ferre ciuitas, vt ſinguli ciues ſingulis verſiculis e ciuitate tollantur?* Priuatorum hominum in adductis verbis fit mentio, quod notante FESTO, voce *priuis, priuos priuaſque antiqui dicebant pro ſingulis, ab quorum cauſſam et priuata dicuntur, quæ ſingulorum cauſſa ſunt, hinc et priuilegium et priuatus,* ad quod etiam [illegible] reſſe

e) Poſtulat id *ſtatus democratici* natura, vt æqualitas inter ciues conſeruetur, ac proinde æquali iure ciues fruantur. Cum autem per priuilegia ab illa æqualitate recedatur, paucorum libertas laxetur, ceterorum reſtringatur, et omnes tamen æquali ſemper libertatis deſiderio teneantur, non poſſunt non [illegible] odia, inuidiæ, diſſenſiones, [illegible], quæ ſtatui e diametro aduerſantia, oriri. Pertinet omnino huc, quod SENECA ait *ep. 30.* *Prima pars æquitatis eſt æqualitas.*

teſtimonio GELLII cit. l. confirmatur. Rurſus CICERO de LL. lib. III. cap. 19. explicans legem decemuiralem alteram hæc addit: in priuatos homines leges ferri noluerunt: id eſt enim priuilegium, quo quid eſt iniuſtius? cum legis hæc uis ſit, ſcitum eſſe et iuſſum in omnes. Scilicet iudicio agendum erat de ſingulis, legibus de omnibus et vniuerſis. Aſt poſtquam quorundam ciuium ſeditioſus ambitus corrupit rempublicam, bellaque concitauit ciuilia, de ſingulis quandoque ſcita populi lata fuiſſe, d) antiquitates memorant, id quod etiam CICERONI proſcripto contigerat, vt verba adducta ex oratione pro domo ſua indicant.

In ſtatu ariſtocratico.

§. V. Hic quorundam in republica libera dominatus anſam dedit, vt, ea deſtructa, ſub vnius imperio populus poſtea contineretur. Sic, ſtatu mutato, magna quoque in legibus mutatio contigit. SCta prævia oratione principum in ſenatu condebantur, quæ vim legis communis habebant. Sed etiam principes ius conſtituebant, et quidem maiori cum libertate, ac quidem olim in libera republica ipſe populus. Neque enim tantum ius generale, quod omnes ligaret, ſed etiam ſpeciale in ſingulos conſtituerunt. Caute tamen abſtinuiſſe videntur appellatione priuilegiorum imperatores, nominis magnopere odioſi, et eadem conſtitutiones ſpeciales appellitaſſe; quamuis, more hoc ſemel introducto, ICti priuilegiorum appellationem reduxiſſe videantur, vt conſtat ex L. 196. de R. I. vt tamen magis beneficii nomine

In ſtatu monarchico.

d) REINH. BACHOVIVS in comment. ad inſtitut. L. I. tit. II. p. 27. Hoc, inquit, erat iuris ordinarii, vt ne priuilegia irrogarentur. Poterat tamen populus ex cauſſa ſpeciali, ſuprema poteſtatis iure, priuilegiare. Quomodo non [illegible] qua v. c. Magiſtratum alias certum tempus capere, aut aliquem certum tempus [illegible] vetabant. Id ſub libera rep. [illegible] poſt ſub principibus [illegible], quoniam principes ſanctiones leges erant. Et hoc non [illegible] 3. de leg. in extremo.

mine vterentur *l. 3. de constit. princip. l. 43. pr. de vulg. et pupill. substit. l. 41. l. 91. de R. I.* etc.

Iura a principibus constituta, olim constitutiones audiebant.

§. VI. Videlicet iura a principibus constituta, CONSTITVTIONES ſpecialiter dicebantur, quae erant vel *generales* vel *ſpeciales*. *Illae* omnes tenebant et ligabant, ſed non aeque *hae*, vt docet *l. 1. de conſtit. princ. §. 6. inſtit. de iure nat. gent. et ciu.* Speciales ſcilicet conſtitutiones a *iure communi* ſeu *generali* recedebant, *l. 14. de LL.* et ideo ad conſequentias non erant producendae, quod re vera exceptionem a regula conſtituerent. Ita ergo explicandae erant, vt *ius ſingulare*, hoc eſt, a iure communi recedens, illis indulgerent, quibus ſpecialiter datae erant, vt innuit ICtus in *l. 1. in f. ad municip.* quia alioquin ius ſpeciale non eſſet. Varia autem ratione contingit, vt *ius ſpeciale* conſtituatur, quod praemittendum, vt natura *priuilegii* eo rectius cognoſcatur.

Ius ſpeciale tribuitur, 1. Cauſis et rebus.

§. VII. Videlicet I.) ius ſpeciale quandoque tribuitur *cauſis et rebus* ex ſingulari ratione, quae in concessione [illegible]. Talia iura ſingularia a iure communi deuiantia data ſunt dotibus, piis cauſis, rebus ruſticis, mercaturae, libertati, alimentis, notariis publicis etc. quae proprie *priuilegia* dici nequeunt, quod non in ſingulas perſonas iura conſtituerent, ſed quod ratio iurium expoſcat, vtut abuſiue etiam hoc nomen accipere ſoleant.

2. Certo perſonarum ordini.

II.) Certo perſonarum ordini in *genere* plerumque ſingularia iura ſunt tributa, citra reſpectum ad certum ſubiectum, et ita rurſus in ſingulas perſonas ius non fertur, ſed potius *ius perſonarum*, quamuis *ſingulare*, huic ordini perſonarum conceditur. Sic iure ſingulari fruuntur in genere milites, minores, miniſtri eccleſiae, miſerabiles perſonae, mulieres, profeſſores, ſtudioſi, aliique plures. III.) Denique *certae perſonae* quandoque

3. Certae perſonae.

ius ſingulare datur, et ita lex in *certam perſonam* fertur, quam *conſtitutionem perſonalem* vocant ICti. *Ex his conſtitutionibus e-nim, ait ICtus in l. 1. §. 2. de conſtit. princip. quædam ſunt perſo-nales, nec ad exemplum trahuntur. Nam quæ Princeps alicui ob merita indulſit, vel ſi quam pœnam irrogauit, vel ſi cui ſine exem-plo ſubuenit, perſonam non egreditur.* Tria harum perſonalium *Exempla conſtitutionum perſonalium.* conſtitutionum ſuppeditat exempla. *Primum eſt, ſi quid Prin-ceps alicui ob meritum indulſit*, concedendo forſan Titio immu-nitatem a tributis, vel aliud ius ſpeciale. Tale exemplum oc-currit *in l. 43. pr. de vulg. et pupill. ſubſtit. ubi, qui filium habebat mutum puberem impetrauit a Principe, vt muto ſubſtituere lice-ret.* Non permiſſum erat patri, puberi ſubſtituere, vel eidem teſtamentum condere. Ergo ſpeciatim hoc impetrandum erat, idque impetratum *huic*, non *aliis* competebat, nec perſonam eius transgrediebatur. *Alterum* eſt, ſi quam pœnam irrogauit *maiorem*, ſcilicet *et grauiorem*, quam iure ordinario ſancitum erat, vt con-currentibus ſingularibus circumſtantiis, publicum aliis exemplum ſtatueretur, quod tamen rurſus non erat in conſequentiam tra-hendum. *Vltimum* eſt, *ſi cui ſine exemplo ſubuenit*, quorſum pertinet D. HADRIANI exemplum, qui maiori 20. annis here-ditatem obæratam adeunti, veniam dedit, cum poſt aditam he-reditatem graue æs alienum, quod aditæ hereditatis tempore latebat, emerſiſſet. Addit vero imperator *in §. 5. I. de hered. qualit. et different.: ſed hoc quidem diuus Adrianus eidem ſpecia-li beneficio præſtitit*, adeoque regulam non conſtituebat *genera-lem*, ſed tantum *ius certæ perſonæ datum*. Ita varia ratione ius in certas *conſtituerant* perſonas, prout ratio æquitatis et iuſtitiæ id poſtulabat.

§. VIII.

In ſpe[illegible] cer ta perſona [illegible] ium, in ſen[illegible] dicitur pri vilegium.

Unde varie acceptum.

§. VIII. Quamvis vero in ſenſu ſtricto ius, certo individuo contra tenorem iuris communis datum, *privilegium* dicatur, quaſi ius in *privum*, ſeu in certam et ſingularem perſonam conſtitutum: tamen via forenſi, ius quodcunque ſingulare, quo a iure communi receditur, *privilegium* dici, ſive certis *cauſis et rebus*, e) ſive certo *perſonarum ordini*, ſive certo *individuo* fuerit attributum. Sic I.) integrum rerum et cauſarum *in l. 196. D. de Reg. iur.* privilegia dividuntur, *quod quaedam cauſae ſint, quaedam perſonae.* Privilegium dotis tribuitur *in l. 74. D. de iur. dot. l. 22. in f. ſolut. matrim. l. 12. pr. et §. 2. de pecul.* item debitis pupillaribus in tutelae iudicium deductis *in l. 9. §. 1. in f. de admin. et peric. tut.* pecuniae in refectionem aedium creditae, *in l. 25. de reb. cred. etc.* II.) Similiter ius ſingulare, quod *certo perſonarum ordini* datum eſt, paſſim dicitur privilegium, f) ut in *L. 36. §. f. de fideicommiſſ. libertat.* ubi mentio fit *privilegii comitatus* vel *corporis*, vel *officii*. privilegia militum allegantur in *l. 40. de admin. et peric. tut. l. 24. de teſtam. milit. item §. 1. l. eod.* privilegia ſtatus in *l. 6. §. 4. de iure fiſci etc.* Dubium denique, quin III.) ius, quod certo individuo datum ſit, privilegium recte vocetur, nemo in dubium vocabit.

§. IX.

e) Certe ſi vulgarem loquendi uſum ſpectes, privilegia appellantur ſequioribus hiſce temporibus eſt praecipue ea, quod certo perſonarum ordini, conditioni et qualitati, certisque cauſis conc[illegible]ur, tributum eſt. Ita iura pupillorum, minorum, ſtudioſorum, clericorum, ſeu capitulorum, eccleſiarum quorundam, privilegia vulgo dicuntur.

f) Equidem ZIEGLERVS de iur. Maieſt. L. I. C. XII. §. 4. eiuſmodi privilegium, certo perſonarum ordini tributum, a iure ſingulari, proprie ſic dicto, in eo differre aſſerit, quod haec privilegium aliud non commune et ſibi relinquat ſubſit: ius ſingulare vero cum iuris communis ratione ſeorſim agat, ita ut ius ſingulare deroget iuri communi, et contra eius tenorem ſequatur, privilegium non deroget, ſed potius integret illud, addendo ſcilicet, vel detrahendo, ſicutque ſubſellia ſeu quadrare aptumque ſiunt: Verum ſubtiliter iſta magis, quam vere dicta videntur.

§. IX. Quæ cum ita ſint, principaliter nunc inquirendum eſt, vtrum *diſpenſatio priuilegium* conſtituat, ita, vt ab eo realiter haud differat? Vtplurimum definiunt *diſpenſationem prouidam relaxationem legis publica auctoritate factam, vtilitate vel neceſſitate ſuaſam*; SCHROETER *de diſpenſat. ſect. I. n. 9.* ZIEGLER de *iur. maieſt. lib. I. c. 7. §. 2.* MYLER ab EHRENBACH *de principibus et ſtatibus imperii c. 50. §. 2.* g) Enimuero, admodum manca hæc definitio videtur. *Videlicet* lex generalis *Definitio diſpenſationis.*

g) Eodem tenore à LVPERNO CORRADO *in prax. diſpenſat.* definitur, *quod ſit iuris communis relaxatio, facta cum cauſa iuſta et rationabili ab eo, qui ius habet diſpenſandi.* Secundum HOSTIENSEM vero diſpenſatio eſt *rigoris iuris per eum, ad quem ſpectat, miſericors canonice facta relaxatio.* Scilicet canoniſtæ, nulla accuratione adhibita, iura ſingularia, priuilegia, et diſpenſationes eadem plerumque definitione complectuntur, nec ad peculiarem quandam relaxationum ſpeciem, quæ ſtrictiori ſenſu diſpenſationis voce inſigniri meretur, ab iis attendi ſolet. Paullo accuratius, et ſtilum ad rigorem ſatis, diſpenſatio à recentioribus philoſophis, viris celeberrimis, GROTIO, PVFENDORFFIO, HOCHSTETTERO etc. definitur. Ita GROTIVS *in libro ſingulari, de æquitate indulgent. et facilit.* ipſius *de I. B. et P.* tractatui ſubnexo, *indulgentiam*, cuius actio eſt *diſpenſatio*, deſcribit, *quod ſit actus voluntatis in eo, qui poteſtatem habet ad tollendam legis obligationem in perſonis, factis, aut rebus, particularibus aut ſingularibus, quatenus id fieri poteſt ſine detrimento iuſtitiæ aut publicæ vtilitatis.* Fatendum vero, paullo obſcuriorem hanc eſſe definitionem; deinde non tam diſpenſatio, quam ſingularis diſpenſandi à GROTIO hic definitur. Propius ad rem accedit PVFENDORFFIVS *cap. II. de O. H. et C. §. 9.* cui *diſpenſari* dicitur, *ſi quis ab obligatione legis peculiariter ſoluatur.* HOCHSTETTERO autem *in colleg. Puffend. exercit. III. §. IX. p. 131.* diſpenſatio dicitur *exemtio ſingularis à lege aliquaue obligatione, ad ipſum aliquem pertinente, facta interim in reliquis manente legis auctoritate, facta ab eo, qui legem tulit.* Geminam videas apud THOMASIVM in *iuriſprud. diu. L. I. C. I. §. 79.* quippe ex quo definitionem ſuam hauſiſſe videtur HOCHSTETTERVS. Nec abnuendum, poſtremam hancce definitionem reliquis longe perfectiorem, ſatisque accuratam eſſe, ſiquidem diſpenſatio in ſenſu aliquantum latiori, prout et priuilegium includit, capiatur. At vero nos diſpenſationem iam in ſenſu ſtrictiſſimo, prout et ipſi priuilegio contradiſtinguitur, conſideramus.

poteſt relaxari vel *in genere*, vt in quibuſcunque caſibus emergentibus lex generalis officium ſuum perdat, vel *in ſpecie*, vt tantum in certo caſu præſente, non in vniuerſum adplicari debeat. Prius contingit, ſi per *legem publicam* generaliter ius commune laxatur intuitu certæ cauſſæ, vel perſonarum; quorſum pertinent milites, quibus remiſſa ſunt in genere ſolennia, quatenus in expeditione degunt, ita, vt *ius ſpeciale perpetuum* militibus tribuat, et in genere militibus proſit; id quod *diſpenſationis* nomine non venit, nec *ius perſonale* conſtituit, cum ad certam perſonam non ſit directum. Tale vero conſtituit *diſpenſatio*, quæ id vnice intendit, vt in certo caſu cuidam ius laxetur, ſed citra exemplum. Poteſt enim rurſus manior perſonæ vinculum legis laxari, vel *vt quis in genere et ſemper* ab eo liberatus et immunis ſit, vel et tantum in certo ac definito caſu, in quo princeps gratiam rei duntaxat facere voluit, quod vltimum communi ſtylo forenſi per *diſpenſationem* fieri dicitur. Porro lex eſt vel *prohibitiua* vel *præceptiua*: vtraque vinculum iniicit vel ad omittendum, vel ad faciendum; ergo vtriuſque vinculum relaxari poteſt, mediante diſpenſatione, vt actus licite et valide omitti vel fieri queat. Neque enim diſpenſatio tantum contra legem *prohibitiuam*, ſed etiam *præceptiuam* fieri poteſt, cum diuerſitatis ratio idonea dari nequeat. Hiſce præmiſſis, *diſpenſatio* definiri poteſt, *quod ſit prouida et gratioſa legis prohibitiuæ vel præceptiuæ a legislatore facta relaxatio in certo et peculiari caſu, vt hic, citra exemplum tamen, licite, et valide fieri vel omitti queat, quæ alias omittendus vel faciendus erat ex legis præſcripto.* Sic itaque diſpenſatio ſine omni dubio conſtituit *ius perſonale*, et *gratioſam* continet relaxationem ratione beneficii, ei collati, intuitu cuius legis vigor remittitur, vnde et

Definitio noſtra.

paſſim

paſſim *miſericors*, et ipſa diſpenſatio *miſericordia* vocatur. *c. vlt. X. de eo qui furtiue ord. ſuſc. c. vlt. in f. X. de clerico per ſaltum promot.* In hoc quoque differt a priuilegio, quod non tantum beneficium per remiſſionem legis generalis indulgeat, ſed aliquando extra ordinem legis vigorem augeat, maiori, ac iure ordinario par erat, pœna ob grauiores circumſtantias alicui irrogata. *L. 1. §. 2. D. de conſtit. Princip.* Sicuti itaque legis obligatio in alterius fauorem per *diſpenſationem* remittitur: ita legis rigor in *priuilegio* vel remittitur vel augetur ac intenditur.

§. X. Ita vero a *priuilegio* non adeo differre videtur, ad minimum vt eius ſpecies eſſe videatur, ſicuti *beneficia principalia* primariam ſpeciem *priuilegiorum* conſtituebant. *l. 3. de conſtit.* Nihilominus tamen L. B. de LYNCKER *in comment. ad ius ciuile, tit. de conſtit. princ. §. 16.* decem differentias adfert, quas paucis repetere lubet. Ait diſpenſatio 1) ſemper *legem* præſupponit, eamque 2) *pœnalem* et plerumque 3) *prohibitiuam*; 4) fieri etiam poteſt a *magiſtratu ſubalterno* per voluntatem principis in quibuſdam, ſaltem delegata poteſtate. 5) Nunquam debet fieri *ſine cauſſa*, 6) eximit ſolum lege eiuſque pœnæ, ſed priuilegium ponit etiam ſæpius quid et erogat. 7) Rarius citra recognitionem, Diſpenſations-Gebühren, 8) ſolum *in vno actu*, cum quo deſinit, atque hinc *in heredes* non tranſit, adeoque 9) *ſtrictiſſimæ* interpretationis eſt; 10) alios a ſimili impetratione nunquam excludit, nec officit aliis, ſed ſolum impetranti conſulit. *Quomodo differat a priuilegio? recenſentur differentiæ a Lynckero propoſitæ*

§. XI. Hæ differentiæ tamen non adeo adæquatæ eſſe videntur, ſiue priuilegium in ſenſu generali, pro *iure ſpeciali* certis cauſſis rebuſque, vel certo perſonarum ordini, tributo, ſiue in ſenſu ſpeciali pro *iure perſonali* certo indiuiduo, *in gene-* ***Quæ et examinantur.***

re, ſeu in quibuſcunque actibus dico, accipiatur. Nam etiam 1) priuilegia præſupponunt *legem*, contra cuius tenorem quid conſtituunt, quia alioquin exceptionem a regula, ſeu ius ſingulare conſtituere non poſſent. Priuilegia 2) etiam *contra legem pœnalem*, h) indulgeri poſſunt. Ignorantia iuris non eſt ſine pœna: militibus tamen hæc non nocet, et in hoc ipſo priuilegiati dicuntur. Quid ſi venatio ſub pœna omnibus interdicatur, ſtudioſis autem per priuilegium ea concedatur? Nec 3) diſpenſatio ſemper legem *prohibitiuam*, ſed etiam *præceptiuam*, æque vt priuilegium, præſupponere poteſt. Omnibus iure canonico præceptum eſt, vt die paſchæ ſub pœna excommunicationis ſacra euchariſtia vtantur, exceptis iis, quibus hæc neceſſitas per *diſpenſationem* remiſſa eſt. Ieiunia eodem iure omnibus præcipiuntur, ſalua diſpenſatione. Præterea 4) poteſtate delegata, etiam a magiſtratu ſubalterno priuilegia indulgeri poſſunt, ſicuti *ius ſtatuendi* eadem poteſtate iis tribui poteſt. Immo 5) nec priuilegium ſine *cauſſa* concedi debet, e contra 6) diſpenſatio non tantum a pœna eximit, quod etiam in priuilegio contingere poteſt, ſed aliquando etiam quid ponit, hoc eſt, vt ego intelligo, *ius nouum* concedit, quale exemplum eſt in *L. 43. D. de vulg. et pupill. ſubſtitutione*, vel in eo caſu, quo princeps impuberi *teſtamenti factionem* concedit, id quod facit, mediante diſpenſatione relaxando legem, quæ impuberi obſtabat,

h) Quin vero, cum omne priuilegium ſupponat legem, eamque vel præceptiuam vel prohibitiuam, omnis autem lex, ſiquidem valore ullo gaudeat, ſanctione pœnali roboretur, facile liquet, omne priuilegium ſuo modo contra legem pœnalem indulgeri. Niſi enim *actus* priuilegio *permiſſi* ad omittendum vel committendum antea lege determinati fuiſſent, neque *priuilegium* circa eos concedi potuiſſet. Quod enim nec præceptum nec prohibitum, id omnibus liberum eſt. Vbi autem æqualis omnibus libertas, ibi priuilegio locus non eſt, ſiquidem deficiente *lege*, deficit quoque *priuilegium*.

bat, quo ipſo tamen aliquid ponitur, dum ius teſtamenti condendi impuberi extra exemplum indulgetur. Nec 7) diſpenſationi proprium eſt, quod rarius ſine pretio fiat, cum etiam plura dentur priuilegia titulo oneroſo adquiſita, vt docuit STRYCK *diſſert. de priuileg. tit. oneroſo adquiſitis.* Porro 8) priuilegium ſua natura *ſtrictae* eſt *interpretationis*, cum ius ſingulare non ſit producendum ad conſequentias, *l. 14. de LL.* Quamuis enim iuxta *l. 3. de conſt. princ.* priuilegia quam pleniſſime accipienda ſint, id tamen tantum eo pertinet, *vt plene*, ſeu *cum effectu*, et ita accipiantur, vt re vera priuilegium eſſe poſſint, iuxta *l. 1. in f. ad munic.* Denique 9) nec impetratio priuilegii ſemper alios ab impetratione ſimili excludit, nec ſemper officit aliis, licet id quandoque fieri ex accidente queat.

Genuina diſpenſationum a priuilegiis differentia.

§. XII. Reſtat ergo ex adductis differentiis tantum *octaua*, quod ſcil. diſpenſatio duntaxat ad *vnum actum* determinetur, et cum eo exſpiret, adeoque conſtituat *ius quoddam perſonale in vno aliquo actu*, i) vt ne quidem ab eo, quo cum diſpenſatum eſt, ad alios actus trahi queat. Sic cui *per diſpenſationem* permiſſum eſt, vt poſſit vxoris defunctae vxorem ducere, ea de-

i) Excipi quidem poſſet et per inſtantiam regeri, conceſſionem epiſcopi, quae homini pontificio inter euangelicos degenti conceditur, vt v. gr. per integrum ieiunii quadrageſimalis tempus carne veſci queat, qua et extra carentiam magnam ipſi comeſtio carnis die veneris et ſabbathi tamdiu permittitur, quamdiu inter proteſtantes peregre verſatur, vtique veri nominis diſpenſationem, nec tamen, quod requirimus, ad vnicum aliquem actum reſtrictam eſſe. Verum enim vero, id quod *de vno aliquo actu* diximus, cum grano ſalis accipiendum. Nimirum vnitas actus non *phyſice*, ſed *moraliter* hic ſpectanda eſt. Quando ergo, circumſtantia aliqua v. gr. *temporis*, cum *actu* ipſo per legis diſpoſitionem iam connexa ſit, etiam ipſa temporis ratio in ratione actus, ex diſpenſatione permiſſi, incluſa cenſetur, adeoque diſpenſatus a ieiunio tempore ieiunii quadrageſimalis, etiam a ieiunio quadrageſimali illius anni integro diſpenſatus haberi debet. Hoc caſu enim actus ille, circa quem ius perſonale per diſpenſationem adquiſitum eſt, etiam circumſtantiam temporis, per praecedentem legis eccleſiaſticae diſpoſitionem ſibi iam impreſſam, ſecum trahere cenſetur.

ſuncta, tertiam ſororem, ſine noua diſpenſatione ducere nequit. Huc reſpexit PETRUS CORRADUS, quando in *praxi apoſtolica diſpenſ. lib. I. cap. I. n. 45.* differentiam conſtituens *inter diſpenſationem et legitimationem* ait: *Diſpenſatio tanquam odioſa et odioſa tantum valet, quantum ſonat, per eam namque tollitur impedimentum ſeu defectus quoad quod, veluti cum v. gr. illegitimus diſpenſatur ſuper defectu natalium, in illo caſu, alias quoque manet illegitimus. Legitimatio* vero eſt fauorabilis et ampla, per quam omnis *macula tollitur, ac eius natalibus et aequiparatur, ac ad omnes effectus plene reſtituitur.* Equidem ſi ſecundum ius Romanum iudicandum eſt, etiam tale *ius perſonale* ad vnum actum duntaxat directum, *priuilegium* dici poſſet, *quod lex ſit priua*, in certam perſonam conſtituta, parumque referre videatur, vtrum ad vnum actum, an vero ad ſimiles alios indulgeatur, quod vel exempla §. 7. adducta, quae ad *ius perſonale* expreſſe relata ſunt, docent. *Ius* autem *perſonale* priuilegium eſſe ſupra dixi, vid. *l. 43. pr. de vulg. et pupill. ſubſtit.* adeoque ne quidem hoc ſenſu a priuilegio differre videtur. Enimuero poſtquam *vſu forenſi* priuilegium ordinarie praedicatur de tali *iure ſpeciali*, quod contra regulam iuris communis quid *in genere* conſtituit, et ad omnes actus, circa quos priuilegium verſatur, dirigitur, illisque *in genere* ſingulare ius perpetuum vel *nouam regulam* conſtituit, omnino haec differentia admittenda eſt. Sic eccleſiae et eius bona habent immunitatem ab oneribus publicis, quotieſcunque ergo ea de nouo indicuntur, ſuo priuilegio vti poſſunt. E contrario, qui ex non priuilegiatis in certo caſu tantum exemtus eſt ab inhoſpitationis onere, ille non tam *priuilegio generali*, quam *diſpenſatione* gaudet.

§. XIII.

§. XIII. Stet ergo hæc ſententia, quod priuilegium ius *ſtabile* et ſuo modo *generale* intuitu priuilegiati conſtituat, uno verbo quod in omnibus euenientibus caſibus radicari debeat, vtpote ſi forum priuilegiatum conceſſum eſt, quod ſemper allegari poteſt, quotieſcunque priuilegiatus conuenitur. Quibus *beneficium competentiæ* datum, hi eo frui poſſunt contra quoſcunque debitores et ita porro. Idem non præſtat diſpenſatio, *quæ ius ſtabile et in genere* non indulget, ſed actum quendam tantum permittit, vt iterare et valide fieri poſſit, ad alios actus ſimiles tamen k) non extenditur. Hinc nec ad heredes tranſit, quod tamen priuilegiis quandoque conceditur, vtpote quæ, ſi *realia* ſunt, ius perpetuum et ſingulari ſucceſſori profuturum operantur, quod diſpenſationi adplicari nequit. Denique addere et hoc poſſes, *diſpenſationem* eſſe *actum principis, quo ius perſonale* in certo caſu alicui conceditur, adeoque hoc eius eſſe *effectum*, vt diſpenſatio vicem cauſſæ ſubeat. *Vlterior Confirmatio.*

§. XIV. Atque ita videmur genuinum diſpenſationis conceptum expoſuiſſe. Scilicet paullo curatius hic procedendum erat, ac a pleriſque, ſi non omnibus, hucusque factitatum cernimus. Intereſt enim omnino ſcire, quomodo diſpenſatio, quæ in genere, vt GROTIVS loquitur, *ſolutio a lege*, vel *exemtio* quædam eſt, a iure cum *ſingulari*, cum *ſingulariſſimo*, ſeu *perſonali*, et a *conſtitutione* cum *ſpeciali*, cum *ſpecialiſſima*, ſeu *perſonali*, quomodo item a *priuilegiis*, et *hæc* quoque ab aliis *iuribus* [illegible] et *Hactenus dicta rediguntur in ſummam.*

k) Poſſes hinc nouam aliquam diſpenſationis a priuilegio differentiam comminiſci, quod ſcilicet priuilegium ad heredes tranſeat et in *reale* ac *perſonale* diſpeſci poſſit, diſpenſatio autem nec ad heredes tranſmittatur, nec iſta quoque ratione diuidatur. Huic adde et alium characterem, quod diſpenſatio haud raro a pœna fiat a iudice iam dictata, eademque executioni proxima, priuilegium vero, niſi vocabulo valde catachreſtice et contra omnem loquendi vſum ſumto, a caſu pœnæ haud detur.

et *conſtitutionibus* differant. Quodſi ergo dicta in compendium redigere, et eorum quodlibet iuſtis ſuis limitibus circumſcribere velimus, ita procedamus oportet. Actiones humanæ regula diriguntur, *lege*. Ab hac vnus alterue nonnunquam eximitur. Hæ exemtiones, prout ipſæ ſecundum *latius* et *ſtrictius*, *magis* et *minus*, inuicem diuerſæ ſunt, ita et diuerſis inſigniri nominibus ſolent. Olim, vt diximus, in republica Romana, eiusque in primis ſtatu democratico neque *priuilegii*, neque *diſpenſationis* vox audiebatur. Adhibebantur autem voces *iurium* ac *conſtitutionum*, cum ſingularium et ſpecialium, tum ſpecialiſſimarum et ſingulariſſimarum, quæ et *perſonales* vocabantur. Iura ſingularia et ſpecialia erant, quæ ſingularem et a regulis iuris exorbitantem habebant rationem v. gr. *iura*, quæ circa pecuniam creditam recepta ſunt. *l. 15. ff. de R. C.* Conſtitutiones ſpecialiſſimæ ſeu perſonales erant, id quod hodie priuilegiorum ac diſpenſationum nomine venit. Poſtea cum priuilegiorum ſub principibus, et tandem etiam diſpenſationum nomenclatura ſub epiſcopis et papis inualuiſſet, varia iterum horum vocabulorum et acceptio fuit et confuſio f). Mox enim priuilegia *latius*, mox *ſtrictius* accipiebantur. Qui a diſpenſationibus iſta diſtinguerent, erant pauci, qui confunderent cum iis, plurimi. Sed nec ii, qui diſtinguebant, ſufficientem ac perſpicuam diſtinctionis ſuæ rationem afferebant. Medela tamen rei adhiberi et debe-

bat

f) Mirum videri poſſet, tantam vbique in terminis confuſionem apparere, tantamque vocabulorum ambiguitatem in hoc in primis argumento reperiri. At mirari deſinet, qui expenderit, hanc fere terminorum atque vocum, quæ humanæ impoſitioni ortum debent, naturam eſſe, vt ad ſimilitudinem originis ſuæ, *voluntatis humanæ*, in horam mutabilis ac liberæ, et ipſæ quoque varias ſubinde mutationes variasque acceptiones ſubeant. Id vero quam maxime dolendum, iſta terminorum amphibolia ſolidam eruditionem, ad quam non niſi vocum vehiculo prouehimur, tam difficilem reddi atque impeditam.

bat et poterat, quam adhibere operam nauauimus. Ex dictis enim, quis genuinus et *priuilegii* et *diſpenſationis* conceptus ſit, pateſcit. Interea negari nequit, quod non eſſentialis aliqua, ſed ſaltim accidentalis differentia inter ea intercedat, cum non niſi vt *latius* et *ſtrictius* a ſe differant. Realis tamen illa eſt, et ad vnum ab altero diſcernendum ſufficiens. Nimirum non tam ab obiecto, quam ab obiecti extenſione differentia petita eſt. Si enim ad plures actus *in genere* ſe extendat *diſpenſatio*, vocatur *priuilegium*, prout etiam obſeruauit BVDDEVS *Elem. Phil. Pract. P. II. C. II.* §. *11.* Equidem nondum omnia diximus, quae huc dici poſſent: erunt forſan, qui eiuſdem quoque a *relaxatione*, erunt, qui eiuſdem a *licentia*, erunt, qui eiuſdem a *venia* etc. diſcrimen audire aueant. Neque vero nos latet, relaxationem praecipue in materia de iuramentis diſpenſationi contradiſtingui, et quaſi ſpecialiſſimam eius ſpeciem adferri. *Quibuſdam enim diſpenſatio ſtricte dicitur, quando ad auferendum vinculum iuramenti ſolum ſpectatur poteſtas in perſonam iurantis cum cauſſa ex parte eius: Relaxatio autem, quando cauſſa potiſſimum attenditur ex parte eius, cui iuramentum factum eſt, vnde diſpenſationem proprie locum habere aiunt in iuramentis, quae per modum voti ſoli DEO, vel abſolute fiant; relaxationem vero in iuramentis promiſſoriis homini factis* m) v. b. HOCHSTETTERVS *colleg. Pufend. exercit. VII. p. 310.* Nec latet quoque LAYMANNVM n) Ieſuitam et ſequaces, etiam *licentiam*, quam ſuperiores monacho-

de relaxatione.

licentia.

Rrr rum

m) Fateor haec paullulum obſcura eſſe. Scilicet hoc vitium eſt nimiae ſubtilitatis, vt non exprimatur ſine obſcuritate.

n) Etiam PYRRH. CORRADVS *prax. diſp. L. I. C. III.* poſtquam inter varias diſpenſationis diuiſiones etiam hanc attulit, quod alia *propria* ſit, alia *impropria*, per impropriam dicit potius *licentiam* ſeu conſenſum quendam et adprobationem ſuperioris, per quam obligatio non relaxetur, quam veram *diſpenſationem*, intelligi.

rum in cœnobiis impertiri ſolent, a diſpenſatione diuerſam facere. Sed recte, illum nodum in ſcirpo quærere, notauit a ZIEGLERVS in de *iur. maieſt. L. I. C. VII.* §. 4. Tandem etiam non latet, quid circa *diſpenſationis* et *veniæ* diſcrimen in medium proferri ſoleat, cum venia non ſolum pœnæ ſublationem ſed et eiuſdem mitigationem denotet. Verum hæc omnia tanti et talia non ſunt, quibus immoremur. Suo enim quemlibet ſenſu heic abundare, facile permittimus.

et veniæ.

§. XV. Ex dictis vero ſimul liquet, quomodo diſpenſatio tum a legis *mutatione*, tum et ab *interpretatione reſtrictiua*, ſeu, vt vulgo loqui amant, ab *æquitate*, denique *a reſtitutione in integrum* diſtingui debeat. Quod primum ad *mutationem legis* attinet, quanquam et *diſpenſatio* ſub illa aliquatenus comprehendi poſſit, ab illa tamen differt, quod per diſpenſationem non tam lex ipſa, quam eius circa vnum alterumue ſubiectum valor atque efficacia mutetur. Manet enim lex, etiam interueniente diſpenſatione, ſalua, nec niſi circa *iſtum* præciſe, cui diſpenſatio facta, laxationem, ſuſpenſionem aut alterationem patitur. Contra mutatio legis, ſi non plenariam deſtructionem, magnam tamen eius quoad vniuerſos ſubditos, immutationem atque alterationem infert. Huius mutationis tres alias ſpecies adferri ſolent: *abrogatio, obrogatio*, et *derogatio*, quorum verborum proprietatem explicat VLPIANVS in *fragm. tit.* 1. §. 3. et FESTVS voce *obrogare*.

Differt diſpenſatio a mutatione legis.

§. XVI. Differt deinde ab *interpretatione reſtrictiua*, *ſeu æquitate*, vbi ante omnia notandum, vulgo *æquitatem* et *interpretationem reſtrictiuam* promiſcue accipi, ſed male: quandoquidem ſi accurate loquamur, etiam æquitas ipſa ab interpretatione reſtrictiua ſecerni debet. *Iſta* enim eſt ipſum iuris naturalis

Item ab interpretatione reſtrictiua.

ralis dictamen, quod leges recte explicare præcipit, ne quis præter meritum incommodo adficiatur o). *Hæc* autem ſpeciem interpretationis continet, æquitati tanquam fundamento ſuo ſuperſtructam. Deinde et id notandum, perperam a pleriſque ſtatui, quod hæc interpretatio, in æquitatis dictamine fundata, ſaltim *reſtrictiua* ſit, non vero et *extenſiua*. Videtur error iſte ex vulgari æquitatis definitione, quam GROTIVS ſuppeditauit, PVFENDORFFIVS retinuit, profluxiſſe, quaſi *æquitas* ſit *correctio eius, in quo lex deficit ob vniuerſalitatem*. Inde enim putant, æquitatem in ſola reſtrictione legum generalium conſiſtere. Sed hoc falſum, cum, vti recte obſeruat WEBER *in notis ad Pufendorffium de O. H. et C. cap. II. §. 10.* pariter æquum ſit, verba legum nimis ſtricte loquentium *extendere* atque ita ſi legislator vetet exportare frumentum, extenſio etiam debeat fieri ad farinam p). Iam quod ad ipſam diſpenſationis ab hac interpretatione differentiam attinet, illa poſitis vtriuſque definitionibus per ſe clara atque manifeſta eſt. Diſpenſatio, vt audiuimus, infert mutationem voluntatis (*voluntatis* inquam, non *legis*,) in legislatore. Interpretatio autem, quæ fit per æquitatem, nulla in legislatore *voluntatis* mutatio eſt, ſed tantum eius, quod vere voluit, declaratio. Per eam, vt PVFENDORFFIVS loquitur, ex

 natu-

o) Alias etiam *æquitas* pro *humanitate* et pro *regulis amoris* accipitur, quo caſu tamen *obligationem imperfectam* producit, nec iudex ex illa leges reſtringere poteſt. Sic debitor, qui fatetur debitum, ad ſoluendum cogitur, licet creditor ipſum per viam *executionis* omnibus bonis exuat, quod iudex impedire nequit, licet creditor regulas amoris violet, et aliquid iniqui agere videatur.

p) WEBERO *l. c.* etiam hoc perperam a quamplurimis fieri videtur, quod æquitas ad ſolas leges referatur, cum tamen illa in contractibus quoque, immo in omnibus negotiis locum habeat. Itaque ſecundum illum æquitas ſic deſcribi debet, quod ſit *medicina quædam moralis, qua, quidquid in legibus et negotiis quibuſcunque aliis iniquum eſt vel eſſe videtur, ex naturali ratione corrigitur.*

naturali ratione oſtenditur, caſum aliquem peculiarem ſub lege non comprehendi, eo quod alias abſurdi vel iniqui quid inde conſequeretur. Ita haud raro tam violentæ occurrunt *περιστάσεις*, vt in iis legem ſeruare velle, ſit in leges præcipuas peccare q). Igitur interpretatione opus eſt. Hanc vero cum diſpenſatione, vtut ab hac luculenter diſtinctam, multoties confundi, ſaltem olim a canoniſtis et ſcholaſticis confuſam fuiſſe, eruditi dudum conqueſti ſunt v. BECMANN. *medit. polit. diſſert. II. th. 12. in fin.* et C. ZIEGLERVS *de Iur. Maieſt. L. I. C. VII. §. 3.* qui et ipſe miratur, tam paucis eam differentiam eſſe obſeruatam, ab aliis etiam non ſatis explicatam. Hodie tamen oculatiores eſſe ſolent, quiqui hoc argumentum pertractant, philoſophi. Hos inter nuper demum IO. EBERH. ROESLERVS, Profeſſor Tubingenſis, *in diſſertat. de poteſtate imperantium legislatoria*, an. CIϽIϽCCXXI. edita, §. *VII.* eleganter admodum: *Neque vero*, inquit, *confundenda eſt diſpenſatio cum interpretatione ſecundum æquitatem: Illa ex parte tollit legem; hæc dextre interpretatur: Illa perſonas certas eximit ab obligatione legis; hæc legem ad præſentem caſum non pertinere oſtendit: Illa ad iura, hæc ad officia pertinet: Illa ſolius imperantis, hæc iudicis cuiuſuis eſt. Sicuti vero cetera maieſtatis iura veluti ius ſacrorum, ius iudicandi, ius extremæ prouocationis, ius ipſum leges ferendi, ita et ius diſpenſandi per certa collegia exercere poteſt imperans, cuius nomine et auctoritate fit, quidquid ab iſtis collegiis circa negotia ipſis demandata ſuſcipitur.*

§. XVII.

q) Recte hinc L. Scipio, cum ad neceſſarium Reipublicæ vſum pecuniam ex ærario promi opus eſſet, idque quæſtores, quia lex obſtare videretur, aperire non auderent, priuatus claues popoſcit, patefactoque ærario legem vtilitati cedere coegit. VALER. MAXIM. III. 7. 3.

§. XVII. Denique *a reſtitutione in integrum* differt diſpenſatio. A qua vt curatius diſtinguatur, eo magis neceſſe eſt, quo maior eius in vtroque iure non cum diſpenſatione modo, ſed et cum interpretatione reſtrictiua confuſio occurrit. In genere definiri ſolet, quod ſit *reductio in priſtinum ſtatum*. v. SCHVZ. *in compend. iuris L. IV. tit. 1.* eiusque communis diuiſio eſt, quod alia ſit *gratiæ*, alia *iuſtitiæ*. De vtraque quæſtio eſt, quomodo a diſpenſatione diſcernatur. Itaque in quæſtione propoſita cum D. TITIO adfirmamus, illam, quæ dicitur *gratiæ*, manifeſte ſatis ſpeciem diſpenſationis, adeoque iuris gentium, ſeu iuris nat. non vero Romani eſſe. v. TITIVS *in obſeruat. ad comp. I. Lauterb. Obſ. CV. et ſeqq. et in iuris priuat. Romano-Germ. L. 1. C. XVIII.* Secus pronunciandum erit de reſtitutione, quæ dicitur *iuſtitiæ*, quæue conceditur iure ciuili ob metum, dolum, ætatem, abſentiam ſimilesue cauſſas, capitis deminutionem minimam, alienationem, iudicii mutandi cauſſa factam. Quæ cum *ſit reductio in priſtinum ſtatum iuris, quo quis ſtricto iure excidit*; facile patet, eam cum diſpenſatione non coincidere, vt illa prior, quam *gratiæ* vocauimus, ſed ab eadem potius eo ipſo differre, quod non *gratiæ* eſſe dicitur, ſed *iuſtitiæ*. Conuenit tamen etiam cum diſpenſatione, eo quod de hac non minus participat, quam de interpretatione.

Denique a reſtitutione in integrum,

cuius alia dicitur eſſe gratiæ, alia iuſtitiæ.

§. XVIII. Non deſunt tamen, qui generatim adſerunt, diſpenſationem ſeſe habere adinſtar *reſtitutionis in integrum*, obſeruante PETRO LEVRENIO *de vicar. epiſcop. qu. 119. et 581. n. 1.* id quod ſi verum eſſet, ius diſpenſandi indiſtincte magiſtratui ſubalterno adſcribendum adſerendumque eſſet, diſpenſationem eſſe *actum iurisdictionis*, quod tamen ipſe recte negat. Si dicendum, quod res eſt, ſimile quidquam, quod *diſpenſationem* ſapit,

Quomodo diſpenſatio ab ea differat?

jaciat in reſtitutione in integrum. Ideo olim a magiſtratibus maioribus, quibus *maieſtas imperii* adſcribebatur, *L. pen. in f. D. de tuſt. et tut.* duntaxat fieri poterat, adeo vt ſi principes reſtituerent, id ex iisdem, quibus magiſtratus, fundamentis facerent. Exemplum eſt in §. *5. I. de hered. qualit. et differ.* Maior XXV. annis adierat hereditatem, eam ſatis ſoluendo eſſe exiſtimans. Graui vero ære alieno poſt aditam hereditatem præter omnem opinionem emergente, læſio heredis adparebat, ſi debita quæuis hereditaria ſoluere teneretur; ad quæ ſoluenda *ſtricto iure* obſtrictus erat. In his anguſtiis heres adiit HADRIANVM et ex inuincibilis ignorantiæ ratione reſtitutionem in integrum implorauit. Annuit Imperator eique veniam dedit, indulta contra aditam hereditatem in integrum reſtitutione. Quid cenſes, annon in effectu Imperator ductu æquitatus legem laxauit, ſublato legis rigore? Quanquam vero *diſpenſationis via*, ex gratia heredi ſuccurrere potuiſſet: id tamen vel ideo mediante *reſtitutione* præſtitit, vt ad morem Romanum ſe accommodaret. Quid enim notius, quam Imperatores ceu *magiſtratus maiores* vtplurimum egiſſe, v. c. in danda bonorum poſſeſſione, interdicendo reſtituendo etc. In hoc exemplo ergo diſpenſatio præualuiſſe videtur. Aliud exemplum habes in §. *33. I. de actionib.* Lex antiqua erat, *qui plus petit, vbi certum in obligatione et petitione continetur, actione cadat.* Petebat Caius, homo XXX. annorum, integrum legatum, in teſtamento ſibi relictum, *bona fide*, per codicillos hoc diminutum eſſe ignorans. Reus vero produxit codicillos, quibus pars legati adempta erat, atque ita *plus petitionis* exceptionem opponebat. Actor amittendæ actionis periculum ex hac exceptione ſibi imminere animaduertens, petit reſtitutionem in integrum. Huic locum relinquendum

eſſe

eſſe decernit Imperator, *quod tam magna iuſti erroris cauſſa interuenerit, vt etiam conſtantiſſimus quiſque labi potuiſſet.* In hoc exemplo *interpretatio ex æquitate reſtrictiua* primas partes tuliſſe videtur. Quanquam enim lex iis, qui plus petierint, generatim amiſſionem cauſſæ minetur: iis tamen citra euidentem iniuriam adplicari non potuit, qui grauiſſima ducuntur ignorantia. Liquet itaque reſtitutionem in integrum, ſi eius fundamenta perſcrutamur, aliquid traxiſſe quandoque ex *diſpenſatione*, quandoque ex *interpretatione reſtrictiua.* A qua ſententia non alienus fuiſſe videtur TITIVS in *obſeru. 105.* ad LAVTERBACH. *tit. de reſtit. in integr.* qui, *reſtitutio iuſtitiæ*, inquit, *fori Romani videtur inuentum; nam ſub hoc nomine re vera conſtatur diſpenſatio et interpretatio doctrinalis, atque vtraque ita conflata opponitur interpretationi legali ſeu ei, quod fit ipſo iure.* Plura eam in rem dixi in *diſſert. Præl. ad ius eccl. Prot. tom. IV. §. 34.* Poſtquam vero reſtitutio in integrum iure communi adprobata eſt: *reſtitutionis* auxilium magiſtratui ſubalterno per leges conceſſum eſt, qui alias *diſpenſare* per viam *gratiæ* nequit, vtpote quam ſoli imperantes ſibi reſeruarunt. Proinde reſtitutio ad terminos iuris eſt reſtricta, quos excedere magiſtratus nequit: liberior eſt diſpenſatio, quam princeps indulget, qui legum eſt arbiter et moderator.

CAPVT II.
DE
HISTORIA ET FATIS DISPENSATIONVM IN IVRE ECCLESIASTICO TAM VETERI, QVAM NOVO.

§. I.

Summa dicendorum.

Omiſſis, quæ vlterius hic dici poſſent, præſertim de ſynonimis diſpenſationis, quorſum indulgentiæ, clementiæ, humani-

manitatis, beneficii, beneuolentiæ, relaxationis, lenitatis, moderationis, auxilii, fauoris, remiſſionis, gratiæ etc. vocabula ex vtroque iure referuntur a SCHROETERO *l. cit. ſect. I.* ad *fata diſpenſationum* ex hiſtoria et iure eccleſiaſtico vberius euoluenda pergimus. Hæc vero cum pro diuerſitate ſeculorum diuerſam iterum diſpenſationum faciem deprehendamus, breuiter et neruoſe omnia dicturi hunc ordinem ſeruabimus, vt (I) quid de *origine* diſpenſationum canoniſtæ fabulentur, attingamus. (II) quæ diſpenſationum facies *in primis V. ſeculis* obtinuerit, delineemus (III) quomodo iſtæ a prima ſua indole vſque ad *ſeculum XI.* paullatim degenerauerit, oſtendamus: (IV) quantus tandem vſque ad tempora *reformationis* diſpenſationum abuſus inualuerit, et ad quem vſque apicem pontificum Rom. audacia progreſſa fuerit, adductis quibuſdam papalium diſpenſationum exemplis, declaremus. Denique (V) conſiderata pauliſper præſenti eccleſiæ Romanæ facie, *doctrinam proteſtantium* hodiernam, eamque veriorem, ſubnectamus.

Origo diſpenſationum.

§. II. Quantum ad originem diſpenſationum attinet, ea vel *vocis* eſt, vel *rei ipſius*. Vocabulum *diſpenſationis*, a) quod ex iure canonico pedetentim etiam ad fora ſecularia tranſiit, ſua equidem vi et virtute natiua longe aliud quid ſignificat, quam iſtam *a lege exemtionem*. Antiquiſſimus tamen hic, quem nunc obtinet, licet peregrinus atque adſcititius, eiuſdem ſignificatus eſt. Quod enim græci per *συγγνώμην*, *συγχώρησιν*, *κατάβασιν*, *συγκα-*

a) Sine dubio hodiernus huius vocabuli ſignificatus antiquiſſimæ Bibliorum verſioni, in qua vox *οἰκονομίαν* per diſpenſationem, *οἰκονόμος* per diſpenſatorem verti ſolet 1. *Cor. IV*, 1. debetur. Ceterum voces indulgentiæ, remiſſionis, veniæ, diſpoſitionis etc. promiſcue ab antiquis vſurpatæ ſunt. Quin et hodiernum canoniſtis ſolenne eſt, diſpenſationes etiam *exemtionum* et *priuilegiorum* vocabulis inſignire. v. FR. FLORENS *Opp. Tom. I. p.* 262.

συγκατάβασιν et maxime per *οἰκονομίας*, vocem ipſis familiariſſimam, innuerunt, id latini voce *diſpenſationis*, iam inde a primis ſeculis adoptata, exprimere conſueuerunt. Sed facilia hæc ſunt et prolegomena. Maioris momenti inquiſitio eſt, quæ in ipſam *rei originem* ſpectat. In hac vero inueſtiganda inter canonum interpretes nonnulli ad paradiſum vſque regrediuntur. Ita enim PYRRHVS CORRADVS *in praxi diſpenſat. l. I. cap. II.* eius natales iam inde a Dei, cum Adamo et Eua circa pœnas peccato promeritas benigniſſime diſpenſantis, exemplo repetit, mox et ad diſpenſationes Dei cum Noacho eiusque filiis, Abrahamo, Iacobo, totoque genere humano, quatenus cum hoc interueniente Chriſto diſpenſatum fuit, prouocans. Sed nimia hæc eſt CORRADI diligentia. Vt enim de exemplis allatis ſententiam haud dicamus, nobis certe de abſoluta diſpenſationum origine ſermo non eſt. Neque etiam de illarum iuſtitia et æquitate loquimur. Hæc enim vtique cum ipſa *legis ferendi poteſtate* cœpit, ſiquidem omnino iuſtitiæ et æquitatis natura poſtulant, vt inſuper habita ſtricti iuris ratione, oporteat haud raro *συγκαταβάσει* vti et vim ſeueriue legis, cui alias obnoxius eſt, obligationem relaxare. Sed quæritur potius de *origine diſpenſationum eccleſiaſtica et canonica*, quam vtique non ante primordia chriſtianiſmi quæritare licet. Itaque ſunt, qui, vt SCHROETERVS *diſſert. cit. ſect. II.* notat, hanc ipſam in decantatiſſimis illis Seruatoris verbis ad Petrum: *dabo tibi claues.* etc. pronunciatis, fundatam putant, ad clauem *ſoluendi* etiam poteſtatem diſpenſandi reuocantes. Sunt etiam, qui ad locum *2. Cor. II.* prouocant, vbi Paullus de condonationibus a ſe Corinthiis in perſona Chriſti factis loquitur, has ipſas *condonationes* nil niſi diſpenſationes fuiſſe rati. Verum vt taceamus, ipſum ex Pontificis

DVRANDVM *ad 4. ſentent. diſt. 20.* et ANTONIVM *part. I. tit. 10.* diſerte fateri, quod nemo ex antiquis doctoribus hos textus ita expoſuerit, certe interpretatio dicti primi a pontificiis, *claues* Petri in *gladios*, et poteſtatem *docendi* in poteſtatem dominandi conuertentibus, plane peruerſa eſt b). Sed et alter locus nimium obſcurus eſt, quam vt clari quidquam pro diſpenſationibus inde elicueris.

Exempla diſpenſationum vulgo e ſacris literis petitorum.

§. III. FRANC. FLORENS, ſuperiori ſeculo celeberrimus iuris canonici inter Gallos interpres, et ipſe etiam originem diſpenſationum ex ſacris literis deriuat. Idem vero non tam ad dicta et mandata, quam ad exempla prouocare audet. In factis enim Chriſti et Apoſtolorum earum originem ſe reperiſſe putat. Ita Chriſtus ipſe *diſpenſaſſe* dicitur, quando diſcipulis, quibus ad opus predicationis miſſis pera et ſacco interdixerat, imminente paſſionis tempore vtrumque, et peram et ſaccum, reſtituit. Pariter inter diſpenſationes numerat, cum Paulus Timotheum Lyſtris circumcidi paſſus eſt, qui idem tamen alio tempore circumciſionem Tito prohibuerat; Sic et factum Petri *ad Gal. II.* ob quod a Paullo obiurgabatur, ab eodem inter diſpenſationes refertur, quanquam inutiles et intempeſtiuas. FRANC. FLORENS. *operum T. I. p. 117. ſeqq.* Verum enim vero, vtut concedamus, quod determinare facile ſuperſedemus, iſta Chriſti et Apoſtolorum facta inter veri nominis *diſpenſationes* pertinere, id profecto tamen mox ex ipſis hiſce originariis primaeuisque diſpenſationibus patet, quod nimium quantum ab exemplaribus ſuis deſciuerint ſequiorum temporum diſpenſationes. Patebit hoc vlterius, ſi iam ad ipſa prima chriſtianiſmi ſecula pro-

b) *Vide quae ad hunc locum commentatus ſum in diſſert. iuris eccleſ. antiqu. ad Plinium II. diſſert. III.*

progrediamur, ſique nunc (II) quæ diſpenſationum facies in *primis V. ſeculis* obtinuerit, delineemus.

Diuerſa facies diſpenſationum antiquarum a modernis per V ſecula priora.

§ IV. Quod dum aggredimur, quam diuerſa, obſecro, rerum primæuarum facies ab iſta ſequiorum temporum corruptela nobis ſe obuertat! Complura certe integra effluxere ſecula, antequam vel vllum *diſpenſationis*, a pontifice Rom. ſolitaria ac præeminenti quadam auctoritate factæ, veſtigium appareat. Iuris *diſpenſandi* exercitium quidem in ipſa quoque eccleſiæ infantia viguiſſe, dubium eſt nullum. Neque enim eccleſiæ diſciplina, quæ ab apoſtolorum tempore iam firmata et fundata fuit, ſine omni diſpenſationis temperamento feliciter exerceri potuiſſet. At vero ſi diſpenſationes eccleſiæ primitiuæ ad ſequiorum temporum et præſentis quoque ſeculi mores componantur, toto vbique cælo a diſpenſationibus illæ hodiernis differunt, ita, vt nomen quidem hodie ſuperſit, rei autem paritas dudum euanuerit. Agnoſcit id teſtis omni exceptione maior PETRVS de MARCA, olim archiepiſcopus Pariſienſis. Vir enim ille in famoſo opere *de concordia ſacerdotii et imperii L. III. Cap. XIII. XIV. et XV.* de diſpenſationibus tractare incipit, cum mox *Cap. XIII. §. 2.* veritatis radiis perſtrictus, *attamen*, inquit, *etſi vocibus antiquis vtamur hodie, magnum intercedit diſcrimen inter mores antiquos et noſtros, cum maiores noſtri ſeuerius et accuratius diſciplinam canonum colerent, quæ apud nos remiſſius et humanius tractatur. Hæc autem eſt ſumma differentia, vt mihi videtur, quod apud veteres nunquam daretur venia canones infringendi, ſed infracti et violati pœna ob grauiſſimas cauſſas aliquando remitteretur, hodie vero legum canonicarum venia in anteceſſum concedatur.*

I. Quod olim diſpenſationes perraræ fuerint.

§. V. Conſiſtit autem *antiquarum diſpenſationum* ab hodiernis differentia potiſſimum in eo I) quod antiquitus illæ perraræ fuerint. Neque enim niſi ob vrgentiſſimam *neceſſitatem*, c) vel et ob euidentiſſimam eccleſiæ *vtilitatem* indulgebantur. Et ex tribus quidem primis ſeculis nulla prorſus diſpenſationum veſtigia ſuperſunt, non quod tales nunquam extiterint, ſed quod iſtorum temporum hiſtoria infelix quoddam naufragium perpeſſa ſit d). Parcos tamen in diſpenſando fuiſſe primitiuos patres, iam quarti ſeculi hiſtoria edocet, oſtendens, epiſcopos tum viuentes canonum longe obſeruantiſſimos fuiſſe. Quin et ipſos Pontifices Romanos præcipuam quandam in ſancta canonum obſeruantia laudem ſectatos eſſe, teſtatur MARTINVS I. papa, cum *epiſt. 5. defenſores*, inquit, *diuinorum canonum et cuſtodes ſumus, non præuaricatores.*

II. Quod olim non tam a pontifice quam ab E-

§. VI. Secunda e potioribus differentia hæc eſt, quod antiquæ diſpenſationes non tam a *Pontifice Romano*, quam ab omnibus

c) Neceſſitas, vt *Seneca* alicubi, magnum humanæ imbecillitatis patrocinium, omnem legem frangit. Eodem itaque neceſſitatis telo coacti patres diſciplinam, quam alias intemeratam ſeruare allaborabant, ſæpenumero relaxabant. Ideoque etiam PETRVS de MARCA l. III §. 4. *Sane*, ait, *hæc venia neceſſaria viſa eſt integris patribus, ne treſſitia pœnæ diuturnitate in deſperationem adducerent pœnitentes, vt monet* BASILIVS; *ita enim dures pœnitentiæ laboribus premebantur, vt ad Saracenos aliquando deficerent, ſicut docuit* ZONARAS, *vel etiam paganos in occidente, vt Rodolphus Bituricenſis archiepiſcopus monuit* NICOLAVM, *qui ſecundum Canones modum pœnitentiæ minuendi illi commiſit.* v. NICOLAVS *epiſt. ad* RODOLPHVM *in append.* HINCMARI *Pariſienſ. edit. et tom. III. Concil. Gall.*

d) Ipſe LVDOV. THOMASSINVS omnem ſecularem ſeriem emenſus, vt accuratam diſpenſationum hiſtoriam daret, vltra papam SYRICIVM, quem a Chriſto 385 ſede Romana potitum eſſe conſtat, aſcendere non audet. Hinc P. II. C. III. c. 24. §. 3. *Quodquam* ait, *decretalium epiſtolarum ante Syricium papam ab apoſtolica ſede manauerat, id totum tam naufragio temporum abſorptum fuerat, cum ex conciliorum ſanctionibus et Romanorum pontificum decretis Dionyſius exiguus ſuum Eccleſiæ Romanæ codicem contexuit.*

bus promiſcue *Epiſcopis*, quin etiam ab ipſa *plebe* datæ fuerint. Epiſcopi certe æqualiter omnes facultatem diſpenſandi, nulla a pontifice Romano dependentia, ſed *ordinaria* potius *poteſtate proprioque iure* exercebant. Atque hæc eximia veritas tam luculentos in hiſtoria eccleſiaſtica radios ſpargit, vt contra ſolem pugnet, quiſquis eam in dubium vocare auſit. Quare etiam L. THOMASSINVS, famigeratiſſimus ille diſciplinæ eccleſiaſticæ inueſtigator, ſine vlla hæſitatione in hæc erumpit verba. *Nemo ambigere quidem illud a quoquam poteſt, quin primi et ſecundi adeoque et tertii etiam ſeculi epiſcopi canones apoſtolicos et decreta eius relaxarint, vbi publica ſuberat neceſſitas, nullo pontifice Romano, nullo interueniente concilio prouinciali, quippe cum acerbitas perſecutionum nec cum ſede Petri communicare conſilia ferre ſineret,* e) *nec Epiſcopos alios adiri, nec concilia celebrari prouincialia.* Enimuero, non Epiſcopi modo, ſed, vt diximus, ipſa etiam PLEBS ad diſpenſandi exercitium iure quodam ſuo concurrebat. Vti enim olim vt *confœderatæ Chriſtianorum diſciplinæ* omnia, quæ totam eccleſiam concernebant, negotia, eius nomine quoque expediebantur: f) ita etiam facultas *diſpenſandi* in primorum ſecu-

…piſcopis tam a plebe totaque eccleſia concederetur,

Sss 3

e) Quæ eſt Romanæ aulæ aſſentatorum indoles, vt etiam contra ipſam veritatem pontifici Romano quomodocunque adulari tentent, ea et hic in THOMASSINO ſeſe prodit. Hæc vltima enim verba, in quibus vſurpatam ab Epiſcopis diſpenſandi poteſtatem in temporum illorum iniuriam conicit, in Papæ gratiam confingenda erant, ne ſc. traditiones reiicerentur.

f) Fiebat hoc, vt dixi, ex *confœderata* veterum chriſtianorum *diſciplina*. Quæ vti communi pacto atque fœdere firmata erat, ita et communis omnium ad omnia negotia conſenſus requirebatur. Ea enim eſt collegiorum æqualium natura, vt omnes res et cauſſæ ab omnibus iudicari debeant. Vnde etiam *excommunicatio* olim non niſi cum ſuffragio et conſenſu *plebis* fiebat. Quemadmodum vero *electio* et *excommunicatio*, ita etiam *receptio*, quæ erat *diſpenſatio* circa excommunicandorum pœnam, *plebe* eidem conſentiente peragebatur. Quod et vlterius exinde patet, quod iſtiuſmodi *receptiones* non aliter, quam *electio* per modum indu-

ſeculorum triga non penes Epiſcopos modo, ſed et penes totam eccleſiam, neutiquam vero penes ſolum pontificem Romanum erat. Cui aſſerto facile fidem adhibebit, qui rerum antiquarum peritia floret. Reſpiciamus modo praxin, CYPRIANI adhuc tempore viſitatam. Quanta vero tum plebis libertas, quantusque huic honor ſeruatus fuerit, conſtat ex *epiſtola 14.* CYPRIANI, de ſemetipſo ſcribentis: *A primordio Epiſcopatus mei ſtatui nihil ſine conſilio veſtro et ſine conſenſu* PLEBIS, *mea priuatim ſententia, gerere.* Et rurſus *epiſt. 19.* *Hoc*, ſcribit, *et verecundiæ et diſciplinæ et vitæ ipſi omnium noſtrum conuenit, vt Epiſcopi plures in vnum conuenientes, præſente et ſtantium PLEBE, quibus et ipſis pro fide et timore ſuo honor habendus eſt, diſponere omnia conſilii communis religione poſſimus.* Et hæc quidem de auctoritate plebis *in genere.* Iam ſi ad *negotium diſpenſandi ſpeciatim* attendamus, et hic quoque magnas *plebis* partes fuiſſe, oppido liquet. Inde enim CYPRIANVS *epiſt. 64.* reprehendit factum THERAPII, quod VICTORI presbytero immaturo tempore et præpropera feſtinatione pacem dederit. *Quæ res, ait, nos ſatis mouit, receſſum eſſe a decreti noſtri auctoritate, vt ante legitimum et plenum tempus ſatisfactionis et ſine petitu et conſcientia PLEBIS, nulla infirmitate vrgente, et neceſſitate cogente, pax ei concederetur.* Ne vero quiſquam putet, peculiarem hanc plebis Carthaginenſis prærogatiuam, nec communem totius Eccleſiæ obſeruantiam fuiſſe, iuuabit exemplum etiam ab ipſa Romana petere Eccleſia. CORNELIVS MARTYR, Epiſcopus Romæ factus a. CCLIV. litteris ad CYPRIANVM ſcriptis de quibuſdam confeſſoribus, qui

Noua-

iudicia expediuntur, teſte TERTVLLIANO *Apolog. C. 39.* Quis vero neſcit, iudicia eccleſiaſtica in primis ſeculis non tantum ex Epiſcopis et presbyteris, ſed etiam ex *fidelibus* ſimul *bus* conſtitiſſe? *vid. diſſert. ad Plinium ſecundum diſſert. III.*

Nouatiani partes contra Cornelium, legitime electum, ſuſceperant, atque ideo ab Eccleſia diſceſſerant, agens, vbi de eorum receptione loquitur, rem ita refert: *Omni actu ad me perlato, placuit contrahi presbyterium. Adfuerunt etiam Epiſcopi quinque, qui et hodie præſentes fuerunt, vt firmato conſilio, quid circa perſonam eorum obſeruari deberet, conſenſu omnium ſtatueretur et vt motum omnium et conſilium ſingulorum dignoſceres, etiam ſententias noſtras placuit in notitiam veſtri proferri, quas et ſubiectas leges. His ita geſtis in presbyterium venerunt, Maximus, Vrbanus Sidonius et Macarius et plerique fratres, qui ſe eis adiunxerant, ſummis precibus deſiderantes, vt ea, quæ ante fuerant geſta, in obliuionem cederent, nullaque eorum mentio haberetur: Proinde, atque ſi nihil eſſet vel commiſſum vel delictum, inuicem omnibus remiſſis, cor mundum atque purum iam Deo exhiberent; ſequentes Euangelicam vocem dicentem: beatos eſſe puros corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Quod erat conſequens, omnis hic actus populo fuerat inſinuandus, vt et ipſos viderent in Eccleſia conſtitutos, quos errantes et palabundos iam diu viderant et dolebant. Quorum VOLVNTATE COGNITA, magnus fraternitatis concurſus factus eſt.* vid. *epiſt. 49.* CYPRIANI, ex quo ipſo adhuc longe plura teſtimonia aſſerri poſſent. Conf. *diſſert. iuris eccleſ. antiqui ad Plinium ſecundum diſſert. III. art. VIII. p. 149. ſeqq.* Eo autem prolixioribus nobis eſſe in declaranda ex antiquitate hac de PLEBIS concurſu aſſertione, neceſſe fuit, quo conſuetius eſt veteris diſciplinæ ſcriptoribus, in primis pontificiis, hæc celare. Et mirandum certe, neque PETRVM de MARCA, neque THOMASSINVM, *aliumue*, hæc populi iura vindicaſſe. Facile tamen rationes ſilentii aſſequetur, qui norit, ſcriptores Gallicanos id ſaltem ſibi propoſitum habere, vt pontifi-

cum

cum Romanorum auctoritate imminuta, Epiſcoporum iura ex antiquitate amplient, de plebe vero eiusque iuribus ac libertatibus vt ſileant, proprio, intereſſe communibusque cum papa commodis inducti. Notandum hoc ob PETRVM de MARCA, THOMASSINVM, DVPINIVM, alioſque, quorum placita in ſequentibus haud raro in partes tracturi ſumus, vt ita illis cognitis condignum eorum teſtimoniis vbique pretium ſtatuamus.

Exempla diſpenſationum ab Epiſcopis proprio iure conceſſarum.

§. VII. Tria itaque ſecula abierunt, quibus poteſtas diſpenſandi tum *Epiſcopis* ex aequo ſingulis, tum *plebi* quoque ipſi ſalua et illaeſa manſerat. De *plebe* §. antecedenti ſufficienter actum. De *Epiſcopis* vero res extra omnem dubitationis aleam poſita eſt. Facile foret, exemplis quampluribus g) id roborare, ſed et hiſce facile caremus, vbi pontificios ipſos habemus confitentes. Pedem igitur moueamus ad ſecula *quartum* et *quintum*. In his vero magis magiſque *diſpenſandi ſingularitatem* ſibi arrogarunt epiſcopi, excluſa penitus eccleſia, eiusque libertate pedetentim ſupplantata. Ita enim *loc. cit.* THOMASSINVS pergit: *Cum ergo hactenus Epiſcopi fere ſoli et ſinguli omnia diſpenſaſſent, vbi primum deſinente ſeculo III. frequentari coepere concilia in prouinciis ſingulis, tunc Epiſcopis ipſis conſultum viſum eſt, vt ad illa referretur pro diſpenſationibus ponderandis.* Ab Epiſco-

pis

g) Vt vel vnicum tamen Epiſcoporum, etiam papa non conſulto, diſpenſantium, exemplum allegemus, euoluamus, quae ANTONIVS de DOMINIS *in de Rep. eccleſ. P. I. L. II. c. 3. p.* 332. de hoc argumento diſſerit. Ibi enim videas poteſtatem diſpenſandi in voto et profeſſione caſtitatis Epiſcopis quibuſcunque etiam abſque Romani pontificis aut ipſius permiſſione reſcriptam, aſſeri exemplo CYPRIANI *L. I. Epiſt.* 11. qui et ipſe ſacris virginibus in periculo incontinentiae coniugium conceſſit. Conferantur cum his, quae idem *Archiepiſcopus Spalatenſis L. III. c. 9. p.* 470. de antiqua metropolitanorum poteſtate commentatur. In primis vero commendari meretur LVD. ELL. DVPINII aureus *de antiqua eccleſ. diſciplina* liber, potiſſimum *Cap. XII.* et *XIII.* diſſertationis I. vbi de iure et priuilegiis metropolitanorum nec non patriarcharum agitur.

pis ergo ius diſpenſandi non ad Papam Romanum, ſed ad *concilia*, et quidem *prouincialia*, translatum eſt. Quod tamen non ita intelligendum, quaſi Epiſcopi iſto iure tum plane exuti atque orbati fuiſſent. Quin vero hanc ſingulis, ipſo fatente MARCA *L. III. c. XIII* § 3. Epiſcopis facultatem Nicæna ſynodus indulſit, vt etſi quatuor pœnitentiæ laborioſiſſimi gradus per aliquot annos ſubeundi eſſent iis, qui criminibus a canone vetitis ſe obſtrinxerant, liberum tamen eſſet Epiſcopis, pœnarum partem remittere illis, qui rebus ipſis conuerſionem atque pœnitentiam ſuam probauiſſent. V. SYNOD. NICAEN. *c. 12.* Gemella diſcimus ex Synodo Ancyrana, cuius *cap. 2. can. 5.* hæc leguntur verba: *Penes Epiſcopos erit poteſtas; modum conuerſionis eorum* (pœnitentium) *probantes, vel humanius erga eos agere, vel amplius tempus adiicere.* etc.

§. VIII. Tertia priſcarum diſpenſationum a ſequioribus differentia, quam et ipſe MARCA, vt §. XX. audiuimus, *ſimplicem* vocat primariamue, in eo conſiſtit, quod apud veteres numquam daretur venia canonis *infringendi*, ſed tantum *infracti* et *violati* pœna ob grauiſſimas cauſſas aliquando remitteretur. En vero ingens, quod inter haſce diſpenſationes intercedit, diſcrimen! Eſt illud ipſum, quod non MARCA modo, ſed et THOMASSINVS centies inculcat. Et MARCA quidem præter modo allegata mox iterum C. XIV. §. 15. *Ceterum*, inquit, *hic repetendum eſt, quod initio adnotaui, nullum* NB. *edi poſſe teſtimonium, quo doceatur, a veteribus veniam INFRINGENDI canonis alicui collatam fuiſſe, ſed tantum INFRACTI.* THOMASSINVS vero *L. III. c. XXIV. n. 20.* *Nec illud*, ait, *oſcitanter prætereundum, quod alii iam præmonuerant, conceſſas tum fuiſſe eas diſpenſationes omnes, poſtquam peccatum iam fuerat*

III. quod olim numquam daretur venia canonis infringendi, ſed tantum infracti et violati.

rat in canones, et quando emendatio et poena luctuoſior eſſe eccleſiae ipſi poterat, quam ipſum peccatum. Contra autem emollita iam et langueſcente diſciplina poſterioribus his ſeculis venia exponitur violandorum canonum, peccandi in ſacras regulas licentia flagitatur et conceditur. etc.

IV. quod olim diſpenſationes longe alius indolis fuerint, ſiue materiam ſpectes, ſiue formam.

§. IX. Supereſt ultima earum, quas ex compluribus aliis ſelegimus, differentiis. Nimirum vti perrarae olim diſpenſationes fuerant, ita et earumdem natura atque indoles vt plurimum longe aliena fuit ab indole et natura hodiernarum. id quod ſtatim apparebit, inſpectis modo et ponderatis, quae vel THOMASSINVS, vel MARCA, vel FLORENS, aliiue ex antiquitate afferunt, exemplis. Namque ſic perſpicuum euadet, quod quae olim promiſcue b) inter diſpenſationes relata fuere acta et facta Epiſcoporum, hodie nec ab ipſis pontificiis ſtylo curiali inter eas referantur, ſaltim pleraque, niſi datam definitionem velimus immutare, inter eas proprie referri nequeant. Ita inter diſpenſationum ſpecimina a FLORENTE *loc. cit.* refertur illa orthodoxorum humanitas, qua ſeculo quarto et quinto Epiſcopos et Presbyteros Arianiſmi non minus, quam Donatiſmi labe, ingenti numero, infectos non modo in communionem fidei recepere, ſed et in ſocietate regiminis et clericatus priſtini honore eoſdem reliquerunt. Ita et, ANASTASIVS Papa, interpellatus ab Epiſcopis Afris, vt Presbyteri ceterique clerici, a DONATI partibus ad eccleſiam catholicam ſe conferentes, ordinibus dignitatibusque ſuis permitterentur, cum petitioni huic annuiſſet, ſeque cum Italis ſuis ad eccleſiae neceſſitates accommodaſ-

b) Illa igitur, quae et hodienum in vtroque iure regnat terminorum ambiguitas et confuſio, iam olim inter patres primitiuos circa diſpenſationis vocabulum regnauit.

modaſſet, propterea THOMASSINO dicitur diſpenſaſſe *L. III. C. XXIV. §. 5.*

§. X. Notandum hoc in primis contra Romanenſes, qui aulæ Romanæ adulantes, ad colorandum modernarum diſpenſationum frequentiam, pluſcula illarum exempla ex prima antiquitate anxie corradunt. Quæ enim ipſimet afferunt, ſpecimina, ad hodierna prorſus non quadrant. Certa CONNIVENTIAE potius ac DISSIMVLATIONIS, quam veræ diſpenſationis ſpecies ſunt diſpoſitiones illæ, quæ tamquam a pontificibus Romanis peculiari auctoritatis prærogatiua factæ adducuntur. Nolumus iam in ſpatioſum hiſtoriarum campum euagari, vno tamen alteroue exemplo rem iuuabit illuſtraſſe. *Primum* mutuabimur a PETRO de MARCA. Eſt illud exemplum FLAVIANI Epiſcopi Conſtantinopolitani. Huic, quod contra canones vitioſe ordinatus fuerat, DAMASVS tum pontifex Romanus, cum eccleſia occidentali communionem denegarat. At cum FLAVIANVS ſtudio IOANNIS CHRYSOSTOMI et THEOPHILI ALEXANDRINI a) non minus, quam ipſius imperatoris THEODOSII interpoſitione, DAMASO reconciliaretur, iam diſpenſationem hic a DAMASO factam fuiſſe, Romanenſis fingit. Eiuſdem commatis ſunt, quæ de ANATOLIO, Flauiani ſucceſſore, et MAXIMO, Epiſcopo Antiocheno, quorum vterque etiam contra canones ordinatus fuerat, ibidem enarrantur. *Alterum* inter plura THOMASSINVS ſuppeditat, quando *loc. cit. §. 8. de* INNOCENTIO I. memorat, quod Macedoniæ Epiſcopis reſponderit, *poſſe omnino ipſos ex venia et humanitate ad-*

Notandum hoc contra pontificios recentiores diſpenſationum abuſus antiquarum exemplis colorare ſtudentes.

Ttt 2 mit-

a) Memoratu digna ſunt THEOPHILI Alexandrini verba, quibus, referente SOCRATE *Hiſt. L. V. C. 15.* a pontifice Rom. contendit, *ut propter populi [illegible] vitium ordinationis NE DISSIMVLARET.* Ita enim habet verſio PETRI de MARCA loco mox allegato.

mittere ad functiones ordinum ſuorum eos, quos Beneficiis orbandos, ne Schiſmati ingruenti ianua panderetur.

Antiquæ diſpenſationes potius tolerantia, diſſimulatio et conniuentia dicendæ erant.

§. XI. Ecquis vero non primo ſtatim intuitu deprehendit, tum quod olim longe aliud quid *diſpenſationum* nomine venerit, ac hodie, tum etiam quod ex hiſce factis pontificum nihil contra nos lucrentur ſedis Romanæ adulatores? Prius, vt §. *X* oſtendimus, fatetur ipſe MARCA, poſterius autem non poteſt non fluere ex priori. Quodſi enim antiquis tantum vocibus vtimur, noſtrique ſeculi diſpenſationes ab iſtis priſtinis tantopere abhorrent, quid, quæſo, diſpenſationibus papalibus modernis firmamenti accedere poterit ex priſcis? vt vero dicamus, quod res eſt, equidem iſta, quæ modo adduximus, et quibuſcum pontificii alias ſuperbire ſolent, primorum pontificum facinora inter veri generis diſpenſationes locum haud merentur. Sane enim, quemadmodum in ſeculis primitiuæ Eccleſiæ ſumma inter eccleſias et Epiſcopos æqualitas erat, CYPRIANO tantopere laudata, ita tota huius diſpenſationis ratio in *tolerantia*, in *diſſimulatione* et *conniuentia* conſiſtebat. Reuera igitur nihil *aliud* fuerunt, quam *conciliationes* ad preces Epiſcoporum orientalium amicas confectæ, cum alias ex denegatione communionis ſchiſmata fuiſſent metuenda. Illud quidem obſtare poſſet, quod dum Epiſcopi Romani mixtis canonice ordinatis communionem ſuam indulſere, in eo ſaltim diſpenſaſſe et veniam eiſdem dediſſe videantur; ſed *aliud* eſt *remittere* ius ſuum ſeu actionem contra aliquem, quod et a pari fieri poteſt, *aliud eſt diſpenſare*. Prius quidem factum eſſe aſſeritur in hiſtoria eccleſiaſtica, non vero poſterius. Sicuti enim alteri in alterum nullum imperium competebat, ita tolerantia talis proprie dictam ſpeciem diſpenſationis, quæ a poteſtate legislatoria dependet, nequaquam

conſti-

conſtituit; de quo iam olim in obſeruationibus ſelectis ad PETRI de MARCA L. III. cap. XIII. obſeruat. 9. commentatus ſum.

Seculo VI. vſque ad IX. diſciplina diſpenſandi corrupta eſt violentia paparum, ius diſpenſandi ad ſe trahentium.

§. XII. Sed redeundum in viam, iamque luſtrata Epocha quinque ſeculari k) nunc (III) ad ſeculum XI. vſque oſtendendum, quomodo diſpenſandi ratio a prima ſua indole paullatim degenerarit. Notatu digna ſunt verba THOMASSINI, quæ *loc. cit. c. XXIV.* §. 14. leguntur. *Ea primum diſciplinæ innouatio facta eſt deſinente tertio et ineunte quarto ſeculo etc.* Per hanc primam innouationem THOMASSINVS illam iuris diſpenſandi ab Epiſcopis ad *concilia prouincialia* tranſlationem innuit. Quod enim ſupra iam obſeruauimus, augeſcente Chriſtianorum et Epiſcoporum numero poteſtas diſpenſandi ſeculo IV. et V. ab *Epiſcopis*, quos inter iurgia et diſſidia ſæpe excitabantur, et *plebe*, ad *concilia prouincialia* deuoluebatur. Neque tamen penes hæc diu permanſit, ſed mox, vt THOMASSINVS *l. cit.* pergit: *Iisdem porro cauſis obrepſit et innouatio alia poſtea, pedetentim ſimiliter et inopinate temporis mora prolixiore, vbi eadem diſpenſationum poteſtas vel poteſtatis potius exſecutio a conciliis prouincialibus NB. ad ſedem apoſtolicam traducta eſt.*

Huius violentiæ fulcrum fuit ruina imperii in occidente

§. XIII. Habemus hic primum et præcipuum corruptionis eccleſiaſticæ, quoad diſciplinam diſpenſandi, fundamentum. Scilicet ex quo poteſtas diſpenſandi ad *præſules Romanos* traducta eſt, ex eo etiam *corruptioni* et abuſibus patere cœpit. Iſta vero translatio ad hoc potiſſimum æuum reiicienda eſt, quo pontifices Romani caput erigere et pomœria ſua iam latius exten-

k) Quinque ſecula periodo huic aſſignauimus, non quod eiuſmodi mutatio, quæ ſenſim ſenſimque, et ad inſtar morbi clancularium ſerpentis, incrementa ſumſit, in certum determinatumque temporis articulum conſtitui poſſit, ſed quod tamen valde probabile ſit, iſto circiter æuo diſciplinæ eccleſiaſticæ corruptionem primordia ſua concepiſſe, iamque ſenſibilem aliquam mutationem ſubiiſſe.

extendere inchoarunt. Accidit id poſt ſeculum in primis quintum. Quamquam enim ſpiritus papalis iam antea quoque ſuam dominandi cupidinem haud obſcuris indiciis prodidiſſet, Romanusque praeſul ab vrbe Roma, quae toti orbi imperare conſueuerat, nullam citius, quam *imperandi* conſuetudinem induiſſet: ille tamen tum demum ſolidum quoddam ambitionis ſuae pabulum et fomentum nactus eſt, cum ſub occaſum et interitum *imperii occidentalis* caeſares, exarchatus ſeu negligentiam ſeu oppreſſionem 1) in ſuperbiae ſuae firmamenta ipſi trahere licebat. Tum enim et diſpenſandi iura ſibi ſoli arrogare, quae vero Epiſcopis reliquerat, eaiquam ſibi et gratiae ſuae accepta ferenda, declarare coepit. Pertinent huc complura, quae ex ſeculo VI. a THOMASSINO adducuntur, diſpenſationum exempla.

De exarchatu Rauenn.

§. XIV. Ita vero iactis fundamentis vlterius ſubinde progreſſi ſunt Pontifices Romani, et greſſu felici non minus, quam audaci, praeſertim cum BONIFACIVS III. iam *ſeculo VII.* oecumenici titulum a PHOCA Tyranno obtineret: cum et *ſeculo VIII.* luctuoſa perturbati occidentis tempeſtas, pontificum auctoritatem quaſi alluuione quadam adaugeret; *ſeculo* autem IX. imperatorum Francicorum liberalitas ſpiritualem poteſtatem iam et ſeculari robore ſuffulciret: cum denique *ſeculo X.* in quo, ſiten-

Specialior conſideratio ſeculorum VII. VIII. IX. X.

1) Multa ad fouendam ſtabiliendamque pontificum Rom. praepotentiam concurrebant. Inter quae non poſtremo loco numerari debent exarchorum in Italia a graecis imperatoribus conſtitutorum tum in tuenda auctoritate ſua negligentia, tum vero et truculenta tandem oppreſſio, Barbaris Gothorum, Vandalorum, atque Longobardorum populis totam Italiam miſere deuaſtantibus. Dignus omnino eſt, qui huc legatur FR. GVICCIARDINVS, cuius notabile fragmentum nulla pontificiorum fide ex eius HISTORIARVM *libro quarto* omiſſum, ſed poſtea ab eiuſdem conſanguineo ex *autographo Florentino* reſtitutum, ſiſtit *hiſtoria papatus* allegata L. B. HEIDEGGERVS.

ſtente ipſo Cardinali BARONIO *in annalibus* ad *hoc ſeculum*, impotentes feminæ THEODORA et MAROZIA, nauiculam, Petri eiusque naucleros, quo libebat, dirigebant, ſumma clericorum ignorantia, peruerſiſſimusque clericorum ſtatus omnem fere diſciplinam eliminaret.

Nondum omnis aetate iſta erga S. Canones reuerentia exoleuerat.

§. XV. Atque ita facile iam intelligitur, qui peiſca diſpenſandi ratio a primæua ſua indole paullatim deſciuerit. Neque enim fieri poterat, quin exulceratis iſtis eccleſiæ pariter atque imperii Romani temporibus canones legesque eccleſiaſticæ miſere corrumperentur, et lethali quaſi vulnere priſtinus diſciplinæ vigor conficeretur. Fatendum tamen, nondum ætate iſta omnem erga ſacros canones reuerentiam exoleuiſſe. Vulnera tantum eccleſiæ diſciplina acceperat, mortem nondum ſubierat. Immo vero ſi THOMASSINVM, ſi et FLEVRIVM audiamus, ZACHARIAS ſeculi VIII. Papa in epiſtolis ad S. BONIFACIVM datis magnum adhuc pro integritate canonum atque pro vigore diſciplinæ zelum ſpirat, adeo, vt dictus FLEVRIVS, vir de hiſtoria eccleſiaſtica meritiſſimus, recitatis Zachariæ ad Bonifacium verbis hoc ſubiungeret epiphonema: *Telles etoient alors les diſpenſes! des indulgences pour une faute commiſe, non de permiſſions de la commettre.* Tales tunc temporis erant diſpenſationes! Scilicet remiſſiones peccatorum commiſſorum, non autem venia committendorum. FLEVRY *dans l'hiſtoire de l'egliſe Tom. IX. L. XLII. ad a. Chriſti 751.* Simul vero et iſtud certum eſt, mediæ ætatis diſpenſationes iam tum hoc potiſſimum diſcrimine a primitiuis iſtis defeciſſe, quod, cum ius diſpenſandi primum non tantum omnibus Epiſcopis, ſed et ipſi plebi totique eccleſiæ commune eſſet, nunc *Romanus Præſul* illud ad ſe ſolum raperet, iamque omnes fere diſpenſationes, ſiquidem vali-

valituras, a Romana ſede deriuari neceſſe eſſet. Quam inuitis et repugnantibus vbique Epiſcopis id factum ſit, hiſtoriae loquuntur. Equidem PETRVS de MARCA et poſt hunc ſaepius citatus L. THOMASSINVS omni opera id agunt, vt chriſtiano orbi perſuadeant, ipſis ita volentibus petentibusque Epiſcopis, ius diſpenſandi pedetentim in ſolum pontificem Romanum deuolutum fuiſſe. Ingenioſis hanc in rem iſti fictionibus vtuntur, et dum Papae palpum trudunt, ſimul rei Eccleſiaſticae peritis glaucomata obiicere laborant. Ita THOMASSINVS Epiſcopos ordinario ſuo diſpenſandi iuri vltro renunciaſſe fingit, et. *Eo credibilius eſt*, inquit, *loc. cit. c. XXV. §. 12. aſſenſos eſſe ipſos Epiſcopos huius iuris abdicationi, eiusque ad primam ſedem quoad exercitium reuocationi, quod nimia quandoque indulgentia in ſummum adduceretur dignitatis ſuae diſcrimen.* Verum enim vero inanem illi operam ludunt, nec niſi vaniſſimis coniecturis rem contra omnem hiſtoriarum fidem ſpontaneae abdicationis inuolucro obtegere conantur, id quod vi aſtuque a pontificibus Romanis factum fuiſſe luculenter conſtat.

Iudicium de Marca et Thomaſſino.

§. XVI. Dolendum autem, homines gallos, de libertatibus iuribusque eccleſiae ſuae cupidiſſimos, viros inſigni alias eruditione claros, vbi cum aula Romana committuntur, in huius gratiam toties muſſitare, et quo minus ſcapham, ſcapham appellent, aut mentem ſuam candide eloquantur, metu hypocritico ſubinde abſterreri. Et ſane volupe, at viris iſtis ſimul perindignum eſt, intueri, quam torqueant ſe illi, quantamque vim conſcientiae ac candori ſuo, alias ſat ingenuo, inferant, cum immoderata pontificis Romani potentia moderanda, prolapſusque rerum ſtatus cum iſto eccleſiae primitiuae conciliandus venit. De MARCA quidem nemo neſcit, cum *pallium* dediſſe vento,

venco, præſertim cum *pallium* ambiret *Archiepiſcopale*. Atque idem etiam de THOMASSINO affirmandum. Multa is in gratiam veritatis, multa in defenſionem libertatum gallicarum egregia profert. Vbi tamen periculum eſt, ne in offenſionem Papæ quidquam afferat, eheu! quam timidulus ille eſt, quam prouidus cautusque! Ita, cum illi veritas non minus, quam intereſſe gallicanum extorſiſſet fateri, ab ipſis inde apoſtolis omnes olim ſingulosque Epiſcopos ius diſpenſandi iure proprio et æqualiter poſſediſſe: cum et idem ad tuendam hypotheſin, ipſi cum præcipuis libertatis eccleſiaſticæ defenſoribus communem, quod eccleſiæ regimen Ariſtocraticum m) magis ſit, quam Monarchicum, neceſſe habuiſſet affirmare, ipſam diſpenſandi poteſtatem inſertam et concretam quodammodo eſſe Epiſcopali dignitati, ita, vt qua talis a pontifice Romano non dependeat, contra quam hodie canoniſtæ docent, quanta, obſecro, contentione, quanta cautela et circumſpectione is ipſe prius dicta iterum emollire et tantum non reſorbere tentat! Non iniuria igitur illum in eorum claſſem referas, ad quam et PETRVM de MARCA THOMASIVS in edita *hiſtoria contentionis inter imperium et ſacerdotium p. 326.* iure meritiſſimo ablegat, cum *ambidextrum* vocans, einen Achſelträger, quo elogio et antea iam inſignitus fuit ab Anonymo Leodienſi, qui a. 1639. edidit *les*

Vvv *traités*

m) PETRVS MARCA eandem ſententiam tenet et hinc *L. II. C. XVI.* loco Chriſti *Matth. XX. Reges gentium dominantur, vos autem non ſic*, a ſe explanato hæc verba ſubiicit: *Verus dominatus eſt penes Reges, non autem penes ſacerdotes, quorum poteſtas non eſt deſpotica, ſed temperata et ad populorum vſum accommodata, ita vt* *NB. MONARCHIA ECCLESIASTICA ex ARISTOCRATICO regimine fit mixta.* Multo cordatior hoc Archiepiſcopo L. ELLIES DVPIN in laudato opere *de A. E. diſcipl. diſſert. IV. p. 321.* *Et certe*, inquit, *quoad regimen primæva illa eccleſia ariſtocratica viſa eſt.*

veritables des abus et libertés de l'égliſe gallicane. Huic etiam adſperſiſſe iuuat ſeorſum BAELII iudicium, quod in ſuo *dictionario* voce MARCA, expoſitis MARCAE fatis, ſubnectit. Ita autem ille: *Concluons de ce narré, que c'eſt une ſervitude tres facheuſe à la cour de France, que d'avoir beſoin des bulles du Pape pour etablir des evêques; Car cela fait, que ceux, qui ſeroient capables de bien maintenir les libertés de l'egliſe gallicane et les interets du Roy dans ſes demêles avec Rome, n'oſent employer toutes leurs forces. Ils aſpirent aux prelatures et ils voyent, qu'ils n'y pourront iamais parvenir, s'ils ſe rendent trop odieux à la cour de Rome, ou du moins, qu'il faudra, qu'ils faſſent des ſatisfactions honteuſes. Il n'y a pas long tems, que cela eſt arrivé a quelques membres de l'aſſemblée du clergé de l'an. 1682.*

Soluitur Thomaſſini argumentum in gratiam curiae Romanae prolatum.

§. XVII. Equidem THOMASSINVS iſtam, quam veteribus Epiſcopis affingit iuris abdicationem, *voluntariam* aeque atque *iuſtam* euincere conatur exinde, quod diſpenſandi munere nemo rectius, nemo ſanctius curatiuſue fungi conſueuerit, quam Epiſcopus Romanus. Inde enim concludit, ex eccleſiae vtique *neceſſitate* atque *commodo* fuiſſe, vt poteſtas diſpenſandi, tot ante ſeculis Epiſcopis relicta, ad ſolam ſedem apoſtolicam reuocaretur. Sed vt ut demus, Epiſcopos eccleſiae Romanae primos canonum obſeruantiſſimos fuiſſe, eandem tamen laudem et ſequioribus n) vindicare velle, nihil aliud foret,

quam

n) Equidem ſi ad voces verba et decreta pontificum Romanorum, etiam aetate iam ſequiori et ſpeciatim ſeculo XI. regnantium, attendere velimus, putares, eos magna adhuc canones in reuerentia habuiſſe. Nolebant etiam coram hominibus videri, qui re vera fuerant, canonum et diſciplinae ſanctioris deſtructores. At vero illos glaucomata obiecisſe incautis, penitior rerum inſpectio facile demonſtrat. Haud igitur, attendenda ſunt pontificum effata diſpenſationum corruptelas cum ſpecie a ſe denolventia; Nec

difficile

quam ad manifeſtam occurrere velle veritatem. Quod vt clarius pateſcat, iam et ad *quartum* dicendorum membrum propeRemus.

§. XVIII. Quantus tandem (IV.) diſpenſationum abuſus inualuerit, et ad quem vſque apicem Romanorum pontificum audacia proceſſerit, adductis quibuſdam papalium diſpenſationum exemplis uſque ad æram reformationis declarandum reſtat. In exponendis diſpenſationum fatis ad *vndecimum* uſque ſeculum peruenimus. Quinque igitur ſecula ſuperſunt, ſi hiſtoriæ filum ad tempora reformationis uſque pertexere velimus. At nimis longum foret, per ſingula eorum cum cura ire. Itaque vt breuiter nos expediamus, ſummatim omnia complectenda erunt. *Facies diſpenſationum ſeculo XI. vſque ad æram reformationis.*

§. XIX. Creſcente Romanorum pontificum poteſtate, creuit etiam abuſus diſpenſationum. Quemadmodum ergo iſto ſeculo in primis XI. quo GREGORIVS VII. famoſus ille pontifex, ſacros faſces vſurpauit, ad ſuam ἀκμὴν peruenit, ita et ab eodem tempore abuſus diſpenſandi mira incrementa cepit. Quotquot enim auctorum effuſam iſtam diſpenſandi liberalitatem taxant, ii fere omnes a ſeculo *vndecimo* ordiri ſolent. Ita EDMVNDVS RICHERIVS, vir doctus et cordatus *cap. IX. libelli de eccleſ. et politica poteſtate p. 174. Profecto,* inquit, *attingentis* *Contemplatio ſeculi XI. ſeu Hildebrandini.*

Vvv 2

difficile iſti fuerit, qui hiſtoriam ſeculi XI. exactius euoluit, iudicare, quid ſentiendum ſit, de verbis [illegible] VRBANI II. in concilio Romano III. prolatis. *Quamuis autem miſericordiæ intuitu magnaque neceſſitate hanc in ſacris auctoribus diſpenſationem conſideramus, nullum tamen præiudicium ſacris canonibus fieri volumus, ſed obtineant proprium robur, et ceſſante neceſſitate* [illegible]

Illud quoque ceſſet, quod factum eſt pro neceſſitate. Nempe eſt praxeſtatio facto contraria. Simile iudicium ferendum de ſimilibus effatis eiuſdem ſeculi Paparum PASCHALIS II. GREGORII VII. NICHOLAI II. etc. quæ congeſta et collecta videas apud LAVNOIVM *volumine epiſtolarum edit. Cantabrig. P. IV. p. 348.*

[illegible]

tis atque amplius annis, h. e. ante imperii translationem ad Francos, Ro. Pontifices ſeſe tantummodo ultores ſiue executores canonum prædicabant: lapſu demum temporis, cum omnes Chriſtianæ nationes ſummis ignorantiæ tenebris conſopitæ detinerentur, abſolutam auctoritatem omnia decernendi collegerunt, PRAECIPVE A GREGORII VII. TEMPORIBVS. Ita et FR. FLORENS, vbi exemtiones Monaſteriorum, quæ diſpenſationum ſpeciem efficiunt, ex hiſtoria illuſtrat, potiſſimum earum abuſum in ſeculum XI. reiicit. *Opp. P. I. p. 274.* *Ab his,* dicens, *initiis inſtincte, etiam ſine vlla cauſſa, niſi liberalitatis exercendæ, non adhibito Epiſcoporum conſenſu, immo et his inconſultis* NB. *et inuitis, priuilegia plurima ſummi pontifices conceſſerunt, quod potiſſimum frequentaſſe videntur* LEO IX. GREGORIVS VII. VICTOR. III. VRBANVS II. PASCHALIS II. Pariter de hoc PASCHALI etiam THOMASSINVS *l. c. c. XXIX.* §. 10. memorat: *Poſtquam autem Paſchalis Papa ianuam aperuit diſpenſandi in gradibus cognationis, mirum poſtea in modum id genus diſpenſationes increbuere.* Idem *Cap. XXVII.* §. 3. ex eodem ſeculo, exemplum diſpenſationis, quam *nouam et priori ætati inauditam* vocat, adducit.

De ſeculis XII. et XIII.

§. XX. Nec meliora de ſeculo duodecimo, quo vix aliud maiori paparum in Epiſcopos non modo, obedientiæ iuramentum tum præſtare coactos, quam in reges principesque, et ipſos maxime imperatores Romanos, audacia diſſeminatum fuit, *) ſperare licet. *Poſt ſeculum enim vndecimum,* ait PETRVS de MARCA *l. III. c. XIV.* §. 6. *frequentior eſſe cœpit diſpenſationum uſus,* rectius dixiſſet, *abuſus.* Et quid de ſeculo XIII. iam augurandum, in quo INNOCENTIVS III. qui *iuris noui decretalium prin-*

*) Vid. HEIDEGGERI *hiſtoria Papatus* §. XCIV. p. 104.

princeps et parens THOMASSINO audit, in quo et o) BONIFACIVS VIII. nouus ille iubilæi atque indulgentiarum profuſiſſimus inuentor, triplici diademate coruſcabant? Certe contra diſpenſationes huius ſeculi plenus iterum querelarum eſt THOMASSINVS, in eo tamen haud ingenuus, quod pontificum Rom. *docilior* diſſimulaturus culpam abuſuum ab iis amoliri, eamque in reliquos illius temporis Epiſcopos transferre ſatagit, ea ſcilicet intentione, vt ne violentiæ papali, qua omne diſpenſandi ius ad ſe abripuere, offuciæ deeſſent. v. THOMASSINVS *P. I. L. II. c. LXX.*

§. XXI. *Accedendum nunc nobis eſt* (verba ſunt THOMASSINI, *l. modo allegato*,) *ad ſeculum XIV. et ad concilium Viennenſe a. 1311. habitum, vbi quam liberas et iuſtas, tam obſeruantiæ et amoris plenas querelas congregati Epiſcopi effudere de diſpenſationibus frequentioribus, quas NB. ipſi pontifices darent etiam PVERIS ad obtinenda et ad plura ſimul obtinenda beneficia.* In primis vero magnus hoc ſeculo circa diſpenſationem beneficiorum vſus inualuerat. Perſtrinxit eum SARPIVS *in libro de beneficiis et reditibus eccleſiaſticis*, quando 32. 33. etc. *p.* 192. ita inſit. *Certe diſpenſationes ſuper pluralitate beneficiorum ita expedebant, vt circa annum 1320. Ioannes XXII. eas omnes reuocaret et limitaret vſque ad duo beneficia alterum curatum et alterum non curatum cap. Execrab. de præbend. Extrau. Sed cum ſibi RESERVARET* p) *diſpoſitionem, circa reliqua facile ſibi perſua-* De ſeculo XIV.

 ſeriunt

o) Solium papale inuaſit hic BONIFACIVS circa exitum ſeculi XIII. de hoc ſcriptores memoriæ prodiderunt, cum coronatum et accinctum, cum in publicum prodiret, alta voce proclamaſſe. *Ego ſum Cæſar et Papa.*

p) Locus hic dicendi foret de *reſeruatis papalibus*, magno iterum violentiæ Romanæ argumento. Per iſta enim nihil aliud intelligitur, quam poteſtas diſpenſandi a papa ſibi reſeruata. Verum euitandæ prolixitatis ergo

nis atque amplius annis, h. e. ante imperii translationem ad Francos, Ro. Pontifices ſeſe tantummodo vltores ſiue executores canonum prædicabant: lapſu demum temporis, cum omnes Chriſtianæ nationes ſummis ignorantiæ tenebris conſopitæ detinerentur, abſolutam auctoritatem omnia decernendi collegerunt, PRAECIPVE A GREGORII VII. TEMPORIBVS. Ita et FR. FLORENS, vbi exemtiones Monaſteriorum, quæ diſpenſationum ſpeciem efficiunt, ex hiſtoria illuſtrat, potiſſimum earum abuſum in ſeculum XI. reiicit. *Opp. P. I. p. 274. Ab his,* dicens, *initus indiſtincte, etiam ſine vlla cauſſa, niſi liberalitatis exercendæ, non adhibito Epiſcoporum conſenſu, immo et his inconſultis NB. et inuitis, priuilegia plurima ſummi pontifices conceſſerunt, quod potiſſimum frequentaſſe videntur* LEO IX. GREGORIVS VII. VICTOR. III. VRBANVS II. PASCHALIS II. Pariter de hoc PASCHALI etiam THOMASSINVS *l. c. c. XXIX.* §. 10. memorat: *Poſtquam autem Paſchalis Papa ianuam aperuit diſpenſandi in gradibus cognationis, mirum poſtea in modum id genus diſpenſationes increbuere.* Idem *Cap. XXVII.* §. 3. ex eodem ſeculo, exemplum diſpenſationis, quam *nouam et priori ætati inauditam* vocat, adducit.

De ſeculis XII. et XIII.

§. XX. Nec meliora de ſeculo duodecimo, quo vix aliud maiori paparum in Epiſcopos non modo, obedientiæ iuramentum tum præſtare coactos, quam in reges principesque, et ipſos maxime imperatores Romanos, audacia diſſimatum fuit, *) ſperare licet: *Poſt ſeculum enim vndecimum,* ait PETRVS de MARCA *L. III. c. XIV. §. 6. frequentior eſſe cœpit diſpenſationum vſus,* rectius dixiſſet, *abuſus.* Et quid de ſeculo XIII. iam augurandum, in quo INNOCENTIVS III. qui *iuris noui decretalium* prin-

*) Vid. HEIDEGGERI *hiſtoria Paparum* §. XCIV. p. 104.

princeps et parens THOMASSINO audit, in quo et o) BONIFACIVS VIII. nouus ille iubilæi atque indulgentiarum profuſiſſimus inuentor, triplici diademate coruſcabant? Certe contra diſpenſationes huius ſeculi plenus iterum querelarum eſt THOMASSINVS, in eo tamen haud ingenuus, quod pontificum Rom. *dedita* diſſimulaturus culpam abuſuum ab iis amoliri, eamque in reliquos illius temporis Epiſcopos transferre ſatagit, ea ſcilicet intentione, vt ne violentiæ papali, qua omne diſpenſandi ius ad ſe abripuere, offuciæ deeſſent. v. THOMASSINVS *P. I. L. II. c. LXX.*

§. XXI. *Accedendum nunc nobis eſt* (verba ſunt THOMASSINI, *l. modo allegato*,) *ad ſeculum XIV. et ad concilium Viennenſe a. 1311. habitum, vbi quam liberas et iuſtas, tam obſeruantiæ et amoris plenas querelas congregati Epiſcopi effudere de diſpenſationibus frequentioribus, quas NB. ipſi pontifices darent etiam PVERIS ad obtinenda et ad plura ſimul obtinenda beneficia.* In primis vero magnus hoc ſeculo circa diſpenſationem beneficiorum vſus inualuerat. Perſtrinxit eum SARPIVS *in libro de beneficiis et reditibus eccleſiaſticis*, quando 32. 33. etc. p. 192. ita infit. *Certe diſpenſationes ſuper pluralitate beneficiorum ita excedebant, vt circa annum 1320. Ioannes XXII. eas omnes reuocaret et limitaret vſque ad duo beneficia alterum curatum et alterum non curatum cap. Execrab. de præbend. Extrau. Sed cum ſibi RESERVARET* p) *diſpoſitionem, circa reliqua facile ſibi perſuaſerunt*

De ſeculo XIV.

o) Solium papale intulit hic BONIFACIVS circa exitum ſeculi XIII. de hoc ſcriptores memoriæ prodiderunt, eum coronatum et accinctum, cum in publicum prodiret, alta voce proclamaſſe *Ego ſum Cæſar et Papa.*

p) Locus hic dicendi foret de *reſeruationibus papalibus*, magno iterum violentiæ Romanæ argumento. Per illa enim nihil aliud intelligitur, quam poteſtas diſpenſandi a papa ſibi reſeruata. Verum euitandæ prolixitatis ergo

ſerunt ſagaciores, eum non intendiſſe ſublationem abuſuum, ſed potius incrementa ærarii proprii, quod etiam eventus docuit, cum pluralitates beneficiorum ab illo tempore adhuc frequentiores eſſent, quam antea. Iudicium SARPII confirmat PAVLVS LANGIVS, Monachus Bozavienſis, quando in chronico citizenſi de BONIFACIO IX. IOHANNIS XXII. poſt ſex alios ſucceſſore, ſcribit: *Anno Domini M. CCCCIV.* BONIFACIVS *ſummus pontifex diem clauſit extremum, qui primus NB. annatam beneficiis eccleſiaſticis impoſuit, ut beneficium adeptus dimidium annui proventus Apoſtolico ſolveret fiſco, qui permultas fecit* NB. *pro PECVNIA EXEMTIONES in perpetuum malum eccleſiæ. Per hujuſmodi quippe exemtiones obedientiæ bonum diminuitur et corpus eccleſiæ militantis confunditur et diſſipatur. Quare ſancti tales exemtiones valide reprehendunt. Quemadmodum et beatus ac mellifluus* BERNARDVS *in libro de Conſid. ad* EVGENIVM *ſum. pontificem alloquens, ita inter alia fatur:* AVDI MVRMVR ET QVERIMONIAS ECCLESIARVM *vid.* LAVNOIVS *Volum. epiſt. P. VI. p. 551. et ſqq.* q)

De abuſu diſpenſandi ſec. XV.

§. XXII. Quæ cum ita ſe habuerint ſeculo XIV. imo et mores ſeculi XVti, quod *reformationem* proxime anteceſſit, facile prævideri poſſunt. In his duobus ſeculis audacia papalis ad ſupremum apicem aſcendit, itaque nihil facile excogitari poteſt ... diſſi-

ergo remittimus lectorem ad THOMASII notas in LANCELLOTVM, in primis *L. I tit. XXVII p. 416. ſeq.* ubi egregie oſtenditur, quanto avaritiæ nec non ambitionis artificio reſervata iſta inſerviebant.

q) Memorabile etiam eſt iudicium, quod de ſtatu huius ſeculi FLEVRIVS edidit dans l'inſtitut. au droit Eccleſiaſt. *P. I. c. I.* p. 14. *La plus rude atteinte, que reçut jamais la diſcipline de l'egliſe, fut pendant le grand ſchiſme d'Avignon ſous la fin du quatorzième ſiècle. Chaque parti donnoit à l'envi toutes ſortes de diſpenſes et de graces pour augmenter ou conſerver ſon obedience.*

diſſimilius, quam quidem diſpenſandi ratio, quae cum invaluerat, cum moribus eccleſiae primitivae comparata. Non diſſertatio, ſed vaſtae volumen molis nobis conſcribendum eſſet, ſi prolixe hic inquirere, et exceſſus a pontificibus Romanis factos in vnum conducere vellemus. Sed cui bono? Quis enim eſt, qui craſſiſſimas iſtas ſedis Romanae aberrationes ignoret? Quis eſt, qui neſciat, ſeculo in primis XV. integra concilia ad tollendos eiuſmodi abuſus conuocata fuiſſe r). Immo, quis eſt, quem lateat, enormem iſtum indulgentiarum, quae et ipſae inter diſpenſationes pertinent, abuſum primam praecipuamque a LVTHERI reformationis anſam ſuppeditaſſe? Vt adeo longiori probationum ambitu facilime poſſimus ſuperſedere.

§. XXIII. Vt vero de ipſis ſequiorum temporum corruptelis conſtet, vtque pateat, quanto iſtae diſcrimine a primitiuis eandem deuiarint, agedum, aurem paullisper commodemus crebris iſtis grauiſſimisque virorum praeſtantiſſimorum, etiam inter pontificios, querelis. Tum et paucula quaedam *papalium diſpenſationum* exempla e recentioribus ſubiiciamus.

Querela virorum praeſtantiſſimorum ea de re:

§. XXIV.

r) Huc ſpectant maxime concilia, *Conſtantienſe* et *Baſileenſe*, quorum non minima occaſio fuit laxatae diſpenſationum diſciplinae fibulam iniicere. Sed irritus omnino patrum in iis congregatorum conatus fuit. Quam enim Epiſcopi hanc poſtliminii ad ſe reuocare tentabant poteſtatem, quam et multi recuperatam a ſe credebant, ea mox iterum depellebantur. Audiamus vel hic quoque THOMASSINVM, toties iam a nobis in teſtimonium vocatum. Is vero *P. II. L. III. c. XXVIII.* §. 10. *Avenionenſi ſchiſmate*, inquit, *vigente, cum ſi regna quaedam tamquam in interregno facto ab omni ſubduxerant ſummorum pontificum obedientia, tum ſibi viſi ſunt recuperaſſe Epiſcopi poteſtatem diſpenſandi ampliſſimam, quae, NB. quondam petebantur. Atque in Piſano concilio a. 1409. ratum habuit Alexander Papa, quidquid ab illis interim fuiſſe diſpenſatum. Contra Martinus V. in concilio Conſtantienſi a. 1418. reuocauit diſpenſationes omnes, a prioribus indultas pontificibus, viros ordinibus initiari tenerentur, quos requireret beneficium, quo gaudebant*

§. XXIV. Non eſt vero, non eſt, cur iam ad S. BERNARDVM vſque, ad HILDEBERTVM Cenomanenſem, IOANNEM Sariſberienſem, MATTHAEVM Pariſium, GVILIELMVM DVRANDVM, NICOLAVM de CLEMANGIS, IOANNEM GERSONEM etc. quos omnes triſtiſſimas contra diſpenſatorios exceſſus querelas effudiſſe teſtatur PETRVS de MARCA *L. II. C. XIV. §. 10.* cur, inquam, ad veteres illos veritatis teſtes atque vindices excurramus? Audiamus tantum eos, qui nobis aetate propiores in medio papatu ſibi temperare non potuerunt, quin ad abuſus iſtos lamentarentur s). Ita CLAVDIVS ESPENCAEVS *in epiſt. ad Tit. c. 1. annon,* inquit *αἰσχροκερδία eſt, quod tam multa poſitiuo tantum iure praecepta vel prohibita eouſque ligant homines, donec pecunia ſibi horum conſtitutionum gratiam impetrent? Ita ut regina rerum, pecunia, diuitibus licitum faciat, quod pauperibus licitum non eſt,* t) *quoniam diuitias non habent. - - Vix enim quidquam prohibetur, quam ut ne quis gratis contraueniat, et quod vetatur, numerata ſtatim pecunia diſpenſatur, quaſi nullum ſit peccatum maius, quam nummis carere.* ESPENCAEO iungimus ANTONIVM de DOMINIS, qui in *de republ. eccleſ. L. V. c. 12. p. 462. Non alia de cauſa,* inquit, *Romani pontifices vſque ad quartum gradum prohibitiones has extenderunt, niſi vt frequentiores eſſent diſpenſationes, ex quibus immenſa pecunia in eam curiam confluit. Et aſſignata ſunt in cancellaria pro ſingulis remotioribus gradibus pretia: nam propinquiores compoſitio-*

imprimis vero a. Cl. Eſpencaei.

β. Antonii de Dominis.

nem

s) Nouiſſime hunc abuſum notauit FLEVRIVS dans *l'Inſtruction au droit eccleſ. P. I. c. I. p. 13.* aiens: *On croit, que les papes ne pouvoient mieux faire paroître leur puiſſance qu'en etendant ſans bornes les droits de diſpenſer des canons, au lieu que pendant mille ans elle en avoient uſé avec une extreme circonſpection.*

t) Immo vero, ſi ESPENCAEVS aurem praebeat doctrinae AVGVSTINI de ANCONA, non eſt, cur adeo excandeſcat. Ita enim ille in libro *de poteſtate papae qu. 3. Quantum,* inquit, *ad remiſſionem poenae, quae acquiritur per indulgentiam, in tali caſu non eſt inconueniens, quod diues ſit melioris conditionis, quam pauper.*

nes facere debent, ſane ingentes, ubi praeſertim coniuges vel divites ſunt, vel magnates, vel principes. Et hoc procul dubio facit, ut leges eccleſiaſticae talium nuptiarum prohibitivae ſint prorſus iniuſtae ac nullae. Non enim honeſtatem ac decentiam reſpiciunt, aut in re ipſa aequitatem, ſed ſolum proprium lucrum: Nemo enim eſt, cui tales diſpenſationes negentur, et quotquot eas petunt, tot eas accipiunt, ſolo pretio exhibito, immo ne a papa quidem poſtulantur, ſed proſtant in publico officio cuicunque accedenti venales. Et L. VI cap. 10. idem ita perorat: *Si liceret Papae cum cauſſa ſalutis animarum reges deponere, iam breui idem poſſet ſine cauſſa. Perſuaſerunt initio Papae palpones et adulatores, poſſe eum in ſacris canonibus cum cauſſa diſpenſare; quo tandem devenit res? ut iam etiam ſine cauſſa, immo turpi ex cauſſa, diſpenſet ex plenitudine poteſtatis.* Antonio ſuccedat SARPIVS, qui in libro *de beneficiis red. eccleſ. p.* 415. occaſione temporum Innocentii IV. in haec erumpit verba: *Licet auctoritas et poteſtas illa maxima, quam aula pontificia uſurpabat, omnibus bonis valde diſpliceret, placebat tamen eadem maximopere pluribus ex clero et aliis ad beneficia adſpirantibus et propter defectum requiſitorum canonicorum incapacibus. His nemo Epiſcoporum ex reverentia canonum audebat conferre beneficia. Sed quod non audebant Epiſcopi, NB. abſque haeſitatione faciebant pontifices, ſcilicet diſpenſantes adverſus canones et conſtitutiones eccleſiaſticas, adhibendo formulas et clauſulas* de plenitudine poteſtatis. *Item* non obſtantibus, quae hodie in omnibus Bullis beneficiorum *inveniuntur, cum antea per plura ſecula plane erant incognita. Atque hanc audaciam ipſi Papae obiecit Robertus Epiſcopus Lincolnienſis in epiſtola ad Innocentium IVtum.* Quid multis? Inter centum grauamina, Norimbergae in comitiis caeſari a Statibus imperii tempore reformationis exhibita, primum ſtatim de abuſu diſpenſationum egit. Ita enim Principes: *Primum* (ſcilicet grauamen) *verſatur circa con-*

Pauli Sarpii.

ſ. Statuum imperii.

ſtitutiones humanas, quae domi diſpenſationibus Romae venditas [illegible] *omnem iniquitatem praebeant et non noſtro vere priuata.* Adeo ſcilicet omnis fere orbis de abuſu iſto conquerebatur!

Comparatio diſpenſationum hodiernarum cum antiquis.

§. XXV. Nec mirum, dicendum non poteſt, quot quantaeue corruptelae rationem diſpenſandi in aula Romana tum peruerterint. Olim quidem *perrarae* erant diſpenſationes: at nunc longe frequentiſſimae. Olim poteſtas diſpenſandi, ceu inſeparabilis pars ipſius dignitatis *Epiſcopalis* habebatur, adeo, vt eodem iure, quo quis Epiſcopus eſſet, etiam circa canones diſpenſaret. Tum vero pontifex Romanus, tamquam ſummus omnis ſpiritualis iurisdictionis arbiter, tantum non adorari coepit, ſimulque precaria facta fuerat poteſtas et a papa in Epiſcopos deriuanda, quae olim dignitati Epiſcopali ſine vlla dependentia quaſi propria habebatur, eique eſſentialiter innexa. Olim duae tantum iuſtae diſpenſationis cauſſae erant, *neceſſitas* et *vtilitas communis eccleſiae.* Tum vero centenae a) excogitari, tum pro lubitu omnes tractari coepere. Olim nulla *priuatorum* ratio habebatur, ſed commune bonum et communis neceſſitas attendebatur. At vero tum vtramque paginam faciebat *fauorem ſingularis, nobilitas ſanguinis, meritorum praeſtantia* et quod caput eſt *fauor Pontificis*, quandoque etiam *largitio*, et *liberalitas* petentis, non propter bonum publicum amplius et ob publicam cauſſam, ſed vnice ob emolumentum petentis priuatum. Olim *violatorum* tantum canonum venia dabatur: tum vero et *violandorum*. Olim locum obti-

a) PYRRHVS CORRADVS, qui in *Opere ſuo* id praecipue egit, vt Praxin diſpenſationum papalium hodiernam ex ipſo *Rom. curiae ſtylo, conciliorum ac decretalium papalium ſanctionibus, Rotae Rom. deciſionibus*, adductis tum ipſarum diſpenſationum, tum ſupplicationum pro iiſdem variis exemplis authenticis, elucidaret, eiuſmodi cauſſarum quatuordecim enumerat, quas vero diſtincte [illegible] [illegible] fore.

obtinebat diſpenſatio, ſi quæ forte vitioſa proceſſiſſet ordinatio, aut ſi quod dubium exiſteret, de Clericis vel Epiſcopis ab hæreſi redeuntibus, quatenus in gradu ſuo ſuſcipi aut tolerari deberent; aut ſi quod ſchiſma metuendum eſſet; aut ſi pœnitentiæ rigorem temperare oporteret, aut ſi quæ alia circa diſciplinam eccleſiaſticam naſcerentur incommoda, quæ remiſſius agere iuberent. At ex nouiori iure multa alia acceſſerant diſpenſationis capita, nec canon fere erat, vel lex, vel ſtatutum aut decretum pontificis, quod non tot diſpenſationibus ſuberat, quot ſyllabis conſtabat. Olim caſta et ſancta erat eccleſiæ diſciplina, neque nimia præceptorum farragine obruta, neque etiam ob defectum illorum inopiamue nimis laxa. Tum vero ſub onere futurorum nouarumque indies ferendarum legum eccleſia ſudabat. Sed quo auctior erat canonum et legum numerus, eo laxatior diſciplina, ipſa quippe legum multitudine etiam diſpenſationum frequentiam poſt ſe trahente.

§. XXVI. Exempla ſunt in promptu. Et quod ad leges quidem attinet, ecquis ignorat innumera illa matrimoniorum obſtacula ex cognatione ſpirituali et legali, atque ex tot gradibus conſanguinitatis, affinitatis, nec non publicæ honeſtatis, a iure nouo confictis, originem trahentia? Quem fugiunt tot ciborum rerumque alias indifferentium interdicta? Quis neſcit canones et decreta pontificum, ſuper iuramentis, votis, beneficiis et infinitis aliis irregularitatibus multiplicata? Ita vero omnino neceſſe erat, etiam diſpenſationum frequentiam introduci. Quin eo tandem deuentum erat, vt papa tantum non omnia auderet. In omnibus enim caſibus, paucis exceptis, poteſtatem diſpenſandi is ſibi arrogabat. v. SPECVLAT. *rubr. de diſpenſat. dom. papæ.* Olim patres etiam illas leges, quas ipſi condiderant,

Multiplicabantur leges, vt multiplicarentur diſpenſationes.

Pontificum Romanorum nimium extenſa poteſtas.

non niſi difficillime relaxabant. Tum vero non canones modo et leges eccleſiaſticae, ſed et leges diuinae ipſae Paparum licentiae ſuccumbebant. Etenim publica Doctorum doctrina extat, papam etiam contra ius diuinum poſſe diſpenſare. v. PROSP. FARINAC. *tract. de inquiſ. qu. 6. n. 23.* Nec minus pro regula traditur, *et, qui a pontifice maximo legibus ſolutus eſt diuinis, apud DEVM immortalem ſatis cautum eſſe. c. non eſt X. de votis,* BODINVS *L. I. de Republ. c. 1. p. 155.* Confer quae apud FELICIANVM de OLIVA *in tract. de foro eccleſ. p. II. quaeſt. 36. vtrum ſummus pontifex poſſit in voto et iuramento diſpenſare?* leguntur. Sic et BALDVS *in l. reſcripta n. 9. c. de precib. imperat. offerend.* ANCHARAN. *conſil. 178.* PETRVS ANTONIVS de PETRA *de poteſt. princ. c. 27. n. 61. ſq.* ſtatuunt, papam diſpenſare poſſe contra doctrinam cuiuslibet libri canonici et contra praecepta tabulae ſecundae. LAINEZIVS quoque, Ieſuitarum Generalis, apud PETR. SVAVEM *H. Conc. Trid. L. VIII.* putat, per diſpenſationem papae liberari eum, qui coram DEO obligatus eſt x). Suppoſita autem hac doctrina, iam facile capitur, quanta ex iſta non potuerit non conſequi diſpenſationum licentia. Ita v. gr. hiſtoriae docent, quod EMANVEL, Rex Portugalliae, duas ſorores ſucceſſiue; Rex Angliae HENRICVS VIII. ARTVRI fratris defuncti coniugem; Rex Siciliae FERDINANDVS, ſororem patris ſui IOANNAM duxerit in vxorem, diſpenſante papa contra ipſas quo-

x). [illegible] hi belli fructus ex infauſto illo dogmate de abſoluta atque illimitata pontificis Rom. poteſtate. Huius enim beneficio Papa quiduis e quouis efficit, nec eſt, qui contra hiſcat. Immo vero iubente iſto ſcelera in virtutes tranſeunt, et quae in aliis ſimonia eſt, in papa liberalitas vocatur. Hinc et IOH. DAMHOVDERIVS *tract.* [illegible] c. 61. n. 27. tam impudens eſt, vt ſcribat: *Papa non dicitur committere ſimoniam, ſi confert beneficia vel dignitates accepta pecunia, quia Papatus eſt* [illegible]*, et non ſanctum facit, aut ſanctum recipit, et licitum eſt Papae* [illegible] ROTVNDIS.

quoque, quales pontificii alias in his caſibus admittunt, prohibitiones diuinas. Et quid de *diſpenſationibus* dicamus, contra leges et canones humanos factis? Haec vero omnia plane repagula conuulſa, valuæque effractæ erant omnes.

§. XXVII. Ipſe HENR. SPONDANVS ad a. CIↃCCCCLXXIII. memorat, quod SIXTVS IV. Arragoniæ Regi, pro ſpurio ſuo ſexenni Archiepiſcopatum Cæſar-Auguſtanum petenti, publicæ diſpenſationis Bulla annuerit y). HOTTINGERVS vero in *hiſt. eccleſ. P. VII.* prolixus admodum eſt in recenſendis variis diſpenſationum, ſuper ætatis defectu, natalium maculis, homicidiis, duellis, bellis etc. factarum exemplis. Scilicet nihil olim legibus tam ſolide conferruminatum fuerat, quod auro et argento non potuiſſet rerum perfacile diſſolui. In primis vero tunc et ſub tempora Reformationis fortiter ingeminari poterat: *Infinitus diſpenſationum circa leges humanas numerus.*

Auri ſacra fames, quid non mortalia cogis
Pectora?

Irrefragabilis clariſſimæque probationis loco inſeruire poterit famoſus iſte taxæ pœnitentiariæ libellus, de quo CLAVD. ESPENCAEVS *epiſt. ad Tit. c. I. p. 67.* *Proſtat*, inquit, *et in quæſtu pro meretricis ſedet liber palam ac publice impreſſus et hodieque, ut olim venalis, taxa Cameræ ſeu cancellariæ Apoſtolicæ inſcriptus, in quo plus ſcelerum diſcas licet, quam NB. in omnibus omnium vitiorum ſummiſtis et ſummariis. Et plerisque quidem licentia, omnibus autem abſolutio emturientibus propoſita. Eorum compendium.* Nam quod ait, neſcio quis, *De taxa pœnitentiaria.*

Nomina ſunt ipſa pæne timenda ſua.

Xxx 3 Lucem

y) THOMASSINVS P. I. L. III. c. 30. §. 6. cum SPONDANO ſtatuit primum ſpecimen fœdiſſimæ diſpenſationis, qua diſſipatio verius diceretur legum canonumque, qui pontificem Regemque uno eodemque grauiſſimo ſcelere [illegible] implicaretur

Lucem iſte liber primum vidit Lutetiæ Pariſiorum, [illegible] iam aliquoties in Belgio recuſus. Quem ſi evolves, conſtupeſcere oportet ad infinitam audaciam Romanæ, quam diſpenſationibus exercuit, Simoniam. Hæc enim vero tolerabili precio venum exponit cauſſas quaſcunque matrimoniales, Iudæis erigendi Synagogas libertatem, beneficium ſuſcipiendi ordines corpore vitiatis, male natis, illegitimis, [illegible], bigamis, bellatoribus, violentis percuſſoribus etc. Eadem vero veniam addicit homicidis voluntariis, caſualibus, neceſſariis, nec minus presbytericidis, laicidis, parricidis, uxoricidis etc. hæreticis, Simoniacis, criminibus lapſis, et criminibus quibuscunque? [illegible]

Facies diſpenſationum a tempore reformationis.

§. XXVIII. Superſunt tempora, quæ a reformatione [illegible] ad hanc uſque ætatem noſtram pertinent, duo nempe ſecula, proxime elapſa, e quibus et ipſa quoque facies diſpenſationum in eccleſia [illegible]. Studebimus vero hic brevitati, et tribus, quod aiunt, verbis nos expediemus.

(I.) In Eccleſia Romano-catholica.

§. XXIX. Eccleſia poſt reformationem in duas partes diviſa eſt, in eam, quam hodie ROMANO-CATHOLICAM, et alteram, quam PROTESTANTIVM vocamus. Prima ergo quæſtio Eccleſiam Romanenſium tangit, atque de hac quæritur; quænam diſpenſationum facies in ipſa [illegible], atque etiamnum obtineat, poſt reformationem? Heic vero diſtinguamus neceſſe eſt doctrinam a praxi.

Iudicium de concilio Tridentino;

Doctrina pontificiorum de *diſpenſationibus* hodierna in concilio Tridentino exſtat. Ibi enim *ſeſſ. XXV. c. XVIII.* circa diſpenſationis rationem modumque a pleno patrum conſeſſu ita ſancitum legimus: *Sicut publice expedit legis vinculum quandoque relaxare, ut plenius, evenientibus caſibus et neceſſitatibus, pro communi utilitate ſatisfiat: Sic frequentius legem ſolvere, exemploque potius, quam certo perſo-*

narum

ſarum rerumque delectu petentibus indulgere, nil aliud eſt, quam unicuique ad leges tranſgrediendas aditum aperire. Quapropter ſciant univerſi, ſacratiſſimos canones exacte ab omnibus, et quoad eius fieri poterit, indiſtincte obſeruandos. Quodſi urgens iuſtaque ratio et maior quandoque vtilitas poſtulauerint, cum aliquibus diſpenſandum eſſe, id cauſſa cognita ac ſumma maturitate atque NB. gratis a quibuſcunque, ad quos diſpenſatio pertinebit, erit praeſtandum, aliterque facta diſpenſatio ſurreptitia cenſeatur. Fateor, egregia haec patrum Tridentinorum effata eſſe, nec a quoquam facile reprobanda. Et putares ſane, longe aliam nunc Eccleſiae Romanae faciem obtinere, quam quidem illa ſuperioribus ſeculis viſa eſt. Adeo ſcilicet abuſus diſpenſationum in hoc decreto reſciſſus videtur omnis. Agnouerunt ſine dubio patres Tridentini, aut eccleſiae diſciplinam ruituram prorſus omnem, aut abuſui diſpenſandi, quo vehementer iſta peſſumdabatur, medelam afferendam eſſe. Itaque et decretum iſtud ſanciuere. At vero plura in eodem promittuntur, quam in praxi hodie ſeruantur. Prouocamus hunc in finem ad ſepius citatam *praxin* PYRRHI CORRADI *diſpenſatoriam* vt et ad *praxin* eiuſdem *Beneficiariam*. z) Prouocamus ad *Datariam* et *Poenitentiariam*, curias Romae celeberrimas. Prouocamus ad Bullas inde quotidie euolantes. Exempla ſunt odioſa, alias ingenti ſtatim numero, etiam ex nouellis publicis, iiſque recentiſſimis, afferenda. Illud vnice adhuc notamus, hodie quidem Epiſcopis Romano-Catholicis non omnem diſpenſandi facultatem ademtam eſſe, cum dentur caſus, in quibus etiam inconſulto pontifice diſpenſare valent. Verum, vt taceam, ſaltim minoris momenti negotia Epiſcopis relicta eſſe, in eo certe ratio diſpenſandi

cum qua non conſpirat praxis hodierna.

z) Prodiit haec ipſa volumine peculiari.

di hodierna a priſca illa longiſſime differt, quod quidquid iuris adhuc poſſident Epiſcopi, id omne ſolius pontificis Rom. indulgentiæ et conceſſioni acceptum referri debere curia Romana cenſeat. Deinde tot ſibi caſus papa reſeruauit, vt nimium quantum limitata fuerit eorum facultas diſpenſandi, vt adeo præſentis ſeculi diſpenſationes vel nihil vel parum differant ab iis, quas § XXIII. ex corruptiſſimorum temporum ſtatu allatas cum primæuis comparauimus.

(II) In Eccleſia proteſtantium, cuius ſanior doctrina paucis declaratur.

§. XXX. Quid denique (V.) *proteſtantium eccleſias* concernit; illæ, vti in doctrina, ita et in diſciplina magnam omnino mutationem ſubiere. Et quemadmodum in genere ius circa ſacra inter Proteſtantes ad genuinos ſuos fontes reuocatum, longe aliam a priori formam induit: ita et ius diſpenſandi noua prorſus facie comparet. Nimirum ex ſaniori proteſtantium doctrina *ius diſpenſandi* vnice ad eum pertinet, ad quem etiam *iura maieſtatis*. Cum enim *ius circa ſacra* peculiare ius, a Chriſto Epiſcopis tributum, non ſit, nec princeps etiam alia, quam *ſupremæ poteſtatis* virtute ſummum, in eccleſia Regimen adminiſtret, ius diſpenſandi non minus, quam omnia reliqua iura, ab aliis incongruo vocabulo *Epiſcopalia* dicta per ipſum tamquam principem vi *ſummi*, quod obtinet, *imperii* exercentur. Nec opus proinde eſt, eum in ſacris diſpenſantem vel vt *Epiſcopum*, vel etiam vt *Papam* conſiderare. Quamquam enim iſte *papalia* pariter atque *Epiſcopalia iura* in territorio ſuo exerceat, hæc ipſe tamen non vt *papa* aut *Epiſcopus* exercet, ſed vt *ſummus imperans ac princeps*, quippe cui ſoli competit iure Maieſtatis, quorſum et iura circa ſacra pertinent, exercere. Atque hæc demum verior rectiorque Proteſtantium doctrina eſt, multis quidem antehac difficultatibus obſepta, quam tamen ad rectiora principia reuo-

reuocaui in *iure eccleſ. proteſt. L. I. tit. 31. et ſeqq. Parochiali ſect. I. cap. 2. ſqq.* Loquimur autem hactenus de imperantibus proteſtantium in genere, nulla imperii Romani peculiari habita conſideratione, de huius quippe principibus ſtatibusque ſpeciatim aliquid ſub initium *cap. II. Sect. II.* adiectum.

§. XXXI. Soli igitur *principes* iique, quos ceu imperantes in republica veneramur, ſublimi iure diſpenſandi gaudent. Exulat imperium hic omne ſacrum. Exulat diſtinctio inter iura *politica* et *Epiſcopalia*. Exulat reſpectus *duplicis perſonæ* principi affictæ. Contra aſſeruntur principi, quæ ſunt *principis*, reuocantur ad ſacratiſſimam eius maieſtatem, quæ ſunt *maieſtatis*, iamque iure *poſtliminii* redeunt ad ipſam, quæ olim papa et Epiſcopi *cum principum iniuria* ad ſe traxere. Verbo: idem hodie iuris diſpenſandi in negotiis *eccleſiaſticis* fons eſt, qui et in *ciuilibus*. Et quemadmodum poteſtatem ferendi leges et condendi ſtatuta eccleſiaſtica inter ſumma principis regalia referimus: Ita etiam ius diſpenſandi ſiue in rebus *politicis*, ſiue in *eccleſiaſticis* ex eodem fonte deriuamus. Nec eſt, quod dicas, ita vero diſciplinam proteſtantium modernam mirum quantum a *primitiua* iſta diſcedere ac differre. Vtut enim fateamur, eſſe aliquam inter vtramque diſſimilitudinem: *primo* tamen doctrina noſtra Euangelio Chriſti, ſacræ reuelationi, ſanæque rationi conuenit. *Deinde praxis eccleſiæ primitiuæ* norma et menſura principum noſtrorum, vel ideo eſſe nequit, quum alia hodie eccleſiæ facies, alia, ſi ſtatum externum ſpectes, forma et figura. Olim eccleſia ab *infidelibus principibus* opprimebatur hodie a fidelibus gubernatur. Olim principes propterea ius ſuum circa ſacra *negligebant*, quod et ipſa ſacra cordi non habebant. hodie principes cum cura religionis, vel maxime etiam iurium ſuo-

Soli principes, iique, quos ceu imperantes veneramur, ſublimi iure diſpenſandi gaudent.

Yyy

ſuorum curam ſuſcepere. *Denique* etiam dubium non eſt, eundem olim iuris circa ſacra habitum futurum fuiſſe, ſiquidem et idem Eccleſiæ antiquioris habitus fuiſſet.

SECTIO II.
DE
IVRE DISPENSANDI IN SPECIE.

CAP. I.
DE
IVRE DISPENSANDI IN NEGOTIIS CIVILIBVS SEV PROFANIS.

§. I.

Ordo dicendorum.

Genuino diſpenſationis conceptu euoluto, ſatisque diſpenſationum ex vtroque iure, in primis *communi* et *eccleſiaſtico*, ad hæc uſque tempora noſtra hiſtorice expoſitis, iam a generaliori conſideratione non nihil ad ſelectiora quædam ſpecialia deſcendamus, paucula nonnullis tum de ſubiecto diſpenſante, tum et de modo menſuraque diſpenſandi præmiſſis, mox ad ipſam diſpenſationum diuiſionem, ſpecialioremque earum contemplationem, progreſſuri.

Qui facultate diſpenſandi gaudent, in genere ſunt imperantes.

§. II. Cui in genere facultas diſpenſandi competat, iam ex modo dictis præſertim *ſect. I. c. II. §. 30.* abunde conſtat. Nimirum principes, iique, quos in republica ceu *imperantes* colimus, hoc ſublimi iure fulgent. Speciatim vero, quod ad imperium Romanum attinet, olim quidem, notante SCHROETERO in *diſſert. de diſpenſat. ſect. IV.* IMPERATORVM proprium fuit, diſpenſare. *leg. 4. 9. §. 11. leg. 2. 27. princ. ff. de pœn. l. 12. et 1. 1. ff. de ſent. paſſ. l. 2. C. de prec. imp. off. l. 3. C. de epiſc. aud.* Hodie tamen, mutata prorſus imperii Romani forma, etiam

Speciatim in imperio Ro-

etiam STATVS IMPERII poteſtate diſpenſandi, tanquam nobili *ſuperioritatis territorialis* parte, gaudent. Nec eſt, qui illam ipſis in dubium vocare audeat, praeſertim cum ſtatus caeſarum capitulationibus eiuſdem confirmationem obtinuerint. Quin nec nobiles immediati, quibus et ipſis ſuperioritas territorialis a viris praeſtantiſſimis v. gr. SCHVZIO, REINKINGIO, BIDENBACHIO, BVRGOLDENSI, de LENDERSHEIM, FRITSCHIO, LIMNAEO, FROMMANNO, HERTIO, LYNCKERO, MAVRITIO, COCCEIO, TEXTORE, TITIO, aliisque adiudicari ſolet, ab hoc iure excludi poſſunt. Quiqui ergo ſublimem iurisdictionem poſſident, ſiue dein principes imperii ſint, ſiue magiſtratus imperialium ciuitatum, de quibus nominatim CARPZOV. *prax. crimin. P. III. qu. 150. n. 19.* et KNIPSCHILD. *in ſuo tract. de iur. et priuil. ciuit. imperial. l. 2. c. 27. n. 1.* ſiue nobiles immediati, ii omnes ſublimi quoque diſpenſandi iure in *ſuis territoriis*, *ciuitatibus*, et *pagis* gaudent.

mene ſtatus, quin et nobiles immediati.

§. III. Id tantummodo cauendum, ne ſtatus, qua pollent, poteſtate temere abutantur. Vti enim in omnibus rebus et negotiis, ni modum teneas, facile exceſſus fiunt: ita et hic, cum circa leges poenales diſpenſatur, modus omnino adhibendus, ne, dum legis duritiem diſpenſatione mitigamus, ipſam legem nimia forte indulgentia in ludibrium vertamus. Scilicet hic *officium principis* cum ipſius *iure* oportet coniungere; atque vti iuris exercitium iuſtitiae limites numquam tranſilire, ita etiam officium eius ſecundum regulas prudentiae perpetuo adminiſtrari debet. Sine dubio autem nec iuſte, nec prudenter acturus eſſet princeps, qui nulla vrgente neceſſitate, nullaque prouocante publica vtilitate, a) legem pro lubitu auderet relaxare.

Caueant vero imperantes, ne dum iure ſuo vtuntur, officii obliuiſcantur.

Yyy 2

a) Quaeſtio hic inſtitui poſſet, num princeps iuſtas ſemper, diſpenſandi cauſ-

niae. *Nam qui uni indulget indigne, plurimos facit ad praelapſionis contagium prouocari. Facilitas enim veniae incentiuum tribuit delinquendi.* AMBROSIVS in *decreto Gratiani c. 33. c. XXIII. qu. 4.* In primis autem circa poenarum remiſſiones valde proſpiciendum eſt, ne ex iſtarum frequentia vileſcant leges. Magna enim peccandi illecebra eſt ſpes impunitatis, et veterem ferendo iniuriam princeps facile nouam prouocat. Neque etiam ſecundum deſperare ſolet effugium, qui laqueum prioris criminis euaſit.

Diſpenſatio quousque ſe extendat, anne etiam ad leges diuinas, praeſertim naturales?

§. IV. Ille vero nimius plane, neque ulla ratione excuſabilis iuris diſpenſandi abuſus foret, ſi quis imperantium etiam in leges et praecepta DEI inuolare, earumque diſpenſationem ſibi temere arrogare vellet. Magnum ſane hoc religionis contemptum proderet in principe, nec minorem in aeſtimandis potentiae ſuae viribus inſcitiam. Probe itaque tenendum, leges diuinas atque naturales, *ſtricte* ac proprie ſic dictas, b) omnem pror-

cauſſas habere debeat? Ita quidem communiter ſtatui ac ſentiri ſolet. v. H. GROTIVS *d. I. B. et P. L. II. c. XX.* §. 24. *n.* 5. cuius ſententia cauſſae probabiles ad omnem diſpenſationem requiruntur. In alia tamen ſententia verſari videtur G. ZIEGLERVS, quando in *de I. M. L. I. c. 7.* §. 3. diſerte aſſerit, *poſſe principem etiam ſine cauſſa quandoque diſpenſare.* Sed diſtinguendum hic putamus inter cauſſas *gratiae*, et cauſſas *iuſtitiae*. Has vtique abeſſe poſſe, nemo negauerit, et de his videtur loqui etiam ZIEGLERVS *l. c.* Illas autem ſemper requiri et praeſupponi arbitramur. Niſi enim probabili quadam cauſſa principis gratia nitatur, is diſſipare potius, quam diſpenſare dicendus eſt. Deinde et negotia, in quibus diſpenſatio fit, probe diſtinguenda veniunt. Prout enim maioris momenti atque ponderis negotium aut delictum eſt, eo grauiores quoque ad relaxationem legis impetrandam cauſſae adeſſe debent. In iis vero, quae vel nullius, vel leuiſſimi ſaltem momenti ſunt, poterit vtique princeps eo ſecurius diſpenſare.

b) Oſtendit tamen THOMASIVS, quo ſenſu admitti poſſit, quod princeps circa ius naturae diſpenſare valeat. Diſtinguit enim inter regulas *iuſti* et regulas *decori* et de his a principe diſpenſari poſſe, docet in diſſert. *de ſummi imperii poteſtate legislat. contra ius commune* §. XXX. *ſqq.*

prorſus reſpuere diſpenſationem, adeo, vt ingens piaculum committat, et anti-Chriſti ſimilis euadat, quisquis in legibus diuinis, iis maxime, quas naturæ appellamus, diſpenſare auſit.

§. V. Itaque facultati diſpenſandi iuſta menſura ſtatuenda, iuſta illi aſſignanda norma, iuſtique limites figendi ſunt. Vin', vt omnia dicamus paucis? *Poteſtas ferendi leges eſt etiam menſura poteſtatis diſpenſandi.* c) Quouſque illa ſe extendit, eo etiam hæc porrigitur: vbi vero illa deſinit, ibi nec hæc operoſa erit. Videlicet facultas diſpenſandi eſt ſequela *poteſtatis legislatoriæ*, ideoque fruſtra potentiæ ſuæ limites transgreditur in legibus diſpenſandis, qui eos agnoſcere cogitur in legibus ferendis. Interea, vt ex vna parte limites terminosque diſpenſationum aduertere neceſſe eſt: ita e contrario ex altera etiam earum amplitudinem obſeruare licet, idque ex eodem rurſus fundamento, ſiquidem poteſtas diſpenſandi cum poteſtate legislatoria, vt dixi, commenſuratur. *Determinatur facultas diſpenſandi ex facultate ferendi leges.*

§. VI. Luculentius manifeſtiusque hoc patebit, ſi ad ipſam diſpenſationum diuiſionem propioremque earum conſiderationem accedamus. Variæ autem diſpenſationum diuiſiones preſtant, aliis hanc, aliis aliam conſiderandi viam ingredientibus. Nobis illa quam maxime arriſit, qua intuitu *obiectorum* generaliſſime ſumtorum diſpenſationes ita diſpeſcuntur, vt aliæ *ciuiles* ſiue *ſeculares*, aliæ *ſacræ* ſeu *eccleſiaſticæ* dicantur. Vti enim poteſtas legislatoria, in genere ſpectata, vel circa ipſam ciuitatem resque eo pertinentes, vel in ciuitate circa eccleſiam *Diuiſio diſpenſationum in ciuiles et ſacras.*

 atque

c) Elegantiſſime ZIEGLERVS l. c. *Vt*, inquit, *vnico verbo definiam, quid principi in diſpenſando liceat, ſciendum eſt, atque late hanc poteſtatem patere cum poteſtate legislatoria. In quibuscunque ergo deficit νομοθεσία, in illis deficit etiam et locum non habet diſpenſatio, ob ſolidam ſc. rationem, quia diſpenſatio partem conſtituit poteſtatis legislatoriæ.*

atque res haec peculiariter [illegible] in [illegible] dispensandi satis commode distingui possit, cum alia in negotiis *ciuilibus*, et [illegible] *ecclesiasticis* [illegible]

Quatenus in ciuilibus dispensat princeps circa ius vel constitutum vel violatum.

§. VII. Quod [illegible] igitur ad causas et negotia *ciuilia*, quibus breuiter [illegible] praesens caput est dicatum, attinet: Princeps dispensare potest circa ius vel CONSTITVTVM, vel VIOLATVM, seu quod eodem redit, ius dispensandi sese exserit vel in ACTIBVS LICITIS, vel in DELICTIS. Vtroque modo consideratum illud iterum in plusculos sese diffundit ramos. De singulis vero dispensationum speciebus hic tractare, nec temporis, nec praesentis instituti ratio permittit. Itaque nobiliores saltim attingendae et quum nec has prolixius deducere institutum ferat, quantum ad rem sufficere videbitur, de singulis aliquid decerpendum erit.

Ius constitutum concernit vel statum hominum, vel bona eorum et negotia.

§. VIII. IVS CONSTITVTVM, in cuius sinu omnes *actus liciti* continentur, iterum concernit vel STATVM hominum, vel *bona* eorum et NEGOTIA. Ad *statum* si respicimus, dispensat Princeps [illegible] NATALES RESTITVENDO. Peculiari nomine haec dispensationis species LEGITIMATIO vocari solet. Vt vero iure Romano tres legitimandi modi occurrunt, vnus per oblationem curiae *§. vlt. instit. de nupt. l. [illegible] C. de nat. lib.* alter per matrimonium subsequens *d. §. vlt. [illegible] l. 10. C. eodem.* tertius per rescriptum principis *nou. 74. c. 2.* et *nou. 89. c. 9.* vti facile patet, de tertio tantum modo nobis hic sermonem esse. Circa quem cum multa in disceptationem venire soleant, nos sententiam nostram ita efferemus.

Ad statum si respicimus, dispensat princeps in natales restituendo.

Quid legitimatio? an etiam statibus imperii competat?

§. IX. In se spectata *legitimatio* est regale imperanti, qua tali, competens et proinde etiam in quauis republica a quouis imperante secure exercendum, id quod etiam de omnibus se-

cum-

cuiuſvis diſpenſationum ſpeciebus probe tenendum eſt. Sed quæritur I. de imperio Romano, *an et STATIBVS IMPERII legitimandi poteſtas vindicari poſſit?* ſiquidem illam inter *reſervata* cæſaris, a quo vt plurimum per comites palatinos exercetur, vulgo numerari, conſtat. Nos cum B. TITIO *in I. P. Rom. germ. L. VI. c. XIII.* §. 4. hanc poteſtatem etiam ſtatibus Imperii, in primis maioribus, ſine vlla hæſitatione tribuimus, ea tamen appoſita cautela, quod eiuſmodi legitimatio a ſtatu impetrata, vltra territorium legitimantis haud valeat. Et ſane abſurdum foret iis legitimandi poteſtatem abiudicare, quibus leges ferendi facultatem oppido vindicant omnes iuris publici doctores. vid. D. IO. SAM. STRYCKIVS *in diſſert. de legitimat. liberorum nat. reg. et princip. c. IV. p. 83.* Conſultius tamen fieri concedimus, ſi in ſecuritatem legitimatorum, etiam extra patriam pro talibus agnoſcendorum, legitimationi principum CAESAREA quoque adiungatur, aut hæc ſaltem ſi fieri poſſit, præ illa imploretur. conf. TITIVS *l. cit.* vt et celeberrimus SCHWEDERVS in *introduct. in I. Publ. P. ſpec. c. XVI. §. 8.*

§. X. Quæritur II. *quousque hæc legitimandi poteſtas intuitu illorum, quibus natales reſtituendi, ſe extendat?* Iure Romano legitimantur tantum liberi naturales i. e. ex concubina ſuſcepti. *§. 2 Inſt. de hered. quæ ab inteſt.* ſed hodie omnes illegitime nati, etiam *adulterini* et *inceſtuoſi*, quod fruſtra ex rationibus ciuilibus a nonnullis impugnari oſtendit laudatus TITIVS *in obſeruat. Lauterbach. obſeru. 28.* d) Subeſt etiam manifeſta æquitas, *Quinam legitimari poſſunt?*

d) Inter diſſentientes eminet STRAVCHIVS *exercit. IV. §. 3.* vbi opponit 1) omnem clementiam liberis illis negari *Nov. 74. c. vlt.* 2) legitimationem ex fictione matrimonii procedere, cum adulterum autem matrimonium fingi non poſſe, iure diuino polygamiam prohibente. Verum illa falſa oſtendimus, in

tas, nam liberi, ex turpiſſima licet coniunctione oriundi, nihil peccarunt, atque hinc fortuna eorum magis miſeranda, quam miſerior reddenda, ne melioris conditionis deſperatio ad paternorum ſcelerum imitamen fiat irritatio, conf. *c. 13. X. qui filii ſint legit.* vbi oſtenditur, *cum quibuſdam minus legitime genitis, non naturalibus tantum, ſed adulterinis etiam, fuiſſe diſpenſatum.*

An reges principesque ipſi filios ſuos naturales legitimare poſſint?

§. XI. Quæritur III. *an reges et principes ipſi filios naturales legitimare poſſint?* Et de iis quidem principibus, qui extra imperium Romanum viuunt, vt et de CAESARE ipſo, ſuperiorem ſe neminem agnoſcente, res plana eſt atque expedita. Ita enim a *regibus exoticis*, Galliæ, Hiſpaniæ, Portugalliæ, Angliæ, Scotiæ, Daniæ, Norwegiæ, Sueciæ et ab imperatoribus, haud paucis, filios naturales, ſpurios vel Baſtardos alias vocatos, publice legitimatos, eosque non ad ſumma modo honorum faſtigia, ſed et ad ipſius ſucceſſionis culmen perſæpe admiſſos eſſe, infinitæ fere hiſtoriæ clamant. v. STRYCKIVS *diſſert. cit. c. III.* At de ſtatibus et principibus imperii Romani videtur quæſtio eſſe paullo impeditior. Sunt tamen, inter quos STRYCKIVS TITIVSque *l. cit.* eminent, qui hanc legitimandi facultatem ſtatibus haud abiudicandam cenſent, interim ſatius eſſe, rati, ſi principes ad præcauendas lites atque diſputationes, num eiuſmodi legitimati etiam extra territoria parentum pro talibus habendi ſint? liberos ſuos naturales IMPERATORI legitimandos offerant. conf. SCHWEDER *l. cit. c. XVI. §. 9.*

§. XII.

in quantum et quo modo imperantibus Romanis imperium heic exercere placuerit, aliorum vero imperantium imperio ac libertati obicem nec ponunt, nec ponere poſſunt. Quod autem de fictione affertur, illud prorſus fictitium eſt, ſiquidem omnis illa fictionum Romanarum, quam iactari ſolet, præſtantia facile et inane figmentum eſt iudicio D. TITII *I. P. Rom. Germ. L. I. c. IX. de fictionibus legum.*

§. XII. Reſtat IV. vltima eaque nobiliſſima quæſtio *de effectu legitimationis et maxime de eiuſmodi legitimatorum iure ſuccedendi etiam in feuda.* Vexatum enim præclarumque inter iuris Feudalis interpretes argumentum eſt, quo inquiritur, num liberi naturales, natalibus reſtituti, per hanc ipſam legitimationem etiam capaces fiant ſucceſſionum in feudis? Regulariter quidem naturales atque ſpurios omnesque illegitimos liberos tam communia feudorum placita *in II. Feud. 26. §. naturales,* quam ſanctio Carolina *in A. B. c. 7. §. 2.* ibi. Der ein recht Ehe-Kind iſt, et *mores patrii* ab imperialium feudorum ſucceſſione excludunt, difficilior autem impeditiorque quæſtio euadit, cum de eo, quod extra ordinem fit, fierique poteſt, diſceptatur. Tangit autem quæſtio feuda imperii 1) *maiora* 2) *minora.* Et circa hæc quidem communis doctrina eſt, etiam ab eorum ſucceſſione naturales regulariter arceri, niſi tamen nominatim et ſpecifice in inſtrumento legitimationis ab ipſo *feudi domino,* aut certe eo et *agnatis conſentientibus,* a Principe ad feudum legitimentur, vid. LAVTERBACH. *coll. pand. l. I. tit. VI. §. 31.* et SCHWEDER *l. cit.* id quod ipſum etiam de feudis *mere hereditariis* in vniuerſum admittendum. Immo in hæc a filiis naturalibus, etiam non legitimatis, ſuccedi poſſe, non abs ratione iudicat STRVVIVS *diſſert. cit. c. III §. 127.* Potiores difficultates circa feuda imperii *maiora* v. gr. Ducatus et Comitatus titulatos emergunt. Et quantum ad eos attinet, qui per *ſubſequens matrimonium* legitimantur, hos non obſtante *II. Feud. 26. §. cit. ex more et obſeruantia imperii* etiam in feudis regalibus atque titularis, ſiue ſint ſoli, ſiue cum aliis filiis concurrant, tuto ſuccedere, confidenter aſſerit MVLERVS ab EHRENBACH *in gamolog. c. 24. §. 3.* et cum eo plures alii ab ITTERO *de feudis imp. c. XIV. §. 2.* recenſiti. Videas

De effectu legitimationis et maxime de legitimatorum iure ſuccedendi, etiam in feuda.

Tum quoad feuda imperii minora,

tum quoad maiora.

Zzz tamen,

tamen, qui contradicunt apud ITTERVM ibidem. Vt iam controuerſiam intricatam, an per ſubſequens matrimonium legitimati aliis legitime natis, ſed ætate ſequioribus, præferri queant, taceamus. Ecquid vero de illis, qui per *Principis* RESCRIPTVM natalium reſtitutionem obtinent, erit pronunciandum? Sunt, qui nec *expreſſa* CAESARIS legitimatione illos ſucceſſionis in feudis *maioribus* capaces reddi poſſe aſſeuerant. Sunt etiam, qui licet concedant, qualicunque CAESARIS, etiam NB. *ad REGALEM DIGNITATEM,* e) legitimatione, ius ſuccedendi in feuda illuſtria non conferri, eum tamen caſum, quo de expreſſa CAESARIS, non *ad regalem modo dignitatem,* ſed ad *ipſam quoque in feudis illuſtribus ſucceſſionem* legitimantis, voluntate conſtat, exceptum volunt. Et huc pertinet ITTERVS *l. c.* §. 7. Nec ſane rationes ab ipſo allatæ de nihilo videntur. Quamquam enim ita aliquid in præiudicium agnatorum fieri, eorumque ius quæſitum lædi dicas, vera tamen læſio non eſt, vbi ſaltim in præiudicium iuris *minus pleni* atque *imperfecti* quid ſtatuitur, cum regula illa, quod nihil contra ius quæſitum tertii agendum ſit, ſaltim ius ſubditorum plenum et perfectum, quale in agnatis non occurrit, f) reſpiciat. Denique ſi expreſſe

Quæſtiones intricatæ ex iure feudali.

CAESA-

e) Præſumitur enim CAESAR nihil facile præter conſuetum ordinem et hactenus obſeruatam conſuetudinem velle. Iam cum principis comitiſue dignatione cenſeri poſſit, qui tamen principatu deſtituatur, nec in eodem ad ſucceſſionem admittatur, non opus eſt, vt quamcunque ad regalem dignitatem legitimatis etiam ſucceſſio in feuda regalia adiudicetur.

f) Scilicet horum ius multis adhuc caſibus fortuitis obnoxium, adeoque imperfectum eſt. Quid ſi enim forte liberos ex legitimo matrimonio naſci contingat? Tum certe agnatis omnis ad ſucceſſionem feudalem aditus abſque omni controuerſia adhuc præcluderetur. Immo nec liberorum legitimorum ius quæſitum adeo plenum et perfectum eſt, quin princeps ex plenitudine poteſtatis, etiam in ipſorum præiudicium, modo pater in libello ſupplici horum mentionem faciat (alias diſpenſatio ſubreptitia cenſetur) naturales legitimare poſſit, ita ſentiente B. ZIEGLERO *in de I. M. A. l. c. X.* §. 6.

CAESARIS ad ſucceſſionem legitimatio ideo non valet, quod per eam agnatis præiudicium adcreſcit, ex eadem ratione nec iis quoque liberis, qui per ſubſequens matrimonium legitimantur, ſucceſſio deferenda foret. Sane enim, vt loquitur ITTERVS *l. c.* matrimonium abſolute et in ſe ſpectatum nec liberos haſtenus naturales legitimare, nec feudariam ſucceſſionem iis tribuere, nec quemcunque alium ciuilem effectum producere poteſt, ſed potius, quicquid agit, quicquid hic operatur, *virtuti legis ciuilis*, et qui hanc ſancitur, *ſummo principi* imputandum eſt. Quodſi ergo lex *per ſubſequens matrimonium legitimatos* ad omnem ſucceſſionis feudalis effectum idoneos reddere poteſt, agnatis fruſtra reclamantibus, ſibi præiudicium fieri, cur non idem etiam princeps, lex viua, et fons iuris *reſcripto ſuo ſpeciali*, quod et ipſum vim legis obtinet, mandare poſſit?

§. XIII. Longiores hæc in ius feudale digreſſio moras traxit. Vnicam adhuc ex innumeris aliis quæſtionem *circa ſummi pontificis in legitimando poteſtatem* attingemus. Certe, ſi vlla diſpenſationis ſpecies, hæc præ aliis abuſibus papalibus valde contaminata fuit. Nihil iam dicemus de vniuerſali illa, quam pontifex prætendit, canoniſtæ ipſi vindicant, circa ſpiritualia v. gr. beneficiorum et ordinum capacitatem, diſpenſandi adeoque et legitimandi, facultate, quod quidem commentum, ex epiſcopatu œconomico et dominatu Hildebrandino ortum, a noſtris dudum proſcriptum fuit atque conculcatum. Etiam illud quæri cœpit, an legitimatio ſpuriorum, præſertim *illuſtrium*, a papa peti debeat? Sed quam inique papa in iura temporalia, ſpeciatim feudalia, ſub quocunque prætextu inuolet, egregie expoſuerunt tam PETRVS de MARCA *in concord. S. et I. L. II, c. 3.* quam STEPH. BALVZIVS in notis inibi ſubiunctis. Notabilis

De legitimatione ſpuriorum illuſtrium, an a papa peti debeat?

bilis eorum commentatio eſt, tum ad factum INNOCENTII III, filios naturales PHILIPPI AVGVSTI Francorum Regis, ipſo ita petente, legitimantis, tum ad eiuſdem INNOCENTII conſtitutionem, reſponſionis loco Wilhelmo comiti Montiſpeſſulani, ſimile quid a papa flagitanti, datam. Exinde enim perſpicitur, etiam ipſum INNOCENTIVM ingenue faſſum eſſe, ſedi apoſtolicae nullam prorſus inuitis principibus circa temporalia competere iuriſdictionem. Et certe meretur dicta conſtitutio INNOCENTII inter epiſtolas decretales in *c. per venerabilem 13. X. qui fil. ſint legit.* relata, integra euolui. Ceterum agnoſcimus, pontificem vi Maieſtatis, quam, iure an iniuria? hic non diſputamus, in multis Italiae ditionibus hodie obtinet, vtique etiam circa temporalia diſpenſare et per conſequens legitimare poſſe, ita tamen, vt extra prouincias ipſi ſubiectas haec poteſtas non protendatur. Tandem et id notandum, eumdem pontificem Romanum, dum ſpurios perſaepe *epiſcopatuum capaces* diſpenſando reddit, hoc pacto ſimul indirecte, et quaſi per conſequentiam hodienum etiam circa feuda imperii maiora diſpenſare, eo nempe in caſu, quo ſpurii a papa legitimati ad epiſcopatus, g) quibus regalis dignitas annexa eſt, euehuntur. v. DESSEL *in erotem. I. canon. lib. IV. tit. 16. n. 5.*

§. XIV.

g) Eiuſmodi vero caſus non adeo inſolentes eſſe, ex hiſtoria commonſtrat etiam poſt funera colendus STRYKIVS *in d. diſſertat. de iure liberor. natur. Reg. et princip.* Vt ex multis, quae ibi adducuntur, exemplis, vel vnicum proferamus, conſtat, Matthaeum LANGIVM, Wellaburgum, Maximiliani I. ex LANGA, Patritia Auguſtana, filium naturalem, Archi-Epiſcopali mitra Salisburgi ornatum fuiſſe. Quin nec ſacrum purpuratorum Collegium, tandemque etiam ipſe ſummus pontificum Romanorum ordo, a ſpuriis, identidem ad purpuram, quin et ad ipſum ſolium papale euectis, plane immunis fuit, ceu exemplo Clementis VII. pluriumque Cardinalium idem comprobat ibidem.

Diſpenſat princeps β. aetatis veniam concedendo.

§. XIV. Diſpenſat princeps II. AETATIS VENIAM CONCEDENDO. Noua haec, nec ignobilis diſpenſationis ſpecies eſt, quae in aetatis venia verſatur. Per hanc enim princeps *minori* tribuit ius legitimae aetatis, vt ipſemet rebus ſuis praeeſſe et abſque curatore bona ſua adminiſtrare poſſit. Et ſic, quod lege communi negabatur, minor ex gratia principis conſequitur. In imperio Romano CAESAR hoc ius, praeſertim quoad conceſſionem veniae, quae fit principibus et comitibus ad capeſſendum ducatuum et comitatuum ſuorum regimen, ſibi ſoli aſſerit, et hactenus quoque, notante SCHWEDERO, ſine controuerſia ſolus exercuit. Aliis autem inferioribus ſubiectis quin *electores* ceterique *imperii principes et ſtatus*, immo et nobiles immediati, veniam aetatis vi *ſuperioritatis territorialis* largiri queant, eo cum effectu, vt intra territoriorum fines pro maioribus agnoſcantur, non dubitare ſinit quotidiana praxis v. SCHWEDERVS *l. cit.* Nec dubium quoque remanet, quin iidem principes ex plenitudine poteſtatis territorialis eiuſmodi veniam etiam iis indulgere queant, qui *vigeſimum* aetatis annum, ſi *mares*, et *decimum octauum*, ſi *feminae* ſint, nondum egreſſae ſunt, contra quam ſtatutum eſt *in l. 2. in princ. et §. 1. C. de his, qui ven.* Hodie in permultis locis etiam magiſtratus veniam aetatis indulgere ſolent: quod tamen non ex iuriſdictione ordinaria fit, ſed ex delegatione ſpeciali v. ZIEGLER. *d. alleg. c. XI. §. 2.* et LAVTERBACH. *coll. pand. l. II. tit. 4. §. 6. 7.*

γ Tutelam matri ad vota ſecunda tranſeunti permittendo.

§. XV. Diſpenſat princeps III. TVTELAM MATRI AD VOTA SECVNDA TRANSEVNTI PERMITTENDO. In matre tutelam liberorum ſuſceptura requiritur habilitas *nou. 118. c. 5.* In primis vero illi ſecundae nuptiae obſtant per *nouell. 94. c. 2.* ſed hoc legis obſtaculum, vt cuncta alia, quale

v. gr.

v. gr. ne in iudiciis ſine curatore agat, diſpenſatione principis removeri poſſe, quis dubitabit? modo circa ſub- [illegible] diſpenſatio fuerit obtenta h. e. cum debita cauſſae cognitione.

d. Adoptionem inutilem confirmando.

§. XVI. Diſpenſat IV. ADOPTIONEM INVTILEM CONFIRMANDO. Ita feminae lege ciuili adoptare prohibentur *l. 5. C. de adopt. l. 30. §. 5. [illegible]*. Ex indulgentia tamen principis iis fuit diſpenſatum. *§. 10. Inſtit. de adopt. nouell. Leon. 27.* Pariter caſtratis ab adoptione interdictum. Sed diſpenſationis gratia offertur *nouell. Leon. 26.* Proſtant et aliae multae iuris ſolennitates circa adoptionem et arrogationem obſeruandae, circa quas itidem a principibus non ſolum in genere, ſed et in ſpecie a ſtatibus imperii diſpenſari poſſe, agnoſcit HOPPIVS *comment. ad Inſtit. tit. de adopt. p. 107.* Atque inde etiam, eodem HOPPIO referente, ampliſſima facultas Francofurt. reſpondit *d. 22. April 1674.* adoptionem minus legitime factam poſſe vtique a principe confirmari, et *filiae* adoptatae ſucceſſionem aſſignari. Alia praeiudicia habentur apud RICHTERVM *de ſucc. ab inteſtat. ſect. I. memb. 3. n. 16.* conf. B. STRYKIVS in *Vſu moderno h. tit. §. 4. et ſeqq.* Sic etiam ius confirmandi arrogationes, non rite factas, inter regalia referri videas a [illegible] SIDEL *in tr. de regal. cap. II. n. 71.*

e. Inhabilem ſcienter ad officia publica admittendo.

§. XVII. Diſpenſat V. INHABILEM SCIENTER AD OFFICIA PVBLICA ADMITTENDO. Inhabilis autem dicitur, qui v. gr. leuis notae macula laborat. Haec enim producit inhabilitatem conſequendi dignitates, aliaque [illegible] tiora, ex ſordido vitae genere, vel infelici natiuitate prouenientem, definiente [illegible] *l. prim. R. Germ. l. III. c. 3. §. 24.* [illegible] cula illa laborant ſpurii *c. 23. X. qui fil. ſint legit.* carnifices, excoriatores et quibusdam in locis lictores, [illegible]

L. III.

L. III. tit. 2. §. 32. Item ſi ex eiuſmodi maculatis princeps ſcienter quoſdam publico muneri admoueat, hoc ipſo eis maculam abſterſiſſe, et circa legem a dignitatibus iſtos excludentem diſpenſaſſe credendus eſt. In primis quod ad ſpurios attinet, tacita hic ſubeſſe legitimatio cenſetur. Hinc et B. STRYKIVS *in vſu mod. pand. L. 1. tit. 6. §. 19.* *Quodſi vero,* inquit, *ſpurius conſtitueretur a principe ſciente, tacite ipſum legitimatum eſſe diceretur. Cum enim non niſi honeſtis natalibus editi in ſenatorum ſortem admittantur, princeps ſine dubio volendo conſequens, antecedens quoque, ſcil. legitimationem voluiſſe cenſendus eſt, praeſertim cum hoc ſit in eius poteſtate.* Idem et forte plus de infamia ſiue *iuris,* ſiue *facti* dicendum eſt. Hanc enim longe maximam ad conſequendas dignitates inhabilitatem operari, in vulgus conſtat. Quodſi ergo nihilominus contingat, vt homo infamis principis indulgentia officio praeſtantiori praeficiatur, per hoc ipſum illi fama reſtituta credenda eſt. Solet autem *famae reſtitutio* et ipſa quoque inter excellentiores diſpenſationum ſpecies referri. In imperio Rom. inter *reſeruata* CAESARIS illa vulgo numerentur: quamquam ſtatibus etiam in territoriis ſuis competat, ceu affirmare non dubitant RHETIVS *I. I. P. lib. III. tit. 9. §. 1. 5* et TITIVS *ſpecim. I. publ. L. III. c. 5. §. 38.* Conf. SCHWEDER. *l. cit. c. XVI.* qui et ipſe famae reſtitutionem tacite fieri agnoſcit, ſi IMPERATOR vel princeps reum infamia laborantem, *huius defectus conſcius,* ad dignitates et officia, ad quae nemo niſi illibatae famae alias admittitur, promoueat, vel ab officio non remoueat.

§. XVIII. Diſpenſat VI. IVDAEOS RECIPIENDO. Vti enim hi ex mera gratia et miſericordia inter Chriſtianos tolerantur, ita inde factum eſt, vt ius recipiendi Iudaeos *Regalibus* adſcri- *ζ. Iudaeos recipiendo.*

ſcriberetur tamquam actus *gratiae* et *diſpenſationis*, h) cum alias iure ordinario eſſent expellendi, de quo egi in *diſſert. de cauta Iudaeorum tolerantia* §. 10. Olim quidem et hoc ius CAESARES in imperio Rom. ſibi ſolis vindicabant; quamquam iam in A. B. *c. 9.* iam cum Electoribus communicatum, tandemque etiam in reliquos ſtatus i) derivatum ſit. Vnde in *Reform. polit. de a.* 1548. **Setzen ordnen und wollen wir, daß fürohin niemand Juden aufzunehmen oder zu halten geſtattet werden ſolle, dann denjenigen, die von uns und dem heiligen Reich** Regalia **haben, oder inſonderheit derhalben** privilegiret **ſind.** Ex quo *ſingulari privilegio* nobiles imperio immediate ſubiectos receptionis iure gaudere non immerito opinatur LOCHNERVS in diſſert. ſub praeſ-

h) Fateor, ſi iuxta *Sect. I. c. I.* §. 10. *ſqq.* ἀκριβῶς hic agere, et diſpenſationis privilegio differentiam probe ſervare velim, receptionem Iudaeorum potius inter *privilegia*, quam *diſpenſationes* ſtricte dictas, pertinere, ſiquidem talis eorum receptio intelligatur, quae etiam ad *perpetuam* habitationem et domicilii iura ſe extendat. Interim alio tamen ſenſu, quo talem concesſionem v. gr. tranſitus per Territorium, ingresſus in urbem, pernoctationis, et ſimilium aliorum, qui tamen ipſi quoque variis in locis lege Iudaeis interdicti ſunt, ſub ſe comprehendit, inter *ſtrictas* diſpenſationis ſpecies numerari poterit. Deinde *aliae* etiam circa Iudaeos *diſpenſationes* occurrunt v. gr. cum iis indulgetur, ut nomen Albo Academico inſcribere, muſis in Facultate medica operari, ad inſignia doctoratus tandem adſpirare, vel et ex ſingulari principis concesſione, *galero*, honoris ſigno, uti queant, qualia diſpenſationum exempla, licet rariora, hic illic tamen obvenire novimus.

i) Nonnulli tamen ſtatuum adeo religioſi ſunt, ut hoc iure numquam uti voluerint. In primis celebrari ſolet memorabile effatum piisſimi WVRTEMBERGIAE Ducis, CHRISTOPHORI, ad aulicum dicentis: **Wann dieſe verfluchte Leute mir wollten Geld voll aufgeben, wollte ich ſie doch in meinem Fürſtenthum, weil ſie an meinem Bruder und Erlöſer Jeſu Chriſto treulos worden, und öffentlich die Zauberer ſind, nicht leiden.** v. LOCHNER *diſſert. cit. et* LVD. GILHAVSEN *in arbore iudiciar. P. I. c.* I. *n.* 70. Quin a. 1571. Norimberga a Maximiliano II. contra receptionem Iudaeorum privilegium obtinuit, non obſcuro, quod auguror, indicio, olim imperatores, hoc Regale ſuum ſtrenue exercentes, numquam eiuſmodi receptionem etiam invitis ſtatibus, praeſertim minoribus, obtrudiſſe.

præſidio WILDVOGELII *de Iudæorum receptione ac tolerantia Ienæ a. 1700.* habita. Quanquam ad eiuſmodi priuilegia vt anxie confugiamus, neceſſe non ſit, cum ius recipiendi Iudæos tutius ex *ſuperioritate territoriali*, quam et nobilitati immediatæ a quam plurimis tribui ſolere, ſupra iam innuimus, deducatur, ita cenſente VITRIARIO *I. I. P. L. III. tit. 17. §. 81. ſqq.* Ceterum quod diximus de Iudæis, id ſuo ſenſu modoque etiam ad hæreticos quoſcunque, quibus per leges imperii publicas de tolerantia haud proſpectum eſt, applicari debet.

§. XIX. A STATV hominum properamus ad BONA ET NEGOTIA EORVNDEM. Vti enim etiam circa hæc ius conſtitutum verſatur, ita et diſpenſandi ratio in iiſdem locum inuenit. Sunt autem negotia hominum vel EXTRAIVDICIALIA, vel IVDICIALIA. Illa vel *inter viuos*, vel *mortis cauſſa* celebranda. Sic de negotiis pactis et contractibus inter viuos occurrentibus, variæ iterum quæſtiones moueri poſſent. Ex multis adducamus vnam. Quæritur: *an princeps diſpenſare poſſit in contractu nulliter celebrato, ita vt valeat in præiudicium tertii?* Nouimus enim ex præſcripto iuris ciuilis, ad varii generis actus valide ineundos varia iuris ſolennia conſtituta eſſe, quibus neglectis iſti pro nulliter celebratis haberi ſolent. Quanquam vero diſpenſationem principis in eiuſmodi *contractu*, ob defectum requiſitorum *nullo*, ad præiudicium tertii extendere non audeamus, cum iniquum foret in alterius fauorem iura tertii plene et legitime quæſita violare V. ANTON. de PETRA *de iure quæſit. non toll. per princ.* putamus tamen, poſſe vtique principem *ante initum contractum* quædam remittere, ſine quibus contractus alias ex legibus prouincialibus non ſubſtitiſſet. conf. TITII *I.*

Negotia ſunt vel extraiudicialia, vel iudicialia. Illa vel inter viuos, vel mortis cauſſa.

Quid princeps poſſit circa contractum nulliter celebratum?

Priu. L. I. c. VIII. vbi ſpecies contractuum muliter celebratorum recenſeri videas.

Quid circa teſtamenti factionem?

§. XX. Inter negotia *mortis cauſſa* in primis TESTAMENTA occurrunt. Quantum circa horum ſolennitates princeps diſpenſando valeat, ii facile intelligent, qui vires ſtatuum in ferendis *contra ius Romanum* legibus ſatis æſtimare norunt. vid. THOMASIVS *in diſſ. de ſtatuum imp. poteſtate legiſl. contra ius commune* §. 71. *ſqq.* Ita ignorari nequit, ex indulgentia principis dari teſtamenti factionem *pupillis*, de quo vide E. STRYKII *tract. de cautel. Teſtam.* Eamdem olim etiam ſurdis et mutis principali reſcripto conceſſam fuiſſe, ſupra *ſect. I. c. I.* §. 7. docuimus ex *l. 43. D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* Quid intuitu *Epiſcoporum* quondam obtinuerit, et hodie quoque inter Romano-Catholicos obtineat, expoſui *in I. E. proteſt. L. III. tit. XXIV. de peculio clericorum.* Licet enim epiſcopis lege ciuili teſtatione interdictum ſit per *L. 2. et 42.* §. 2. *C. de Epiſc. et Cler.* Indultu tamen papali, cuius exemplum in epiſcopo Hildeſienſi, IODOCO EDMVNDO, a. 1691. occurrens attulit STRYK. *tract. cit. de cautel. Teſt. in append. n. 10.* iſtis illa concedi aſſolet. Quod ipſum vero neque ratione interdicti, neque ratione indulti, ad epiſcopos proteſtantium applicari poſſe, per ſe liquet.

Progreſſus fit ad negotia iudicialia, quorſum pertinent (1) actiones, vbi de litteris reſpirationis.

§. XXI. Pergimus ad negotia IVDICIALIA. Potentem heic iterum principis in diſpenſando tam circa *actiones* in iudiciis ſeruientes, quam circa ipſa *iudicia* et *proceſſus* manum eſſe, haud difficulter monſtrabitur. Et ad ACTIONES quidem quod attinet, ad illas v. gr. contra debitores infortunio depauperatos ſiſtendas atque ſuſpendendas princeps debitoribus ex gratia et miſericordia ſubuenit, *litteras reſpirationis*, quas ceteroquin *moratorias*, *dilatorias*, *induciales*, *quinquennales* etc. appellitant,

tiæ, iis concedendo, adeoque contra legem, quæ promtam alias a debitoribus ſolutionem exigit, diſpenſando. Etenim *litteræ reſpirationis* nihil aliud ſunt, quam beneficium debitoribus, non ſua culpa, ſed fortunæ vitio oberatis, ſuperioris reſcripto conceſſum, ne debitum intra ſpatium determinatum ab iis petatur. Continent ergo diſpenſationem a lege, quæ debitoribus elapſo tempore conuentionis promtam iniungit ſolutionem: ceu docui in *diſſert. de litteris reſpirationis c. II. §. 2.* vbi et oſtendi, hunc diſpenſandi actum hodie ad omnes omnino *imperii ſtatus* in ſuis territoriis pertinere, ac proinde haud ſatis commode inter *reſeruata* Cæſarea referri, quamquam ius ipſum Cæſari denegare nefas foret, ſiquidem priuilegiis ſubiectos ordinum afficere imperator non prohibetur, modo iuri ordinum per iſta nihil detrahatur. MONZAMBAN. *de ſtatu imp. germ. c. V. §. 6.*

§. XXII. Quantum autem ad iudicia et proceſſum attinet, circa hos diſpenſandi poteſtas ſeſe exerit, eos vel *immutando*, vel *abolendo*. Eos inquam I. *immutando*. Notum eſt plerasque cauſſas ciuiles iuxta ius non modo commune, ſed et leges ac ſtatuta prouincialia proceſſu ordinario, prolixo iſto atque infinitis ſubtilium ſolennitatum tricis ſcabro, diſcuti ſolere. Atque hæc quidem peculiaris Germaniæ noſtræ infelicitas eſt, quod, ex quo ſemel ius canonicum in fora tam ſecularia, quam eccleſiaſtica, ſuam procedendi rationem intruſit, illa iuſtitiam non niſi per impeditos litium anfractus centenasque inanium ſubtilitatum remoras inuenire atque adminiſtrare poſſit. Extant de hoc malo epidemico tot piæ virorum inſignium querelæ, ſed irritæ huc uſque et fruſtaneæ. Malunt enim vt plurimum, qui iuſtitiæ adminiſtrandæ præſunt, in conſueto ſtrepitu (2.) *Iudicia et proceſſus.*

 tu

tu forenſi figuraque proceſſuum conſeneſcere, et quaſi eluer ſtertere, quam permittere aut ſtudere, vt morbo inueterato vel aliquando manus medica adhibeatur. Exinde autem illud euenit, vt qui medicinam iuſtitiæ, nimium quantum vulneratæ, debebant afferre, vt pauperi atque diuiti ex æquo illa adminiſtraretur, eamdem in præcipitio ponant, et cauſſas ad iuſtitiæ normam factique veritatem decidendas præſenti periculo neglectorum proceſſus *ſolemnium* exponant. His enim ad amuſſim non obſeruatis, ſuccumbendum eſt etiam illi, pro quo, quantum ad *cauſſæ merita*, ex confeſſione omnium aperta militat iuſtitia qua de re conferri meretur egregia *differt*. B. STRYKII *de iudicio principis iuxta ſolam facti veritatem* §. 3. Quandoquidem vero vniuerſa fere Germania ſine vlla recuperandæ ſanitatis ſpe, commuņi iſta lue tabeat, vnicum tamen diſpenſationis remedium ſuppetit, quo imperator et ſtatus imperii circa proceſſus iudiciales ita verſari poſſunt, vt ad ipſorum ambages reſecandas *ordinarium* proceſſum in *ſummarium* atque extraordinarium commutent.

An liceat ſtatibus imperii proceſſum ordinarium mutare in ſummarium?

§. XXIII. Equidem et ipſi pontifices Romani diſpendioſæ litium prorogationi, ex ſubtili ordinis iudiciarii obſeruatione prouenienti, obuiam iri, iam olim proſpexere, vt in cauſſis aliquibus expreſſis procederetur SIMPLICITER ET DE PLANO AC SINE STREPITU ET IUDICII FIGURA. *Clem. diſpendioſam.* 2. *de iudiciis*; dubium tamen non eſt, quin eiuſmodi procedendi ratio a principe etiam ad alias cauſſas, dicta conſtitutione *Clem.* non expreſſas, proferri poſſit. Vti enim ipſæ proceſſuum ordinationes ex auctoritate et arbitrio principis dependent, eumque vltra lubitum non ſtringunt, adeo, vt iudicio BRUNNEMAN-

NEMANNI *in proceſſ. c. 1. n. 22.* omnes k) imperii ſtatus in ſuis prouinciis ſalua iuſtitia abrogare poſſint proceſſum *ordinarium*, et eius loco introducere *ſummarium* ita omnino in principis voluntate et arbitrio poſitum eſt, velitne ad iuſtas ſupplicantium rationes ſubditis indulgere, vt, quæ per ſolennem ordinarii proceſſus viam tractanda erant, *ſimpliciter et de plano ac ſine ſtrepitu iudicii et figura*, ſeu quod eodem recidit, SOLA VERITATE FACTI INSPECTA, dirimantur. Quapropter B. STRYKIVS controuerſiam, *an recepto ſemel proceſſu ordinario et publica conſtitutione præſcripto, in caſu ſpeciali, qui alias ad ordinarium proceſſum pertinet, cauſſæ deciſionem ita princeps committere poſſit, vt in illa, licet ordinaria ſit, ſola facti veritate inſpecta, remotis proceſſuum regulis, procedatur?* affirmando decidere non dubitauit *diſſert. cit. §. XI.* Immo et illud dubio caret, durante et flagrante proceſſu, principi integrum eſſe, contra regulas proceſſuum in gratiam afflictorum diſpenſare, vel reſtituendo læſum, vel totum proceſſum in alium mutando. STRYKIVS *loc. cit.* vbi et hanc diſpenſandi potentiam ſingulis imperii ſtatibus competere demonſtratur.

§. XXIV. Vti ad *immutandum*, ita non minus (2.) ad proceſſum prorſus *abolendum* poteſtas principis diſpenſatoria pertingit. Mirum id videri poſſet, cui rationes diſpenſandi non ſatis ſunt perſpectæ. Attamen de aſſerti veritate facile conſtabit, vbi, quid per abolitionem proceſſuum intelligatur, palam fecerimus. Scilicet *abolitio proceſſus* nihil aliud eſt, quam exemtio *rei* a proceſſu criminali, ante definitiuam ſententiam auctoritate principis facta, hoc effectu, quaſi numquam inquiſitio *Vel eundem plane abolere?*

k) Id quod duntaxat de iis ſtatibus tuto affirmari poterit, qui priuilegio *de non app. [illegible]* gaudent.

tu forenſi figuraque proceſſuum conſeneſcere, et quaſi altum ſtertere, quam permittere aut ſtudere, vt morbo inueterato vel aliquando manus medica adhibeatur. Exinde autem illud euenit, vt qui medicinam iuſtitiæ, nimium quantum vulneratæ, debebant afferre, vt pauperi atque diuiti ex æquo illa adminiſtraretur, eamdem in præcipitio ponant, et cauſſas ad iuſtitiæ normam factique veritatem decidendas præſenti periculo neglectorum proceſſus *ſolemnium* exponant. His enim ad amuſſim non obſeruatis, ſuccumbendum eſt etiam illi, pro quo, quantum ad *cauſſæ merita*, ex confeſſione omnium aperta militat iuſtitia qua de re conſerri meretur egregia *diſſert.* B. STRYKII *de iudicio principis iuxta ſolam facti veritatem* §. 1. Quamquam vero vniuerſa fere Germania ſine vlla recuperandæ ſanitatis ſpe, communi iſta lue tabeat, vnicum tamen diſpenſationis remedium ſuppetit, quo imperator et ſtatus imperii circa proceſſus iudiciales ita verſari poſſunt, vt ad ipſorum ambages reſecandas *ordinarium* proceſſum in *ſummarium* atque extraordinarium commutent.

An liceat ſtatibus imperii proceſſum ordinarium mutare in ſummarium?

§. XXIII. Equidem et ipſi pontifices Romani diſpendioſæ litium prorogationi, ex ſubtili ordinis iudiciarii obſeruatione prouenienti, obuiam ituri, iam olim proſpexere, vt in cauſſis aliquibus expreſſis procederetur SIMPLICITER et DE PLANO ac SINE STREPITV et IVDICII FIGVRA. *Clem. diſpendioſam. 2. de iudiciis*; dubium tamen non eſt, quin eiuſmodi procedendi ratio a principe etiam ad alias cauſſas, dicta conſtitutione *Clem.* non expreſſas, proferri poſſit. Vti enim ipſæ proceſſuum ordinationes ex auctoritate et arbitrio principis dependent, eumque vltra lubitum non ſtringunt, adeo, vt iudicio BRVN-

NEMAN-

NEMANNI *in proceſſ. c. 1. n. 22.* omnes k) imperii ſtatus in ſuis prouinciis ſalua iuſtitia abrogare poſſint proceſſum *ordinarium*, et eius loco introducere *ſummarium*. ita omnino in principis voluntate et arbitrio poſitum eſt, velitne ad iuſtas ſupplicantium rationes ſubditis indulgere, vt, quæ per ſolennem ordinarii proceſſus viam tractanda erant, *ſimpliciter et de plano ac ſine ſtrepitu iudicii et figura*, ſeu quod eodem recidit, SOLA VERITATE FACTI INSPECTA, dirimantur. Quapropter B. STRYKIVS controuerſiam, *an recepto ſemel proceſſu ordinario et publica conſtitutione præſcripto, in caſu ſpeciali, qui alias ad ordinarium proceſſum pertinet, cauſſæ deciſionem ita princeps committere poſſit, vt in illa, licet ordinaria ſit, ſola facti veritate inſpecta, remotis proceſſuum regulis, procedatur?* affirmando decidere non dubitauit *diſſert. cit. §. XI.* Immo et illud dubio caret, durante et flagrante proceſſu, principi integrum eſſe, contra regulas proceſſuum in gratiam afflictorum diſpenſare, vel reſtituendo læſum, vel totum proceſſum in alium mutando. STRYKIVS *loc. cit.* vbi et hanc diſpenſandi poteſtatem ſingulis imperii ſtatibus competere demonſtratur.

§. XXIV. Vti ad *immutandum*, ita non minus (2.) ad proceſſum prorſus *abolendum* poteſtas principis diſpenſatoria pertingit. Mirum id videri poſſet, cui rationes diſpenſandi non ſatis ſunt perſpectæ. Attamen de aſſerti veritate facile conſtabit, vbi, quid per abolitionem proceſſuum intelligatur, palam fecerimus. Scilicet *abolitio proceſſus* nihil aliud eſt, quam exemtio *rei* a proceſſu criminali, ante definitiuam ſententiam auctoritate principis facta, hoc effectu, quaſi numquam inquiſitio *Vel eumdem plane abolere?*

 mota

k) Id quod duntaxat de iis ſtatibus tuto affirmari poteſt, qui priuilegio *de non appellando* gaudent

mota fuiſſet. *Reus* ergo per reſcriptum principale ab vlteriori inquiſitione liberatur. Vocari hoc ipſum in cancellariis ſolet einen Abolitions-Schein ertheilen. Iam olim quædam abolitionis ſpecies in iudiciis Romanis vſu inualuerat, ſed quantum modernæ abolitiones a Romanis differant, quamque ob incommoda proceſſus accuſatorii, hodie admodum rari, etiam rarus eorumdem in ſenſu iuris Romani vſus ſuperſit: contra, quanto frequentiores iſtæ in ſenſu iuris hodierni non tantum a CAESARE, ſed et a ſtatibus imperii, ipſisque adeo nobilibus immediatis exerceri ſoleant, idem STRYKIVS explicat *ibidem p. 12. 13. etc.* Quoniam vero, vt ex definitione clarum, iſta proceſſus abolitio non niſi in fauorem *rei* in delicto grauiori indulgetur, forte non errauerit, qui iſtam cum *aggratiatione* coincidere putet. Eſt tamen inter vtramque differentia quædam, facile aduertenda, cum *abolitio* proprie dicenda ſit caſſatio proceſſus criminalis ante definitiuam ſententiam facta, *aggratiatio* vero pœnæ iam decretæ ſpontanea remiſſio.

Quid principi liceat circa iuramenta?

§. XXV. Ad negotia *iudicialia* pertinet ſuo modo etiam materia de *iuramentis*. Illa enim in iudiciis plerumque, veritatis et iuſtitiæ eo melius promouendæ cauſſa, alteri litigantium parti deferri ſolent. In his vero habet iterum facultas diſpenſandi, in quo exerceatur. Non quidem eo ſenſu ac reſpectu, quo ſupra *ſect. 1. c. 1. §. 14. pag. 17. ſeq.* iam oſtendimus, quod etiam iuramenti relaxatio inter *ſpecies* diſpenſationum *ſpecialiſſimas* referri ſoleat, l) ſed alio, quo iuramentum cum ſua

l) Immo, quæ de relaxatione iuramenti, tamquam *ſpecie diſpenſationis* ſupra adducta ſunt, non ex noſtra, ſed aliorum mente relata volumus. De *Scholaſticis* conſtat, illos maxime de diſpenſatione iuramenti et iſtius quoque a relaxatione differentia, diſputare. vid. PONCE *tract. de ſacramento matri.*

ſua forma et ſolennitate conſideratur. In vulgus notum eſt, principes ex plenitudine poteſtatis, vti aliis quibuſcumque negotiis, ita etiam iuramentis ſubditorum, ſolennem formam externam præſcribere, ſubditis ex æquo omnibus tam exacte obſeruandam, vt ne quidem iudici inferiori ab illa recedere, aut quidquam circa illam immutare liceat. At vero, quod iudici non licet inferiori, in eo adhuc liberas tamen manus principes ſeruant. Neque enim eos ſolennitatibus a ſe præſcriptis tam ſtricte inhærere oportet, quin illas nonnunquam remittere ac relaxare queant, maxime ſi conſcientiis anxiis hac ratione ſuccurri poſſit. Quid ſi enim fuerint inter ſubditos, quibus circa iuramentorum, ſæpe tam horridis formulis præſcriptorum, præſtationem conſcientiæ ſcrupuli ſuboriantur? Quid tum faciendum principi? Anne hos vel carcere, vel mulcta compellere debet ad præſcriptam iurandi formam? Minime vero. Potius conſcientiis, quamquam erroneis, hic conſulendum, quam concedendum eſt, vt tyrannis in illas exerceatur. Adeoque hoc

Quid circa iuram formulas præſcriptas?

matrimonii L. VIII. cap. 2. vbi ſententia ſcholaſticorum recenſetur. Verum, ſi dicendum, quod res eſt, minus accurate procedunt, qui vinculum iuramenti diſpenſando tolli poſſe, ſibimet perſuadent. Aut enim iuramentum in ſe *inualidum* eſt, aut *non*. Poſteriori caſu non opus erit diſpenſatione, quia per ſe *nullum*; Priori vero nulla eſt poteſtas humana, quæ iuramentum in ſe *validum* et *obligatorium* reſcindere et annullare poſſit. Secus eſt, ſi quæras, num princeps *effectum iuramenti* tollere, eiuſque obligationis efficaciam in foro externo adimere queat ob iuſtam cauſam: id quod largiſſime conceditur. Sed *aliud* eſt tollere effectum iuramenti, *aliud* a iuramenti vinculo diſpenſare. Eſt enim iurans prius obligatus *principi*, quam ſe *alteri* iuramento obſtrinxit. Inde per iuramentum *ab obſequio ſuperiori debito* ſe liberare nequit. Immo ex iureiurando, cuius obligandi vim Princeps ſuſtulit, nec *obligatio efficax* oriri, nec *ius perfectum* adquiri poteſt: ideoque nec obligationis, quæ deficit, relaxatio deſideratur, nec de ſublato iure quæſito, quod nullum eſt, conquerendi locus ſupereſt. vid. B. STRYKIVS in modo *cit. diſſertat.* Quin vero ex aliis etiam rationibus atque ex ipſis pontificiorum principiis, remiſſionem iuramenti male inter *diſpenſationes proprie dictas* referri, demonſtrat idem PONCE *l. c.* §. 9. *p.* 394.

hoc caſu poterit omnino princeps ex iuſta cauſſa diſpenſare, atque obligationem, ſubditos alias ſtringentem, relaxare. Ceterum exinde facile iudicium formari poteſt, quid circa anabaptiſtas, ſeparatiſtas, aliosque, quibus iuramenta omnia ex conſcientiæ rationibus odioſa ſunt, ſit obſeruandum. conf. B. IO. SAM. STRYK *in diſſert. de iure principis circa iuramenta.*

Quid circa ius violatum, ſeu in pœnis delictorum?

§. XXVI. Reſtat, vt, quid principi circa ius VIOLATUM liceat, diſpiciamus. Et ſane deuoluimur ad materiam, in qua facultas diſpenſandi præcipuum ſuum ſubinde habuit exercitium. Quæ enim circa delictorum pœnas a principe indulgentur veniæ, eas proprio nomine et quaſi κατ᾽ ἐξοχὴν ſignificatu *diſpenſationes* appellari, quotidiana praxi conſtat. Idem nomen pœnarum canonicarum relaxationi impoſitum, atque diſpenſationem quondam criminis non *committendi*, ſed *commiſſi* veniam fuiſſe, ſupra *ſect. I. cap. 2. §. 30.* ex hiſtoria eccleſiæ docuimus. Longe nobiliſſima ergo diſpenſationum ſpecies eſt illa, quæ in remiſſione criminum occupatur. Sunt autem pœnæ delictorum pro diuerſitate legum, contra quas committuntur, et originis, vnde promanant, duplicis generis. Vel enim circa leges ſancitæ ſunt mere *humanas:* vel legibus adiectæ ſunt *diuinis*, potiſſimum legibus naturæ, et ipſum Deum quoque determinatæ ſanctionis ſuæ auctorem habent. Prioris generis pœnas ex arbitrio principum pendere et ab his non minus, quam leges ipſas, mutari, mitigari, vel et penitus auferri atque condonari poſſe, neminem certe inueniet contradicentem. Id tamen non prætereundum, peccaturum vtique principem, etſi non regulas iuſtitiæ, prudentiæ tamen, migraturum eſſe, ſi et in iſtis remittendis ſeſe iuſto mitiorem præbeat. Fieri enim non poteſt,

quin

quia crebriori atque intempeſtiua indulgentia et legis vis eneruetur, et principum ipſorum auctoritas conuellatur m).

§. XXVII. Altioris indaginis quæſtio eſt, quæ circa diſpenſationem pœnæ, legibus naturalibus adiectæ, atque ab ipſomet Deo in S. ſcriptura determinatæ, moueri ſolet. In primis illa circa *homicidium doloſum* iam ſæpius agitata et de huius pœna capitali, quam plerique interpretum *Geneſ. IX, 6. Exod. XXI, 12. Leuit. XXIV, 17. Num. XXXV, 16. Matth. XXVI, 52. et Apoc. XIII, 10.* a Deo ipſo dictatam, adeoque indiſpenſabilem eſſe aiunt, diſputatum fuit. Momentum controuerſiæ eo redit, num aggratiatio, quæ ſpecies *diſpenſationis* eſt, in pœnis delictorum a principe Chriſtiano etiam in *caſu homicidii doloſi* exerceri queat, ita, vt non obſtantibus locis ſcripturæ modo allegatis, ſecure diſpenſare, atque reum a morte liberare poſſit? Ardua omnino hæc, multisque difficultatum ſpinis intricata materia eſt. Nec abnuendum, argumenta eorum, quibus negatiua defenditur, multa ſpecie colorata eſſe. Quodſi tamen et alteram partem audiamus, tum hic quoque nec reſponſiones, quibus ad dubia et exceptiones ſatisfiat, nec argumenta deſunt, quibus ſententia affirmantium præualere iudicatur. Ita immotum axio- *In ſpecie in pœna homicidii.*

Bb bb ma

m) Quantum vero vel vnica intempeſtiua diſpenſatione auctoritati legum detrahatur, nemo rectius intellexit atque obſeruauit, licet in caſu legislationis longe iniquiſſimæ, ſub LVDOVICO XIV rege Galliarum famoſiſſimo. Qui cum edictum Nannetenſe reuocaſſet, iamque dux Schombergenſis, regi in primis carus, primusque Franciæ Marechallus, eo quod nemo prorſus in mandato regio a nouis circa religionem legibus exemtus eſſet, a rege dimiſſionem peteret; is auctoritatis regiæ per executionem mandati conſeruandæ adeo tenax fuit, vt maluerit miniſtrum inuitus, nec ſine lacrymis, dimittere, quam diſpenſando legem vulnerare, aut etiam plures illuſtrium ſubditorum ad ſimiles petitiones, ſemel facta legis relaxatione, prouocare. v. *l'hiſtoire de l'édit de Nantes iusqu' a ſa revocation, par Mr.* BENOIST.

ma eſt: legem naturæ nullas plane determinare pœnas. Inde autem prono alueo fluit, omnes pœnas venire ex *iure poſitiuo*. Iam cum princeps iure poſitiuo, cuius ipſe auctor eſt, non ſit obſtrictus, facile hinc colligitur, nec poteſtatem eius diſpenſandi reſtrictam eſſe. Videntur quidem obſtare loca ex ſacro codice adducta, ſed quomodo ab ipſis theologis noſtratibus, WERNICHIO et HANNEKENIO n) aliisque ad eadem reſponſum fuerit, rerum peritos latere nequit. Interea non inique petitur ab iis, qui contrarium tuentur, vt, ſiquidem iſtis ſanctionibus diuinis, nos quoque hodienum obligatos credant, ſententiam ſuam manifeſtis S. ſcripturæ dictis roborent. Sufficit enim nobis, qui ex ratione aliter edocti ſumus, oſtendiſſe, dicta ſcripturæ allegata alium non repudiare ſenſum. Tamdiu autem pro concluſionibus *rationis* nobis ſtandum arbitramur, quamdiu verba reuelationis non perſpicue reclamant. Accedit, quod ſi auctoritatis momentum hic attendi debeat, maior vtique eruditorum pars a primis inde *chriſtianiſmi* originibus pro affirmantium opinione pugnet. Etenim, vt taceamus, quæ THOMASIVS *in celebratiſſima diſſert. de iure aggratiandi principis euangelici in cauſſis homicidii C. III. §. 1. ſeqq.* ex hiſtoria profana immo et iudaica protulit; profecto pœnam homicidii remitti a magiſtratu ſeculari poſſe, iam olim *chriſtiani primæui* et horum exemplo *patres* crediderunt. Inde eſt, quod pro iis *intercedere* clerici debuerint et precauere, *ne ſanguis effunderetur c. 1. C. 23. qu. 5.* id quod permultis ex THOMASSINO, aliisque antiquitatum promis condis, annotationibus illuſtrare procliue foret. Ex

n) WERNICHIVS in conſilio theologico Homicidæ dato, c. *diſſertationi* THOMASIANAE ſubnexo, et HANNEKENIVS in libello: *de iure chriſtiani principis aggratiandi circa homicidium.*

Ex hoc autem ſimul patet, ſententiam, quod pœna homicidii ſit indiſpenſabilis, non eſſe ex doctrina primitiuæ eccleſiæ aut patrum, adde etiam moraliſtarum pontificiorum hauſtam, ſed forſan propriam *eccleſiis proteſtantibus*, et poſt reformationem demum inualeſcere cœpiſſe. Conf. ea, quæ expoſui *in annot. ad Corni- num L. IV. tit. 13.* et in *iur. eccleſ. Prot. tom. V. p. 52. et 74.*

§. XXVIII. Quod de pœna homicidii aſſeruimus, idem eodem iure modoque ad reliquas criminum grauiorum ſpecies applicari poteſt. Dummodo id in primis caueatur, ne quam principis fauori vindicamus poteſtatem, eadem is promiſcuo et intempeſtiuo indulgentiæ exercitio in delictorum ſecuritatem temere abutatur. Quodſi vlla vſquam, ſane in diſpenſatione pœnarum maxima opus eſt prudentia et cautione. Sollicite igitur cauendum, vtne, quod principi licet, in temerariam licentiam, et quod interdum reipublicæ conducit, in eiuſdem perniciem vertatur. Manifeſtus vtique huius iuris regalis abuſus foret, ſi princeps homini ſceleſto, nulla rationabili cauſſa motus, pœnam capitalem condonaret. Dices: ita ius aggratiandi confundi cum interpretatione, quæ fit ex iuſtis cauſſis. Quodſi enim principi non licet niſi rationabili cauſſa moto, in delictorum pœnis diſpenſare, tum aggratiatio potius actus IVSTITIAE erit, quam actus GRATIAE. Sed reſp. per *cauſſam rationabilem* intelligi non *talem*, quæ principi diſpenſandi neceſſitatem imponat, ſed *talem*, quæ ſaltim miſericordiam eius tantiſper prouocet. Hanc enim et inſuper habere poſſet, nec eſſe tamen, cur *reus* de iniuria illata conquereretur. Tales vero cauſſæ ſunt *remittere aut mutare pœnam* ob *ſpem emendationis*; ob *ſtudium conſeruandi ſaltem vnum ex duobus ciuibus aut membris reipublicæ*; ob *merita præcedentia*; ob *ſuſtentationem familiæ delinquentis*,

Cautela principi commendata.

tis,

dis, alias cum fame et paupertate luctaturæ; ob *interceſſionem amicorum* vel intuitu delinquentis, vel et intuitu principis aggratiantis. Conf. THOMASIVS *in cit. diſſert. de iure aggrat.* C. V. §. 2.

De corruptela diſpenſationum hodierna, etiam in foro ſeculari.

§. XXIX. Eo magis vero hæc cautela principi commendanda, quo peſtilentior vbique graſſatur morbus, vt avaritia imperantium, fœduſque ille auri argentique amor diſpenſationes eliciat frequentiores. Quod enim deplorandum, et hodie etiam in foro ſeculari diſpenſationum corruptela invaluit, vtque natura ſua gratuitæ eſſe debebant, iam mercenariæ o) euaſerint, atque ex illuſtri clementiæ principalis documento in ſordidæ avaritiæ fomentum degenerarint. Nec nimium forſan dixerim, ſi affirmem, non admodum abſimilem hodie fori ſecularis faciem eſſe ab illa, quæ inter pontificios in foro obtinet eccleſiaſtico. Et parum abeſt, quin ad imitationem Pyrrhi Corradi, quem praxin diſpenſationum Apoſtolicarum integro volumine exhibuiſſe diximus, etiam praxis diſpenſationum politicarum prolixiori opere compilari poſſet. Quæ enim propemodum lex eſt, quæ data pecunia non relaxetur? quod ſtatutum provinciale, cuius valor venali in curia diſpenſatione non diſſipetur? quænam pœna in crimina ſancita, cuius redimendæ ſpem non habeant opulentiores? ita, vt divitum magis pro pauperibus

pro-

o) Notauit hoc ipſum etiam B. G. A. STRVVIVS *in diſſert. de diſpenſationibus a. 1674.* ſcite ventilata. In ea enim diſpenſationes diſtinguit in mere *gratuitas*, quales vtique debebant eſſe omnes, et *mercenarias*, quæ vtplurimum hodie conceduntur pretio interveniente. Dandum tamen, non adeo iniquum eſſe, eas mercenarias eſſe, modo circa legem verſentur, cuius obiectum in ſe indifferens, nec etiam ob rationes contrarias lege vel *præcipiente*, vel *prohibente*, neceſſario determinatum eſt. Quales quidem leges vocare poſſumus leges *lucrativas, arbitrarias, fiſcales* reliquaſue, moderando luxui et voluptati ſubſtitutas leges.

prærogatiue ſit, ſorsque ciuium *pro fortunæ varietate* admodum inæqualis deprehendatur. Adeo fere diſpenſationes omnes in redemtiones mere pecuniarias abiere! Quæ cum ita ſeſe habeant, equidem malo huic, non ſine ingenti rerumpublicarum damno latius ſerpenti, tempeſtiue obuiandum, princeps de officio non minus, quam de potentia ſua, probe commonefaciendus, denique omni contentione eo contendendum eſt, vt quantum monitis precibuſue apud imperantes obtineri poteſt, non modo iuſtitiæ rigor gratiæ dulcedine mitigetur, ſed et gratiarum diſpenſatio prudentiæ regulis attemperetur.

CAPVT II.

DE IVRE DISPENSANDI IN NEGOTIIS SACRIS ET ECCLESIASTICIS.

§. I.

Multa hodie inter cauſſas eccleſiaſticas referuntur, quæ res mere ſeculares ſunt.

Progredimur ad ius diſpenſandi in cauſſis eccleſiaſticis; vbi præmonendum (I) multa vtique hodienum etiam ex praxi proteſtantium inter *ſacra* et *eccleſiaſtica* referri, quæ ſi ad genuinam eorum indolem attendas, *ciuilia* plane atque *ſecularia* ſunt, nec niſi temporum abuſu ad forum eccleſiæ traducta. Exempli loco inſeruire poterunt *iura ſepulturæ*, et quidquid porro in conſiſtoriis noſtratium circa *cæmeteria* tractari ſolet. vid. THOMASIVS in *diſſert. de iure princ. Euangel. circa ſolennia ſepulturæ*, et *diſſ.* noſtra *de iure erigendi cæmeterium cap. I.* vbi origo cœmeteriorum examinatur. Eandem in claſſem conficimus *res* et *cauſſas quaſcunque matrimoniales*. In primitiua enim eccleſia *res matrimoniales* ad ſolum iudicem ſecularem ſpectaſſe, certo certius eſt, idque ſatis etiam euincunt eæ ab imperatoribus chri-

chriſtianis de matrimonio latæ leges dictæque ſententiæ, in codice tam Theodoſiano, quam Iuſtinianeo reperiundæ. Suffragatur huic aſſertioni noſtræ celeberrimus Tubingenſium Cancellarius, DN. CHRIST. MATTH. PFAFFIVS in excellentiſſimo opere *de originibus I. eccleſ.* In hoc enim *C. IV.* §. *2. p. 207. Iam et diſpoſitio*, inquit, *circa ſepulturam et matrimonialia neque quidem ad iura ſacrorum, ſed ad iura maieſtatis ſumma in genere pertinet* etc. Agnouere hanc veritatem etiam inter ipſos pontificios viri longe præſtantiſſimi et iam olim quidem GVILIELM. OCCAMVS, Anglus, Regis conſiliarius, qui diſpenſationem a LVDOVICO IV. imperatore a. 1462. in cauſſa LVDOVICI Marchionis Brandenburgici et MARGARETHAE, duciſſæ Carinthiæ, factam egregio reſponſo defendit: e recentioribus autem M. A. de DOMINIS *in rep. eccleſ. L. V. C. 9.* vbi per integrum caput fuſius demonſtrat, matrimonii vinculum et cauſſas a propria poteſtate eccleſiaſtica non pendere. In primis vero integerrimæ fidei Gallus, IO. LAVNOIVS, tum in aureo tractatu *de REGIA in matrimonium poteſtate*, tum et in *indice locupletiſſimo* ſeratorum contentorum in libro ſic inſcripto, *Dominici* GALESII ECCLESIASTICA *in matrimonium poteſtas* a). Vt adeo mirum ſit,

a) In hoc argumento ex LAVNOIO potiſſimum legi meretur *caput IX partis I.* vbi Synopſis rationum, quibus theologi, magno numero ab ipſo allegati, regiam in matrimonium poteſtatem ſtabiliuere, exhibetur. Vnicam tantum rationem hic exceptam dabimus. *Matrimonium*, inquit, *humanus contractus cum ſit, ſequitur illud ciuilium legum diſpoſitioni ſubiacere. Nam omnis contractui commune eſt, vt pro varietate, temporum et hominum aliter atque aliter iuuari poſſe et debeat, ita vt ad commune reipublicae bonum referatur, quem finem omnes tractatus et maxime matrimoniales ſpectant. Quemadmodum ergo magiſtratum eſſe oportet, qui aliis contractibus leges praeſcribat, eosque ad reipubl. vtilitatem dirigat, ſic neceſſario ſequitur, eidem magiſtratui, qui contractum conuentionalem latis legibus regat et moderatur, ad quae tanto magis, quanto plus commodi, ſi bene, et quanto plus incommodi, ſi male*

ſit, reperiri adhuc inter miniſtros euangelicos, qui poteſtati ſeculari iudicium et cognitionem in cauſſis matrimonialibus diſputare, quin et ipſos principes, exemplo WEBERI, KAVFMANNI, MVLERI ab EHRENBACH aliorumque, conſiſtoriis ſuis in controuerſiis ad matrimonia et nuptias ſpectantibus ſubiicere audeant.

§. II. Hi quidem omnes inueterato praeiudicio abrepti, quaſi principes noſtri omnem iurium circa ſacra complexum ex eo tantum fundamento, quo *epiſcopi* perſonam repraeſentant, exercerent, de iure ſacrorum eiusque iuſta indole et natura minus ſobrie philoſophantur. Alterum ergo quod (II) praemonendum duximus, ad genuinam *iurisdictionis eccleſiaſticae* repraeſentationem, lectori non ſatis commendandam, pertinet. In huius enim idea et conceptu ſi erretur, nec fauſto tramite ad ipſas diſpenſationum ſpecies in negotiis eccleſiaſticis progreſſus fiet. *Principi ius ſacrorum, non vt principi, ſed vt epiſcopo inepte adſcribitur.*

§. III. Quod vero *ſectione II. c. 2. §. 29. et 30.* iam docuimus, iterum iterumque monendum eſt, ius circa ſacra ad *ſolos principes*, eosque, qui ſacros *ſummi imperii* faſces tenent, pertinere. Nullum profecto, nullum alium *iurisdictionis eccleſiaſticae* fontem agnoſcimus, quam ſupremam in republica MAIESTATEM, et ſi de *ſtatibus* imperii, quibus etiam *nobiles immediatos* annectimus, ſermo ſit, SVPERIORITATEM TERRITORIALEM. Ea enim omnium collegiorum, quorſum etiam eccleſia ſpectat, in republica natura eſt, vt *principi* ſubiaceant, hunc- *Verior ſententia.*

male vocatur, ex hoc contractu ad humanam ſocietatem manare ſolet. Quod autem ſit ſacramentum, nihil intereſt omnino, tum quia ratio ſacramenti matrimonio ſuperueniens humanum contractum non mutat, ſed potius ciuilem naturam ſupponit. Quare ſecularis princeps aeque poteſt hunc contractum irritum facere, ac ſi non eſſet ad ſacramenti dignitatem euectus.

chriſtianis de matrimonio latæ leges dictæque ſententiæ, in codice tam Theodoſiano, quam Iuſtinianeo reperiundæ. Suffragatur huic aſſertioni noſtræ celeberrimus Tubingenſium Cancellarius, DN. CHRIST. MATTH. PFAFFIVS in excellentiſſimo opere *de originibus I. eccleſ.* In hoc enim *C. IV. §. 2. p. 205. Iam et diſpoſitio*, inquit, *circa ſepulturam et matrimonialia neguidem ad iura ſacrorum, ſed ad iura maieſtatis ſumma in genere pertinet* etc. Agnouere hanc veritatem etiam inter ipſos pontificios viri longe præſtantiſſimi et iam olim quidem GVILIELM. OCCAMVS, Anglus, Regis conſiliarius, qui diſpenſationem a LVDOVICO IV. imperatore a. 1462. in cauſſa LVDOVICI Marchionis Brandenburgici et MARGARETHAE, duciſſæ Carinthiæ, factam egregio reſponſo defendit. e recentioribus autem M. A. de DOMINIS *in rep. eccleſ. L. V. C. 9.* vbi per integrum caput fuſius demonſtrat, matrimonii vinculum et cauſſas a propria poteſtate eccleſiaſtica non pendere. In primis vero integerrimæ fidei Gallus, IO. LAVNOIVS, tum in aureo tractatu *de REGIA in matrimonium poteſtate*, tum et in *indice locupletiſſimo* erratorum contentorum in libro ſic inſcripto, *Dominici* GALESII ECCLESIASTICA *in matrimonium poteſtas* a). Vt adeo mirum ſit,

a) In hoc argumento ex LAVNOIO potiſſimum legi meretur *caput IX partis I.* vbi Synopſis rationum, quibus theologi, magno numero ab ipſo allegati, regiam in matrimonium poteſtatem ſtabiliuere, exhibetur. Vnicam tantum rationem hic excerptam dabimus. *Matrimonium*, inquit, *humanus contractus cum ſit, ſequitur illud ciuilium legum diſpoſitioni ſubiacere. Nam omni contractui commune eſt, vt pro varietate temporum et hominum aliter atque aliter iniri poſſit et debeat, ita vt ad commune reipublicæ bonum referatur, quem finem omnes contractus et maxime matrimoniales ſpectant. Quemadmodum ergo magiſtratum eſſe oportet, qui aliis contractibus leges præſcribat, eosque ad reipubl. vtilitatem dirigat, ſic neceſſario ſequitur, eſſe magiſtratus, qui contractum connubialem latis legibus regat et moderetur, atque tanto magis, quanto plus commodi, ſi bene, et quanto plus incommodi, ſi male*

ſit, reperiri adhuc inter miniſtros euangelicos, qui poteſtati ſeculari iudicium et cognitionem in cauſſis matrimonialibus diſputare, quin et ipſos principes, exemplo WEBERI, HAVSMANNI, MYLERI ab EHRENBACH aliorumque, conſiſtoriis ſuis in controuerſiis ad matrimonia et nuptias ſpectantibus ſubiicere ſudeant.

§. II. Hi quidem omnes inueterato praeiudicio abrepti, quaſi principes noſtri omnem iurium circa ſacra complexum ex eo tantum fundamento, quo *epiſcopi* perſonam repraeſentant, exercerent, de iure ſacrorum eiusque iuſta indole et natura minus ſobrie philoſophantur. Alterum ergo quod (II) praemonendum duximus, ad genuinam *iurisdictionis eccleſiaſticae* repraeſentationem, lectori non ſatis commendandam, pertinet. In huius enim idea et conceptu ſi erretur, nec fauſto tramite ad ipſas diſpenſationum ſpecies in negotiis eccleſiaſticis progreſſus fiet. *Principi ius ſacrorum, non ut principi, ſed ut epiſcopo inepte adſcribitur.*

§. III. Quod vero *ſectione II. c. 2. §. 29. et 30.* iam docuimus, iterum iterumque monendum eſt, ius circa ſacra ad *ſolos principes*, eosque, qui ſacros *ſummi imperii* faſces tenent, pertinere. Nullum profecto, nullum alium *iurisdictionis eccleſiaſticae* fontem agnoſcimus, quam ſupremam in republica MAIESTATEM, et ſi de *ſtatibus* imperii, quibus etiam *nobiles immediatos* annectimus, ſermo ſit, SVPERIORITATEM TERRITORIALEM. Ea enim omnium collegiorum, quorſum etiam eccleſia ſpectat, in republica natura eſt, vt *principi* ſubiaceant, hunc- *Verior ſententia.*

male, vocatur, ex hoc contractu ad humanam ſocietatem maxime facit. Quod autem ſit ſacramentum, nihil intereſt omnino, cum quia ratio ſacramenti matrimonio ſuperueniens humanam contractum non mutat, ſed potius vel idoneam materiam ſupponit. Quin [illegible] *ſecularis principis eius poteſt hunc contractum irritum facere, ut ſi non eſſet ad ſacramenti dignitatem euectus.*

hincque omnium actionum ſuarum, cum republica connexarum, dominum et rectorem venerentur. Quidquid vero collegiis relictum, illud omnino *principis beneficio* adſcribendum, vtpote in cuius poteſtate fuit, libertatem eorum vel laxare et diſtendere, vel etiam *ſtatu reipublicæ* ita exigente, iterum reſtringere et determinare. Loquimur autem de actionibus et negotiis collegiorum, conſequenter etiam eccleſiæ, *externis* adiaphoris, in ſe indifferentibus, libertati atque ordinationi humanæ obnoxiis, nec vlla lege diuina iam determinatis. Igitur deponendus vel tandem eſt error iſte communis, qui plurimorum mentes hucuſque faſcinauit, quemque ICti non minus, quam Theologi errarunt ſubinde, arbitrati, ius ſacrorum principi, non vt *principi*, ſed vt *epiſcopo* competere, eumque ideo in illius exercitio non tam *principis*, quam *epiſcopi*, aut *papæ* perſonam ſuſtinere. b)

De conſiſtoriis, per quæ ius ſacrorum exercetur.

§. IV. Ceterum, vti omnia alia *regalia*, ita et in primis *ius ſacrorum* per certa principes ac determinata *collegia* exercent. Parum vero refert, quocunque illa nomine compellentur; quemadmodum et illud certum eſt, in principis arbitrio eſſe, quibusnam ipſe ſacrorum curam, *theologisne*, an *politicis*, an etiam collegio ex vtrisque mixto? demandare velit. Communiter in Germania conſiſtoria, quæ vocant, in hunc finem conſtituta ſunt, vt negotia circa eccleſiam et religionem occurrentia

b) Conf. *diſſert. de iure epiſcopali princip. euang.* et *iure eccl. Prot. lib.* I. *tit.* XXXI. §. 41. *et ſeq.* vbi hæc omnia fuſe et accurate pertractaui, et maxime etiam ad obiectiones ex verbis *Inſtrum. pac.* quibus *ius diœceſanum et iurisdictio eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus contra A. conf. electores, principes, ſtatus, eorumque ſubditos vſque ad compoſitionem chriſtianam religionis SVSPENSA dicitur art. V. §. 48. coll. cum pac. religioſ.* §. 20. defenſus, quantum ſatis eſt, reſpondi.

tia per illa expediantur. c) De his vero, obſeruandum, quod omnis illorum iuriſdictio, quanta et quantilla iſta ſit, vnice a principe dependeat. *Delegata* enim *poteſtate* non *proprio iure* conſiſtoria vtuntur. Et quamquam vtplurimum ad imitationem conſiſtoriorum epiſcopalium in papatu, quas officialatus vocare ſolent, inſtituta fuerint, abſit tamen, vt eorum iuriſdictionem ex poteſtatis epiſcopalis, a nobis hactenus reiecta, fonte deriuari patiamur.

Poteſtas diſpenſandi in ſacris verſatur I. circa perſonas miniſterio eccleſiæ dicatas.

§. V. Quibus præmiſſis atque fundamenti loco prælibatis, iam inoffenſo pede ad ipſa diſpenſationum exempla pergimus. Quemadmodum vero *poteſtas diſpenſandi*, ceu ſupra *Sect. I. C. II. §. 5.* iam oſtendimus, eo vſque ſe extendit, quo *et poteſtas ferendi leges*: ita cum hæc in rebus ſacris et ad eccleſiam pertinentibus ad infinita fere obiecta diffundatur, palam eſt, inde innumeras quoque diſpenſandi occaſiones reſultare. *Tria* ſunt potiſſimum obiecta, eaque generalia et præcipua, ad quæ omnis legiſlatio in ſacris reuocari poteſt. Vel enim leges eccleſiaſticæ verſantur circa *perſonas miniſterio eccleſiæ dicatas*; vel *circa res et bona eccleſiæ*: vel denique circa *negotia eccleſiaſtica*, hoc eſt, ipſum cultum ritusque religioſos. Circa ſingulas fere

 leges

c) Illud notabile eſt, neque Hamburgi, neque Norimbergæ hodienum conſiſtoria reperiri, manifeſto vtique argumento, hanc ſententiam ab initio ſtatim reformationis obtinuiſſe, quod conſiſtoria a liberrima imperantium conſtitutione pendeant. Appoſite vero THOMASIVS *in diſſ. de I. princ. euang. circa ſolemnia ſepult. §. XIX. p. 20 duo hic extrema vitanda eſſe*, ait, *vnum ne putemus, conſiſtoriorum inſtitutionem eſſe rem plane inutilem, aut reipubl. damnoſam et dandam eſſe operam ſtatibus imperii, vt conſiſtoria inſtituta rurſus abrogent, abſit. Sapienter fecerunt principes, qui conſiſtoria introduxerunt, maxime primis temporibus, et ſuas haud dubie habuerunt rationes graues, quæ et facile recenſeri poſſent, ſi ex inſtituto nobis liceret eſſe prolixioribus. - - - Sed tamen nec ex altera parte putandum eſt, conſiſtoriorum tantam eſſe neceſſitatem* etc.

et quidem vel perſonas ſimplices.

leges ſingulares etiam occurrere poſſunt diſpenſationes. Id quod vt breuiter demonſtremus, initium faciamus a *perſonis ſacris*. Hæ vel *ſimplices* ac ſingulares ſunt, vel *compoſitæ* ac morales, per *compoſitas* et morales intelligimus *conſiſtoria* et *concilia*, per *ſimplices* ac ſingulares *ſingulos miniſtros* cuiuſcunque ordinis et dignitatis.

In his conſideranda a. eorum vocatio,

§. VI. In HIS vero conſideranda iterum obueniunt (1.) *vocatio et* (2.) *ordinatio*. Circa omnia hæc vti leges eccleſiaſticæ verſari ſolent, iisque certum modum aſſignare: ita et facultas diſpenſandi non minus circa illa obtinet. Ad *vocationem* quod attinet, illa vt legitima ſit, vtque pius ac idoneus miniſter vocetur, indiſpenſabile cenſemus. Occurrunt tamen circa vocandi *ætatem*, *corporis diſpoſitionem* etc. nonnulla, quæ licet legibus eccleſiaſticis determinata ſint, diſpenſationem tamen haud reſpuunt. Ita circa *ætatem* diſpoſitum legimus *nouell. 123. c. 1. et 13.* vt nemo XXXV. annis inferior *epiſcopus* et *presbyter*, nec annis XXV. minor *diaconus* creetur. Nec minus in iure canonico *c. cum in cunctis X. de elect. et elect. pot.* cautum eſt, vt XXX. annos habeat, qui v. gr. ad epiſcopatum adſpirat. Nec alieni ſunt mores eccleſiarum noſtrarum ab hac diſpoſitione iuris canonici vid. *ordin. eccleſ. elect. Saxon. tit.* wie ein Kirchendiener von den conſiſtorialen etc. §. weil auch et *ordin. eccleſ. Guelpherbyt. de a. 1709. P. I. c. 2. §. 4.* In his enim licet determinationes iuris canonici non fuerint retentæ, caute tamen proſpectum eſt, ne candidati iuniores ad S. miniſterii munus admittantur, vel etiam ætate prouectioribus præferantur. A principe et magiſtratu tamen diſpenſari poſſe, modo perfectio virtutum defectum *ætatis* suppleat, idque ſubinde etiam inter noſtrates fieri, ex praxi conſtat. v. B. BRVNNEMANNI *tract. poſth. de iure eccleſ. L. I. c. 1. §. 11.* et B. STRYKE *in notis ad eundem p. 78.*

71. Idem ſentiendum de *vitio corporis*, vocationem et admiſſionem ad S. miniſterium alias impediente, *c. 5. et 13, D. 55.* Quodſi enim virtutes animi vitia corporis compenſent, vtique fas eſt, vt ad illas attendatur. Præſtat miniſtrum carere oculo alterutro, quam eccleſiam idoneo miniſtro. Conf. B. BRVNNEMANNVS *l. cit.* Quid in ſpecie de vocatione *androgyni* tenendum ſit, excuſſit poſt IO. FRID. MAIERVM in *diſſ. de ſacerdote androgyno in I. E. prot. L. I. tit. XX. §. 10.*

§. VII. De *ordinatione* miniſtrorum, olim indiuiduo nexu cum electione eorum cohærente, ceu CYPRIANO conſtat *epiſt. 67. edit. Bremenſis*, ſimiles diſpenſationum caſus afferri poſſe, facile conceditur. Ipſam quidem ordinationem, ritum apoſtolicum et a noſtris pie hactenus conſeruatum eſſe, nemo negauerit. Quod tamen, ceu pontificii prætendunt, iuris diuini adeoque abſolutæ neceſſitatis ſit, probari nequit, vid. B. SPENERVS *in conſil. german. tom. IV. c. 7. art. 4. ſect. 25. in f.* Quo poſito, per ſe liquet, diſpenſandi poteſtatem etiam ad illam porrigi, quamquam leuitas foret non facile excuſanda, ſi princeps vel magiſtratus a ritu vetuſtiſſimo, publicas ob preces, in eo adhiberi ſolitas, valde commendabili, omnibusque legibus eccleſiaſticis probato, temere recedere, et vni alteriue nulla vrgente ratione diſpenſare vellet. Recte enim B. ZIEGLERVS *in not. ad Lancellot. L. I. tit. X. Interim tamen*, inquit, *non niſi ſumma neceſſitatis caſu ritus ordinationis omitti debet, vel ſaltem propter ſcandalum* [illegible] *euitandum.* d) Quodſi autem circa

β. Ordinatio.

d) Abſit ergo et procul abſit, vt ſi iam principum diſpenſandi ius tuemur, ad ſacra ordinationis vellicationem atque diſſolutionem conſilia ſuppeditemus. Iniuriam nobis fecerit, quiſquis ſcriptionem noſtram tam ſiniſtre interpretari auſit. Illud potius ſemel pro ſemper a nobis inculcatum eſto, nos principes, quorum *iura* aſſerimus, ſimul etiam *officii ſui* commone-

circa ipſam *ordinationem*, multo magis diſpenſatio locum inuenit circa illius *modum*, *tempus*, *locum*, *ceremonias* et *ſolemnitates*. Sic alicubi ordinatio ad eccleſias cathedrales v. gr. in Saxonia primum ad *Wittebergenſem* ac *Lipſienſem*, et poſtea per *general. artic. de a. 1580. tit.* von der ordination, etiam ad *Dresdenſem* alligata eſt. Alibi vero, vt in Ducatu *Würtembergico* ordinationes in eccleſia, cui ordinandus praeficitur, per Superintendentes ſimul cum negotio inueſtiturae peraguntur. Indifferentia haec eſſe, et diſpenſationi ſuperioris magiſtratus libere relinquenda, quis dubitet? grauior quaeſtio videtur, cum quaeritur, an nudus *doctor theologiae* ipſe *nunquam ordinatus*, alios tamen ex commiſſione et diſpenſatione magiſtratus *ordinare* poſſit. Ad hanc reſpondit *facultas theologica Roſtochienſis a. 1564.* apud DEDEKENNVM *vol. I. P. III. m. 2, ſect. 6. n. 5.* negatiue, his ex cauſſis, quod doctores theologiae ſolenniter promoueantur non ad iura ordinis exercenda, ſed ad docendum et diſputandum. Verum, cum ordinatio non ſit actus neceſſarius et ad conſtitutionem miniſtri eſſentialis, per conſequens magiſtratus directioni ſubſit; huic quoque integrum erit determinare, per quem ordinatio ſtricte dicta fiat. Facultas ordinandi videlicet primario dependet ex ſpeciali commiſſione vel *eccleſiae*, ſi hanc ei libertatem princeps reliquit, vel *principis*, quod praxis plerorumque locorum docet. Ceterum ſolet ordinarie examen ordinationi praemitti. Ab hoc autem quin pariter miniſtri, de quorum eruditione ac pietate iam ſatis conſtat, diſpenſari queant, dubium eſt nullum.

Vel compoſitae et mona-

§. VIII. Poſt perſonas *ſimplices* et *ſingulares* conſiderandae etiam

monefactos velle. Hoc vero, vt prudenter, vt tempeſtiue, vt cum diſcretione omnia gerantur, ipſos obſtringit. Conf. quae ſuperius *ſect. II. c. 1* in princip. et fine iam monuimus.

etiam ſunt *compoſitæ* et *morales*. Inter has ſupra CONCILIA retulimus et CONSISTORIA. Quod vero etiam *concilia* et *conſiſtoria* diſpenſationibus materiam præbere poſſint, facile intelligitur, ſiquidem illa vt *collegia* conſideremus, principi ſubordinata, et ab huius arbitrio cum omni iuriſdictione ſua dependentia. Vtut ergo *conſiſtoria* ordinarie hunc in finem erecta ſint, vt negotia et cauſſæ ſacræ per ipſa iudicentur, adeo tamen imperans ad illa obligatus non eſt, vt huic potius integrum liberumque maneat, ſi forte vnam alteramue cauſſam cognitioni conſiſtorii ſubducere, eamque conſilio aut collegio ſuperiori, vel et æquali, diuerſo tamen, quin etiam vni ſaltem alterue ex conſiſtorii membris committere velit iudicandam. Pariter de CONCILIIS, quæ vel *vniuerſalia* vel *nationalia*, vel PROVINCIALIA eſſe ſolent, quibusque etiam ſynodos ſacras comprehendimus, certum eſt, horum canones et ſanctiones, vti a principis confirmatione omne robur habent, ita et a principe iterum diſſolui, ſaltem vni alterue e) circa illas diſpenſari poſſe, intrepide prorſus affirmamus.

les, quorſum conſiſtoria et concilia ſpectant.

§. IX. Eadem ratio diſpenſandi circa RES et BONA eccleſiæ obtinet, neque enim in *res* et *bona* minor principum, quam in *perſonas ſacras*, poteſtas ſtatuenda eſt. Per RES vero præcipue *templa* et quæ huc pertinent *cœmeteria*, per BONA, *beneficia eccleſiaſtica* indigitamus. Romani olim *templa inter res diuini iuris* et *nullius referebant*, adeo, vt ne quidem areæ, cui templum ſuperſtructum erat, diruto ædificio, in cuiuſquam dominium tranſiret, teſte Papiniano, quem citat imperator *in §. 8.*

II. Circa res et bona eccleſiæ.

Ad res referuntur templa et cœmeteria.

e) Conf. THOMASIVS *in notis ad* LANCELLOTTVM *L. III. tit. I. p. 1261.* et *in prudent.* ZIEGLERI *diſſert. de iure epiſcopali conuocandi ſynodum, quæ exſtat in tractatu de epiſcopis L. III. §. 14. a p. 672. ad p. 716.*

inſtitut. de R. D. Adeo autem dicebantur *nullius*, vt neque in *priuato*, neque in *publico* patrimonio exiſtere poſſent, *l. 17. D. de V. S.* quod eſſent in ſolius DEI patrimonio et iure. Iuriſ ethnici ſuperſtitionem adoptarunt poſtmodum etiam chriſtiani, vid. LANCELLOTTVS *inſtit. iur. can. L. II. tit. XVII. ſeqq.* quo cleri ſcopo? oſtendit THOMASIVS *in diſſert. de natura bonorum ſeculariſat. §. 2. 3.* Rectior itaque ſententia proteſtantium eſt, templa eſſe in patrimonio vniuerſitatis, de cetero autem ſubeſſe poteſtati ciuili, ceu docui in *diſſ. de poteſtate ciuili in templa.* Cum itaque nihil ſit in republica, quod non imperio ſupremo imperantis ſubſit, nec *templa* ab eo eximenda erunt, ſed potius, quia principis eſt, ſacra publica, qua formam, tempus, atque locum, adornare, etiam penes ipſum erit templorum, in quibus ſacra peraguntur, cura. Omnia autem, quæ circa templa occurrunt iura, vel ad *ædificationem* vel ad eorum *dedicationem* redeunt. Regulariter itaque, cum priuatis interdicta ſit templorum ædificatio, ad principis *diſpenſationem* recurrendum eſt. Plures autem in hoc argumento *diſpenſationum* ſpecies ſe obuertunt. Huc refero, quod princeps *diſpenſare* poſſit, (1) circa *oratoria priuata*, permittendo, vt etiam priuati, a templis ordinariis per locorum diſtantiam remoti, ſibi ſacella et oratoria extruant, in quibus ſacra peragantur: (2) circa *templa publica*, concedendo, diuerſæ religionis adfectis, vt non obſtante ordinaria prohibitione, hi templum ſibi ædificare, in eoque religionem ſuam impune exercere poſſint. Pendet hæc aſſertio a præiudiciali quæſtione, qua diſquiritur: *Num fratribus euangelicis liceat exercitium religionis alienæ indulgere in ſuis territoriis?* quam infra diſcutiemus.

Iura circa templa concernunt 1) ædificationem.

reſpectu cuius diſpenſat princeps vel quoad oratoria priuata, vel quoad templa publica.

2) dedicationem eorum.

§. X. Extructionem templorum ex communi ordinatio-

num

rum eccleſiaſticarum præcepto inſequitur *dedicatio*. Ordinarie hæc habetur pro neceſſaria, nec permitti ſolet, vt ſacra in templo peragantur nondum dedicato. Verum vti certum eſt, olim primos chriſtianos a ſtatis ac ſolennibus ceremoniis, quibus in templis conſecrandis vti ſolent, abhorrentes, ædes ſuas ad inſtar ſynagogarum ſolum precibus ad DEVM factis et ſacræ cœnæ vſu dedicaſſe: vid. PICTET *diſſert. ſur les temples chap. 9. p. 135.* ita nec dubium eſt, quod hodiernum etiam ex principis *diſpenſatione* vel ipſa *ſolemnis dedicatio* v. gr. ad parcendos ſumtus, omitti, vel et templum non inauguratum, vſu tamen ſacro religionis exercitio iam deſtinatum, pro ſolenniter dedicato atque iiſdem iuris effectibus ornato haberi poſſit. Poſſent aliæ adhuc quæſtiones, v. gr. *num templa alienari et ad alios vſus applicari queant* huc moueri. De his vero vt et de quæſtione, donaria templorum, ſacra vtenſilia, turres, campanas, etc. concernente, ex hactenus dictis facile erit iudicium efformare.

§. XI. Templorum *pars acceſſoria* COEMETERIA habentur, atque ex hoc fundamento etiam communiter inter res ſpirituales, cognitioni conſiſtoriorum ſubiectas, numerari ſolent. vid. diſſ. noſtra *de iure erigendi cœmeteria*. Illud vero per ſe clarum eſt, quod *Cœmeteria*, ſiquidem pars acceſſoria ſint templorum, principis poteſtati non minus, quam *templa* ipſa ſubſint. Itaque principis erit, diſpenſare, ſi extra cœmeterium priuatum dormitorium ſibi eligere vellet, quod regulariter nemini integrum eſt, niſi impetrata venia. BRVNNEM. *de iure eccl. lib. II. c. 1. §. 12.* ibique STRYK. *in not.* Sic etiam cum ſepultura regulariter in *templis* ſit prohibita, nemo ſepulturam in iis impetrare poterit, niſi ſoluerit *diſpenſationis pretium*. BRVNNEM. *cit. l.* Cum cœmeteriis connexum eſt *ius ſepeliendi*, adeoque etiam ritus et ſolennia

Templorum pars acceſſoria cœmeteria ſunt.

Vbi de iure ſepeliendi,

et de poteſtate circa ſolennia ſepulturæ diſpenſandi.

lennia ſepulturæ. Nolumus vero nunc immiſceri quæſtionibus *de genere* vel *loco* ſepulturæ, de quibus vid. THOMASIVS *diſſert. de iure principis euangelici circa ſolennia ſepult.* §. 7. et ſq. Ad ritus et ſolennia tantum attendemus. In hiſce vero *diſpenſandis*, quantum valeat principis poteſtas, ii ſaltim ignorare poſſunt, qui naturam rituum ignorant. Itaque tuto affirmatur, poſſe vtique principem *diſpenſare*, vt conſueta ſolennia prorſus omittantur. Quodſi enim vidua, vel heredes, qualem caſum THOMASIVS *in d. diſſert.* affert, ſupplicando petant, vt ſine omni ſolennium pompa, ſine ſonitu et cantu, ohne Geſang und Klang, ſine concione funebri, ſine comitatu, aliisque ritibus cadauer mortui ſepeliatur, principi poteſtas non neganda eſt, quin petito annuere, et contra ordinationes eccleſiaſticas ex certis rationibus *diſpenſare* poſſit. Nec *inhoneſta* tamen, aut *infamis* propterea talis ſepultura dicenda foret. Quamquam enim *minus ſolennis* ſit, *inhoneſta* tamen non erit. Contra ſi Principi placeat, vt quibus regulariter *ſolennis* ſepultura permiſſa non eſt, ii eodem modo, quo alii honeſtiorum, ſepeliantur, v. gr. ſi circa hominis religioni publicæ et approbatæ haud addicti cadauer diſpenſet, vt iisdem, quibus orthodoxi, ritibus ac ſolennibus tumulentur, quis iterum principi poteſtatem *diſpenſandi* denegabit?

Per bona eccleſiæ intelliguntur eius beneficia, in primis matura,

§. XII. Sequuntur BONA ECCLESIAE, per quæ *beneficia eccleſiaſtica* indigitari diximus. Quantum circa hæc quoque princeps mutando atque diſpenſando valeat, *ſeculariſatio, translatio, mutatio*, et *alienatio*, tot bonorum eccleſiaſticorum poſt tempora reformationis a ſtatibus euangelicis facta, abunde docuit; non iniuſte autem eiuſmodi ſeculariſationes ſuſceptas fuiſſe, etſi regulariter prohibitas, BRVNNEMAN. *l. II. iur. eccl. cap. 7.* eui-

cerunt

ſerunt RHETIVS, MAVRITIVS, CONRINGIVS, THOMASIVS, aliique, qui occaſione *inſtrum. pacis* vel de *ſecularisatione* vel de *natura bonorum ſecularisatorum* ſcripſerunt. Et *de* BENEFICIIS quidem, quæ *minora* vocant, quæ et initio ſtatim reformationis in manus proteſtantium deuenere, res extra controuerſiam eſt. Altioris naturæ quæſtio videtur de *beneficiis maioribus*, v. gr. Epiſcopatubus, canonicatibus, Abbatiis etc. quæ in territoriis proteſtantium ſita, ſuis tamen iuribus ac priuilegiis, per inſtrumentum pacis ipſis confirmatis, gaudent. Cum enim hæc publica fruantur libertate, cumque iura v. gr. *capitulorum* vi ſanctiſſimæ pacificationis inuiolata manere debeant, non ſine ratione diſquiri ſolet, an, et quatenus in ea ſtatus euangelici ſupremam poteſtatem exercere, conſequenter etiam circa iura et ſtatuta eorum *diſpenſare* poſſint? Sed facilis reſponſio eſt, ſi fundamenti loco ſubſternamus, principibus poteſtantibus hodie omnia omnino iura in eiuſmodi capitula competere, quæ in iisdem olim exercuit papa. Quandoquidem enim in *inſtrum. pacis* omnis papæ et epiſcoporum iurisdictio ſuſpenſa eſt, hanc ipſam ſine dubio hodie principes exercent, non quidem *iure*, vt ſupra oſtendimus, *papali* et *epiſcopali*, ſed *iure maieſtatis* et *ſuperioritatis*, adeoque ſtatibus euangelicis eandem circa ſtatuta capitula diſpenſandi licentiam adſcribimus, quæ olim competebat ipſi pontifici, modo iuſta vbiuis ratio concurrat. Ita ſi *capitula* illum, quem ob deficiens *requiſitum* eligere nequibant, *poſtulent*, tota *poſtulatio* ex principis gratia dependebit, hæcque omne ſuum ab ipſius *diſpenſatione* obtinebit implementum. Ratio eſt, quia quod olim ſibi iuris ſumſit *papa*, illud hodie redit ad *ſtatus*. Nec aliter pronunciandum de aliis diſpenſationum ſpeciebus. Diſpenſabat olim Papa circa

Quid principes proteſtantes hodie circa capitula et perſonas canonicorum poſſint?

Dd dd *natu-*

natalium defectum, ſi quis inter canonicos eligendos exiſteret; diſpenſabat circa diuerſitatem patriæ, diſpenſabat circa *corporis vitia* aliasque *inhabilitates*. Quidni circa eaſdem hodie etiam principes noſtri diſpenſare poſſent? Sed et aliæ adhuc in hac materia ſe offerunt quæſtiones, v. gr. *an cum principum diſpenſatione duæ præbendæ uni conferri poſſint? an una diuidi? an conferri ſub conditione? an matrimonium canonicis concedi?* Porro: *an diſpenſari poſſit, ſi vocandus operam ſtudiis vel plane non dederit, vel non per conſtitutum tempus*, conſuetum videlicet triennium canonicis regulariter præfixum? item an diſpenſari poſſit contra capituli ſtatutum, *quo canonicus noviter admiſſus primo reſidentiæ anno ſingulis noctibus dormire tenetur in templo?* Cum enim papæ diſpenſationes circa hæc omnia hodie ceſſent, jam iterum de principum poteſtatem quæritur, præſertim cum capitula ſola de ſtatutis ſuis diſpenſare nequeant. Sed poſito [illegible] genuino decidendi fundamento, hæc omnia plana [illegible] atque expedita, conf. STRYK ICtus *de iur. pap. princ. euangel. c. ſ.*

III. *Circa negotia eccleſiaſtica h. e. ipſum cultum ritusque et ceremonias.* *Ubi a. de cultu IN GENERE, et in primis de poteſtate diſpenſandi circa ſacra publica.*

§. XIII. Itaque pergimus ad NEGOTIA ECCLESIASTICA h. e. ad ipſum *cultum ritusque* et *ceremonias* in eccleſia receptas. Conſiderari autem cultus poteſt vel in GENERE vel etiam in SPECIE. In GENERE conſideratus vel *internus* vel *externus* eſt. *Internus*, uti nulli hominum imperio ita nec diſpenſationi ſubeſt. *Externus* iterum vel *publicus* vel *priuatus* eſt: de vtroque quæſtio occurrit, quantum iuris circa illum principi competat. Poteſt autem vterque iterum vel in reſpectu ad *eiuſdem* religionis vel etiam in reſpectu ad *diuerſæ religionis* ſocios conſiderari. Quantum ad *eiuſdem* religionis ſocios attinet, ſiquidem ciuitas, ſi pagus aut vicus ſit, in quo ſacra publica vel nondum inſtituta, vel ob numerum auditorum co-

gendo

gendæ ſint, quin tum princeps *diſpenſando* atque *permittendo* ſubuenire poſſit, dubio caret. Quodſi autem de diuerſæ religionis affectis ſermo ſit, v. gr. ſi quæratur, num princeps euangelicus in territorio ſuo poſſit vel *Romano-Catholicis*, vel et ſi Lutheranus fuerit, *reformatis*, ſacra publica indulgere? paullo difficilior et ex rationibus conſcientiæ intricatior quæſtio videtur. Secundum principia, quæ expoſui *in diſſert. de poteſtate ciuili in templa*, merito affirmandum, vtique et in hiſce caſibus tantam principis poteſtatem eſſe, vt poſitis ponendis, quandoque ſalua conſcientia *diſpenſare* poſſit.

§. XIV. Et de REFORMATIS quidem deciſio expedita, nullisque difficultatibus obnoxia eſt. Id vnice dolendum, infauſti *ſchiſmatis* ſemina eo vſque inter proteſtantes, quatenus duas partes faciunt, radices egiſſe, vt nonnulli ſibi inuicem ſacra denegare internamque iſtam ſpiritus communionem, in qua nos verſari vtriuſque partis viri piiſſimi perſpicaciſſimique dudum oſtenderunt, externæ communionis denegatione offuſcare atque conturbare audeant. *Tum reſpectu Reformatorum.*

§. XV. Ad ROMANO-CATHOLICOS autem quod attinet, ante omnia diſpiciendum, verum principi in territorio per pacta cum ſubditis, in primis vero cum *ſtatibus prouincialibus* inita, liberum atque integrum relictum fuerit, quid circa publicum religionis exercitium diſponendum cenſeat, annon vero *lege territorii* fundamentali aut *religione capitulationum* ipſi manus conſtrictæ ſint? *Poſteriori caſu* nolim vt pacti et iuramenti princeps temere obliuiſcatur. Vereor enim ipſius conſcientiæ, ne quod tuto omiſiſſet cum huius læſione perpetret. Deinde conſtans regula eſt. tum demum *diſpenſandum eſſe*, cum vel neceſſitas vel vtilitas reipublicæ id exigat. Verum vti, flo- *Tum reſpectu Romano-Catholicorum.*

rente pace religioſa, nullus neceſſitatis prætextus militat; ita nec vtilitas ex tali diſpenſatione adeo facile ſperanda: e contrario potius damna reipublicæ metuenda, ſi religio ſtabiliatur, quam infelix experientia totius iam non eccleſiæ tantum proteſtantium, ſed et ipſi reipublicæ inſidioſam docuit ac periculoſam. Secus tamen pronunciandum de *priori caſu*. Quodſi enim ſacra publica a libera imperantis diſpoſitione pendeant, certe nec Romano-Catholici ab eius benignitate excludendi erunt. Quin vero quam vellemus! vt principes Romano-Catholici eadem hic nobiſcum principia fouerent, nec potius ſua in noſtros acerbitate noſtris ſimilem in ſuos extorqueret! Sane inter ſumma principis regalia reputandum: *tolerare diſſentientes*. Vti enim vera ipſius et maxime quidem chriſtianæ religionis natura poſtulat, vtne dominium in conſcientias affectemus: ita etiam cauendum eſt principibus, ne forte præcipuum maieſtatis ſuæ axioma, in tolerantia diſſentientium poſitum, ſibi a quoquam eripi patiantur. Atque hinc intrepide aſſerimus, poſſe vtique ſummos imperantes, ſaluis et illæſis eccleſiæ, cui alias adhærent, vel cui modo nuncium miſere, vel denique, cui regendæ quocunque acquiſitionis titulo recens admouentur, iuribus, etiam Romano-Catholicis publica indulgere ſacra. Caute tamen et prudenter vt hic agant neceſſe eſt, ne ſcilicet iure ſuo in præiudicium reipublicæ, vel et in exitium eccleſiæ hactenus dominantis temere vtantur; in primis ſi de principe euangelico, Catholicis exercitium religionis in ditione ſua conceſſuro, ſermo ſit: huic ſuadendum, vt illud non niſi ſub reſtrictione additisque conditionibus concedat, quales v. gr. eſſe poſſent, vt ſolennes proceſſiones, expoſitiones venerabilis ac cetera omnia, ex quibus ſacra euangelicorum turbantur, illisque vllum præiudi-

iudicium affertur, intermittantur. Hæc ſi obſeruet, vtique non habebunt ſubditi, ſtatusque prouinciales, quod conquerantur, cum ipſi neque directe, neque per indirectum hac publicorum ſacrorum introductione in religionis ſuæ exercitio lædantur. Eiuſmodi prudentis diſpenſationis exemplum ſuperiori ſeculo HANNOVERA et ZELLA præbuit; ibi enim Sereniſſimus Elector Brunſuicenſis et Luneburgenſis ERNESTVS AVGVSTVS an. 1692. catholicis, quorum ſacra an. 1624. illic plane exulauerant, poteſtatem dedit templum de nouo extruendi, idque vi *iuris territorialis*, eique cohærentis *iuris reformandi*, ſine vllo tamen præiudicio, inde forte proteſtantibus metuendo, tum, et ſaluo ſummo iure, quod Sereniſſimus Elector in ſacra etiam pontificia in his terris habet, omni quippe epiſcoporum iuriſdictione adhuc ſuſpenſa manente. vid. FABRI Staats-Cantzley *tom. XI II. p. 176.* In primis vero proteſtantes dictis in locis degentes ſecuros reddunt ordinationes hac de re an. 1713. coniunctim editæ ſub tit. Verordnung wegen des Römiſch-Catholiſchen religions-exercitii in der Stadt Hannover, vtpote in quibus religionis exercitium Catholicis conceſſum, ita limitatum fuit, vt proteſtantibus nullo modo fraudi eſſe poſſit.

Item de poteſtate diſpenſandi circa ſacra priuata.

§. XVI. Quodſi autem, vt audiuimus, *publica*, multo magis ergo etiam PRIVATA ſacra per modum *diſpenſandi* a principe indulgeri poſſunt: de quorum ſatis egi in *diſſ. de priuatis legatorum ſacris.* Probe autem ſacra *domeſtica* diſcerni debent a *priuatis.* Domeſtica enim, quæ in piis precibus et meditatione verbi diuini ſine adminiſtratione ſacramentorum conſiſtunt, vti nemini interdicta ſunt, ita nec ad *diſpenſationis* argumentum trahi queunt. At vero ſacra priuata, quæ *exercitio vniuerſali cultus diuini et ſic etiam adminiſtratione ſacramentorum abſoluuntur,*

tur, vt tamen nec publica auctoritate, nec publicis in locis, nec publicis impenſis fiant, queue adeo vel ſingulis patribus familiæ, vel a quibuſdam congregatis adornantur, per ordinatum tamen eccleſiæ miniſtrum expedienda, longe aliam naturam induerunt. De his enim conſtat, ea in locis, in quibus ſacra vigent publica, conſtanter prohibita fuiſſe vid. *nou. 18.* in primis in eccleſia occidentali, de qua conſulantur *capitularia* CAROLI M. *L. I. c. 182.* Neque vero orthodoxorum minus, quam heterodoxorum ſacra priuata inde a multis retro ſeculis oppreſſa fuere. Atque eadem prohibitio poſt reformationem etiam in terris proteſtantium retenta fuit, ita vt integrum ſubditis non ſit, ſacra prohibitu *priuatim* adornare. His autem non obſtantibus, in principum tamen poteſtate ponimus, circa prohibitiones haſce quandoque *diſpenſare*, modo caueatur ab iiſdem, tum ne frequentior talium ſacrorum conceſſio in contemtum publicorum vergat, tum etiam ne forte *conuentus priuati* in *conuenticula* euadant *ſeditioſa*; quandoquidem ex hiſtoriis conſtat, ſæpe ſub inuolucro pietatis perniancioſa ciuium contra rempublicam coniurantium conſilia latuiſſe, priuatosque cœtus, religionis prætextu congregatos, in publica tandem ſcelerum conſortia erupiſſe.

De poteſtate diſpenſandi circa iura diei dominici.

§. XVII. Spectata *cultus ſacri* ratione, peculiarem conſiderationem nunc etiam meretur DIES et TEMPVS, ab eccleſia eidem deſtinatum. Pertinet huc maxime 1) *dies dominicus* 2) *feriæ*, diesque *feſti* in honorem et memoriam ſanctorum conſtituti. Et de *die* quidem *dominico*, in *ſabbathi* iudaici vicem ſubrogato, vexata quæſtio eſt, an et circa huius celebrationem poteſtas imperantium verſetur, ita vt tam circa cultum hoc die alias iniunctum, quam prohibitionem operarum *mutando* aut *diſpenſando* interuenire queant? Pendet autem deciſio huius

que-

quæſtionis a momento illuſtris controuerſiæ de *origine, moralitate* atque *obligatione* diei dominici, inde a tot annis non ſine magnis animorum motibus, in Anglia, Belgio et Germania agitatæ. Integrum hoc argumentum prolixe et data opera examinauit B. IO. SAM. STRYKIVS in celebri *diſſert. de iure ſabbathi*, in qua eorum ſententiæ acceſſit, qui originem diei dominici ex mera obſeruantia eccleſiaſtica deriuant. Quæ ſententia ſi adoptetur, iam facile perſpicitur, quid reſpondendum ſit quærenti: num principi aut imperanti liceat, per modum *diſpenſandi* concedere, vt die dominico meſſis fieri poſſit? *l. 3. C. de fer. c. 3. X. eod. celebrentur nuptiæ, inſtituantur iudicia, inſinuentur citationes, effectui dentur exequutiones*, fiant *exactiones*, etc. Scilicet abſolute loquendo talis permittendi facultas imperanti iuxta hanc hypotheſin adimi non poteſt: *optime* tamen STRYKIVS iudicat, eum, ſi ad eiuſmodi *diſpenſationes* progrediatur, iure ſuo abuſurum, et in primis ſcopo ac naturæ tam laudabilis ſanctique inſtituti, non ſine vulnere conſcientiæ et ſcandalo piorum aduerſaturum eſſe. *v. d. diſſert. c. II. et III.* Mihi certe ita videtur, plura principi licere, quam reipublicæ, vt fiant, expedire. Itaque ſolicite proſpiciendum, vtne in ſcandalum ciuium iura principum exerceantur. Quamquam enim ſententia STRYKIANA ſuis nitatur fundamentis et in ipſa quoque AVG. CONFESS. *art. VII. p. 43. illi LONGE ERRARE dicantur, qui iudicent, diei dominici obſeruationem pro ſabbatho neceſſario inſtitutam eſſe:* inter diſſentientium tamen opiniones tutiſſimum erit, ita ſe gerere chriſtianos, vt quæ neceſſaria ſunt, quaſi ex libertate; quæ libera, quaſi ex neceſſitate agant. Diſſimilis ratio eſt *feriarum* et *feſtorum*, omnium confeſſione a nuda inſtitutione humana dependentium, etiamſi nec in iis *diſpenſa-*

In quibus tamen plura principi licent, quam quæ ſemper reipublicæ expediunt.

penſationi locum demus, niſi iuſta neceſſitate et vtilitate illam exigente.

β. de cultu IN SPECIE, quo pertinet adminiſtratio ſacramentorum.

§. XIIX. Ad cultum IN SPECIE referimus *adminiſtrationem ſacramentorum.* Duo autem ſunt iuxta proteſtantium doctrinam N. Teſt. *ſacramenta*, *BAPTISMVS* et *S. COENA.* Ad vtrumque ſacramentum homines diuina lege adſtringuntur. Neutrum ergo *ſub diſpenſationem* cadit. Quæ enim ipſe DEVS ceu organa et media ſalutis ordinauit, ab eorum receptione per imperantes humanos *diſpenſari* nequit. Intelligendum autem hoc ſolummodo de *ſubſtantia* ſacramenti, qua talis, ſeu de ſacramentis iuxta inſtitutionem Chriſti in ſe conſideratis, non item de *ritibus* et *cerimoniis* in adminiſtratione eorum adhiberi ſolitis. Tales vero in *baptiſmo* v. gr. ſunt EXORCISMVS et *numerus* PATRINORVM. Circa hos enim ritus, vtut legibus eccleſiaſticis plerumque determinatos, principi rurſus *diſpenſandi* facultatem vindicamus. De EXORCISMO conſtat, eum ritum in ſe indifferentem, ideoque in multis euangelicorum eccleſiis, v. gr. in Ducatu Würtembergico, Auguſtæ Vindelicorum, immo in tota Suevia dudum iam abrogatum eſſe. Quidni ergo iis in locis, vbi ritus iſte adhuc aſſeruatur, vel ipſi imperanti vel eius conſiſtorio liceret, circa hanc cerimoniam parentibus infantum, ſæpe conſcientiæ rationes prætexentibus, diſpenſare? Dolendum potius, homines euangelii luce colluſtratos, et ſpiritu libertatis animatos, vbi de *exorciſmi* abrogatione lis orta fuerat, non citius ſapuiſſe, conf. *differt.* DN. BRENNESENII, PRAESIDE B. THOMASIO habita *de iure principis circa adiaphora p. 45.* Eiuſdem commatis eſt *numerus patrinorum.* Eſt ille vtique in ſe indifferens, nec refert, pluresne, an pauciores patrini baptiſando adſiſtant? Communiter tamen lege et ordi-

Diſpenſat princeps circa ſolemnia baptiſmi 1. quoad ritum exorciſmi.

2. quoad numerum patrinorum.

ordinatione eccleſiaſtica proſpici ſolet, vt certus ſaltim numerus eorum admittatur. Eiuſmodi ordinationes ſubinde per enormes, qui circa auctum patrinorum numerum inualuere, abuſus prouocabantur. Ita enim iam tempore CONCILII TRIDENTINI, teſte SARPIO, querelæ ciebantur, quod tantus *patrinorum numerus* adhiberetur. *Proferebatur*, ait SARPIVS, *de concil. Trident. L. VIII. p. 674. nominatim, vti maximus abuſus, impedimentum cognationis in baptiſmo contractæ, quod nonnullis in locis inuitabantur viri ad viginti, aut triginta compatres, totidemque mulieres commatres, quas inter omnes ex conſtitutione eccleſiaſtica ſpiritualis cognatio contrahatur.* Atque hinc etiam in pleriſque ordinationibus eccleſiaſticis medela huic abuſui allata fuit. Sic v. gr. per *conſtitutionem an. 1650.* a FRID. WILHELMO Electore, in Pomerania promulgatam, puniri iubentur, qui *plures*, quam *tres* in baptiſmo *teſtes* adhibent. Vti autem facilis *prohibitio*, ita et facilis *diſpenſatio.*

§. XIX. Similia occurrunt in *ſacramento S. COENAE.* Actus ad eam *præparatorius* eſt CONFESSIO PRIVATA; quæ vt præcedat, antequam ad ſacram ſynaxin quis admittatur, pleriſque ordinationibus eccleſiaſticis ſtatutum eſt. Et circa hanc quidem, tum ob ritus ſemel recepti communem venerationem, tum ob ſuperſtitionem vulgi, tum et ob intereſſe clericorum, ex nummo confeſſionario lucra quærentium, graues nonnunquam controuerſiæ oriri ſolent. Mirandum vero, ritum in tot eccleſiis Lutheranorum v. gr. Argentoratenſi, immo per vniuerſam Sueciam, Daniamque iam protſus abrogatum, tamen cum ſuperſtitione alibi ſeruari, vt ne principum quidem *diſpenſationibus* locum concedere velint, quorum intereſſe per

Actus ad ſacram præparatorius eſt confeſſio priuata.

Imperanti ius eſt circa

Num diſpen-ſandi.

iſtas vulneretur. Rectius tamen iudicabunt, qui, quae ſuis confeſſio priuata inde a primis chriſtianiſmi originibus habuerit, ex DALLAEO *de confeſſione auriculari*, PFAFFIO *de originibus eccleſiaſticis*, vel aliunde didicerunt: nobis certe dubium non eſt, poſſe imperantes circa ritus huius omiſſionem non modo vni alteriue iuſtis ex cauſſis *diſpenſare*, ſed et eundem prorſus ad exemplum eccleſiarum fraternarum abrogare. Conf. STRYK. *in cit. diſſert. de iure ſabbathi c. 4. p. 138.* Longe minorem difficultatem habebit quaeſtio, qua quaeritur, anne *Parochianis*, ex ordinationibus eccleſiaſticis communiter ad certam parochiam propriumque confeſſionarium, quaſi iure bannario, alligatis a principe permitti poſſit, vt alium ſibi confeſſionarium eligant, priori derelicto? Quamquam enim ſecundum placita iuris canonici ius excipiendi confeſſiones ad proprios parochos reſtrictum ſit vid. *c. 2. X. de poenit. et remiſſ.* vbi legitur *omnis vtriusque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti*; ex quo canoniſtae inferunt, confeſſionem alteri factam, quam proprio parocho, nullam eſſe et irritam. PETR. de MVRGA *de benef. eccleſ. qu. 2. §. 2. n. 487.* Quamquam etiam ſimiles conſtitutiones adhuc inter proteſtantes vigeant, vid. *ordinat. Magdeb. eccleſ. c. 5. §. 1.* von der Beicht, vbi dicitur: daß ein ieder von ſeinem ordentlichen Pfarr-Herrn des Kirchſpiels, darinnen er wohnet, beichten und abſolution erhalten ſolle; facile tamen hoc caſu, quo parochus iure ſuo cedere detrectat, impetrari poterit conſenſus *conſiſtorii* ſeu *principis*, qui *ius bannarium* relaxet, conf. *ius parochiale ſect. IV. cap. 1. §. 10. ſqq.*

§. XX.

Impedimentum S. communionis eſt excommunicatio.

§. XX. Impedimentum S. communionis ſeu admiſſionis ad S. coenam eſt EXCOMMVNICATIO, quae diuiditur in *maiorem et minorem.* De vtraque tenendum, quod, cuius eſt infligere, eiuſdem etiam ſit relaxare. Hodie vtraque naturam verae poenae induit. Quantum igitur alias princeps ſibi iuris in poenas in genere ſumit, eas vel mitigando vel commutando, vel et plane remittendo, tantumdem etiam in has ipſas ſibi vindicare poterit. Simile iudicium ferendum de POENITENTIA ECCLESIASTICA, quae olim excommunicationis ſequela fuit, hodie autem ſcortatoribus et adulteris vtplurimum iniungi ſolet, coram facie eccleſiae in templo publice peragenda. Potior actus poenitentialis pars conſiſtit in deprecatione publica, quae quidem reipſa nihil aliud eſt, quam pars *poenae ciuilis* ad conſuetum poenarum finem delinquentibus inflictae. vid. TITIVS *inſt. iur. publ. L. IX. c. 16.* Exinde autem per ſe fluit, illam iterum arbitrio principum ſubeſſe. Quin vero vti ſolus imperans ritus deprecationis publicae definit, ita etiam penes ipſum erit, illam in mulctam pecuniariam conuertere, aut etiam prorſus remittere, v. ZIEGLER. *Superintend. c. 19. §. 5. 6. ſeqq.* et BRVNNEMANN. *iur. eccleſ. L. II. c. 19. §. 25. 26.* vbi diſſentientes quoque adducuntur. Ceterum vt hic principi facilitatem *diſpenſandi* ſuadeamus, quam in exercitio huius partis proſopolepſiam abominari, iuxta illud:

Dat veniam coruis, vexat cenſura columbas.

De poenitentia eccleſiaſtica, et an illa poſſit in mulctam pecuniariam etiam conuerti?

§. XXI. Quod attinet ad S. COENAM forſan et hic quoque nonnulla *licitarum diſpenſationum* exempla oſtendi poſſent v. gr. cum de pane orbiculari quaeritur an princeps diſpenſare poſſit, vt in caſu, quo communicantes ſcrupulo conſcientiae anguntur, alius conſuetus panis iſti ſubſtituatur? item an

De iure diſpenſandi circa panes orbiculares etc.

an permittere idem poſſit, vt S. Synaxis non in templo, cui ordinario eius fruitio adſtricta eſt, ſed et citra aegritudinis caſum, in priuatis quoque aedibus, nec poſt concionem tantum, aut ſacra publica, ſed etiam poſt alia pietatis exercitia priuatim inſtituenda, diſtribuatur? Sed ſcrutinium haec delicata ſunt, et forte illorum auribus, quibus falcem in alienam meſſem immittere videbimur, odioſa. Itaque manum de tabula.

Tranſitur ad res matrimoniales, et de reliquiis ſacramenti in illis apud proteſtantes.

§. XXII. Ad res eccleſiaſticas pontificii etiam RES MATRIMONIALES referunt, ipſo quippe matrimonio in ſacramentorum numero ab iis collocato. Alia quidem atque ſanior proteſtantium doctrina eſt: quanquam ſi praxin eorum reſpiciamus, non adeo procul a pontificiis abeſſe, ſaltem aliter docere, aliter agere videntur. Quanquam enim ſacramenti dogma ex matrimonio exulare iubeant, aliquas tamen faeces et reliquias nondum omnes expurgarunt, vti id egregie demonſtrauit B. IO. SAM. STRYK. *in diſſert. de reliquiis ſacramenti in matrimonial.* Et forte haec genuina ratio eſt, cur cauſſae matrimoniales hodiernum inter *ſpirituales et eccleſiaſticas* referantur, ita, vt tractatio earum ad conſiſtoria ablegetur. f) Quo enim alio praetextu inter res ſacras et ſpirituales referri queant, non perſpicio, ſiquidem, vt *ſupra* §. 11. oſtenſum eſt, tota matrimoniorum cauſſa in ſe res mere ciuilis atque ſecularis eſt. Magis

vero

f) Non eo tamen animo haec efferimus, quaſi obſeruantiam hodiernam improbaremus. Poſito eas ſtatuimus, cauſſas matrimoniales iudiciis eccleſiaſticis non male committi, ſed alio ex fundamento, ſcilicet ex delegatione principis, cui liberum eſt, ad quodnam iudicium illas referri velit. Iam vero aliud eſt, conſiſtoriis cauſſarum matrimonialium cognitionem prorſus abnegare, aliud, eaſdem abnegare ſibi ex ſpurio fundamento. Quod enim principes alias theologis ſubiiciant, non prorſus decet conſilio prudentia, cet. oſtendit celeberrimus dominus [illegible] *de caut. eccleſ. p. 220. et p. 227.*

cum doctrina ſua pontificiorum praxis cohaeret. Horum enim a multis inde ſeculis hoc ſacrum ſtrategema fuit, vt, ſacramenti notione matrimonio impoſita, cauſſas matrimoniales omnes ad forum eccleſiaſticum transferrent, eaque a ſolis clericis, excluſo penitus laicorum grege, iudicari paterentur. v. ... *loc. cit. cap. 2. p. 30. ſeqq.*

§. XXIII. Nulla autem vſpiam amplior diſpenſationum ſeges patuit, quam in rebus matrimonii. Et fatendum ſane, integrum hoc volumen conſcribi poſſe, ſi vel vnice ſuas diſpenſationum in cauſſis matrimonialibus occurrentium recenſere, et de ſingulis earum ſpeciebus dignam inſtituere tractationem cuperemus. Nobis vero breuitatis ſtudioſis et eo breuioribus in hoc argumento eſſe licebit, quo plures iam in iſto euoluendo vires ingenii exercuere. Vt enim de pontificiis, qui integris vaſtiſque voluminibus ſuam de ſacramento matrimonii doctrinam expoſuere, nil dicamus, quis neſcit, quot etiam noſtratium opellam ſuam huc contulerint? adeo, vt quiqui fere de *diſpenſationibus* ſcripſere, praeter diſpenſationes matrimoniales, prolixe etiam magno eruditionis apparatu diſcuſſas, nil ſibi tractandum ſumſerint, quos vide apud LIPENIVM *in Bibliotheca iurid. p. 355.*

Res matrimoniales feraciſſima diſpenſationum materia.

§. XXIV. Occurrunt autem in conſideratione rerum matrimonialium I. SPONSALIA. II. NVPTIAE ſeu MATRIMONIVM ipſum. Quae circa ſponſalia praecipere imperatores ſolent, fere huc redeunt. 1) ne fiant clandeſtina. 2) ne inuitis parentibus contrahantur. 3) ne, ſi vidua aut viduus illa celebrare velit, ante tempus finiti luctus ineantur. 4) ne mutuo diſſenſu pro lubitu et propria auctoritate iterum diſſoluantur. Et haec quidem praecepta eo ſaepe robore induuntur, vt quae in fraudem iſtorum praefracte ineantur ſponſalia, ipſo iure nulla

De diſpenſatione 1) circa ſponſalia.

atque irrita habeantur. Nec iniuste. In principis enim poteſtate eſt omnibus negotiis externis et cum ciuitate connexis formam, ordinem, ac limites praefigere. Vanae autem principum vires eſſent, niſi et facta, in malitioſam legum defraudationem ſuſcepta, iterum annullare atque irrita efficere poſſent. Interim quot hic praecepta, tot iterum noua diſpenſationum argumenta. Itaque diſpenſat princeps I. *cohibendo effectum legis, quo irrita fuiſſent ſponſalia clam contracta.* Licet enim decori huiusque ordinis ratio exigat, vt ſponſalia non clam, ſed publice praeſentibus honeſtis teſtibus, peragantur, ideoque leges clandeſtina prohibentes non iuſtae tantum, ſed et ſuo modo neceſſariae dici poſſint; poterit tamen princeps a rigore ſuo aliquid remittere, et vel ob fauorem matrimonii ſubſecuturi, vel ob alias rationes, ne ſponſalia corruant, diſpenſare. II. *Conſenſum a parentibus iniuſte denegatum ſupplendo.* Variae ſententiae doctores in quaeſtione, an conſenſu parentum ad liberorum deſponſationes etiam diuino iure requiratur? Quicquid vero huius ſit, tenentur vtrique parentes diſſenſus ſui cauſſas exponere, quas ſi princeps non ſatis aequas ac ſufficientes deprehendit, poterit omnino, ceu communis patriae pater, ſuo ipſe conſenſu interuenire, et quod ex parte parentum naturalium deficit, ſupplere. N. BRVNNEMANNVS I. E. L. II. c. 6. n. 5. III. *Tempus praeſcriptum luctus abbreuiando.* Ne coniuges viduati mox rurſus ad noua ſponſalia prouocent, honeſtas exigit. In primis vero in mulieribus viduatis neceſſe eſt, vt ob incertitudinem prolis, quam forte adhuc ex priori marito conceperit, intra praeſtitutum anni ſpatium ſe contineant. Poterunt tamen rationes et cauſſae interuenire v. gr. diutina defuncti ab vxore abſentia, item longior morbi vehementia, ob quas, [illegible]

 uidi-

uidicetur ſuſpicione etiam rigor legis ceſſare, et circa [illegible] minum licite diſpenſari queat. IV. *Sponſaliorum ex mutuo diſſenſu diſſolutionem ratam habendo.* Scilicet inter alias ordinationes matrimoniales etiam hæc reperitur, ne ſemel deſponſatis integrum amplius ſit, a fide data, etiam mutuo ac libero diſſenſu, reſilire. Et ſi fatendum, quod res eſt, vera huius prohibitionis origo, prout in iure canonico, nec non in ordinationibus eccleſiaſticis occurrit, ex erronea et confuſa ſponſaliorum doctrina fluxit, maxime ex praue intellecta diſtinctione ſponſaliorum de *præſenti* et de *futuro*, de cuius *incongrua praxi in terris proteſtantium* ſpeciali diſſertatione egi. Ex illa enim ſponſalia in primis *pura* h. e. verbis de præſenti concepta (ita enim doctores plurimi hanc diſtinctionem conſueuerunt applicare) inſtar matrimonii iam *intueri*, adeoque indiſſolubilia habentur. Quamquam vero hæc doctrina erronea ſit: vbi tamen in *ordinationibus eccleſiaſticis* tranſactiones iſtæ prohibentur, hæ tamen ſemper ſalua principis diſpenſandi facultate, intelliguntur.

§. XXV. Poſt ſponſalia MATRIMONIVM IPSVM conſiderandum venit, idque vel vt *contrahendum*, vel vt iam *contractum*. Dicemus primo *de ritibus* eccleſiaſticis, quibus matrimonia apud nos inaugurantur. Secundo de *impedimentis*, quæ ex legum diſpoſitione matrimoniis obſtant *contrahendis*. Rituum, quibus matrimonia inter proteſtantes inaugurantur, quiſque principum decretis atque ordinationibus determinantur, potiores ſunt. 1) *publica deſponſatorum proclamatio* 2) *benedictio ſacerdotalis.* Quoniam autem iſti ritus ac ſolennitates, quantæ quantæ ſunt, a principum diſpoſitione pendent: hi etiam in illis diſpenſare poſſint I. *trinam proclamationem vel ad vnam, vel ad*

a) circa nuptias

Circa huius ſolennia non diſpenſare poſſe princeps

α, quo proclamationem publicam.

binam

binum reſtringendo, vel etiam plenarium eius neglectum permittendo. Licet enim honeſtatis non modo ſed et iuſtitiae ratio requirat, vt ſponſalia publice nota reddantur, ne vagabundi, aut aliunde impediti, temere et in fraudem iuris, tertio quaeſiti, copulentur: ſaepe tamen rationes ac motiua ſuppetunt, quae omnem diſpenſandi difficultatem tollunt. STRYK. *in notis ad* BRVNNEMANNI *I. E. lib. II. c. XVI.* §. 6. II. *Benedictionis ſacerdotalis omiſſionem concedendo.* Dura haec videri aſſertio poſſet iis, quos opinio de ſingulari benedictionis huius ſanctitate praeoccupauit. Aliter tamen ſentient, quibus penitior huius ſolemnitatis natura perſpecta eſt. Non iam de origine et fatis illius agendi locus eſt; quae expendi in diſſ. *de iure princ. Euangel. circa ſolemnia matrim.* et quae illuſtrauit, excell. DN. BAHMY, Profeſſ. Regiomont. *in diſſert. de matrimonio legitimo abſque benedict. ſacerdot.* Summa dicendorum huc redit, quod ἱερολογία, fatente HILDEBRANDO, celebri theologo, *de nupt. vet. Chriſt.* neque *de iure diuino poſit.* neque *de iure gent.* neque *de iure ciu.* matrimonio eſſentialis, ſed tantum ritus ac ſolemnitas ſit, libero *imperantium* arbitrio ſubiecta, veteribus *chriſtianis* ſub hac forma g) diu *ignorata*, ſuppoſititius ſaltem EVARISTI, CALLI-

β. *qua benedictionem ſacerdotalem.*

STI

g) Dico *ſub hac forma* diu ignoratam. Nam enim hunc ritum peruetuſtum eſſe, a Iudaeis forte ad chriſtianos deriuatum. Quod autem *ſub hac forma* benedictio publica fuerit, qua hodie a ſolis miniſtris eccleſiae praeſtatur, probari nequit. Potius contrarium aſſerit SELDENVS *l. II. de vxore Hebraica c. 28 ſub initio*, inquiens, *chriſtianiſmo, quamquam Iudaei imitarentur, ſacros miniſtros, vt nuptiis neceſſarios, non adhibuiſſe, certum eſt.* Nec [illegible]. De benedictione etiam, quam TERTVLLIANVS *de* [illegible] *c. 5. p. 65 ſummam inter chriſtianos diſciplinā atque conuerſationis ſacramentique* vocat, notum eſt, eam in primitiua eccleſia vſitatiſſimam fuiſſe, nec tam a ſacerdote, quam ab populo peragendam, vt inde coniecturam ceperim *cit. diſſ.* §. X benedictionem hanc olim [illegible] fuiſſe communem fuiſſe.

STI, FABIANI, paparum, decretis a GRATIANO colorata, per LEONEM imp. demum ſub finem ſecul. IX. expreſſa lege introducta, adeoque etiam mutationi ac diſpenſationi principum haud quaquam eximenda. Magna tamen hic iterum cautela opus eſt. Sicuti enim principes in quibuſcunque legibus et inſtitutis antiquis immutandis caute procedere, et ex regulis prudentiæ optime iudicare debent, an conſultum ſit, abrogando aut diſpenſando aliquid immutare? Ita etiam circa diſpenſationem huius ritus, qui tam altas haćtenus radices egit, qui et merito, tum ob vetuſtatem, tum etiam ob laudabilem ſcopum ſacræ venerationis veſtigia impreſſit, regulæ *conſilii* et *iuris* ſollicite diſtingui debent. Nolimus igitur, vt in locis, quibus laudabili inſtituto, publicaque lege hæc ſolennitas adhuc recepta eſt, cuiquam præter *neceſſitatem* diſpenſetur, adeo, vt ſub hac cautela etiam ipſos *principes* in propriis matrimoniorum cauſſis comprehenſos ac incluſos velimus, idque eo magis, quo *grauiores* adſint *rationes*, quibus illi, vtne publicæ huic ſolennitati ſe ſubducant, induci debent.

§. XXVI. Impedimenta, quæ matrimoniis *contrahendis* obſtant, ex variis fontibus ac reſpećtibus oriuntur. Vel enim principes, ad quos ſolos pertinet, impedimenta matrimonii dirimentia h) conſtituere, alia conſtituunt intuitu *ætatis*, vel intuitu *decori*, vel intuitu *religionis*, vel denique intuitu *propinquitatis*. Quot vero impedimenta, tot noua diſpenſationum exempla. Namque diſpenſat princeps I. *defećtum legitime* *Circa matrimonia contrahenda varia occurrunt diſpenſationum argumenta.*

h) Contraria his eſt pontificiorum doćtrina inter impedimenta matrimonii impedientia et dirimentia diſtinguentium, atque ſtatuentium, principis ſecularis nullam plane in iſtis conſtituendis poteſtatem eſſe v. PONCE cit. opere L. VI. et VII. Verum egregie illi ſatisfecit ac reſpondit LAVNOIVS cit. cit. per integrum librum primum.

mae ætatis condonanda. Scilicet lege proſpectum eſt, ne nimis præcoces ciuium coniunctiones fiant. Infra legitimam ætatem tamen matrimonium diſpenſationem admittit, quamuis in hoc ineundo non tam ad annos, quam ad potentiam generandi et ad prudentiam regendi et alendi familiam, reſpiciendum videatur. II. *Matrimonia, boni ordinis ac decoris conſeruandi ergo alias prohibita, permittendo.* Huc refero matrimonia ad *morganaticam*, ſeu *ex lege Salica* ineunda v. LINCK. *de matrim. ex leg. Sal. contract.* Hæc enim inter nobiles ſine principis diſpenſatione iniri non poſſe oſtendit B. STRVK. *de diſſenſ. ſponſal. ſect. V.* §. *72.* Pertinent huc omnia alia matrimonia ex rationibus ſtatus, ſeu publicæ vtilitatis, interdicta, qualia deſcribit LAVNOIVS *d. tract. P. I. cap. 9. et 11. p. 49.* III. *diuerſæ religionis ſocios in eundem torum admittendo.* Dudum inter pontificios inualuit, vt coniugia cum hæreticis vetarentur. Talia non ſolum iure eccleſiaſtico, ſed et lege naturali inepta prorſus ratione illicita vocat PONCE *de ſacram. matrim. in appendice,* vbi de matrimonio hæretici cum catholico prolixe. Eam ob rem multis adhuc in locis, præſertim extra Germaniam, pontificis diſpenſatio requiritur. Interim, quantum ad diſpenſandi facultatem, hæc nullam prorſus difficultatem habent.

De diſpenſatione in gradibus cognationum ac affinitatum.

§. XXVII. Diſpenſat princeps IV. *vincula cognationum ac affinitatum relaxando.* Eſt autem cognatio duplex, vel *ciuilis* et impropriе, vel *naturalis* et proprie ſic dicta. Ciuilis, quæ et mere *legalis* dicitur, ex *adoptione* oritur. Quamquam vero hæc in quamplurimis locis hodie non admodum attendatur;

in cognatione ciuili ſeu legali.

v. STRVK ad BRVNNEM. *I. E. L. II. c. 16. p. 613.* in nonnullis tamen ſtatutis matrimonia adoptiuorum adhuc grauiter prohibita leguntur. Ita in ducatu Wirtemberg. *per ordin. matrim. c. 3.*

ſerio

ſario interdictum legitur: **keiner ſoll kein adoptirt und an Kindes ſtatt angenommen Kind ihme ſelbſt, oder ſeinem Sohn, oder Tochter, anders denn die Rechte zulaſſen, bey ſchwerer Ungnade und Straffe verehlichen.** His vero non obſtantibus, integram tamen his caſibus principi diſpenſandi facultatem remanere, quiuis nulla opera cognoſcit. Ad cognationes *improprie* dictas ex iure canonico etiam referri ſolet *ſpiritualis* atque *pœnitentialis*, quæ vero in foris proteſtantium hodie plane non attenduntur.

§. XXVIII. NATVRALIS ac proprie ſic dicta *cognatio* per vinculum ſanguinis contrahitur, ita ſcilicet, vt fundamentum ſuum omne in ſtipite communi, ſed non nimis remoto, quærat. *Affinitas* autem naſcitur ex coniunctione diuerſarum cognationum per nuptias. Vtrumque et *cognationis* et *affinitatis* vinculum magnum matrimoniis obicem ponit. Probe autem diſtinguendæ ſunt prohibitiones, quæ ſunt ex *iure diuino* ab iis, quæ demum acceſſere per *ius humanum*. Et vt de his prius dicamus, conſtat, variare mores, et pro diuerſitate locorum diuerſas etiam apparere prohibitiones, aliis latiorem, aliis anguſtiorem ſepem prohibitionibus diuinis circumponentibus v. HOPPIVS *comment. ad I. h. t.* Quicquid autem ſit de prohibitione graduum, ſiue protenſior illa, ſiue reſtrictior exiſtat, certe, cum de iure humano, et de gradibus ſola lege ciuili vetitis, ſermo eſt, quilibet eos omnes diſpenſationi ciuili ſubiacere facile perſpicit. Generalis ergo regula, quantum ad impedimenta *propinquitatis*, hæc eſt: *Omnes gradus iure humano vetitos etiam poteſtate humana eſſe diſpenſabiles*, modo caueant imperantes, ne ſolis diuitibus ob auri copiam fiat iuſtum, quod in pauperculis taxatur ceu iniuſtum.

In naturali.

regula generalis de gradibus I. ciu. prohibitis.

Omnis difficultas redit ad gradus iure diuino Leuit. 18. et 20. interdictos.

Vbi quæritur 1) an lex Moſaica etiam hodienum obliget?

§. XXIX. Omnis itaque in hoc argumento difficultas pertinet ad gradus *iure diuino Leuit. XVIII. et XX.* interdictos; num et illi ſub diſpenſationem cadant? Totius controuerſiæ momentum ad duas quæſtiones redit: 1) *An et Chriſtiani hodie lege iſta Moſaica teneantur?* 2) ſiquidem iſta teneantur, *num eius prohibitiones ſaltem de perſonis ibi expreſſis, an vero etiam de ſimilibus gradibus ſint capiendæ?* Ad primam quidem reſponderi ſolet *affirmando.* Et recte. quamquam enim hæc lex Moſaica non ſit lex *naturalis*, id quod ἐξαγώνιον, nec fuerit etiam *poſitiua vniuerſalis*, totum genus reſpiciens humanum, ſed ſolis Iudæis lata, ceu exinde patet, quod illi nec ante Moſem Patriarchæ in connubiis ſuis ſe conformarint, neque etiam poſt Moſem ipſi *proſelyti iuſtitiæ*, quos vocabant, inter Iudæos ad iſtam adſtringerentur, docente SELDENO *de iur. nat. et gent. iuxta diſcipl. Hebr. L. V. c. 18.* ex aliis tamen fundamentis hæc lex non ad Iudæos modo, ſed et hodie ad nos Chriſtianos pertinere videtur. Et primo quidem exploratum eſt, Deum nolle, vt homines libidinibus ſe inquinent multo magis ergo nolle, vt Chriſtiani, quibus DEVS perfectionem morum, conſequenter etiam caſtitatis, pro meta poſuit, in iſtis exercendis plus licentiæ nanciſcantur, quam olim habuerant Iudæi. Deinde omnes iſtæ leges, quarum non peculiaris vel cum *politia Iudaica*, vel cum *cultu Leuitico* connexio erat, quæque adeo ad omnes æque reſpublicas applicari poſſunt, merito in tanta apud nos veneratione eſſe debent, vt cum a ſapientiſſimo legiſlatore profectæ fuerint, iiſdem etiam nos obligatos eſſe cenſeamus. Porro, cum certum ſit, magnum diſcrimen eſſe inter leges *pure rituales*, et leges, quæ ad *mores et agenda* ſpectant, noſtræ autem *poſterioris generis* ſint: vtique eo magis credendum eſt, eas adhuc

huc

hac dum obligare, quo manifeſtius, Chriſtum non veniſſe, vt eiuſmodi leges, quae nec ex figura reipublicae Iudaicae, nec ex cultu leuitico deſcendunt, ſed vnice ad mores et agenda h. e. ad ſanctiſſimum virtutis exercitium ſpectant, aboleret. Atque hinc eſt, quod primi ſtatim chriſtiani ſecundum leges iſtas vitam inſtituerent, praeſertim cum perſuaſio, eaque non vana, illos occupaſſet, chriſtianiſmum non eſſe nouam religionem, ſed potius *Iudaiſmum reformatum*, ſicuti etiam ab initio chriſtiani nomine *Iudaeorum* veniebant. Ex quibus facile concludi poteſt, chriſtianos hodiernum a vinculo harum legum matrimonialium non ſolutos eſſe, et conſequenter diſpenſationem in gradibus *Leuit. XVIII.* expreſſis non admitti.

(2) *An Leuit. XVIII. perſonae tantum, an etiam gradus ſimiles ſint interdicti?*

§. XXX. Alia concludendi ratio circa *quaeſtionem* obtinet *ſecundam*. In varia autem hic abeunt doctores, et tantus eorum deprehenditur diſſenſus, vt ſi de caſu ſpeciali controuertatur, reſponſa ſubinde reſponſis, conſilia conſiliis, praeiudicia praeiudiciis opponi poſſint. Scilicet ſi DEDEKENNVM, ſi conſilia VITEBERGENSIA, ſi BERGERVM *in ſupplementis ad electa proceſſus matrimon.*, ſi BEIERVM *in diſſertatione de diſpenſatione circa matrimonium intra gradus conſanguinitatis et affinitatis prohibitos*, ſi STRYKIVM *in notis* ad BRVNNEMANNVM, ſi alios euoluamus, aduertemus, vnum theologum ſubinde ab altero, vnum ICtum ab altero, vnam Facultatem ab altera, adeoque vnam etiam ſententiam ab altera diſſidere. Duae autem quaeſtiones hic probe diſcerni debent. Vna matrimonium *iam contractum*, altera *contrahendum* ſpectat. Quaeritur enim (1.) *an ab imperante in eiuſmodi gradibus diſpenſari poſſit, vt matrimonium contrahatur?* (2.) *an matrimonium iam contractum ut vtraque copula*

pula conſummatum ita tolerari queat, vt non ſit reſcindendum? de *poſteriori* quæſtione deinceps; de *priori* adhuc pauca.

Exempla diſpenſationum, contra eiuſmodi gradus.

§. XXXI. Plurimorum ſententia eo tendit, vt circa matrimonium *contrahendum* in eiuſmodi gradibus diſpenſari poſſe negent. Nec forte diffitendum, ſæpe tutius tales diſpenſationes a principibus denegari, quam concedi. Interim non deſunt viri præſtantiſſimi, quibus contrarium arridet, non quod directo contra caſus, lege diuina expreſſe prohibitos, diſpenſari queat, ſed quod in *caſu dubio* nuptiæ concedi poſſint, præſertim ſi rationabiles cauſſæ adſint, quas ipſi vel ex vtilitate et neceſſitate, vel ex conuenientia et honeſtate, vel etiam ex perſonarum dignitate æſtimare ſolent. Conſilia et reſponſa huc pertinentia congeſſit B. STRYKIVS in notis ad BRVNNEMANNVM. Dabimus illa breuiſſimis excerpta. Ita ex. gr. diſpenſatum legimus. (1.) Cum *defunctæ vxoris ſororis nepte* per reſponſum Facultatis Viadrinæ de a. 1680. (2.) Cum *aui fratris vxore* per ſententiam tribunalis Wiſmarienſis apud MEVIVM *part. VIII. deciſ. 399.* (3.) Cum *filia ſororis conſanguineæ* per reſponſum Facultatis Helmſtadienſis de a. 1681. poſtea a ICtis Chilonienſibus et Rintelenſibus approbatum. (4.) Cum *vitrici vidua* per reſponſum Facult. Viadrinæ de a. 1673. (5.) Cum *vxoris ſororis filia* per reſponſum Facult. eiuſdem de a. 1675. quem caſum etiam tanquam diſpenſabilem prolixiſſimo conſilio deduxit Facult. Theol. Regiomont. (6.) Denique diſpenſatum legimus in *matrimonio comprivignorum*, non obſtante fratre communi. Iam vero totidem conſilia in contrarium quoque afferri poſſent. Sed remittimus lectorem ad auctores modo allegatos.

Rationes eorum, qui pro-

§. XXXII. Rationes eorum, qui licentiam diſpenſandi in hiſce caſibus propugnant, non contemnendæ eſſe videntur. Potiores

ctiores illarum collegii et neruoſe iam propoſui *in poſitionibus de gradibus matrimonial.* libello de ACTIONIBVS ſubiunctis. Nimirum prohibitiones graduum tamquam indiſpenſabiles vltra perſonas a DEO ipſo expreſſas non producendae ſunt, 1.) *quia prohibitio graduum noua plane lex apud Iudaeos fuit et quidem poſitiua, cum ante hanc legem libertas nullo modo reſtricta eſſet. Quatenus ergo expreſſe reſtricta non eſt, eatenus merito pro ea praeſumendum.* 2.) *Cogitandum quoque eſt, hanc legem nouam Iudaeis latam eſſe, populo ſatis duro et pertinaci, cui omnia clare erant praeſcribenda, quod etiam MOSES in aliis poſitiuis iuribus euidenter fecit. Quod ſi itaque intentio DEI fuiſſet, non perſonas, ſed gradus reſpicere, ſine dubio clarius expreſſiſſet. Accedit hiſce* 3.) *Magiſtrorum Hebraeorum ſententia. Et licet hi in aliis capitibus legem valde deprauauerint, tamen numquam in* N. T. *legimus, eos propterea a Chriſto fuiſſe reprehenſos. Fluunt quoque* 4.) *ex contraria ſententia multae difficultates.* Nam Leuit. XVIII, 18. *prohibitum eſt matrimonium ſecundum quid cum vxoris ſorore, ſed in* verſ. 16. *abſolute prohibetur cum mariti fratre, in eodem gradu exiſtente. Accedit* 5.) *noua repetitio harum prohibitionum* Leuit. XX. *vbi tamen eaedem perſonae tantum enumerantur, quod indicium praebet, ad has prohibitionem eſſe reſtrictam.*

hibitiones Leuiticas de perſonis tantum, non de gradibus intellectas volunt

§. XXXIII. Addi poſſet rationibus adductis α. quod diſparatio ſit graduum a DEO *expreſſorum* et *non expreſſorum.* Ita v. gr. non ſequitur: Quia matrimonium *Leuit. XVIII* cum *patrui vidua* prohibitum eſt: E. etiam cum *vxoris defunctae ſororis filia.* Licet enim eadem graduum a communi ſtipite *diſtantia* ſit, non eadem tamen *prohibendi ratio*, ſiquidem patrui viduam *vt matrem* venerari decet, qui vero reſpectus in matrimonio cum vxoris ſororis ceſſat. Ibi enim deſineret veneratio, ſi patrui vidua

His adiiciuntur alia.

dus dominio maritali ſubiiceretur. Hic tamen quæ materteræ marito debebatur, non deſinit veneratio, ſed per nouum vinculum potius firmatur. Atqui dices: ſi matris reſpectus obſtat, quo minus cum patrui vidua iungaris, E. et in altero caſu patris reſpectus obſtare debet, quo minus cum materteræ viduo copuleris. Verum non idem hic reſpectus *patris*, quod ibi *matris*, operatur: nulla enim hic reuerentiæ, nulla officiorum confuſio. A *patre* autem *naturali* ad *materteræ maritum*, licet *patris* quoque vices repræſentantem, non valet conſequentia. Quod enim patri naturali cum filia naturali coniugia interdicta ſint, id *ex pudoris et ſanguinis* ratione eſt, quæ ipſa in caſu præſenti ceſſat. Pariter non eadem prohibendi ratio in matrimonio cum *amita* vel *matertera*, et matrimonio cum *filia fratris aut ſororis* militat. Ibi enim iterum amitæ et materteræ reuerentia debetur; hic vero ſemel debita reuerentia erga patruum et auunculum non tollitur, ſed continuatur. Difficilior forte caſus eſt, cum de vxoris defunctæ ſorore quæſtio agitatur. Tali enim matrimonio obſtat expreſſa prohibitio de ducenda fratris vidua. Neque vero priori via res expediri poteſt, ſiquidem eadem ratio vnius viri ad duas ſorores, quæ vnius ſororis ad duos fratres eſſe videtur. Sed alia ratio ſuppetit, vnde decidendi diuerſitas eluceſcit. Scilicet β. ideo matrimonium cum fratris vidua interdictum erat, quia inter Iudæos ab vnoquoque fratrum *peculiaris domus* ædificanda erat. Iam vero confuſio *genealogiarum* ex *domuum* facta eſſet, ſi integrum fuiſſet viro, fratris viduam, quæ ſobolem fratri iam pepererat, et ex qua domus iſti iam ædificata erat, in vxorem ducere. Hæc ipſa ratio autem in *altero caſu* non reperitur. Neque enim turbantur *genealogiæ*, nec *domibus ædificandis* quicquam decedit, ſi idem ſumat duas ſoro-

ſorores ducat, cum quidem *fœminarum* non eadem ratio habita fuerit in conſeruandæ et plantandæ familiæ, quæ *marium*; id quod ex *Leuiratu* vlterius confirmari poteſt, ceu nouo argumento, quod fratris vidua ideo duci non potuerit, quia in caſu ſobolis iam ſuſceptæ nefas fuerat, *domum* et familiam fratris iam *ædificatam*, eiuſdem ſanguinis mixtura turbare, quemadmodum e contrario, ſobole non exiſtente, frater peculiari lege *Deut. XXV.* ad ædificandam fratris domum obſtringebatur. Ex dictis autem eluceſcit, quid iam ponderis inſit primariæ diſſentientium rationi, quando ex regulis hermeneuticis ingeminant, quod *vbi eadem legum ratio, ibi eadem etiam ſit legum diſpoſitio*, prohibitiones Leuiticas ex *pari prohibitionis ratione* ad pares quoque gradus protendendas eſſe, hinc concludentes: cum eandem prohibitionis rationem ineſſe, recte negetur.

§. XXXIV. Tranſimus ad matrimonium *contractum*. Duæ autem quæſtiones hic conglomerantur, quarum quidem alteram iam *ſupra* §. *XXV.* alteram mox antea §. *XXX.* attigimus. Nimirum noua hic diſpenſationis ſpecies emergit, cum de matrimoniis iam *contractis*, ſed eo ipſo, quod contra legem inita fuere, *vt irritis vanis atque nullis* diſceptatur: anne illis quoque principis gratia ſubuenire et circa pœnam *nullitatis*, in quam incurrerunt, diſpenſare poſſit? Facilis huius controuerſiæ ſolutio eſt, modo *leges* diſtinguamus, ex quibus *nullitas* matrimoniis inflicta. Prout enim iſtæ vel *diuinæ*, vel *humanæ* ſunt; ita diſpenſatio vel indulgeri, vel negari debet. Quantum vero ad leges *humanas* attinet, ſupponimus ante omnia, tantam eſſe legis ciuilis vim, tantum valorem atque efficaciam, vt pœnam nullitatis in omnibus matrimoniis, contra ipſius tenorem atque diſpoſitionem initis, producant. Vt exemplis res clarior euadat,

De diſpenſ. circa matrimonium contractum.

Circa nullitates matrimonii.

det, afferemus ex pluribus nonnulla: Ita matrimonium, etiamſi ſit contractum et copula carnali conſummatum, in ſe nullum atque irritum eſt, (1) ſi ſit clandeſtinum i. e. inuitis parentibus; (2) ſine diſpenſatione in gradibus per ius commune aut prouinciale prohibitis; (3) ſine principis conſenſu inter nobiles mediatos ad morganaticam, ſi denique (4) inter perſonas ſit contractum, quibus princeps vel in poenam vel ob rationes ſtatus matrimonio expreſſe interdixit. Quae coniugia cum in fraudem legum et cum proterua iuris negligentia ineantur, recte ex principis mandato reſcinduntur et tamquam illegitima pro nullis declarantur. Nec obſtat *copula ſacerdotalis*, vbi haec iam acceſſit. Haec ſola enim matrimonium non conſtituit, ſed potius vt pars acceſſoria ſequitur ſuum principale. Itaque ſi hoc vitioſum, etiam illa vitioſa erit. Ex actibus autem vitioſis nihil ſani atque validi ſuccreſcit. Neque obſtet fauor matrimonii. Maior enim eſt fauor legum, et ſanctior hic principis, quam matrimonii auctoritas. Denique nec prolis ratio habenda. Huic enim alia ratione a principe ſuccurri poteſt. Quibus ita poſitis, quaeſtio *principalis* eo redit, an aliunde medela huc afferri, atque morbi hi lethales alio forte emplaſtro ſanari poſſint? Ad hanc ergo reſpondemus, vtique ſuppetere adhuc medicinam, qua vitium actuum in ſe irritorum tolli, et matrimoniis agonizantibus ſua vita reddi poſſit. Illa autem vnice eſt *gratioſa* principis *diſpenſatio*, vtpote qua ſola nullitas actuum deleri, vitium auferri et matrimonia, ex demerito contrahentium reſcindenda, iterum ſanari et quaſi retro firmari queunt. Quot igitur ſpecies antea enumeraui, tot actus quoque diſpenſatorii a principe exercendi. Et tum quidem fauor prolis atque matrimonii attendi meretur, cum iſte motiuum diſpenſandi praebet. Vti enim penes imperantem fuerit, vt ex impedimentis matrimonio

poſitis

poſſis hoc ipſum vitioſum fuerit: [illegible] eodem vitio afficere, et ex gratia condonare, quod ex [illegible] [illegible]. Vera autem et propria ſic dicta hæc *Diſpenſatio* eſt, quæ pœnam *nullitatis* ex gratia [illegible]. [illegible] de medela nullitatum *in genere*.

§. XXXV. [illegible], ut in *ſpecie* [illegible] contra leges *divinas* initis, diſpiciamus. [illegible] Sunt illa [illegible] vel contra *expreſſos* ex Deut. Levit. XVIII. [illegible], vel contra *ſimiles et pares* [illegible], non tamen *expreſſos*, gradus inita. Si *priora*, utique reſcindenda erunt: neque ulla diſpenſationum medicina ſuppetit. Sin *poſteriora*, momentum quæſtionis ad conſcientiam et perſuaſionem [illegible], quam quis de iſtis gradibus, non expreſſis quidem, parem tamen proximitatis ſpeciem habentibus, imbutus eſt. Si enim perſuaſum tibi fuerit, eos iure divino non comprehendi, non dubitabis etiam admittere licentiam diſpenſandi. Sin contrarium animo ſederit, nec diſpenſationem aut tolerantiam ſtatuere poteris. Quæ enim iure divino vetita, illa facto humano non fiunt licita: et ſi prima vice inceſtum committit, qui v. gr. conſobrinæ filiæ, uxoris ſorore, etc. concumbit, is ſine dubio etiam, quoties iterat concubitum, toties iterat inceſtum.

De diſpenſatione [illegible] [illegible] his quidem, ſed ipſa lege divina vetitis.

§. XXXVI. Mirum ergo, Viros, [illegible]) in argumenti huius diiudicatione alias [illegible] eſſe, [illegible] non dubitarunt, talia matrimonia, poſtquam ſemel contracta fuerint, non facile iterum reſcindenda, ſed patienter potius toleranda eſſe. Quaſi vero, quod ab initio ſcelus erat, nova acceſſione ſceleris, illegitima ſcilicet coniunctione atque fraudulenter acquiſita benedictione, fœditatem ſuam amiſiſſet. Potius quod ſemel ſceleſtum, ſemper ſceleſtum eſt, [illegible], ut

Notatur præiudicium quorundam eruditorum.

copula ſacerdotis fiat copula iniquitatis. Ceterum alia philoſophia eſt eorum, quibus altera opinio arridet, perſonas, non gradus interdictos eſſe, ſtatuentium, adeoque etiam aliter de iis erit pronunciandum.

De vi diſpenſationum extra territorium et diſpenſ. papalium.

§ XXXVII. Reſpondendum nunc etiam foret ad aliquas obiectiones, contra ſuperius dicta afferri ſolitas. Sed ſpatii anguſtia eas conflictui diſputationis reſeruare iubet. Denique etiam illuſtres nonnullae quaeſtiones de effectu diſpenſationum euoluendae eſſent, in primis ſequentes I. *an diſpenſationes a principibus imperii factae etiam vltra eorum territoria quicquam operentur?* II. *An diſpenſationes papae, ſubditis catholicis Principum proteſtantium indultae, in horum quoque terris aliquem effectum nanciſcantur ac valeant?* Quae quaeſtiones quamquam ob illuſtre, quod continent, argumentum, peculiarem diſcuſſionem mereantur: tamen vt vel tribus, quod aiunt, verbis ſententiam dicamus, ad primam quidem reſpondemus diſtinguendo inter diſpenſationes a *Caeſare*, et diſpenſationes a *ſtatibus* imperii. *Caeſareae* diſpenſationes omnino per totum imperium valent, vltra illud vero non extenduntur. Aſt diſpenſationes *ſtatuum* territorii limitibus, quemadmodum Caeſareae imperii, includuntur. Saltem de diſpenſationibus *ciuilibus* id manifeſtum eſt. Circa diſpenſationes autem *eccleſiaſticas* v. gr. matrimoniales, dubium oriri poſſet, quod ex pacificatione publica, ab omnibus atque ſtatibus approbata atque confirmata, ius ſacrorum ſtatibus euangelicis omnibus ac ſingulis ex aequo atque independenter competat, quodque adeo diſpenſationes ab uno ſtatuum factae etiam in alterius territorio valere debeant. Verum hic poſt obſeruantiam locorum paſſim et conuentus inter ſtatus ſpeciales tutiſſimum decidendi medium praebebunt. Ad ſecun-

dam;

cundam vero reſpondemus eam *ſimpliciter negando.* Siue enim *de effectu temporali* ſermo ſit, hunc diſpenſationi papali omnem denegamus, atque etiam ſupra iam denegauimus *ſect. II. cap. 1. §. 13.* ſiue de *ſpirituali*, v. gr. in rebus ad beneficia eccleſiaſtica, itemque ad matrimonia pertinentibus, etiam hic effectus papæ, quantum ad territoria proteſtantium, prorſus abiudicandus erit. Fundamentum aſſertionis noſtræ immotum atque inconcuſſum hoc eſt, quod vi *inſtrum. pac. Cæſareo-Suec. art. V. §. 48. omnis iurisdictio pontificia et epiſcoporum* plenarie et perpetuo *ſuſpenſa* ſit. Quod vero perpetua ſuſpenſione abolitum et deſtructum, id omni etiam operatione deſtitutum eſt. Cetera per ſe clara. Itaque vel tandem aliquando vela contrahenda, et huic denique diſputationi finis imponendus.

EXERCITATIO XIV.

AD LIBR. I. PAND. TIT. III.

DE

FINIBVS PRIVILEGIORVM REGVNDIS.

CAPVT I.

DE

PRIVILEGIIS, EORVMQVE FINIBVS IN GENERE.

§. I.

PRIVILEGII vox, quæ veteri Latio, libera adhuc republica, *denegationem iuris communis*, et legem nominatim in *priuatum hominem* latam denotabat, ſemper fere *in malam partem* accepta, poſt ſub *De priuilegiis in libera republ. Rom.*

imperantibus, benignam quoque ab obligatione omnibus impoſita exemtionem, immo, quaelibet a iure communi exemptam regula, exceptionem ſignificare coepit, et vſu vulgari demum inualuit, vt innueret qualemcunque et quacunque de cauſſa aequam praerogatiuam, quam non ſolum ius ſeu lex, ſed natura quoque et quoduis accidens, alii prae aliis impertiret, eumque a communi aliorum non lege tantum, ſed quacunque etiam conditione et qualitate eximeret. Ita in priori ſignificatu hac voce vſus eſt CICERO in Orat. pro domo cap. XVII. dum: Quo iure, inquit, quo more, quo exemplo, legem nominatim de capite ciuis indemnati tuliſti? vetant leges ſacratae, vetant XII. tabulae, leges priuatis hominibus irrogari, id eſt enim priuilegium. Nemo umquam tulit; nihil eſt crudelius, nihil perniciosius, nihil, quod minus haec ciuitas ferre poſſit a). Satis ſic, vt opinor, nomen cum re ipſa conuenit, cum quodlibet priuilegium (ſiue beneficium indulgeat, ſiue poenam dictet infligendam) ſit conſtitutio vel lex in priuatum lata, et ita exceptionem a lege communi et generali conficiat. Idem innuit A. GELLIVS Noct. Attic. L. X. c. XX. Neque de imperio CN. POMPEII, neque de reditu M. CICERONIS, neque de caede P. CLODII quaeſtio, neque alia id genus populi plebiſue iuſſa, leges vocari poſſunt, non ſunt enim generalia iuſſa, neque de uniuerſis ciuibus, ſed de ſingulis concepta. Quocirca priuilegia potius vocari debent: quia veteres priua dixerunt, quae nos ſingula dicimus b). Eamdem fere deriuationem habet GRA-

TIAN.

a) POMP. FESTVS de verborum ſignif. ad hunc locum prouocat, quem tamen in ſua integritate non amplius habet. CICERO de legib. lib. III. cap. XIX. idem repetit: Leges praeclariſſimae de XII. tabulis translatae duae, quarum altera priuilegia tollit, altera de capite ciuis rogari, niſi maximo comitiatu, vetat - - - In priuatos homines leges ferri noluerunt: id eſt enim priuilegium, quo quid eſt iniuſtius?

b) Nihil tamen frequentius eſt, quam

rium. diſt. 3. c. 3. *Quid ſit priuilegium? Priuilegia ſunt leges priuatorum, quaſi priuatæ leges. Nam priuilegium inde dictum eſt, quod in priuum feratur.* Nam cum leges ſcribantur in eum finem, vt actiones ſecundum eas inſtituant, qui in *ſocietatem* aliquam *ciuilem* coierunt, et ita norma eſſe debeant actionum; conſequens eſt, vt ius commune conſtituere omnibus debeant, et quoſcunque obligare, *l. 1. et 8. ff. de LL.* niſi quos legislator ſpecialiter ab earum vinculo exemit. Eiuſmodi exemtio *priuilegium* dicitur, et *ius ſingulare*, vti *l. 16. ff. eod.* item *conſtitutio perſonalis*, *§. 6. Inſt. de I. N. G. et C.* et *prærogatiua. l. vlt. C. de fructib. et lit. expenſ.* Nec mirum, priuilegium priſcis Romanis in *ſtatu democratico* in *malam* potius, quam *bonam* partem acceptum eſſe, et ingratam plerumque, et acerbam exemtio, exemtionem ſignificaſſe. Poſtulat enim natura ſtatus democratici, vt æqualitas inter ciues conſeruetur, et æquali omnes ciues iure fruantur: cum autem per priuilegia ab illa æqualitate recedatur, libertas quorumdam laxetur, ceterorum reſtringatur, et omnes nihiloſecius idem libertatis deſiderium teneat; indeque odia, iurgia, inuidioſæ diſſenſiones et æmulationes oriantur, non potuerunt non omnem in eo ſollicitudinem ponere Romani, libertatis tam ſtudioſi, ne *leges* in *ſingulas perſonas* conſtituerentur; niſi forte ex iuſta cauſſa per *rogationes ad populum* irrogarentur.

§. II. Sed poſtquam reſpublica paullatim inclinare cœperat, et quorumdam potentiorum ciuium ambitio factiones et bella ciuilia conciuerant, frequentius *de ſingulis* ſcita populi, et in *fauorabilibus* quoque, lata fuere; v. c. cum magiſtratus ante *Ea inclinante, et ſub imperatoribus.*

cer-

quam quæuis decreta comitialia populi Rom. etiam *leges* vocari. Inde appellatio *legis regiæ*, quæ vocatur ro-*gatum priuilegium* l. vn. §. 14. C. de *caduc. toll.*

certum tempus capere, aut intra certum tempus iterare vetiti, obtinerentur, vel vni plures prouinciæ et in plures annos, contra leges, regendæ concrederentur. Mutata dehinc Romanæ reipublicæ facie, ingens quoque in legibus condendis contigit mutatio, cum *principes*, maiori cum libertate, ac olim libera republica *populus*, non tantum *ius generale*, ſed *ſpeciale* quoque in ſingulos conſtituerent. Caute tamen odioſa *legum* et *priuilegiorum* appellatione abſtinuiſſe videntur imperatores, illis *conſtitutionum generalium*, his *ſpecialium* ſeu *perſonalium*, *§. 6. I. de I. N. G. et C.* item *beneficiorum principis*, *l. 3. ff. de conſtit. princ. l. 41. pr. de vulg. et pupill. ſubſtit. l. 68. et l. 191. de R. I.* nomina tribuentes. Sub imperatoribus itaque maiora indies incrementa cepit doctrina de priuilegiis, et iura ſpecialia, quæ non niſi exceptiones a iure communi ſunt, mirum in modum multiplicata ſunt.

Maximus eorum vſus in eccleſia Romana.

§. III. Omnium autem maxime doctrina de *priuilegiis* frequentata eſt, ex quo eccleſia Romana primatum et principatum, immo monarchiam quamdam vniuerſalem affectare, et, non contenta rebus ſacris et eccleſiaſticis, plurima et tantum non omnia ciuilia et ſecularia negotia ad ſe trahere coepit. Rigoroſiſſimi erant canones, decreta ceteræque leges eccleſiaſticæ durum admodum iugum imponebant fidelibus; quare vix aliud remedium ſuppetebat, quam vt priuilegiis, diſpenſationibus, indulgentiis, gratiarumque papalium ſpeciebus aliis plurimis, rigor iſte emolliretur, laxarentur legum vincula, et impoſitorum onerum remitteretur grauitas. Neque excogitari poterat quicquam, ad deuinciendum ſibi chriſtianum orbem, quaqua patebat, vniuerſum magis opportunum. Nimirum ea re effectum eſt, vt innumerabilis ſubinde multitudo fidelium Romam confuge-

[illegible], conſideretque, remedia pariter *animæ et corporis ab indulgentiſſima matre* eccleſia Romana anxii poſtulantes: indeque non potuit fieri, quin nomen ſummi vrbis epiſcopi toto in orbe celebraretur maxime. Nimium quantum mos iſte inualuerat iam tum Carolidarum æuo, hoc eſt, Seculo P. C. N. IX. prout ipſe Pontifex NICOLAVS I. *in epiſt. 20. ad Carolum Caluum* apud HARDVIN. *tom. V. conc. p. 235.* teſtatur inquiens. *ad hanc ſanctam Romanam, cui Deo auctore deſeruimus, eccleſiam, quæ ob ſui priuilegii principatum, quo ceteras Dei eccleſias orbe uniuerſo diffuſas excellit dignitas, de diuerſis mundi partibus quotidie multi ſceleris mole oppreſſi confugiunt, remiſſionem ſcilicet et venialem ſibi gratiam tribui ſupplici et ingenti cordis mœrore poſcentes: a qua vero ob inſigne dilectionis meritum et debitæ compaſſionis gratiam, rectè libramus auxilium cunctis fide petentibus intentione tribuitur atque largitur.* Cum itaque animaduertiſſet curia Romana, quantum auctoritatis, poteſtatisque inde ſibi accederet, nihil omittendum putauit, quod eam indies magis magisque augeret et ſtabiliret. Et cum ſemel in morem iuiſſet, vt pro obtinendis hiſce eccleſiæ gratiis pecuniam offerrent ipſi fideles, *auroque plumbum Romanum* emerent miſeri, ingentes adhuc diuitias inde ſperare poterat eccleſia gratioſiſſima. Omnis cura itaque in eo poſita fuit, non ſolum vt plena et libera diſpoſitio omnium rerum et cauſarum eccleſiaſticarum ad ſuæ poteſtatis plenitudinem pertineret, et *ſecundum hanc poteſtatis plenitudinem* DE IVRE SVPRA IVS DISPENSARE *poſſet*, quæ verba ſunt *c. 4. X. de conceſſ. præb. et eccleſ. non vac.* ſed præterea quoque, vt quaſuis res mere ſeculares ad forum eccleſiaſticum ſubque ſuam cenſuram traheret; vno verbo, id ageret vnice, vt, dum ſibi nullam legem ſcriptam, nullosque terminos poſitos eſſe

putabat, ipſa vniuerſo orbi leges præſcriberet, terminos figeret ſola. Ita enim PIVS V. *in bulla* ap. LARREVM *hiſt. Anglic. tom. II. p. 192.* iſtam ſine iure aſſertam poteſtatem ex ſpuriis principiis ſibi tribuit: PIVS *epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei etc. Ille qui regnat in cælo et in terra, dedit S. Petro, principi Apoſtolorum, omnibusque eius Succeſſoribus regimen eccleſiæ catholico-apoſtolicæ, extra quam nulla eſt ſalus, cum abſolutiſſima nullisque incluſa limitibus poteſtatis atque iurisdictionis plenitudine, ipſum conſtituis ſupremum monarcham in omnes nationes, ad eradicandum, deſtruendum, diſſipandum, plantandum, ædificandum* etc. Peperit iſta gratiarum et priuilegiorum diſpenſatio immenſos theſauros eccleſiæ Romanæ, ceu illud ſuo tempore ingenue fatetur CONRADVS *Abbas Vrſperg. p. 321. Gaude, mater noſtra Roma, quoniam aperiuntur cataractæ theſaurorum in terra, ut ad te confluant riui et aggeres nummorum in magna copia. Lætare ſuper iniquitate hominum, quoniam in recompenſatione tantorum malorum datur tibi pretium. Iocundare ſuper adiutrice tua diſcordia, quia erupit de puteo infernalis abyſſi, ut accumulentur tibi multa pecuniarum munera. Habes quod ſemper ſitiſti. Decanta canticum, quia per malitiam hominum non per tuam religionem orbem uiciſti. Ad ſe trahit homines non ipſorum deuotio aut pura conſcientia, ſed ſcelerum multiplicium perpetratio et litium deciſio pretio comparata.* Nec eſt, quod credamus, ſermonem in eis, quæ hactenus dicta ſunt, non tam eſſe de priuilegiis, quam de aliis gratiarum ſpeciebus, indulgentiis puta, diſpenſationibus, aliisque, quæ a priuilegiis admodum differunt, prout vberius docui in *diſſ. prælim. T. IV. iur. eccl. Proteſt. §. 17.* Licet enim quædam adſit differentia, conueniunt tamen iſtæ *gratiarum* ſpecies in eo, quod legum rigorem temperent omnes et ſingulæ; et ſicuti infinita

legum

legum eccleſiaſticarum moles et ſilua immenſa eſt, ita in gratiam certarum perſonarum *in perpetuum* hæc vincula laxare, et *iura ſingularia* indulgere conſueuit eccleſia Romana omnium maxime. Loquuntur id innumera *priuilegia* et *iura ſingularia* in corpore iuris canonici et *bullario* clauſa, quorum ſi quis integrum catalogum texere vellet, facile inueniret, numerum eorum, quæ ab imperatoribus collata ſunt, hic ter quaterue ſuperari. Et ipſe BONIFACIVS VIII. *in bulla anni* CIϽ CCCII. ap. RYMERVM *T. II. act. Anglic. p. 903. Romani pontifices,* inquit, *praecellens auctoritas qualitates negotiorum, ſtatum conditiones, et merita perſonarum diligenti circumſpectione proſpiciens, nonnulla interdum certis perſonis, quæ alias forent illicita, concedit de ſuæ plenitudine poteſtatis tunc in illis rigorem iuſtitiæ manſuetudine temperans, et quod negant iura, de gratia benignitatis indulgens, præſertim cum neceſſitas exigit, et cauſſa rationabilis id expoſcit.* Exempla quædam priuilegiorum iuris canonici ſuppeditat *in cit. diſſ prælim.* §. 62

§. IV. Sicuti iura et leges in genere tam circa *perſonas,* quam circa *res, cauſſas,* et *actiones* verſantur, ita quoque *iura ſingularia* tam perſonis quam rebus conſtituuntur. Et (I) quidem *cauſſis et rebus* tribuuntur, et ſingulari, quæ eas concomitatur, ratione, nullo habito perſonæ reſpectu. Talia v. g. data ſunt dotibus, piis cauſſis, alimentis, libertati, mercaturæ, etc. quæ quamquam *priuilegia* proprie haud ſint, eo quod in ſingulas perſonas non conſtituantur, latius tamen ſumta *priuilegii* voce, hoc nomine vtplurimum deſignari ſolent. Deinde (II) certo *perſonarum* ordini plura ſingularia iura paſſim tributa ſunt, citra reſpectum ad certum aliquod ſubiectum, et ita rurſus in ſingulas perſonas non fertur, ſed potius huic perſonarum ordini ius perpetuum, *Varia ſignificatio voris priuilegii.*

petitum, *ſingulari tamen*, conceditur. Sic *iura ſingularia* ſunt militum, nobilium, minorum, miniſtrorum eccleſiæ, religioſorum, doctorum, profeſſorum, ſtudioſorum, mulierum, miſerabilium perſonarum, aliorumque. Denique (III) *certæ perſonæ* quandoque ius ſingulare datur, et ita lex in *ſingularem perſonam* fertur, quæ *conſtitutio perſonalis* proprie vocatur, *l. 1. §. 2. ff. de conſtit. princ.* v. c. immunitatem a tributis indulget.

Eaque ſtrictior, pro perſonali priuil.

§. V. Quamuis vero ius ſingulare, certo indiuiduo contra iuris communis rationem datum, in *ſenſu ſtricto priuilegium* vocetur, quaſi ius in *priuum*, ſeu *priuatum*, id eſt, certum et ſingularem perſonam conſtitutum, *c. 17. X. de V. S.* inualuit tamen vſu forenſi, vt quodcunque ius ſingulare, quo a iure communi receditur, non modo quod certis *cauſſis* et *rebus*, verum etiam quod *certo perſonarum ordini* indulgetur, æque ac illud, quod *certo indiuiduo* tribuitur, *priuilegium* dicatur. Vſus fori in ipſis quoque legibus rationem habet. Sic in *l. 196. D. d. R. I. quædam priuilegia cauſſæ, quædam perſonæ* eſſe dicuntur. Dotis prærogatiua priuilegii nomine venit in *l. 74. D. de iur. dot. l. 12. in fin. ſolut. matrim. l. 52. pr. et §. 1. de pecul.* priuilegium quoque datum eſt debitis pupillaribus, *l. 9. §. 1. de admin. et peric. tut.* et pecuniæ in refectionem ædium creditæ in *l. 24. de reb. cred.* Porro *priuilegii* vox iuri ſingulari, certo perſonarum ordini dato, tribuitur in *l. 36. §. fin. de fideicommiſſ. libertat.* vbi *priuilegii ciuitatis* vel *corporis* vel *officii* mentio fit. *priuilegia militum* in *l. 40. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 24. de teſtam. milit. priuilegia fiſci* in *l. 6. §. 1. de iure fiſci* allegantur. Certe ſi ad vſum vulgarem reſpicias, quid frequentius eſt? quam quod iura pupillorum, minorum, ſtudioſorum, clericorum, piæ cauſſæ, dotis, creditorum, iuramentorum etc. priuilegia vulgo dicuntur.

§. VI.

§. VI. Mittimus hic latiſſimum illum et vere improprium *priuilegii* ſignificatum, cuius ſupra §. 1. mentionem iniecimus, quo qualiscunque et quacunque de cauſſa natæ prærogatiuæ tribuitur, quam non ſolum ius, ſed natura quoque, et quoduis aliud accidens, alii præ aliis impertit, eumque a communi aliorum, non lege tantum, ſed quacunque alia conditione et qualitate eximit. Hoc ſenſu occurrit apud SENECAM *de vita tranquill. c. 3. Si dicis, ſapientem æquo animo laturum iniuriam, nullum habet priuilegium. Contingit illi res vulgaris, et quæ diſcitur ipſa iniuriarum aſſiduitate, patientia.* Item ſi v. c. dixerim: Omnes homines mortales ſunt; nullum hic datum eſt priuilegium.

Latiſſima, denotans quamlibet prærogatiuam.

§. VII. Vocem *priuilegii* hic accipimus in *ſenſu iuridico*, et ad eius eſſentiam requirimus, vt concedatur ab eo, qui legem ferre et ius condere poteſt. Cuius enim eſt ſancire leges generales, eiuſdem quoque eſſe debet conſtituere priuilegium ſeu ius ſingulare, quia itidem vim legum habet, et per illud perſona vel res quodammodo iuris communis tenori eximitur, quod nemo poteſt, niſi qui iuris condendi poteſtate gaudet. Quales in imperio noſtro R. G. ſunt imperator, et ex iure ſuperioritatis territorialis ſtatus imperii, in ſuis quilibet territoriis et prouinciis. Et præterea in priuilegium concedente poteſtas legislatoria eo magis requiritur, quod priuilegium quoduis, ſiue *perſonale* ſiue *reale* ſit, vim omnes generaliter obligandi habere debeat, et omnibus neceſſitatem imponendi, ne tali priuilegio munitum, in eiuſdem vſu turbent, impediant, aut priuilegii limites inuadant. Nec tamen vocis prædictæ ſignificatum adeo conſtringimus, vt ſaltem *conſtitutiones perſonales* illo includere velimus, quin potius, iuxta forenſem vſum, ius quodcunque ſingulare, quo a iure communi receditur, ſiue illud certis *cauſſis* et *rebus*,

Priuilegii definitio.

ſiue certo *perſonarum ordini*, ſiue *certo* demum *indiuiduo* fuerit datum, ſub hac denominatione includamus. Eſt itaque nobis PRIVILEGIVM *ius ſingulare, ſeu ſpeciale, contra iuris vniuerſalis, ſeu communis tenorem, certæ rei vel perſonæ, a ſummo imperante, æquitatis adminiſtrandæ cauſſa, legitime tributum.* v. GROT. *de I. B. et P. L. II. c. 18. §. 4. L. B. ab* ENANCKEL *de priuilegiis, L. I. c. II. §. 6.*

Fines vnde quid? regere quid?

§. VIII. Hæc de indole priuilegiorum. Supereſt, vt iam de altera rubricæ parte, quæ eſt *de finibus regundis*, paucis agamus. Eſt autem *finis* in genere extremitas vniuſcuiuſque rei, hoc eſt, id, in quo vnaquæque res terminatur, das Ende, das äuſſerſte eines Dinges; et finem quaſi *funem* dictum putat ISIDORVS *XV. 14.* inquiens: *Fines dicti eo, quod agri funiculis ſint diuiſi. Menſurarum enim lineæ in terrarum partitione tenentur. Fines*, in plurali, pro *terminis* ſeu *limitibus*, Grenzen, vſitatiſſimum eſt; et in ſpecie de *agris* prædicantur, quod fines ſeu limites et terminos habeant. Inde totus titulus in Digeſt. *de finibus regundis*, id eſt, dirigendis, diſcriminandis et ſtatuendis. *Regere* enim fines antiqua et Decemuirali ſignificatione eſt, deſcribere terminos ſiue limites agrorum, vt finibus quiſque ſuum terminatum haberet. Vnde BOETIO, interpreti topicorum Ciceronis, *regi fines dicuntur, quoties vnuſquiſque ager propriis finibus terminatur.* De terminis quoque ſeu limitibus plures peculiares leges rogatæ ſunt, *Sempronia, Manilia, Cornelia, Iulia* etc. Deinde in ſenſu morali ſumitur pro cauſſa, propter quam agimus, die Abſicht, der Endzweck; Sic CICERO ſcripſit quinque libros *de finibus bonorum et malorum*, i. e. de extremis, ad quæ referuntur omnia, et quorum cauſſa omnia facienda ſunt aut fugienda. Nos dum priuilegiis ſuos *fines* eſſe, qui *regendi*

gendi ſint et dirigendi, aſſerimus, *fines* quidem accipimus improprie, quippe illud rebus moralibus ſeu iuribus attribuentes, non autem tam arcte vocis ſignificatum circumſcribimus vti CICERONI in laudatis libris *de finibus*, et ciuilis philoſophiæ doctoribus alias conſueuit. Paullo latiori ſignificatu *fines* ſunt determinationes negotiorum, ſeu *modus certus et reſtrictus, quo negotia moralia ſeu ciuilia ita circumſcripta ſunt, vt eum excedere nequeant.* Hic ſignificatus ſat frequenter occurrit; et *rebus* quoque *moralibus* terminos ſuos figi, limites, *metasque* ſtatui, ſatis notum eſt; vt ita, quod *rectum* eſt, obtineatur. Optime eam in rem canit Poeta:

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines:
Quos vltra citraque nequit conſiſtere rectum.

Sic fines tribuuntur α) pretio in *l. 66. §. 3. de euict.* β) conuentionibus, *l. 17. e. loc.* γ) quotæ ex L. Falcidia, *l. 15. §. 4. ad L. Falcid.* δ) obligationi ex peculio, *l. 19. de compenſat.* ε) in primis vero mandato, *c. 21. X. de offic. et pot. iudic. deleg.* PAVLVS ait in *l. 5. pr. mand. diligenter igitur* FINES MANDATI *ſunt cuſtodiendi: nam qui exceſſit, aliud quid facere videtur. Vnde qui mandatum egreſſus eſt, tenetur. l. 41. D. mand.* h. e. qui *formam mandati* egreditur, vt CAIVS *in fragm. tit. 17.* ait. Denique §) de *priuilegiis* prædicantur fines in *c. 20. X. de priuileg.* *Meta* proprie quidem ſignificat corpus ex rotunda baſi in acutum faſtigium aſſurgens, einen Kegel; deinde tamen quoque pro *termino* vſitata vox, ad quem curſu contendebant, immo metaphorice *de fine cuiusuis rei* adhibetur, Ziel oder Ende. Hinc VIRGILIVS.

His ego nec metas rerum, nec tempora figo.

Et OVIDIVS:

Tendimus huc omnes, metam properamus ad vnam.

Metari

Metari ſignificat metas ponere ſeu conſtituere, et ita locum ſeu ſpatium definire, ſiue certis finibus, terminisque circumſcribere. *Fines, metasque* de rebus quoque moralibus et ciuilibus prædicari, temere negabit haud facile quiſquam; definiri illas, ſuasque ipſis eſſe *diſtinctiones*, terminos et metas, quotidiana docemur experientia. Meta prædicatur de *termino temporis. l. 23 C. de pœn. l. 31. C. de appellat. Metas* ſeu *fines priuilegiorum* loquitur *c. 7. X. de priuil. in fin.* ibi: *Sic enim eos volumus priuilegiorum ſuorum ſeruare tenorem, quod eorum metas transgredi minime videantur. Metas* ſibi traditas habere dicuntur inquiſitores, quas tamen vtplurimum excedunt iuxta *clem. 1. de hæret.* Cum enim fines turbari poſſint, vt dicitur in *c. 2. X. de priuil.* neceſſe omnino eſt iudicium finium regundorum. Sed ſufficiant hæc dixiſſe de *rubro diſſertationis* noſtræ; quod eſt *de finibus priuilegiorum regundis*, ſeu, quod idem eſt, *dirigendis.* Cum lege loqui, et vel Decemuirali quoque, haud erubeſcit ICtus; nec priſca locutio in verbo *regundis* facile quemquam cultioris latinitatis amantem offendet.

De natura et effectibus priuilegiorum.

§. IX. Sed antequam ad ipſam, quæ de *turbatis priuilegiorum finibus* regundis eſt, tractationem procedamus, quædam adhuc generalia de *natura* et *effectibus*, præcipuisque *diuiſionibus* priuilegiorum præmittenda eſſe videntur, ex quibus deinde de *turbatis* et *confuſis priuilegiorum finibus* iiſdemque, prout par eſt, regundis et ad regulas ſuas reducendis, iudicium inſtitui poſſit. Et primo quidem diſquirendum eſt, *num priuilegia reipublicæ neceſſaria et ſalutaria ſint, nec ne?* Plures ſunt rationes, quæ negatiuæ ſententiæ fauere videntur; quæ tamen re accuratius perpenſa facile remoueri poſſunt. Per *priuilegium* ius aliquod ſingulare conſtitui, leges generales infringi, ſupra dictum eſt.

eſt. Iniquum hoc, et a ratione adminiſtrandæ reipublicæ alienum videtur: cum leges, ſalutis publicæ cauſſa in vniuerſos et ſingulos latæ, per priuilegia in priuatorum gratiam, licet quoad certas perſonas et res tantum, abrogentur. Hinc porro, inter ciues *inæqualitatem* pariunt, odio et indignatione incendunt reliquos, dum cupiditas inſatiabilis eos, qui eiuſmodi beneficio principali fruuntur, ad maiora ſemper amplectenda compellit. Inde bella, diſſenſiones, æmulationes, turbæ plurimæ. Nam cum prima æquitatis pars *æqualitas* eſſe videatur, omniumque rerum et perſonarum, quæ priuatam degunt vitam, æqualis eſſe debeat conditio, et quod vni permittitur, ceteris prohiberi æqualitas vetet; quomodo priuilegia æqua poſſunt cenſeri, quæ *æqualitatem* tollere videmus. Igitur nec beneficium cum alterius iniuria poſtulare conuenit, *l. 12. ff. ad Trebellian.* nec quod inter alios agitur, alteri nocere debet, *l. 13. in fin. pr. l. 29. §. vlt. D. de ſeruitut. l. 10. D. de tutelar.* nec omnino in iniuriam cuiuſquam beneficia tribuere moris eſt. *l. 4. C. de emancip. lib.* Natura enim æquum eſt, neminem cum alterius damno fieri locupletiorem, nec damnum ſentire aliquem ex alterius lucro debere. *l. 14. D. de condict. indeb. l. 6. §. 2. D. de iur. dot.* Iam autem omne priuilegium cum alterius damno coniunctum videbitur; nam quicquid alienum nobis tribuitur, de alieno dari neceſſe eſt, et ſi vel ſaltim honor aut dignitas alicui per priuilegium tribuitur, ea quoque alteri aliquid decedere videtur. *c. 1. X. de priuil.* Ne plura addamus heic, ipſe IVSTINIANVS IMP. *in auth. Vt omnes obediant iudicib.* §. 4. priuilegia damnare videtur verbis: *Hanc dicentes iuſtitiæ legem, adhuc potius faciemus eam iuſtiorem, ſi nulli permittamus habere contra eam quaedam priuilegia, nec excipi ab hac lege quolibet priuilegio.* Quæ qui-

dem omnia quamquàm certa ratione vera ſint · ad abuſum tamen potius, qui in primis in curia Romana regnat, quam *verum* et *neceſſarium vſum* priuilegiorum pertinent. Ipſa iuris legumque, non noſtrarum ſolum, ſed quarumcunque, *naturæ* et *ratio*, priuilegiis ſine ſumma iuſtitiæ rerumque omnium perturbatione carere non poſſe, ſatis euincit. *Nulla* enim *lex, neque Senatusconſultum prolatum in republica Romana videtur, ad omnia ſufficienter promulgatum, ſed multa indigere correctione,* VT AD NATVRAE VARIETATEM ET EIVS MACHINATIONES SVFFICIAT. Verba ſunt IVSTINIANI IMP. *in præf. Auth. quib. mod. naturales filii.* Idem confirmant *l. 2. §. 18. C. de veter. iur. enucl.* ibi. *non deſperamus, quædam poſt emergere negotia, quæ adhuc legum laqueis non ſunt innodata,* et *l. 2. D. vnde cognati l. 19. D. de l. et l.* Cauſſa huius eſt, quod iura non de his, quæ raro, ſed de his, quæ vtplurimum accidunt, nec in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituantur. *l. 3. et ſeqq. D. de l. et l.* Nam cum magna ſit naturæ et negotiorum humanorum varietas, et nihil inter homines adeo ſtabile, vt nullam patiatur mutationem; facile intelligitur, omnibus, quamuis accuratiſſime latis legibus, omnes et ſingulos caſus haud comprehendi. Nec vniuerſaliores tantum, ſed et duriores æquo aliquando ſunt leges, acerbiores quoque, ſtrictæ nimis et rigidæ, aut dolis occaſionem, niſi temperentur, ſubminiſtrantes. Quare nunc ſupplendæ ſunt, nunc exceptione, aliove remedio adiuuandæ, et corrigendæ, nunc pro *perſonarum, circumſtantiarum* et *reipublicæ* conditione rigor laxandus, nunc ſeueritas mollienda, ſubtilitas aut ſtricta nimis ratio omittenda. Denique non tantum *pœnis* ſed et *præmiis* ciues in officio continendi, *l. 1. de l. et l.* adeoque ſicuti delinquentes pœnis affici

iuſtum

iuſtum eſt; ita pariter æquitas deſiderat, vt qui præ ceteris reip. cómmodis inuigilant, eiusque ſalutem promouent, præmia accipiant, inter quæ primum locum occupant priuilegia.

De potioribus diuiſionibus priuilegii.

§. X. Tandem cum pro varia natura et indole variarum priuilegii ſpecierum, diuerſum quoque ſit de *finibus* eorum *regundis* iudicium, *potiores* priuilegii *diuiſiones* recenſere iuuabit. Prima et præcipua diuiſio priuilegii eſt in *perſonale* et *reale*, quæ in *l. 68.* et *296. D. de R. I.* nec non in *l. 1. D. de iure immun.* fundata eſt. *Perſonale* vocatur, quod *intuitu* perſonæ conceditur, ſeu cuius proxima et immediata cauſſa fuit *perſona*, cui tamquam ſubiecto immediate cohæret, et regulariter cum eadem exſtinguitur. *l 196. D. de R. I. l. 1. §. 2. D. de conſtit. princ. l. 42. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 14. D. de teſtam. tut* *Reale* priuilegium eſt, quod *cauſſæ* vel *rei* ita tribuitur, vt ad quem cauſſa vel res pertinet, eodem fruatur. Et tale priuilegium in quemlibet cauſſæ iſtius vel rei legitimum poſſeſſorem tranſit. *arg. l. 196. D. de R. I. l. 1. §. 1. D. de iure immun.* Deinde priuilegium aliud *generale*, aliud *ſpeciale* dicitur. *Speciale* vocant, quod *vni* tantum et *ſingulari perſonæ* vel *loco* tributum; *generale*, quod *pluribus* eiuſdem generis communiter indulgetur. *l. 11. §. 2. D. de minor. l. 9. C. de calumniator l. 9. C. de ſent. paſſ. l 23. C. de epiſc. et cleric.* Porro priuilegium diuiditur in *precarium* ſeu *gratuiſum*, et *conuentionale*. Quamuis vero omnia priuilegia *ex gratia* concedentis dependeant, quatenus ſcilicet ex mero debito haud proficiſcuntur, *gratia* tamen non ſemper vnica cauſſa eſt concedendi priuilegia, ſed vel *pretium* oblatum, vel antecedentia *bene merita* extraordinario præmio compenſanda. Quoad prius reuera res in contractum emtionis incidere videtur, cum illud ius, quod pretio acquiritur, ſit pretio æſtimabile, licet

 vtplu-

vtplurimum res non per modum contractus peragi, ſed, quoad ſchema externum, ius in alterum quaſi ex gratia transferri videatur; et hoc intuitu talia priuilegia dicuntur *conuentionalia. Precarium* itaque eſt, quod ex ſolo benignitatis affectu per modum *gratiæ gratis* conceditur, *conuentionale*, quod pecunia vel alio titulo oneroſo acquiritur. Quale a concedente eiuſue herede aut ſucceſſore reuocari non poſſe, vtpote ad acquirentis poſteros tranſiens, communis quidem Ddum ſententia eſt; quoniam ſuperior cum ſubdito tranſigens non aliter conſideratur, quam talis, qui ordinariis contractuum regulis per omnia ſtare tenetur, id eſt, quam priuatus. H. GROT. *de I. B. et P. lib. 2. c. 14. §. 6.* Sunt tamen caſus, vbi recte reuocantur eiuſmodi priuilegia *titulo oneroſo* quæſita, e. g. ſalute reipublicæ ita exigente; modo indemnes ſeruentur, qui ex tali reuocatione læduntur. Conf. *Introduct. in Ius Publ. Vniu. Part. ſpec. L. 2. c. 3. §. 64.* Ad conuentionalia priuilegia referre ſolent *remuneratoria:* MYLER AB EHRENBACH *nomol. c. 2. §. 15.* quin eiuſmodi remuneratoria priuilegia, quæ ob bene merita ſingularia conceduntur, multum participare videntur ab illis, quæ alias titulo oneroſo conceſſa ſunt. Adeoque illis eamdem cum his naturam tribuunt communiter, quod ſcilicet non facile reuocari debeant. Vlterius et quarto priuilegium diuiditur in *perpetuum*, quod rei perpetuæ adhæret, et ſine temporis limitatione conceſſum eſt, v. g. eccleſiæ: *c. 4. c. 19. qu. 3.* et *temporale*, quod ad certum tempus, ſolam perſonam et conditionem reſtrictum. *l. 2. C. de precib. imper. offerend. l. 27. §. 1. D. de pact. l. 41. D. de V. O.* Demum cum hac diuiſione coincidit fere illa, cum, quinto, priuilegium aliud *reuocabile*, aliud *irreuocabile* eſſe predicatur.

CAP.

Capvt. II
DE
FINIBVS PRIVILEGIORVM REGVNDIS.

§. I.

Iam ad ipſam *finium priuilegiorum* rectturam accedentes, *fines regi* et *dirigi* dicimus, dum ſtatuitur, quid, quantumue ſub hoc vel illo priuilegio, aut ſub hac vel illa priuilegii ſpecie comprehendi et contineri debeat. Hoc in primis triplici ratione contingit, vel 1) fines *obſcuros* et *confuſos* declarando ſimpliciter, vel 2) *reſtringendo* eos, vel 3) aliquando extra ordinem et ex ipſo priuilegii ſenſu euidenter demonſtrato *extendendo* et protogando v. g. dum priuilegium perſonale quandoque naturam realis quodammodo induit, vel quando ad alias pluresue perſonas aut res, quam verba priuilegii præ ſe ferunt, effectus illius, ex diſpoſitione tamen et mente legislatoris, extenditur. Eiuſmodi finium priuilegii regundorum iudicium inſtituit vel (I) ipſe *imperator*, ſeu quilibet *ſummus* in republica *princeps*, dum eos authentice interpretatur, vel (II) *iudex* competens lite de obſcuratis aut turbatis priuilegii finibus mota; vel (III) dirigunt fines *ipſi litigantes* amicabiliter de limitibus priuilegii tranſigentes; Et denique (IV) *conſuetudine, præſcriptione, factoque* vel *non facto*, priuilegio contrariis, limites eiuſdem declarari, extendi, minuiue, immo penitus poſſunt excludi. Quæ ſingula iam vlterius erunt perluſtranda.

Quid et quot modis fines priuilegiorum dirigantur.

§. II. Ex ſupra dictis ſatis patet, priuilegiorum hanc eſſe naturam atque indolem, vt, quibus *ius commune* ſeu *generale*, ob iam dictam legum humanarum imperfectionem, æquitatem negabat, his illa eamdem, quoad eius fieri poteſt, exhibeant. Cumque priuilegia non ſolum priuatim, ſed publice etiam vtilia exiſtant, nul-

Finium priuilegii regundorum iudicium competit I. ſummo imperanti.

nullum plane eſt dubium, quin ſummus *imperans* ſeu *princeps*, quas fert leges generales, eaſdem et limitare, extendere, reſtringere, corrigere et quoſdam quoque ab earum obligatione eximere, ſeu, quod idem eſt, priuilegia concedere, horumque pariter fines dirigere poſſit, et debeat quoque.

Qualis circa iſta poteſtas Imperatoris R. G.

§. III. Ita quidem generatim ſentiendum eſt. Ad præſentem Imperii Romano-Germanici ſtatum vero reſpicientes, ex legibus fundamentalibus, ac ipſa imperatorum capitulatione cognoſcimus, aliquam quoad regimen imperii vniuerſale hic deprehendi differentiam. Iuxta formulam imperii Germanici, non quidem exigua rerum gerendarum pars a voluntate imperatoris pendet, præcipua tamen maieſtatis iura is non exercet, niſi ex *conſenſu ordinum imperii comitiali.* Ita inter alia, quod huius in primis loci eſt, leges, totum imperium concernentes, ſolus ferre haud poteſt, nec interpretari eaſdem authentice; ſed opus eſt, vt ſtatuum imperii conſenſus in hoc et aliis maioris momenti negotiis publicis concurrat. CAPITVL. CAROL. *art.* 2. §. 4. *et* 5. Hoc etiam definiuit cauitque *inſtr. pac. Oſnabr. art. VIII.* §. 2. *Gaudeant ſine contradictione iure ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negotiis imperii, præſertim vbi leges ferendæ, vel interpretandæ; bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hoſpitationes militum inſtituendæ, noua munimenta intra ſtatuum ditiones exſtruenda, nomine publico, veteraue firmanda præſidiis; nec non vbi pax aut fœdera facienda, aliaue eiuſmodi negotia peragenda fuerint, nil horum aut quicquam ſimile poſt hac vnquam fiat vel admittatur, niſi de comitiali, liberoque omnium imperii ſtatuum ſuffragio et conſenſu.* Licet autem leges *vniuerſales* condere haud valeat Imperator, nihilominus vi reſeruati gaudet poteſtate concedendi *diuerſa priuilegia*, et conferendi digni-

tates

tates perſonales in imperio, idque extra comitia, inconſultis
et ignorantibus imperii ſtatibus, prout ipſa experientia ſatis te-
ſtatur. vid. STRVK *uſu Mod. ad tit. D. de conſtit. princ.* §. 8. et 9.
modo talia priuilegia non tendant in magnum imperii detrimen-
tum, aut ad iura ſtatibus cum imperatore communia, maxime
in comitiis imperii peragenda non pertineant. Curare enim
debet imperator, vt einſmodi priuilegia dignitatis, non niſi
bene meritis conferantur, et ne per conceſſam v. c. nouam di-
gnitatem aliis ſtatibus emergat praeiudicium, vid. CAPITVL.
IOSEPH. *art.* 43. CAROL. *art.* 22. aut aliorum ſtatuum iuri terri-
toriali, ſub quo principes, comitesue eiuſmodi nouiter creati
bona ſua poſſident, derogetur. CAPITVL. IOSEPH. *art.* 45. CA-
ROL. *cit. art.* 22. Immo quoad priuilegia de non appellando,
monopolia, et exemtiones per capitulationes nouiores proui-
ſum, et imperatoris poteſtas reſtricta eſt, ne amplius ab eo con-
cedantur. vid. CAPITVL. IOSEPH. *art.* 44. et CAROL. *art.* 15. §.
6. 7. ibi: In Ertheilung aber der obgemeldter Priuilegiorum de
non appellando, non euocando, electionis fori und dergleichen,
welche zu Auſſchlieſſung und Beſchränckung des H. Reichs iuris-
diction, oder der Ständen älteren Priuilegien, oder ſonſten zum
praeiudiz eines tertii, ausrinnen können, ſollen und wollen wir die
Nothdurfft väterlich beobachten, und nach Inhalt des Reichs
Abſchieds d. a. 1654. mit conceſſion der priuilegien erſter inſtantz,
oder ſonderbarer Austräge auf diejenige, welche dieſelbe bishero
nicht gehabt, oder hergebracht, förderſt an Uns halten. etc. Ex-
cipiuntur quoque priuilegia *vniuerſum imperii ſtatum* concer-
nentia, qualia v. g. ſunt, erigendi, augendi vel prorogandi vecti-
galis; cudendae monetae, fruendi voto et ſeſſione in imperii co-
mitiis etc. circa quae latae ſunt leges, quas imperator infringere
nequit.

nequit. vid. CAPITVL. IOSEPH. *art. 20. 33. 45.* CAROL. *art. 8. 9. 18. et 22.* Ceterum, ſicuti in quibuſdam negotiis imperatori Rom. Germ. ius competit, priuilegia per vniuerſum imperium valitura conferendi, ita penes eumdem erit, eiuſmodi priuilegiis a ſe legitime, i. e. ſaluis imperii legibus vniuerſalibus, et iuribus ſtatuum territorialibus, conceſſis, fines ſuos terminosque conſtituere eosque dirigere. Vide ſis DN. GAERTNERI *diſſ. de imperatore reſeruatorum ſuorum iudice et executore.*

De ſtatuum imperii poteſtate circa leges et priuilegia.

§. IV. Status imperii, ex iure ſupremæ territorialis poteſtatis, ſicuti *leges vniuerſales* in ſuis territoriis valituras ferunt, ita *priuilegia* quoque concedunt, et eorumdem fines declarant atque determinant. Sunt, qui hanc ſtatuum imperii poteſtatem legislatoriam ita reſtringunt, vt nihil eos poſſe ſtatuere in ſuis territoriis *contra ius commune* aſſerant; vid. MYLER AB EHRENB. *de princip. et ſtatib. imp. c. 59. §. 5.* Sed nimis generaliter hæc dicta ſunt. Admitti eatenus poſſunt, quatenus nihil ſtatuere queant *contra publicam imperii ſalutem.* Nam ſi tantummodo leges negotia priuata ſubditorum concernunt et dirigunt, iisque formam nouam præſcribunt, hoc omnino ex eadem ſuprema poteſtate illis erit concedendum, licet aduerſentur receſſibus imperii, quippe quibus ipſi principes inter ſe propter *pactum* obligantur, ſed, vt eaſdem in ſuis territoriis in obſeruantiam deducant, minime adſtringuntur. vid. B. THOMAS. *diſſ. de ſtat. imper. poteſt. legiſlat.* Huſce limitibus quoque eorum priuilegia, horumque *finium regundorum iudicium* circumſcribendum eſſe putamus.

Quid magiſtratus inferiores poſſint

§. V. Cum priuilegia quoad certam perſonam vel rem leges generales mutent, vel *tollendo* vel *detrahendo*; non niſi maieſta-

feſtatis arbitrio relictum eſt, quouſque obligatio legis ſeſe exſerere debeat, et ita ſolum penes ſummum imperantem erit, quippe qui ſolus leges ferre, ac quoſdam ab obligatione legis eximere poteſt et ita *authentica interpretatio* ipſi primario competit. Ita PAVLVS *in l. 43. pr. de vulg. et pupill. ſubſtit. Beneficia quidem principalia ipſi principes ſolent interpretari.* Magiſtratui ſubalterno hoc ius tribui nequit, cui tantum arbitrium circa leges relictum non eſt; niſi forſan imperantis non adeo interſit, et magiſtratus, per modum *conuentionis* cum ciuibus initæ, aliquem ex ſubditis ab oneribus eximere, et onera eiuſdem, ratione reipublicæ ferendi, ſubire paratus ſit. Præterea, quemadmodum quandoque magiſtratui ſubalterno ius *ſtatuendi* competit, ita quoque eidem certas perſonas, poſita tamen iuſta cauſſa, ab obligatione *ſtatuti eximendi* ius haud denegandum. Nihil enim a ſuo munere alienum magiſtratus hic facit, ſed illud ipſum, quod in iure *ſtatuendi* iam tum comprehenſum eſt. Et tali quoque caſu magiſtratui ſubalterno iudicium de finibus priuilegii, vi iuris ſtatuendi a ſe conceſſi, competere omnino debet. *l. antepen. D. de prætor. ſtipul.* nec enim debet, cui plus licet, quod minus eſt, non licere. *l. 21. D. de R. I.*

circa priuilegia?

§. VI. Ceterum iudicium finium priuilegiorum regundorum, quod ab ipſo ſummo imperante quandoque inſtituitur, nullis regulis, quam *voluntatis liberæ* alligatum eſt, vt CELSVS *in l. 191. in f. de R. I.* notanter ait *quem modum* h. e. fines, *beneficii ſui eſſe vellet, ipſius æſtimationem eſſe.* Et cum iuxta *l. 3. C. de crim. ſacrileg.* non oporteat diſputare de principali iudicio, noſtrum iam non eſt, multa diſſerere de regulis, ſecundum quas illud inſtitui poſſit, aut debeat.

Qui fines priuilegii dirigat legislator?

II. Poteſtas circa fines priuilegii iudicis quanam?

§. VII. Progredimur ad iudicium finium priuilegiorum regundorum, quod *iudicis* eſſe, ſupra diximus. Ex his, quæ modo expoſita ſunt, dubitari ſere poſſet, an iudici, lite de exceſſu priuilegii mota, poteſtas et iudicium regundi fines eiuſdem competat? Nam qui fines priuilegii cis et vltra dirigit, ſeu prorogat et conſtringit, mutare aliquid videtur in priuilegio, cum autem priuilegium ſit ſpecies legis, et legis mutatio non niſi penes ſummum imperantem ſit, poteſtatem iſtam iudici haud attribuendam eſſe, veriſimile fit. Sed facilis eſt reſponſio. Iudici data eſt poteſtas a ſummo imperante cognoſcendi de cauſſis ciuium controuerſis, eaſque iudicio ſuo et legali ſententia dirimendi. Quod iudicium cum ferri nequeat ſine exacta legum ſcientia (quæ et *interpretationem* earum continet,) et iuris ad factum controuerſum applicatione, ſequitur, ad iudicem et *interpretationem* legum, et *applicationem* earundem pertinere. Priuilegia autem leges ſuo modo ſunt, *ſingulares* ſcilicet, et exceptiones a lege formantes, ergo et hæc ſcire, interpretari et applicare debebit. Itaque tanta et eadem eſſe debet poteſtas iudicis in cognoſcendo de *cauſſis priuilegii*, quanta et qualis eius eſt poteſtas in cognoſcendo de *cauſſis* aliis quæ ex *lege generali* decidendæ. Certe ipſum iudicis officium nullum et fruſtraneum, et omnis eius iuriſdictio inanis eſſet futura et vana, niſi, cui de regula, eidem quoque de eius exceptione cui de lege generali, eidem etiam de ſingulari ſeu priuilegio, eadem iuriſdictio competat. Immo addo, tantam eſſe debere iudicis circa priuilegia, eorumque fines regundos poteſtatem, vt quandoque priuilegium, re ita ferente, ab effectu ſuo ad tempus *ſuſpendere* poſſit, ſi forſan ſumma inde iniquitas et detrimentum reipublicæ metuendum ſit. Iudex dum hoc modo fines priuilegiorum obſcu-

obſcuritas et dubitatio regis, dubijs, priuilegium ipſum non mutat, ſed tantum de iure eius, qui priuilegio vtitur, cognoſcit et ſtatuit, nec in hoc quicquam facit, niſi quod ſui officii eſt, et *poteſtatis iudiciariae* a ſummo imperante ſibi conceſſe. Nec mirum, cur haec circa interpretationem et applicationem priuilegiorum poteſtas tributa ſit iudici, cui in conferendis iiſdem plane nullum ius: eodem enim iure vtitur iudex in legibus interpretandis et applicandis. Accedit, quod per priuilegia, aeque ac per leges, vt primum collata ſunt, ius nobis plenum atque integrum acquiritur, *l. 1. C. de legib.* quod ſimulac in controuerſiam vocatur, id referendum eſt ad iudicium, vt ex vero priuilegii ſenſu de eiuſdem limitibus ſtatuat.

§. VIII. Sed leges generales interpretatione indigere certum eſt. magna enim eſt naturae et caſuum humanorum varietas, adeoque inter homines adeo ſtabile, vt nullam patiatur mutationem aut limitationem. Haec caſuum et rerum humanarum [illegible] varietas [illegible] quoque iudicibus leges, aequitate ſuadente, moderari, eius limites oſtendere et exceſſum, [illegible] permittit. *l. [illegible] D. [illegible] l. [illegible] D. [illegible]* ibi; *in ſumma, aequitatem quoque ante oculos habere debet iudex, qui huic actioni additus eſt. l. [illegible] D. de rei vind.* ibique. [illegible] *l. [illegible] C. [illegible] l. fin. D. de pet. hered. l. [illegible] D. de procur. l. [illegible] in fin. [illegible] l. [illegible] in fin. D. de neg. geſt. l. [illegible] D. de teſtib.* vbi, quod legibus omiſſum, non omitti religione iudicantium debere praecipitur. Legum vulnus reipublicae interpretatione adiuuare ſuadet *l. [illegible] §. [illegible] D. de condit. et demonſtr.* Monendum tamen eſt, *aequitatem* hanc, [illegible] et prudentem eſſe debere, et verba legis, ſententiamque principiis nonnihil obſcurum hinc ſupponi, [illegible] cum, vt [illegible]

Num priuilegia interpretationem admittant?

PIANO *l. 12. §. 1. D. qui et a quib. manum.* dicendum: *Dura lex, ſic tamen ſcripta eſt.* Aſt de *privilegiis* dubitari poſſet, num iisdem defectibus et infirmitatibus ſubiecta ſint, ac quidem in *legibus generalibus* contingere ſolet. Nam cum privilegia ius *ſingulare et perſonale* conſtituant, et iis voluntas principis ad *ſingularia individua* iam determinata ſit, ea ſimili defectu, ac quidem leges generales, minus laborare poterunt.

Et quatenus locum in iis habeat?

§. IX. Et veriſſima omnino ſententia eſt, quod *privilegia ſtrictiſſimæ ſint interpretationis* ſeu ſtrictos et præciſos habeant fines, nec facile aliam quam *declarativam* et *reſtrictivam* admittant interpretationem. Eſt autem *declarativa* interpretatio grammatica, quando ex *verbis* ſenſum privilegii eruimus et voluntatem dicentis pendimus: *reſtrictiva* vero, quando fines in privilegio præſcriptos non excedimus ex rationis identitate, et ita ad ſimilia non progredimur, quæ interpretatio alias *logica* dici ſolet. Ita ſtrictam interpretationem adhibendam eſſe iubent leges *l. 21. D. de teſtam. milit. l. 162. D. de R. I. l. 3. C. de legib. l. 2. l. 4. C. de appellat.* Nam quæ *ſtricti iuris* ſunt, ultra caſum determinatum atque expreſſum prorogari et extendi non debent; *l. 42. ſq. D. de evict.* privilegia autem ſtricti iuris eſſe, arguunt quoque *c. 5. c. 7. c. 30. X. de privil.* cum, quod contra ius commune eſt, vel ab eo recedit, exceptionem operetur et ſtricti iuris ſit. *l. 3. §. 1. D. de negot. geſt.* Et in genere attendum, ne qua interpretatio plus, minus, aut diverſum introducat. *l. 19. D. de procurat. l. 35. C. de inoffic. teſtam. l. 1. D. de probat.* Ceterum cum nonnullæ leges beneficia principis *pleniſſime* et *largiſſime* interpretari iubeant, *l. fin. D. de conſtit. princ. l. 101. D. de V. S. l. 120. eod. c. 21. X. de privil. c. 6. X. de donat.* dubium omnino videtur, quatenus circa privilegia interpretatio locum habere debe-

debeat: et numne praeter declaratiuam et reſtrictiuam, quandoque *extenſiua interpretatio* adhiberi poſſit? Verum enim vero omnes illae leges, quae de *pleniſſima* beneficiorum principis et priuilegiorum *interpretatione* habentur, loqui videntur de eo caſu, vbi e. g. conceſſo alicui priuilegio, cuius verba admodum *ambigua* ſunt, aut nimis anguſta, ceteri ciues, vtpote quibus per cuiuſuis *priuilegii* interpretationem ſimul lex *prohibitiua* fertur, ne ſcilicet priuilegiatum in legitimo vſu priuilegii impediant, ex odio limites priuilegii ita coarctare ſtudent, vt hoc pacto priuilegium, legitime impetratum, priuilegiato plane euaderet inutile. Hiſce incommodis, obuiam eunt citatae leges, eiuſmodi attentata, et cauillationes, et ne *calumniae facultas ex principali maieſtate capiatur*, ceu habet *l. pen. D. de hered. inſtit.* ſeuere prohibendo, atque ne talibus a iudice aures praebeantur, iubendo. Ita enim merito priuilegium accipiendum, ne inutile euadat, ſed vt *effectum* plenum, quem legiſlator intendit, habeat, et vt aliquid *ſingulare* a iure communi concedat; hoc enim ipſo *plenum* accipit *effectum*, quem legiſlator intendit.

§. X. Quod vero ad ipſam quaeſtionem attinet, verum interpretatio quandoque *extenſiua* circa priuilegia locum habeat? ante omnia monendum eſt, *extenſionem* duplicem eſſe poſſe, vel 1) *grammaticam*, ſi verba ipſa, manente eodem ſubiecto, modo *largius*, modo *reſtrictius* ex vſu loquendi ſumuntur: vel 2) *logicam*, ſi ad *alios caſus ſimiles* et ad *alias perſonas* interpretatio ex *rationis identitate* vel *ſimilitudine* extenditur, atque adeo fines eius prorogantur, vt pari paſſu cum *regula* ſeu *iure communi* ambulet, vtpote ſi priuilegium *competentiae* militibus datum trahitur ad *clericos*, *profeſſores*, ſtudioſos: ſi quae *fiſco* tributa ſunt iura ſingularia, *eccleſiis* aſſignantur etc. Quibus poſitis pe-

Num exten-ſiua?

lam

iam eſt, interpretationem *extenſiuam*, poſteriori in ſignificatu, ſcilicet ad alias et diuerſas perſonas, vel cauſſas v. g. *ob ſimilitudinem aliquam*, circa priuilegia locum haud habere, quoniam priuilegia ad ſingularia et indiuidua ex voluntate legislatoris iam reſtricta et determinata ſunt, quibus ſtandum, fineſque priuilegio praeſcripti ſtricte ſeruandi, non excedendi. Prior autem *extenſionis* grammaticus ſignificatus, vbi nimirum *verba ipſa*, manente eodem priuilegii ſubiecto, modo *largius*, modo *reſtrictius* accipiuntur, ſolennior et frequentior eſt, et ipſa priuilegiorum, eorumque finium materia inde declaranda. Hoc modo fines priuilegiorum non tam extenduntur, ſeu prorogantur, quam potius declarantur iuxta verborum indolem, quod verba ipſa diuerſum ſignificatum habeant, et tum largum tum ſenſum admittunt ſtrictum; ex mente autem legislatoris iudicandum ſit, quem ſenſum verbis priuilegii dare voluerit.

Fines priuilegii obſcuros dirigat iudex ita, ne laedatur ius, aequitas, et honeſtas.

§. XI. Quae hactenus de poteſtate *iudicis* circa fines priuilegiorum regundos dicta ſunt, vlterius ex ipſa priuilegiorum natura et indole, et deſumtis inde exemplis, regulisque, quas ſubiungere animus eſt, vlterius exponenda ſunt. In omni interpretatione *mentem* potius et voluntatem, quam *verba* ſpectanda eſſe, nec aliud magis curandum, quam vt voluntas conditoris conſeruetur, *l. 18. D. de legib.* etſi forte verba diuerſum ſonent; *l. 3. D. de reb. dub. l. 13. §. 2. D. de excuſ.* triti ſatis iuris eſt. Hinc ante omnia voluntatem, propoſitum et intentionem eius, qui priuilegium tulit, conſiderare, et ex his, ſi fieri poteſt, ambiguitates aut difficultates priuilegii explicare debemus, *l. 96. D. de R. I. l. 28. §. 1. l. 123. D. de V. S.* Ne autem, quibus interpretandi et applicandi auctoritas data eſt, liberam ſibi hac in parte voluntatem atque licentiam, quomodocunque detorquen-

di

di et circumcidendi iura, datam putent, monendi ſunt, vt legitime, prudenter, et ſecundum legum praeſcripta hoc loco procedant. Et primo quidem, cum leges interpretari nihil aliud ſit, quam explicare voluntatem legislatoris, palam ſit, interpretationem non poſſe *vltra poteſtatem et voluntatem conditoris* extendi. Quaecunque enim princeps velle non poteſt, ea quoque non voluiſſe praeſumendus eſt. Hinc ſemper videndum, quaenam princeps velle poſſit, quae non? Princeps leges ferre poteſt, ſed humanas tantum, et tales quidem, quae nec legibus naturalibus, diuinis, nec honeſtatis et verecundiae praeceptis aduerſantur, ſed potius harum legum praecepta vniuerſalia magis declarare, et media ad legum diuinarum et naturalium fines obtinendos apta ſuppeditare debet. Contra ius naturae et diuinum enim nullum ius aut priuilegium quicquam valere debet, immo ipſo iure nullum habetur. *l. fin. C. de inceſt. et inutil. nupt. l. 7. in f. C. de natural. lib.*, Et cum multis rationibus demonſtretur, principem tantum legibus a ſe latis, et humanis ſolutum eſſe, naturalis et gentium iuris legibus nequaquam, ſed iisdem aequo potius cum ceteris hominibus iure obnoxium atque ſubiectum; ita nec contra diuinum ius, nec naturale, ſed contra *ciuile* tantum ſeu *poſitiuum* principem priuilegia condere et poſſe et velle credendum eſt. Quid? quod priuilegia regulariter aequitatis naturalis rationem habere, et ita magis cum eadem conſpirare, numquam vero pugnare debent. Cum enim ciuile ius non in ſingulas perſonas, ſed generatim iuxta *l. 8. D. de legib.* et de his, quae vtplurimum, non quae rarius accidunt, *l. 3. l. 11. eod.* conſtituatur, et facile fieri poſſit, vt ob hominum, negotiorumque multiplicem diuerſitatem, et caſuum ſingularium infinitam varietatem, ius ciuile naturalem aequitatem in ſpe-

ciali

ciali aliquo facto lædat; quod ne fiat, ſingularia iura et priuilegia introducta, generalem illum legum rigorem ex æquo bonoque mollire debent. *l. 1. §. 1. D. de doli mali et met. except.* ibi: *ne cui dolus ſuus per occaſionem iuris ciuilis contra naturalem æquitatem proſit.* Tandem hæc æquior priuilegii interpretatio in præſumta principis voluntate eo magis fundata eſt, quo magis in principe ſemper iuſtitia præſumitur, *l. 2. §. 10. et §. 16. D. ne quid in loco publ. l. 43. pr. D. de vulg. et pupill. ſubſtit.* et id velle princeps creditur, quod iura volunt, adeo vt verba potius in improprio ſenſu accipi debeant, quam vt conceſſio principis contineat iniquitatem. *c. 8. X. de conſuet. l. 11. D. de in ius voc. l. vlt. D. qui pet. tut. vel cur.* Vt iuſtitiam, æquitatemque, ita honeſtatem quoque, verecundiam bonosque mores inuiolatos princeps conſeruare, nec vllam ſibi aduerſus iſta poteſtatem, imperiumue datum pro certo habere debet. Quæ enim facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, et vniuerſim, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt, vt ait PAPINIANVS in *l. 15. D. de condit. inſtitut.* Certe, nullum, irritum, inutile eſſe, quicquid contra bonos mores, pietatem, humanitatem geritur, confirmant *l. 9. l. 19. ſq. D. de condit. inſtitut. l. 27. pr. eod.* Ita e. g. non poteſt princeps, exemplo TEZELII, indulgentiarum quæſtoris, alicui remittere pœnam delicti nondum commiſſi, eo quod læderet bonos mores, remque publicam, et inuitaret ad delinquendum.

β *Ius et vtilitas publica.*

§. XII. Porro cum *contra ius et vtilitatem publicam* principem aliquid neque concedere poſſe, nec velle præſumatur fines quoque priuilegii eo dirigendi ſunt, ne ſalus et vtilitas publica inde lædatur. *l. 10. C. de SS. eccleſ.* ibi: *generaliter, ſi quid huiuſ-*

huiuſmodi contra ius et vtilitatem publicam proferatur, non valeat. l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. publ. l. pen. C. de precib. imp. offer. l. vn. C. de Senatuſconſ. l. 7. C. depoſ. l. pen. C. de vectig. l. 6. D. qui teſtam. fac. poſſ. Hinc quotiens cum iure publico aliquis priuilegiarius concurrit, hic ſuo tantiſper priuilegio ob publicam neceſſitatem atque vtilitatem priuatur, et ob publicam neceſſitatem atque vtilitatem priuilegia et iura priuatorum ſuſpendi ſolent. Ita immunitas a collectis vel muneribus alicui conceſſa, non extenditur ad collectas propter vrgentem neceſſitatem impoſitas, et de quibus tempore priuilegii non fuit cogitatum. *Dd communiter.*

§. XIII. Nec in *tertii praeiudicium*, fraudem et iniuriam priuilegia intelligere et interpretari decet. *l. 43. D. de vulgar. et pupill. ſubſtit. l. 15. pr. ff. de teſtam. milit. l. 2. §. 10. et 16. ff. ne quid in loco publ.* Non enim moris eſt principum, in cuiuſquam iniuriam beneficia tribuere; nec quemquam cum alterius damno locupletiorem fieri aequum eſt. *l. 14. D. de condict. indeb.* Quare, ſi princeps, qui nemini ſuum per iniuriam adimere debet, aliquid alicui cum vero *tertii damno* vel iniuria indulgeat, priuilegio ille non fruitur; cum, quod liberalitas principis contra licitum contulit, valere non debeat. *l. pen. C. de offic. rector. prou.* Nam principis voluntas talis eſſe praeſumitur, qualis de iure eſſe debet. Tale itaque priuilegium in verum praeiudicium, damnum vel iniuriam tertii cedens, ſubreptitium creditur, et ideo pro irrito habetur. *l. 10. D. de iureiur. l. 4. C. de emancipat.* ibi: *nec in cuiuſquam iniuriam beneficia tribuere moris eſt noſtri. l. 4. C. fin. regund. l. 27. §. 4. D. de pact. l. 66. D. de condict. indeb. l. 2. §. 10. et §. 16. D. ne quid in loco publ. l. 1. D. de except. rei iud.* modo ius quaeſitum iam adſit, non demum quaerendum, *l. 15.* 8) *ius tertio quaeſitum.*

 D. ad

D. ad Senatuſconſ. Trebell. l. 9. D. de Senator. Ob magnam ta-men eamque ſufficientem cauſſam maior principi poteſtas non-numquam competit. Talis magna et ſufficiens cauſſa eſt vera *neceſſitas* aut *vtilitas reipublicæ*, ob quam res et iura priuatorum non tantum imminuere, ſed et tollere quandoque ſolet, et po-teſt ſummus princeps, ceu docet *l. 5. D. de decret. ab ordin. fac.* Maximus enim reipublicæ fauor eſt in noſtro iure, et prærogatiuæ plurimæ, quibus pleraque alia, etiam quæ maximo iure vi-dentur ſubnixa, cedere coguntur. ideoque in huius gratiam a regulis iuris communis receditur, et plurima paſſim conceſſa in-ueniuntur, quæ alias penitus prohibentur. *arg. l. 7. et ſq. D. ad L. Iul. Mai. l. 51. in fin. D. ad L. Aquil. l. 5. C. de offic. rect. prou.* Immo vero ipſe princeps publicæ vtilitati concedere ſolet, *l. 10. C. de SS. eccleſ. l. vlt. C. ſi contra ius vel vtil. publ.* et in genere publica vtilitas priuatæ anteferur, quodque communiter omni-bus prodeſt, his, quæ ſpecialiter quibuſdam tantum vtilia ſunt, præponitur. *Auth. res quæ. C. communia de legat.* Nec ini-quum eſt, priuatos et ſingulos in gratiam reipublicæ iuris ſui re-rumue aliquam facere iacturam. quamquam hæc moderatio ſer-uanda ſit vt, quoniam neminem lædere vult reſpublica, *l. 2. §. 10. D. ne quid in loco publ.* pretium pro re ſoluere, et damnum reſarcire teneatur. GAIL. *lib. 2. obſeru. 56. n. 8.*

b) nec fraude eludatur voluntas conferentis priuilegium.

§. XIV. Vlterius cum, quæ condere priuilegia ratio iuſ-ſit, eadem ſic illa interpretari iubeat, vt quam maxime rationis iſtius polleat, valeatque effectus; is autem valeat, cum omnia, quæ vel tacite vel expreſſe continentur, ex priuilegio fructum ſentiunt; intelligere atque interpretari priuilegia ſic oportet, ne fiant inutilia et eluſoria, ſed effectum habeant, et aliquid o-perentur, idque vltra diſpoſitionem iuris communis. Hæc e-

nim

enim forma priuilegii eſt, vt conſtituat *ius ſingulare*, contra iuris ciuilis generalis tenorem introductum; quæ forma ſi abſit, priuilegium quoque nullum euadit. Sunt priuilegia, quibus ipſe, cui data ſunt, frui nullo modo poſſet, niſi ad alios quoque vis eorum et fauor extenderetur. Ceterum cum priuilegia, dum prærogatiuam et ius ſingulare conſtituunt, æqualitatem inter ciues tollere, odiisque et rixis inter conciues anſam dare videantur, ita ea accipere debemus, vt, quantum fieri poteſt, minimum iuri communi derogetur.

§. XV. Ex hactenus dictis has formamus regulas:

Regulæ de finibus priuilegiorum regundis.

I. *Priuilegium, quamuis generaliter indultum, non includit, caſum legibus naturæ, diuinis, honeſtatis, verecundiæ, vtilitati item publicæ, et iuri tertio quæſito contrarium; et hinc fines eiuſdem reſtringendi et coarctandi.*

II. *Priuilegium ob nimis ſtrictam verborum acceptionem non debet fieri inutile et eluſorium, aut quod ſingulariter ſancitum, in ius commune degenerare; et hinc fines eiuſdem ita declarandi ac dirigendi, vt effectum habere plenum priuilegium poſſit.*

Rem omnem exemplis illuſtrare iuuabit, vbi ob ſpecialem rationem priuilegium, generalibus verbis conceptum, reſtringitur; et rurſum, vbi effectum non haberet, niſi verba priuilegii ad alios protraherentur. Septuageſimo anno abſoluto, immunitas a muneribus ciuilibus præſtandis indulgetur in *l. 1. C. qui ætat.* Sed quoniam ratio huius excuſationis et immunitatis tantum eſt debilitas, et defectus virium corporis, lex iſta reſtringenda eſt ad illa munera, quæ potiſſimum corpore ſunt implenda: ab iis autem, quæ *conſilio* vel *patrimonio* obeunda ſunt, minime corporis debilitas excuſat. *l. 2. §. pen. D. de vacat. et excuſat. muner.*

Item ſi quis priuilegio a teſtimonio in iudicio dicendo immunis eſt, hoc limitare atque reſtringere ita oportet, vt eo tantum caſu, quo alii teſtes haberi poſſunt, excuſetur; nec vtilitatis et honeſtatis publicæ ratio, quæ crimina plecti et vindicare iubet, violetur: adeo, vt *nonpriuilegiati* teſtari cogantur, etiamſi per *alios* fides fieri poſſint: *priuilegiati* non cogantur, *niſi* alii haberi non poſſint. Ratio huius reſtrictionis eſt, quoniam alias læderetur pietas, humanitasue, ſi quis innocens obſtante tali priuilegio cauſſa cadere deberet. Aliud exemplum, vbi fines priuilegiorum exemtionis, quæ Hoſpitulariis et Templariis indulta erant, eorumdemque exceſſus reſtringi iubentur, occurrit in c. *3. et 5. X. de priuil.* Vterque nimirum ordo in Palæſtina initia ſumens, paruo tempore in omnibus Occidentis regnis et principatibus liberalitate imperatorum, regum, principum et priuatorum creuerat quammaxime. Adeo vt iam ſuo tempore WILHELMVS TYRIVS *lib. 12. hiſtor. Hieroſolymit. in vita* BALDVINI II. *regis c. 7. Part. I. geſtor. Dei per Francos ad a. 1118.* de Templariis aſſerat, res eorum in immenſum creuiſſe, eorumque poſſeſſiones tam vltra quam citra mare adeo immenſas habuiſſe, vt non ſit in orbe chriſtiano prouincia, quæ prædictis fratribus bonorum ſuorum portionem non contulerit, vt regiis opulentiis pares viſi fuerint habere copias. Hinc paullo poſt altiores ſpiritus nacti, primum ſe iuriſdictioni patriarchæ Hieroſolymit. ſubtraxerunt; et inde factum eſſe reor, quod cum poſſeſſiones eorum per omnia regna, perque omnes prouincias cis et vltra mare eſſent diſperſæ; præterea omnes eſſent, vti tum vocabantur, *Laici*, nec non illorum cauſſæ in diuerſis Occidentis conciliis tractatæ fuiſſent, pontifex Romanus, ex iure prætenſi a ſe epiſcopatus oecumenici, equites hos ſedi Romanæ immediate ſub-

ſubiiceret, eosque ab alia iuriſdictione quacunque eccleſiaſtica et ſeculari, peculiaribus et admodum inuidioſis priuilegiis exemtos redderet. Ita WILHELMVS TYRIVS, *c. l.* *Cum diu*, ait, *in honeſto ſe conſeruaſſent propoſito, profeſſioni ſuæ ſatis prudenter ſatiſfacientes; neglecta humilitate - - - domino patriarchæ Hieroſolymitano, a quo et ordinis inſtitutionem et prima beneficia ſuſceperant, ſe ſubtraxerunt, obedientiam ei, quam eorum prædeceſſores eidem exhibuerant, denegantes.* Prædicta autem exemtio inter alia continebat, vt 1) intuitu perſonarum ab alio, quam a Romano pontifice, vel legato ab eius latere deſtinato, *interdici* vel *excommunicari* a quoquam non valerent, 2) intuitu vero rerum omnes eorum poſſeſſiones et bona *priuilegio locorum deſertorum* gauderent. Ille autem locus *iuxta c. vlt. de V. S. in 6.* pro deſerto habetur, qui non habitatus penitus, neque cultus, vel vltra memoriam hominum (ſecundum indulgentiam LVCII) eſt ſub Saracenorum poteſtate detentus. Deinde *ius deſerti loci* in eo conſiſtit, vt eccleſiæ in talibus deſertis locis conſtructæ, ſeu etiam conſtruendæ in eo plena libertate gauderent, vt α) ſecundum indulgentiam LVCII, nihil ab ipſis, legis diœceſanæ nomine, per epiſcopos exigi, nec β) ſecundum priuilegium ALEXANDRI interdicto ſeu excommunicationi ſupponi poſſent: vt γ) in huiuſmodi locis fratres exemti, petita a ſede Apoſtolica licentia, poteſtatem haberent eccleſias conſtruendi, easque cum ſuis plebibus per ſuos clericos idoneos gubernandi, qui ratione plebium, quæ epiſcopo ſubiectæ erant, examinis et ordinationis cauſſa epiſcopis præſentarentur; δ) vt dicti fratres decimas de laboribus et noualibus ſuis, quos propriis manibus aut ſumtibus excolerent, aut aliis bonis ſibi ab aliis donatis, conuentibus clericorum ordinis ſui (a quibus quarta vel tertia nullatenus

exigeretur) cum integritate perſoluerent: *c)* in aliis eorum poſſeſſionibus iure communi ſeu quolibet alio eccleſiis parochialibus et diœceſano, epiſcopo reſeruato. Vt huius exemtionis priuilegii Hoſpitalarii et Templarii equites, nihil non ſibi licitum putantes, fines eius nimium quantum extendere conati ſunt, et, vti conqueritur WILHELMVS TYR. loco ſupra citato, *eccleſiis Dei, eis decimas et primitias ſubtrahentes, et eorum indebite turbantes poſſeſſiones, facti ſunt valde moleſti.* Hiſce auſibus priuilegiorumque exceſſibus vt obuiam iretur, multum actum eſt in diuerſis conciliis generalibus, pluribus decretalibus eum in finem promulgatis, quarum exemplum habetur in *ſup. cit. c. 3. X. de priuil.* vbi ALEXANDER III. exceſſus priuilegiorum fratrum Templi et Hoſpitalis et aliorum religioſorum ea de cauſſa reſtringere iubet, quod aduerſentur auctoritati epiſcopali, ſcandala faciant, et graue pariant periculum animarum. Idem fere habetur in *c. 5. eod.* vbi exceſſus iuri expreſſe repugnantes reſtringi iubet idem pontifex. Reſtringi quoque debent priuilegii fines, et reprobanda eſt illa interpretatio, quæ ſi adhiberetur, iuſto plus derogaret iuri communi. Ita priuilegium de habendis *ſacris* in *priuatis ædibus*, intelligendum eſſe dicitur de *Oratorio* et abſque *campanis. c. 10. X. de priuil.* Sic priuilegium exemtionis certæ capellæ datum non extenditur ad alias eccleſias, in quibus capellani ſacra faciunt. *c. 16. 17. eod.* Aliud exemplum eſt *in c. 8. X. de decim. c. 11. eod.* Latiores fines, quam quidem verba ferunt, priuilegium accipit, quod v. g. indultum eſt perſonæ, quæ eo vel plane non vel non perfecte vti poſſet, niſi et alii participes redderentur, tali enim caſu priuilegium extenditur ad eas perſonas, ſine quibus priuilegiatus priuilegio ſuo frui nequit, vt *plenum effectum* accipiat, quem legiſlator primario inten-

intendit. Sic *legatorum* immunitas ad eorum famulos et comites neceſſarios tranſit, ſicut ad ipſos dominos, *l. 41. §. 2. D. de excuſ. tut. l. 7. D. ad L. Iul. de vi publ.* Infimi quoque famuli priuilegio legati fruuntur, ſed eatenus tantum, quatenus legati ſine participatione priuilegii familiaribus iſtis alias vti nequirent. Quemadmodum legatis tributum eſt *ius reuocandi* domum, vt in exteris locis in ius vocari et conueniri nequeant, quoad cauſſas et negotia ante legationem contracta, *l. 2. §. 3. D. de iud. arg. l. 2. D. de in ius voc.* MYLER AB EHRENB. *de princ. et ſtat. imp. P. I. c. 19. n. 10.* quamuis iure communi contrahentes etiam in loco contractus forum ſortiantur, maxime, ſi praeſentes ſint. *c. fin. X. de for. comp. l. 19. §. 1. D. de iudic.* GAIL. *lib. II. Obſ. 36. n. 14.* ita propter eiuſmodi negotia miniſter comesque legati iure acceſſorii eandem habet exemtionem, et citatus, exceptionem fori opponere poteſt. Quamuis enim legato conceſſa ſit propria iurisdictio in domeſticos, famulos et officiales; *arg. l. 1. C. de offic. praetor.* KNIPSCHILD. *de iur. et priuil. ciuit. imper. lib. 2. c. 25. n. 18.* haec tamen omnino reſtringenda erit ad illas cauſſas, quae tempore legationis eueniunt. Sic *militum* quoque priuilegia ad famulos eorum prorogantur, quae alioquin in ipſo milite plenum impedirent effectum. Etenim qui per abſentiam reipublicae cauſſa laeſi ſunt, non ſecus, ac milites ipſi in integrum reſtituuntur, modo dominos ſuos ſequantur, iisque neceſſarii ſint, vt medici militum. *l. 33. §. 2. D. ex quib. cauſſ. mai.* Aliud exemplum vbi *fines priuilegii*, aut potius verba eiuſdem *largius* accipiuntur, occurrit in *c. 30. X. de priuil.* Fratribus praedicatoribus et minoribus datum erat priuilegium, vt vbicunque fuerint, ſine parochialis iuris praeiudicio cum altari viatico miſſarum ſolennia celebrare valerent. Quidam hoc ita *ſtricte* accipiebant, et limi-

tes

tes eius reſtringere volebant ad prælatorum conſenſum, ita vt alias que eo frui priuilegio non poſſent. Sed reſpondit pontifex cum eis nihil conferret memorata indulgentia, ſi celebratio miſſæ cum altari viatico ad conſenſum prælatorum loci adſtricta eſſet, dum annuentibus prælatis idem liceret etiam aliis, et ipſis quoque, citra priuilegium et indulgentiam ſpecialem, reiiciendam eſſe hanc interpretationem. Vt ergo priuilegium effectum plenum haberet, intelligi debebat de libertate miſſas celebrandi ſine vllo prælati conſenſu. In eumdem ſenſum reſcripſit HONORIVS III. *in V. compilat. antiq.* a CIRONIO relata in *c. 7. de celebrat. miſſ.* Elegans aliud exemplum eſt in *l. 1. §. 2. ad municip.* Ponticis ex beneficio POMPEII MAGNI datum erat priuilegium, vt qui matre Pontica natus eſſet, Ponticus eſſet. Quidam hunc limites ad ſolos *vulgo quæſitos* fruſtra reſtringebant, cum hoc modo priuilegium iſtud plane non eſſet priuilegium, nec illis quicquam a iure communi diuerſum et ſingulare diſpoſitum conueniretur. Etenim haud opus erat, priuilegio caueri, vt vulgo quæſitus matris conditionem ſequeretur, quippe qui aliam originem non habebat, et iam iure communi cautum erat, vt vulgo quæſitus matris conditionem et originem ſequeretur. Itaque de iis priuilegium accipiendum erat, qui ex ciuitatum diuerſarum parentibus orirentur. Sic nec per indirectum priuilegia minui poſſunt, quod ipſe HONORIVS III. *in c. 26. de priuil.* iubet, vt iudices priuilegiorum fines ita extendere debeant, vt effectum, quem intendunt, habere poſſint, licet extenſio, illa in priuilegio ipſo non contineatur, et excuſare ſe poſſint iudices, ſe verba priuilegii ſeruaſſe. Quid? quod ſeueriore debito caſtigatos vult eos iudices, qui *priuilegiorum, non vim et poteſtatem, ſed ſola verba* ſequentes in fraudem priuilegiorum ſententias ferunt.

§. XVI.

§. XVI. Tandem fines priuilegiorum obſcuri et turbati diriguntur per *tranſactionem* a priuatis, dum illi, quorum intereſt, litem ſuper finibus priuilegii ortam amicabili compoſitione componunt dirimuntque. Cum enim omnis tranſactio de re dubia et lite incerta, neque adhuc finita, fieri debeat; *l. 1. D. de tranſact.* nec minor ſit auctoritas tranſactionum, quam rerum iudicatarum, *l. 20. C. eod.* tranſactione litem eiuſmodi de finibus priuilegiorum componi poſſe, negari haud poteſt. Nam cum quilibet fauori ſuo, et iis, quae pro ipſo etiam per priuilegia introducta ſunt, renunciare poſſit; *l. 41. D. de minor. l. 17. D. de inoff. rupt. irr. fact. teſtam. l. 71. D. ad L. Falcid. l. 46. D. de pact. c. 15. X. de priuil.* idem etiam per tranſactionem licet; minus enim eſt in tranſactione, quam in renunciatione, cum per hanc omne ius derelinquimus; per illam autem pars iuris noſtri, et dubii adhuc, tantummodo perire ſolet, retento aliquo, dato, vel remiſſo. Exemplum eſt in *c. 34. X. de decim.* vbi INNOCENTIVS III. ſtatuit, quod ſi Ciſtercienſis ordinis fratres emant poſſeſſiones, de quibus decimae debeantur eccleſiis, etiamſi eas propriis manibus aut ſumtibus excolant, decimas perſoluere debeant eccleſiis, quibus ratione praediorum antea ſoluebantur; quod ſi vero tales poſſeſſiones ab ipſis emtae ſint, aut pia fidelium deuotione collatae, in eum finem, vt monaſteria ibi de nouo fundentur, has non ipſi excolant, ſed aliis committant excolendas, a quibus eccleſiis decimae perſoluantur. Vtrisque tamen, et Ciſtercienſibus fratribus et eccleſiis permittit idem pontifex, vt, ſi velint, priuilegii huius fines per tranſactionem cis et vltra prorogare, et mutare poſſint, verbis: *niſi cum ipſis eccleſiis aliter duxerint componendum.*

III. Fines priuilegii diriguntur per tranſactionem.

Quilibet iuri ſuo renunciare poteſt, qui?

§. XVII. Verum vero ſimpliciter et ſine diſcrimine quis iuri ſuo et priuilegio pro ſe introducto *renunciare*, et ſic quoque de finibus eiuſdem tranſigere poſſit, paucis videndum. De iure ſuo, et fauore pro ſe introducto quilibet libere tranſigere poteſt, ſed tantum *quatenus ſuo*. Nam ſi quod ius non proprie, ſed *ſecundario* tantum et per conſequens meum eſt, ei haud renunciare, nec de eo tranſigere poſſum. Si vero meum quidem eſt, non autem meum *tantum*; ſed *alterius* quoque ſimul, eidem, quatenus meum eſt, renunciare, et tranſigere illi poſſum, vt, ſi ſine praeiudicio alterius fieri poſſit, fiat de eo: *l. 7. §. 14. l. 30. pr. l. 42. ibid. l. 52. §. 2. D. de pact.* ſi autem nequeat fieri, non fiat. *l. 14. D. de pact. dotal. c. 1. X. de arbitr. c. 2. X. de reſtit. in integr.* Tale enim ius, quod *inſeparabiliter* aliis quoque commune eſt, non vero meum dicere poſſum. Nec quisquam mutare conditione cum alterius detrimento poteſt, aut iuri renunciare, aut tranſigere in praeiudicium alterius; quod verum quoque eſt, licet alter ius cuiuſcunque ſuum a renunciante habeat. *l. 15. §. fin. ad L. Falcid. l. vlt. pen. c. vt in poſſ. legat.* Res eo redit: *De quibus rebus tranſigere libere diſponere, pacisci non poſſumus, de iiſdem nec tranſactio valere poteſt.* Ita clerici priuilegiis renunciare et de iis tranſigere non poſſunt, quae non tam perſonarum honori, quam Dei maieſtati, cuius ſacris illi diu noctuque vacare debent, indulta et conceſſa, reſtituuntur. *l. 32. §. 4. D. de recept. qui arbitr. l. 14. c. 5. c. 6. c. 12. qu. 2.* Sic iuri quoque publico renunciare, aut de eo tranſigere nemo poteſt, *l. 5. §. 7. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 26. D. de teſtam. tut. l. 2. §. 4. C. de inventar. propter col. dupud. l. 11. §. 1. D. ad L. Falcid. l. 38. D. de pact. l. 7. §. 14. l. 27. §. 4. D. eod.* Huc pertinent priuilegia illa omnia, quae principem ipſum, et rempublicam ita

con-

concernunt, vt de his ſine præiudicio tertii renunciatio et tranſactio interponi nequeat. Sic tranſigere non poſſunt *Legati de* priuilegiis et immunitatibus legatorum, cum hic non tam ipſorum, quam eorum, a quibus miſſi ſunt, cauſſa agatur, quod et dicendum erit de priuilegiis *commerciorum*, quibus ex fœdere e. g. inter regem Galliæ et ſtatus Belgii fœderati ab vtraque parte ſubditi ipſorum in vtriuſque territorio ratione commerciorum gaudent. Ex quibus omnibus facile conficitur regula: *Vbicumque ius aliquod principaliter et directo reſpicit vtilitatem publicam, a priuatis mutari non poteſt; ſin vero directo et potiſſimum ad priuatorum tendit fauorem, et ſine præiudicio reipublicæ et principis negligi poteſt, priuatorum renunciationi et tranſactioni cedit.* Breuius: de iure, quod eſt publicum *auctoritate et vtilitate ſimul,* tranſigi non poteſt; de iure vero, quod eſt publicum *auctoritate tantum*, non etiam *vtilitate*, ſiquidem de ſola tranſigentis vtilitate agatur, poteſt omnino. Hinc priuilegio fori clerici renunciare non poſſunt. *c. 12. X. de foro compet. c. 18. eod. c. 8. X. de renunciat.* Hoc namque beneficium non eſt perſonale, cui renunciari valeat, ſed potius toti collegio eccleſiaſtico publice indultum, cui priuatorum pacto derogare non poteſt. Simili ratione priuilegia exemtionum, et omnia alia, quæ non tantum tranſigentis, ſed ſuperioris quoque cauſſam et vtilitatem reſpiciunt, tranſactione immutari nequeunt; *c. 5. X. de arbitr.* GAIL. *Lib. 1. Obſ. 40.* cum nec ſententia lata contra exemtum circa exemtionem, noceat ſuperiori, cuius intereſt exemtum non eſſe alteri ſubiectum, et res, inter alios acta, non debeat aliis præiudicium generare. *c. 8. X. de donat.* Sed anceps admodum erit quæſtio in caſu, quo ex conſortibus et ſociis, etiam non priuilegiato, alterius priuilegium prodeſt, ſi cauſſa eorum diuidi

et ſeparari non poſſit. *l. 10. pr. D. quemadm. ſervit. amitt. l. 17. D. de ſervitut. praedior. ruſtic. l. 29. D. de liberi. leg. l. 4. §. 3. D. ſi ſervit. vind. l. 32. in f. C. de appell. l. 1. et 2. C. ſi unus ex plur. appell.* Quid ſi enim fines privilegii obſcuri ſint et dubii, et privilegiatus ſocius, invito ſocio non privilegiato, de privilegio tranſigere velit, num liceat? quaeri poſſet. Veluti ſi minor cum maiori in *cauſa individua* conſtitutus, ſed per actum quendam laeſus ad reſtitutionis beneficium provocet, paullo poſt cum adverſario certo modo de eo tranſigit, verum hoc valide fieri poſſit invito ſocio? id quidem prorſus arbitror, cum maiori hoc beneficium invitum proſit, ſi minor velit: qui tamen, ut eo utatur, abſolute cogi nequit, adeoque nihil impedit, quo minus tranſactione interveniente ab eo deſiſtat.

Tandem IV. conſuetudo et praeſcriptio fines dirigit, minuitque.

§. XVIII. Denique IV) fines privilegiorum *conſuetudine, praeſcriptione*, et *facto*, vel non *facto* his contrario, reſtringi, extendi, aut penitus excludi poſſunt. Sicuti enim iura legesque conſuetudine inducuntur, vetuſtasque legis vicem obtinet; *l. 32. ſq. D. de legib. l. 1. §. ult. l. 2. pr. et §. 3. D. de aqua et aquae pluv. arc.* ita in privilegiis introducendis iiſdemque quandoque interpretandis *l. 37. D. de legib.* idem quoque utriusque effectus deprehenditur. *l. 31. pr. C. de epiſc. l. 3. §. 4. D. de aqua quotid. et aeſt.* Nam et iſta tacito populi ſeu principis conſenſu et approbatione conſtat, et nihil intereſt, ſuffragio voluntas declaretur, an rebus ipſis et factis. *l. 11. C. de litterat. lib.* Quid? quod, ſi de interpretatione privilegii cuiuſcunque, obſcuritate, ambiguitate, aut alia difficultate laborantis, quaeritur, ante omnia circumſpiciendum eſt, ſi quae prius conſuetudine et rebus iudicatis interpretatio recepta fuerit, et ſi quae invenitur, haec ante omnia amplectenda. Optima enim eſt legum interpres

con-

conſuetudo, et maxime rerum iudicatarum auctoritas, præcipue, ſi perpetuo ſimiliter iudicatæ res conſuetudine certam interpretationem introduxit. *l. 38. D. de legib.* Et ideo minime ſunt mutanda, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt *l. 23. D. de legib.* et in obſcuris, quod *plerumque fieri ſolet*, ſequimur. *l. 114. D. de R. I.* Conſuetudinem tamen iſtam ex ratione ortam eſſe oportet, quod enim non ratione introductum eſt, ſed *errore* primum, dein *conſuetudine* obtentum, in aliis ſimilibus non obtinet. *l. antepen. D. de legib.* Quanto autem tempore priuilegiorum fines conſuetudine ſeu deſuetudine et præſcriptione augeri minuiue poſſint? quotque actus contrarii hic requirantur? non nihil dubitationis habere videtur, quoniam ad præſcriptionem priuilegii leges aliæ decem, aliæ triginta, aliæ quadraginta annos requirere videntur. Sed ante omnia hic videndum eſſe putamus, cuiuſnam conditionis ſint perſonæ, contra quas fines priuilegii præſcribi debeant. Etenim 1) ſi præſcribendi ſunt fines *a priuilegiatis* in præiudicium eccleſiæ, ciuitatum etc. *quadraginta* anni deſiderantur, *c. 11. X. de priuil.* intra quod ſcilicet tempus res et iura eccleſiaſtica, *Auth. Quas actiones C. de SS. eccleſ.* ciuitatum, nec non res fiſcalis, et patrimonialia principis, *l. vlt. C. de fund. patrim. lib. XI.* præſcribuntur, tolluntur, vel minuuntur. Sin autem circa regalia v. c. ius venandi, iuriſdictionem etc. nec non immunitatem a tributis, contra principem præſcribendum, verſetur priuilegium, *tempus immemoriale* requiritur, quippe quo, iura iſta generatim tolli, mutari aut minui, communis Dd. ſententia eſt. E contrario 1) ſi priuilegium, huiusque fines præſcribendi ſunt *contra priuilegiatum*, videndum erit, cuiuſnam qualitatis et conditionis ſit perſona priuilegiata? Si enim priuilegium, de cuius fini-

ſinibus præſcribendis quæſtio eſt, [illegible] dum *publice*, vt eccleſiæ et reipublicæ, priuilegium non amittitur, nec fines eius mutari poſſunt, niſi eum longiſſimo tempore, puta XL. annorum ſpatio, priuilegio vel plane non, vel in præſcripto ambitu vſum haud eſſe conſtet. Quocirca ſi capitulo data eſt ſingulari iure iurisdictio omnimoda, idque hactenus inferiorem tantum exercuit, omiſſa ſuperiori, vnde occaſio non defuerit: ſi liberum ius braxandi per priuilegium impetrauit; ſed eo tantum vſum eſt pro neceſſitate domeſtica, per quadraginta annos, limites priuilegii generalis iam mutati ſunt, vt quid in poſterum ei liceat, vnice ex præſcriptione hac perfecta colligendum ſit. Quid ergo ſi ius nundinarum ciuitati ita datum, vt quatuor vicibus per annum eo frui liceret, ſed per XL. annos tantum binis vicibus eo vſa ſit, priuilegium hac præſcriptione reſtrictum eſt, vt vltra binas vices annuatim exercere nequeat. Quamuis vero *ius nundinarum* iuxta *l. 1. D. de nund.* vel per decem annos amitti aut minui queat: id tamen intelligendum de nundinarum iure priuatis conceſſo in prædiis priuatis, de quo legendi ſunt SVETON. *in Claud. c. 12. n. 3.* PLINIVS SECVND. *lib. V. ep. 4.* CICERO *Philipp. 2. c. 36.* Quodſi vero priuilegium certo tantum indiuiduo conceſſum, et ita beneficium mere priuatum eſt, diſtinguendum eſt: vtrum *priuilegium ad plures ſpecies rerum* directum ſit v. g. cum quis ab omnibus oneribus immunis pronunciatur; an ad *vnicam* duntaxat veluti ab inhoſpitalitate? Priori caſu actus contrarius quoad vnam, non ſtatim iacturam totius priuilegii inuoluit, cum iniquum foret, ſi quis ad omnia onera in ſe ſuſcipienda cogeretur, eo, quod certo ſaltem ſe ſubiecisſet. GOTHOFR. *ad l. 12. C. de excuſat. mun.* Interim vero cum quis ſemel diutiſſimo tempore vſus eſt priuilegio

gio ſtricte, non poteſt eodem poſtea vti *large*; v. g. Si princeps alicui conceſſit immunitatem a collectis *in genere*, is autem forſan in vna tantum ſpecie collectarum ea immunitate vſus ſit, non item in reliquis, priuilegium integrum non quidem perdet ſuum; aſt cum eodem ſemel vſus ſit *ſtricte*, ipſum facto ſuo fines priuilegio poſuiſſe, et ad illas collectarum ſpecies, quas ſoluit, obligatum eſſe, dicendum eſt, nec quicquam dubitandum, tali modo quempiam fauori pro ſe introducto renunciare poſſe. conf. HARPRECHT *diſſ. de præſcript. immunit. a collectis.* Obſeruandum tamen eſt, factum hoc eſſe debere *voluntarium*, non coactum, aut metu extortum, quod nihil operatur. Immo quamquam coactio et metus abſit; prudenter tamen aget, qui actum priuilegio ſuo contrarium admiſſurus, ſe id citra præiudicium ſui priuilegii facere proteſtatur, vt vi huius proteſtationis priuilegii ſui ambitum et integritatem conſeruet. *l. pen. §. fin. D. de vacat. muner.* Si ad *vnicam* tantum *ſpeciem* priuilegium, certo indiuiduo conceſſum, directum eſt, amittitur *vnico actu* ſeu facto contrario. Sic qui priuilegium habet non ſoluendi decimas a frugibus, et nihilominus ſoluit, priuilegio renunciare videtur. *c. 15. X. de priuil. et c. 6. eod. Rec. Imp. de a. 1548. §.* **Hätte aber der ausgezogene** etc. *59. in fin.* verbis: **Wo ſich befinde, daß ein ausgezogener Stand innerhalb Menſchen gedencken, ein, zwey, oder mehrmahls hätte dem H. Reich geſteuret, und alſo das Reich *in quaſi-poſſeſſion* wäre, der ſoll nachmahls ungeweigert ſteuren.** Eadem repetuntur in *R. I. Ratisbon. a. 1576. §.* **Wo aber innerhalb** 105. Directa namque contrauentio *renunciationem* inducit, proinde priuilegium ſpeciale certæ perſonæ, quoad certam rem indultum, vnico actu, directe ei contrario amittitur.

[illegible] GAIL. *II. Obſ.* [illegible] *§.* [illegible] [illegible] *de iur. et priuil.* [illegible] *imper. Lib. I. c.* [illegible] *§. 1. ſqq.* Fallunt tamen hæc, vbi quis 1) coacte priuilegio contrauenerit, aut 2) proteſtando ius ſuum ſaluum ſeruauerit; actus enim, etiam voluntarios, proteſtatione poſſe limitari, docet SCHÜTZ *Vol. 2. I. P. exerc. 8. §. 7.* aut 3) contrauentio ex ignorantia proceſſerit; *Idem c. l.* aut 4) priuilegium clauſulam annullatiuam v. g. quod nullus actus contrarius poſſeſſori nocere debeat, complectatur. Denique ex iiſdem liquet, priuilegium facilius amitti poſſe per *factum*, quod ei directo contrarium eſt, quippe quo ei ipſo facto renunciatur vel in totum vel pro parte, quam per *omiſſionem* et *non-vſum*, qui non tollit, reſtringit, aut minuit priuilegium, niſi accedente tempore praeſcripto, antea deſignato.

EXER.

EXERCITATIO XV.

AD LIBR. I. PAND. TIT. III.

DE

NATVRA STATVTORVM QVAE IN CIVITATIBVS PROVINCIALIBVS CONDVNTVR EORVMQVE OBLIGANDI PRINCIPIO.

CAPVT I.

DE

LEGVM ET IVRIS IN CIVITATE DIVERSITATE, PRINCIPII TAMEN VNITATE.

§. I.

Legum ciuilium ratio continetur in Imperio.

Quæ legum in regenda et conſeruanda ſocietate humana ſit neceſſitas, multis argumentis docere ſuperuacaneum nobis videtur, re tam certa atque euidenti, vt huic veritati contradicturus indignatione magis quam reſponſione ſit excipiendus. Neque diu hærere poſſumus circa quæſtionem, *cui poteſtas ius aliquod ſtatuendi in ſocietate ciuili* competat, cum ex *natura legis*, quæ vi obligandi neceſſaria gaudere debet, quiuis intelligere queat, legem a nemine proficiſci, niſi cuius voluntati aliorum actiones ſint ſubiectæ. Hinc lex preſupponit *imperium*, cuius pars primaria in *facultate præſcribendi actionibus* normam acquieſcit.

A ſummo imp. leges vel mediate vel immediate pendent.

§. II. Fons igitur omnis iuris ſummus eſt in ſocietate ciuili *Poteſtas*, et quamuis diuerſæ iuris ſint ſpecies, eas tamen omnes auctoritatem obligandique vim ſiue *immediate* ſiue *mediate Maieſtati* debere, certiſſimum eſt. Verum vero *reipublicæ utile et ſalutare foret, ſi hæc legum diuerſitas, quæ in non paucis ciuitatibus maxima eſt*, et in primis in republica Romana, antiquitas admodum conſpicua fuit, euitari poſſet, tam non diſquirimus. Quotidie tamen experimur, magnam ex *diuerſarum legum* colliſione confuſionem, incertitudinem iuris, et occaſionem gratiſſimam litigiorum Patronis, in legum nimia varietate et multitudine perdendi iuſtitiam, naſci! Qui enim vel ſuperficiarie tantum intuetur fora Germaniæ præſentiſſima, animaduertet, incertitudinem iurium in his non leuem occurrere, et iurium diuerſorum colliſionem adeo frequentem eſſe, vt non poſſint non ſententiæ diuerſæ et obſeruantiæ forenſes variantes inde propullulare.

§. III. Sed de corrupto hoc iuris in republica ſtatu et morbis diſſerere, animus nobis non eſt, qui legum ſtatum, prout exiſtere ſolet, tum conſideramus, non qui eſſe deberet, inquiſituri. Variæ ſunt *iuris* et *legum* diuiſiones, quæ prolixe in ſyſtematibus et compendiis iuridicis inculcantur, quas que huc transſcribere vix operæ eſt pretium. Id autem ſilentio præterire non poſſumus, eſſe aliquod inſigne diſcrimen inter leges, quæ *immediate* a Maieſtate feruntur et quæ *mediate* et arcana quadam connexione ex eodem fonte oriuntur, ſicque auctoritatem accipiunt. Proinde aliud eſt ius, quod *immediate* conſtituitur a Maieſtate, aliud, quod ratione originis prouinciæ non tam ipſam Maieſtatem pro matre veneratur, quam natales ignobiliores habet,

bet, firmiſſimum tamen robur ab ipſa *ſumma* in republica *poteſtate* petit.

§. IV. De priori iuris ſpecie agere, noſtrum non fert inſtitutum. Quod ad poſteriorem attinet, abſque illius accurata conſideratione vlterius progredi non conſultum erit, cum principia doctrinæ noſtræ circa materiam, quam excutiendam nobis ſumſimus, magis ſint recondita, prout rationes reipublicæ peculiares id ſuadent, iubent, admittunt. Neque enim in republica omnia ita ad amuſſim et regulam conſtituuntur: plura *per obliquum* ſunt admittenda et indulgenda, vt finis reipublicæ etiam hocmodo obtineri queat. Infinita ſunt eiuſmodi *ſtrategemata* ab his, qui *ciuilem prudentiam* tradunt, obſeruari ſolita, quæ hic intacta relinquo. *Iura vero*, quæ *mediate* a maieſtate dependere dicimus, *ſunt ea omnia, quæ in republica auctoritate et vi obligandi quidem pollent, ſed ab expreſſa ac directa ſeu immediata ſummi legiſlatoris voluntate non prouenerunt.*

Quænam iura mediate ab Imp. pendeant?

§. V. Nemo forte, qui naturam *ciuitatis* intelligit, inficiabitur, præter maieſtatem nemini in republica facultatem, proprio iure et poteſtate, normam actionibus ciuium præſcribendi, competere. Quamquam vero plures aliæ occurrant *regulæ* iuris, quæ a ſumma illa poteſtate primo intuitu non videntur eſſe præſcriptæ; auctoritatem tamen, *coactiuam* vim et robur publicum non niſi a *ſola maieſtate* acquirunt, cum incongruum et periculoſum eſſet, aliud in ſocietate ciuili iuris principium ſtatuere, quam maieſtatem, a qua *poteſtas legiſlatoria* vnice pendet, eique inſeparabili nexu iungitur. *l. f. C. de LL.* Immo legesferendi poteſtates diuerſas in vna republica agnoſcere eadem ratione abſurdum foret, qua duplex maieſtas in vna ciuitate ſtatueretur. Id ipſum ſiquidem eſt, quod proteſtantes cle-

Vnicum in republ. eſt ſummum Imperium.

ro Romanæ eccleſiæ obiicere ſolent, duplicem poteſtatem in quauis republica fingenti, et inde duplicem poteſtatem legislatoriam inferenti, alteram *eccleſiaſticam*, quæ eccleſiæ; alteram ſecularem, quæ reipublicæ ciuili tribui ſolet. Quæ vero incongruæ concluſiones et diſſenſionum ciuilium ſemina inde per tot ſecula in vita ciuili coorta fuerint, prudentiores iam dudum agnouerunt, vt fruſtra laboraſſe videantur, qui *concordiam imperii* et *ſacerdotii* inducere anniſi ſunt.

Leges a ſummo Imp. mediate procedunt
I. per conſuetudines.

§. VI. Duplici vero modo iura *mediate* ex ſuprema maieſtatis leges ferendi poteſtate originem trahunt. *Primo* ſunt negotia, quibus imperans nullam dedit legem, ſed eas arbitrio ſubditorum reliquit, normam vero, quam illi vſu recipere potuerunt, *tacite* approbaſſe creditur; vnde *conſuetudines*, *obſeruantiæ* etc. oriuntur, quæ eamdem, quam *expreſſæ leges*, obligandi vim habent, præcluſa ſubditis ab iis temere recedendi facultate, quod docet VOETIVS a). Hæ conſuetudines legis auctoritatem non niſi a ſumma poteſtate in ciuitate habent, et ab illa *mediante vſu* introductæ dici poſſunt: hinc cum leges valorem nactæ fuerint, non liberum eſt ſubditis iis derogare, licet pro earum auctoribus haberi queant. Accedit præterea hæc ratio, quod ſummus imperans, cuius auſpiciis et auctoritate ſubditi in *corpus ciuile* conſtans coaluere, hanc iis indulſiſſe videtur poteſtatem, vt in *rebus arbitrariis* ipſis rebus et factis, ſeu tacita voluntate, quædam adornare potuerint, quæ in poſterum ſeruarentur, æque vt in collegiis bene conſtitutis *expreſſa* voluntate de rebus collegii plura hoc modo conſtituuntur.

II. Per ſtatuta.

§. VII. *Secundo* maieſtas libertatem, regulam circa nonnulla negotia conſtituendi, ſubditis indulget atque concedit, quam

a) VOET. *lib. ſingul. de ſtatutis Sect. III. Cap. II. n. 36.*

quam facultatem in primis *magiſtratui inferiori* largiri ſolet, qui cum ipſe omnem, quam habet iurisdictionem et poteſtatem, imperanti ſummo acceptam ferat, ita et ius *ſtatuendi* atque definiendi circa res et actiones ciuium, ex alio fonte deriuari nequit. Ea iura appellantur *ſpecialiſſima, particularia, ſtatutaria, municipalia etc.* quæ reſpectu conſtituentium a ſummo legislatore procedere non videntur, aliud tamen principium obligandi agnoſcere non poſſunt, quam *ſummam illam poteſtatem*, omnis iuris ſcaturiginem.

§. VIII. De hac iuris ſpecie, et de ea quidem, quæ STATVTORVM MVNICIPALIVM appellatione venire ſolet, in præſenti dicere, in animum induximus. Neque nos deterrere potuit ſcriptorum multitudo, qui de hoc argumento actum integra volumina compilarunt. Noti ſunt PETRVS de ALLIACO, CHRISTOPHORVS de ANGVLANO, IOH. CAMPEGIVS, ROCHVS de CVRTE, HENRICVS GISEBERTVS, MASCARDVS, SEBASTIANVS MEDICES, PETRVS RAVENNAS, BALDVS de VBALDIS, VNGEBAVERVS, PAVLVS VOETIVS, L. B. de LYNCKER, ZAHNIVS aliique, qui ampliſſimas commentationes de ſtatutis congeſſerunt, vt ſilentio prætereamus pæne multas diſſertationes academicas, quæ eamdem tractarunt materiam. Ita vt hoc labore ſuperſedere poſſe nobis videremur, niſi operæ pretium fuiſſet, argumentum hoc nobiliſſimum et quotidiano vſu vexatiſſimum ex principiis veris deducere, quæ in iurisprudentia vniuerſali traduntur, et naturam veram *ſtatutorum* repræſentant, reiectis vulgaribus præiudiciis, quæ doctrinam de *ſtatutis* conturbarunt, eamque prope omni connexione deſtituerunt. Neque enim vulgatiſſimæ materiæ negligendæ ſunt, ſi non eo, quo debebant modo, traditæ et explicatæ ſunt. Qui enim vel

RAHNII tractatum *de iur. municip.* intuetur, animaduertet, plurima ſine ſolido fundamento in hac doctrina adſerri, præſertim cum interpretes crediderint, *iura municipalia* antiquorum *Romanorum* vnice pro norma amplectenda eſſe, in quo grauiter erratum eſt.

CAPVT. II.

DE NATVRA STATVTORVM QVAE IN CIVITATIBVS PROVINCIALIBVS CONDVNTVR EORVMQVE OBLIGANDI VERO PRINCIPIO.

§. I.

Quid Romanis ſit, ſtatuere?

STATVTVM, vſitatiſſimum vocabulum, a *ſtatuendo* deſcendere, grammatica docet, et otioſa eſt ANDREAE AB EXEA b) philologia, qui *ſtatutum*, quaſi *ſtatum publicum tuens* dici, ſomniat. Eſt vero *ſtatuere* idem, ac *decernere*; et quidem in foro Romano frequentiſſimus huius vocis vſus deprehenditur, cum iudex *ſtatuere*, id eſt ſententiam ferre dicitur. Hinc CICERO c) *Te*, inquit, *forum Tarſi agere, ſtatuere multa, decernere, iudicare dicebant.* Clarius VLPIANVS d) in hunc ſenſum vocem *ſtatuere* accipit: *pronunciatum et ſtatutum idem poteſt, promiſcue enim et pronunciaſſe et ſtatuiſſe ſolemus dicere eos*, qui ius habent cognoſcendi. Sed non ſolum iudiciale eſt *ſtatuere* vocabulum; verum etiam non raro ſignificat *conſtituere*, quo ſenſu *ſtatuti* vox ſignificationem *conſtitutionis* induit, ac pro lege, ab imperante condita, accipitur; hinc imperatores THEODOSIVS et VALENTINIANVS, e) leges ſuas *ſtatuta* appellare non dubitant:

plu-

b) ANDREAS AB EXEA *in c. canonum ſtatuta, de Conſtit. tom. 2. Repetit. iur. canon.* c) CIC. *fam. l. 3. ep. 6.* d) VLP. *lib. 56. ad Edict. l. 46. D. de Verborum ſignific.* conf. *l. 4. §. 1. in f. ff. quod quiſque iur. in alter.* e) *v. l. un. Cod. nemini licere ſignum Saluatoris Chriſti.* conf. *c. 1. de renunciat. in 6.*

pluribusque GOLDASTVS f) hunc vocis ſenſum exemplis docuit.

§. II. Generalis hæc vocis acceptio eſt, quæ ad præſentem materiam minime ſpectat. Vſu enim inualuit, vt *ſtatutorum* appellatio *ſanctionibus* tribueretur *particularibus*, quæ ab inferiori magiſtratu, cui poteſtas leges ferendi *ordinarie, independenter* et *proprio iure* non competit, conduntur in particularem ciuitatis vtilitatem. Hinc male illi loquuntur ſentiuntque, qui ſtatuum imperii noſtri leges *ſtatuta* appellare et hoc vocabulo earum dignitati detrahere volunt. Igitur non placent, quæ BESOLDVS de ſtatuum imperii ſtatutis differit g): accuratiora habet ZIEGLERVS, qui iuſſiones *ſtatuum* imperii reuera eſſe et dici leges probat, h) quamuis non negemus, in legibus imperii publicis i) non raro, quicquid *vniuerſalis iuris* ambitum egreditur, *ſtatutorum* nomine comprehendi. *Generalis ſtatuti ſignificatus.*

§. III. Remoto hoc ſignificatu, reſtat ille, quo per *ſtatuta* intelligimus *eas ſanctiones, quas perſonæ, iurisdictioni ſuperioris ſubiectæ, dependente quadam poteſtate condunt.* Cumque variæ in ciuitate occurrant perſonæ, quæ hac facultate gaudeant, varia quoque oriuntur ſtatuta. Ita habemus STATVTA PROVINCIALIA, quæ in prouincia, indulgente et concedente imperante, auctoritatem nanciſcuntur; STATVTA CIVITATVM PROVINCIALIVM, quæ ius in ciuitatibus municipalibus conſtituunt, ſunt quoque STATVTA VNIVERSITATVM, collegiorum *Specialis ſignificatus.*

f) GOLDAST *in replicat. pro Imper. C. XI. de Conſtitutionum imperialium inſcriptione et auctoritate, p.* 97. g) *v. Differt. de regalibus cap. I. n.* 2. *p.* 1121. *in theſauro practico.* h) ZIEGLER *de iur. Mai. Lib. I. cap.* 1. *n.* 19. *p.* 120. conf. ill. DN. THOMASII *Differt. de poteſtate ſtat. imperii legiſlator. contra ius commune.* i) *v. Ord. Camer. P. I. t.* 3. §. 1. *et tit.* 57. Reichs-Hof-Raths-Ordnung *Ferdinandi III. tit.* 3. §. 15. *rec. imperii a.* 1654. §. 165.

rum licitorum, immo FAMILIARVM, de quibus ſingulari ac erudito tractatu egit NICOL. BETSIVS. k) Hæc tamen poſteriora ad *pactorum* proprie dictorum magis accedunt indolem. l) Memoranda quoque ſunt STATVTA SYNODALIA EPISCOPORVM et ſimilia, quæ inter leges eccleſiaſticas locum habent non vltimum, et vniuerſali iuri canonico ſunt ſubordinata, iuriſque auctoritatem tuentur. m) Ita archiepiſcopus Colonienſis HENRICVS SECVNDVS in *ſtatutis ſynodalibus* de a. 1321. rectiſſime his verbis vtitur: *ex officio nobis commiſſi debito cogimur ipſos, quos ad obſeruantiam iurium et ſtatutorum huiuſmodi virtutum præmia non inducunt, tam adiectarum exaggeratione pœnarum quam adiiciendarum de nouo formidine, ab auſibus temerariis refrenare et noſtri capituli et prælatorum conſilio et conſenſu.* Sed de his agendi hic locus non eſt.

De ſtatutis ciuitatum municipalibus.

§. IV. Ex dictis clarum erit, quid per STATVTA intelligi velimus, nempe; *iura, quæ non immediate a ſummo legislatore deſcendunt, ſed ab inferiori et dependente poteſtate, et quidem ex delegata poteſtate oriuntur.* Agimus autem hic de STATVTIS CIVITATVM PROVINCIALIVM, quas vulgo *municipalia* appellare ſolent. MVNICIPIORVM mentio in iure Romano frequentiſſime occurrit. Iura eorum prolixe recenſent SIGONIVS, n) MANVTIVS o) aliique p) varia ſub diuerſo reipublicæ Romanæ ſtatu fuerunt. A municipiis dicuntur *leges*

muni-

k) NIC. BETSII *de ſtatutis, pactis et conſuetudinibus familiarum illuſtrium et nobilium cura* IO. SCHILTERI *Argent.* 1699. l) v. doctiſſimam diſſertationem DN. HORNII ICti Witemb. *de confirmat. ſtatutor. municipalium §. XLVII. habitam a.* 1694. m) v. DN. LVNICH. *ſpicil. eccleſ.* Fortſetz. *Part. I. p.* 421. conf. DOVIAT *Praenot. Canon. Lib. III. Cap. XXXIV. de capitulis epiſcoporum p.* 507. n) SIGON. *de antiquo iur. Ital. lib.* 2. *c.* 6. o) MANVT. *de ciuit. rom.* p) Conf. V. C. EVERHARDVS OTTO *in tr. de aedil. colon. et ciu.*

municipales, quarum meminit GELLIVS ſequentibus verbis: *Municipes ſunt ciues Romani, in municipiis LEGIBVS SVIS ET SVO IVRE VTENTES.* Immo veteres ICti q) ad has *leges municipales* ſæpiſſime prouocant, prout doctiſſime docet EZECH. SPANHEMIVS. r) Ceterum conditionem municipiorum apud Romanos conſiderantem, et cum ſtatu ciuitatum noſtrarum conferentem, latere non poterit differentia inter *Romanorum municipia* et *hodiernas ciuitates prouinciales*, quamuis iamiam VLPIANI temporibus *ciuitatis* et *municipii* vocabula promiſcue ſumi ceperint. Ita enim VLPIANO s) obſeruatum: MVNICIPES *proprie appellantur muneris participes, recepti in ciuitate, vt munera nobiſcum facerent: ſed nunc abuſiue municipes dicimus, ſuæ cuiusque CIVITATIS CIVES: vt puta, Campanos, Puteolanos.* Agnoſcunt hanc differentiam multi recentiorum DD. Ipſe MEVIVS t) ciuitates, ſuperiorem recognoſcentes, abuſiue hodie adhuc dici *municipales*, aſſerit, et inepte ſæpius applicationem a Romanis de municipiis legibus ad iura ciuitatum prouincialium fieri aliquot exemplis probat HERTIVS. u) Fundamentum differentiæ in diuerſitate *priuilegiorum*, quibus apud Romanos municipia inuicem gaudebant, quærendum eſt; nec non in diſcrimine ſingulari antiquæ Romanæ reipublicæ a Romano-Germanica republica: hinc in multis rebus vrbium noſtrarum conditionem meliorem eſſe demonſtrat I. HORNIVS, x) ac muni-

q) SCÆVOLA *L. 6. D. de decret. ab ord. fac.* VLPIANVS *L. 3. D. eod. L. 1. D. de albo ſcrib.* MODESTINVS *L. 11. §. 5. D. de munerib.* r) SPANHEM. *orbis Roman. exercit. I. cap. XII. p. 96.* s) *l. 1. §. 1. D. ad municip. et de incol.* t) MEV. *in tract. de arreſt. c. 9. n. 8. et conſil. 93. n. 185.* u) HERTIVS *in diſſertat. de ſuperioritat. territ. §. XXV. tom. II. opuſcul. p. 134.*

x) HORNIVS *in diſſert. de confirmat. ſtatutorum municipalium §. XI.* Addere etiam poſſes, in multis eam dero-

municipiorum Romanorum; vt mirum deſerendi ſit, qui o-mne *ius ſtatutorum* hodiernorum ex *iure antiquo municipali* ex-plicandum eſſe cenſent. y)

A quibus dif-ferant ſtatu-ta ciuitat. imp. imme-diatarum.

§. V. Ciuitatum appellatio rectius huc quadrat, quarum tamen in Germania non vna eademque eſt conditio. De *impe-rialibus ciuitatibus liberis* hic ſermo non eſt, quae cum *ſuperio-ritate territoriali* gaudeant, aeque vt alii ſtatus *leges* condunt, quod ius prolixe vindicauit KNIPSCHILD, z) quamuis eas numquam leges ſuas *ſtatuta*, more forſan antiquo, a) appellare maluerunt. b) In praeſenti de *ciuitatibus prouincialibus*, quae immediate alicui ſtatui ſubſunt, mediate vero imperatori et im-perio aſtricti, primo loco quaeremus, *an ciuitatibus prouincia-libus ius condendi ſtatuta competat?*

§. VI.

[illegible] eſſe, maxime ſi [illegible] publico [illegible] municipiorum ſub republica libera, vel etiam [illegible] imperatoribus [illegible]. [illegible] *libertas*, quae municipiis com-petit, ad exemplum ipſius *vrbis*, de-clinare et cum ipſa [illegible] corpore. [illegible] tempora diuerſa ſunt [illegible].

y) Inter hos principatum [illegible] ZANGERUS ſupra *cap.* [illegible] [illegible] peruerſa doctrina [illegible], quod pleraque interpretes [illegible] fuerunt, [illegible] habendum eſſe, niſi quod vel textu [illegible] vel *canone* [illegible] demonſtrari queat. [illegible] [illegible] [illegible] eſſe [illegible] ceres, [illegible], [illegible] naturae, [illegible] [illegible]. Verum hoc [illegible] ab [illegible] [illegible] de hoc [illegible] libertas eſt.

z) KNIPSCHILD. *de iur. et priu. ciuit. imperial. Lib. II. Cap. I.* [illegible] *p.* 191.

a) Quis enim ignorat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fuiſſe, et ciuitates [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ab imperatoribus petiiſſe et [illegible].

b) [illegible] Satzung, Statuten und [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Statuta, Ordnungen, Reformation, [illegible] und [illegible] [illegible] [illegible] und [illegible] [illegible] [illegible] und [illegible] [illegible] heil. Reichs Stadt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] et Hamburgenſes hoc [illegible] [illegible] Hamburger Statuten und [illegible] Recht [illegible] a. 1603. 1605. 1681 plura [illegible] exempla, opus eſſe nobis non videtur.

§. VI. In decidenda hac quæſtione ea ſunt attendenda, quæ ſupra c) ſcripſimus, vna in republica eſt maieſtas ſeu ſuprema poteſtas, vna leges ferendi poteſtas, a qua obligationis vinculum oritur. Statuta ſi *legum* auctoritatem habere, ſi actionum a ciuibus inſtituendarum norma eſſe debent, robur eorum a ſumma poteſtate in republica vt habeant neceſſe eſt. Hinc firmiſſimo talo ſtat concluſio: *leges aut quid legibus ſimile, præter maieſtatem in ciuitate nemo ſancire ac introducere poteſt*: igitur neque *ſtatuta* ab vllo corpore ſuperiorem agnoſcente, inter quæ *ciuitates prouinciales* etiam referendæ ſunt, *iure proprio* d) promulgari poſſunt.

Ciuitates iure proprio non condunt ſtatuta.

§. VII. Nihil nos mouent rationes in contrarium, quæ ex *iure Romano* allegari ſolent. Non obſtat CALLISTRATVS, e) quando *decreta ordinis* non oportere reſcindi ex reſcripto D. HADRIANI Nicomedenſibus dato refert. Nam verſatur reſcriptum circa ius *ordinis decurionum*, qui municipiis præerant, competens, quam infirma autem ex *municipiorum* comparatione cum ciuitatibus noſtris prouincialibus ducantur argumenta, paullo ante monuimus. Municipia ius ſuarum legum habebant, quod multo ſcientiæ legitimæ apparatu docet EZECH. SPANHEMIVS. f) Fruebantur hac libertate ex moribus Romanorum, referente VLPIANO, g) quæ cum iure Romanorum publico conueniant, non eadem ratione ad ſtatum Germanicarum ciuitatum applicari queunt. Sunt alii, h) qui ius *ſtatuendi* in *iuriſdictione* radices agere exiſtimant, immo COLERVS mero ac-

Hoc illud nec ex iure municipiorum Rom.

neque iuriſdictionis tribui poteſt: [illegible]

Oooo 2 que

c) *Cap. I. §. 5.* d) Aus eigner Macht und Gewalt, vt ſtylo vulgari aſſerere ſolent. Quod *poteſtate delegata* fit, huic opponitur. e) in *l. 5. D. de decret. ab ordine fac.* f) SPANHEM. *in orbe Rom. exerc. I Cap. XII. p.* 96. g) *l.* 25. *D. ad municipalem.* h) COLER *P. I. Proc. Execut. c. 3. n.* 33. KLOCK. *Tom. I. conſ.* 10. *n.* 617.

que mixto imperio inueſtitum, ſtatuta condere poſſe credit; ſed a poteſtate *ius reddendi* ad ius ipſum ſeu leges conſtituendi poteſtatem male inferri, ſolide demonſtrant LYNCKERVS i) et MEVIVS, k) quamuis non negemus, iurisdictionis exercitium facile incidere poſſe in iuris conſtitutionem, cum iurisdictio exercenda non raro indigeat decretis, executionem iudiciorum promouentibus, quae a domino iurisdictionis ſanciri poſſe, nonnulli exiſtimant, adducto ſpecimine aus der oder Oeſter. Landes-Ordnung, in qua illis, qui iurisdictione gaudent, permittitur, daß ſie mögen zur Handhabung ihrer Gerichte Ordnungen machen, ſo der Herrſchaftl. Landes-Ordnung und Billigkeit nicht entgegen, interim non comprehendimus, neceſſario iurisdictioni ineſſe ſtatuendi facultatem.

Sed ex conſenſu maieſtatis.

§. VIII. Cum autem nobis *poteſtas ſtatuendi* a ſola *maieſtate* tamquam omnis iuris fonte deriuanda videatur, nunc inquirendum erit, *quomodo maieſtas huius facultatis participes reddat ciuitates prouinciales?* Requiritur enim ad ſtatutorum valorem CONSENSVS MAIESTATIS, qui aliquando eſt *expreſſus*, aliquando *praeſumtus*, aliquando *tacitus*, et vel compoſitionem ſtatutorum antecedit, vel ſequitur.

Vel antecedente vel ſubſequente, expreſſo, praeſumto et tacito.

§. IX. PRAECEDIT imperantis conſenſus, quoties *facultas ſtatuendi* ex maieſtatis conceſſione conſtat: SEQVITVR, ſi Princeps confirmet, ratihabeat, approbet a ciuitatibus ſtatuta. Conſentit maieſtas *expreſſe*, ſi priuilegio aut pacto ius ſtatuendi largiatur, cuius exempla allegat WERLHOFIVS. l) Conſenſiſſe *praeſumitur*, ſi curam legum non habeat, actiones ſubdito-

rum

i) LYNCKER *de ſtatutis ciuitatum prouinc.* [illegible] k) MEVIVS *in diſcuſſ. leuam. inop. debit.* c. 2. n. 106. 110. conf. IDEM *qu.* 2. *prelim. ad* [illegible] n. 31. *et* ſq. STRYKIVS *de iurisdict.* §. 136. ſq. l) WERLHOF *ſpecim.* II. *iuris* [illegible] *quo* [illegible] *Germaniae* [illegible] p. 531.

rum ad certam normam non reuocet, magiſtratui inferiori conſtituto adminiſtrationem et regimen ciuitatum ac vniuerſitatum relinquat; nam qui vult finem, media etiam voluiſſe creditur. Et huc illi reſpiciunt, qui ex *iure ciuitatis*, cum vniuerſa *politiae* adminiſtratione conceſſo, conceſſam aliquam ſtatuendi libertatem inferunt, formato hoc argumento, eum, qui iure ciuitatis gaudet ſub quacunque demum amplitudine, etiam gaudere iure ſtatuendi pro modo et captu ſuorum iurium. m) *Tacite* conſentit, ſi auctoritate ſtatuta pollere ſinat, ſi in ſupremis dicaſteriis iuxta eorum ſenſum lites dirimere actionesque ſubditorum diiudicari permittat, et hoc triplici modo quoque confirmatio ſtatutorum quoque fieri poteſt.

§. X. Omnis igitur *ſtatuti* vis ab hoc imperantis conſenſu dependet, quo deficiente, de ſtatuti auctoritate merito dubitamus: illo autem praeſente, ſtatutum, quo minus pro *lege* habeamus, non videmus. Pronae ex his principiis ſunt concluſiones: eandem ſtatutorum ac legum eſſe conditionem, n) vnum eundemque obligatorium tenorem, eandem iis deberi obedientiam, ius interpretandi aeque ad imperantem pertinere, niſi interpretandi facultatem cum priuilegio ſtatuendi conceſſerit, quod plerumque praeſumitur: ſenſu ſtatuti dubio eligendam ſententiam, quae *iuri communi* minus aduerſetur; o) ſtrictioris quidem interpretationis eſſe ſtatutum, interim in pari- | *Concluſiones inde deductae.*

tate

m) HORN. *de differ. ciuit.* §. 35. maxime tamen ea, quae *politicam ciuitatis* reſpiciunt, quorſum pertinent, Welche: Gaſſen-Steuer, Brauer- und andere Ordnungen, welche die Policei angehen. Quibus ciuitatibus enim plena *politiae* adminiſtratio induita, eis quoque id conceſſum eſſe videtur, ſine quo haec exerceri commode nequit.

n) ZIEGLER *de iur. Mai. Lib. I. cap. 5. §. 17. p. 119.*

o) Quaterus ſcilicet diſponit (1) de *materia*, quae iure communi eſt determinata, conſtituta, et expoſita, (2) quaeque ad *ſtatum Germaniae* quadrat. Vnde huc minime referendum, quicquid in iure communi de ipſo *iure municipali* traditur.

tate caſus et rationis omnino admittere extenſionem. p) poſteriora tollere prius, immo aliquando leges prouinciales q) et vniuerſales, actus contra ſtatuta ſuſceptos ipſo iure etiam nullos reddere poſſe. ſine imperantis conſenſu mutationem tentari non poſſe, prudenter agere, qui expreſſam ſummi legislatoris confirmationem requirunt, quamquam tuti eſſe poſſint, ſi de *tacito*, immo quandoque *præſumto* imperantis ſint certi et perſuaſi conſenſu. ſtatuta irrita eſſe, quæ iura imperanti debita violant; imperatorem derogare ſtatutis, immo ea abrogare poſſe, priuata autem non reuocanda, cum plerumque a ſubditis per modum priuilegiorum aut quandoque titulo oneroſo acquirantur; ex ſtatuto agenti non opponi poſſe *exceptionem non obſeruati ſtatuti*. r)

Quibus in ciuitate competat ius condendi ſtatuta?

§. XL. Ad aliam nunc deuenimus quæſtionem, cuinam *exercitium condendorum ſtatutorum adſcribendum ſit?* vbi cum diſtinctione reſpondendum eſt. et quidem generaliter notandum, *ſtatutorum* introductionem illis regulariter competere, quibus *adminiſtratio* et *regimen ciuitatis* commiſſum, cum adminiſtrationis non vltimum officium ſit, vtilibus et ſalutaribus ſtatutis ciuium commoda promouere. Aſt quia diuerſæ quo-

que

p) Maxime in iis caſibus, quæ præter ius commune ſtatutum determinauit. Dantur plures eiuſmodi doctrinæ, ſolis ſtatutis propriæ, nec in iure communi fundatæ, quæ quamcunque admittunt interpretationem, ex genere legum, quorſum pertinent iura ſtatutaria braxandi, item iura opificum. Denique dantur materiæ in ſtatutis, quæ prorſus cum iure communi pugnant, illudque tollunt, qualis eſt doctrina de *communione bonorum communione inter coniuges*, quæ ex iure communi nimis late explicatur, cum plane diuerſa agnoſcat principia.

q) Sic quamuis in *Marchia* ciuibus ſuperſtes coniux omnium bonorum capiat ex lege prouinciali; dantur tamen ſtatuta quarundam ciuitatum ſecundum quæ ſuperſtes, nullis exiſtentibus liberis, in omnia bona ſuccedit. r) SCHILTER ex. *ad Pand.* §. 14.

que ciuitatum prouincialium ſunt formæ, diuerſa quoque ſta-ciendi ratio occurrit, quæ plerumque ex obſeruantia et moribus dependet.

§. XII. Conficiuntur autem ſtatuta proprie in vſum certæ cuiuſdam ſocietatis, hinc extra eam eorum valor extendi nequit. Omnes igitur, qui membra ciuitatis repræſentant, et iuriſdictioni conſtituentium ſub ſunt, ſtatutorum obſeruantiæ ſe ſubtrahere nequeunt. Inde facile colligere poſſumus, cur nec Princeps, s) neque eius familia, t) neque miniſtri, neque poſſeſſores dominum priuilegiatarum, u) neque illi, qui foris ſingularibus, vt Academici clerici aliique x) ſortiuntur, ſtatutis ſimilibus ordinarie teneantur. *Quousque obligent ſtatuta?*

§. XIII. Quod ad *modum* conficiendorum ſtatutorum attinet, plerumque in ſcripturam redigi ſolent, optimo conſilio, ne conſignatione deſtituta in ius vagum atque incertum degenerent. Aſt cum tardiores fuerint in conſcribendis ſtatutis maiores noſtri, quod iuniores malo exemplo quandoque ſequi amant, magna ſtatutorum non ſcriptorum nata eſt copia, vt SCHILTERO y) placuerit, inde anſam arripere diuidendi ſtatuta, *in ſcripta et non ſcripta*, quæ poſteriora *conſuetudines* locorum, ex vſu et conſenſu imperantis auctoritatem nactæ, dicuntur, non confundendæ aliis cum ſtatutis, quam confuſionem iit interdum, qui ciuitatum prouincialium ſtatuta pro ſpecie *conſuetudinis* habent, decepti vulgari ſed minus accurato more, quem *Sunt vel ſcripta, vel non ſcripta.*

s) ZIEGLER *de iur. Maj. lib. I. cap. I. n.* 17. *p.* 9. t) VOET. *de ſtatut. ſect. VIII. cap.* 2. *p.* 255. u) WERLHOF *ſpecim. ſer. iur. ammel. p.* 115.

x) De miniſtris eccleſiæ vid. CARPZ. *conſ.* 4. *def. de conſiſt.* de officialibus principum BRUNNEM. *j. eccl.* 60. de poſſeſſoribus dominorum priuilegiatorum CARPZ. *P.* 3. *c.* 12. *def.* 19. de profeſſoribus IDEM *lib.* 6. *reſp.* 41. *n.* 20.

y) SCHILTER *in Exercit. ad ff. p.* 1.

quam in primis Gallica, z) iura obſeruant, qui ſub titulo iuris conſuetudinarii, *Couſtumes*, etiam *ſtatutaria* comprehendunt iura.

De quibus cauſis condantur?

§. XIV. Reſtat quaeſtio inſignis: *circa quas materias ſtatuta ciuitatum prouincialium verſari queant?* Generaliter notandum: imperantem hanc ſtatuendi facultatem modo laxiorem modo ſtrictiorem reddere poſſe, eiusque prudentiae relinquendum, quantam ciuitatibus prouincialibus indulgere velit libertatem. Sunt quaedam negotia, quae generalibus legibus non commode circumſcribi poſſunt, quorumque executio a circumſtantiis dependet, quae pro diuerſitate locorum variare ſolent: in his ſtatuendi facultatem imperantes bono conſilio inferioribus largiuntur: alii quoque occurrunt caſus, in quibus ſtatuendi ius ab inferiori magiſtratu exerceri non ſine maxima vtilitate poteſt, nempe in omnibus negotiis, quae *adminiſtrationem ciuitatis* ab imperante commiſſam promouent, cum quiuis magiſtratus certis opus habeat ordinationibus in exequendo munere ſuo, quas autem omnes et ſingulas praeſcribere nimis moleſtum foret ſummo legiſlatori. Circa alios caſus ſtatuendi facultatem nemini aſſerere poſſumus, niſi imperantis conſenſus expreſſus aut tacitus adſit, aut praeſumi poſſit.

Quaenam eorum obligatio?

§. XV. De obligatione ſtatutorum ſaepius iam dictum, cum ea, quae de *legum* obligandi vi proferri ſolent, a praeſenti materia non ſint aliena. Statutis enim legum auctoritatem vindicauimus. *An ſuntne ſtatuta, quae legum vim habent, ſed propius ad pactorum indolem accedunt?* Ita videtur ZIEGLERO, a) qui omnem ſtatutorum vim ex conſenſu ciuium inter ſe et cum magi-

z) BOUCHEL *Bibliotheque ou treſor du droit françois. tom. I. p. 699.*

a) ZIEGLER *de iur. maj. lib. I. cap. IV. §. 16.*

magiſtratu, deriuat. Neque nos negamus, frequentes exiſtere caſus, in quibus eiuſmodi pacta in ciuitatibus prouincialibus ſanciuntur, eaque, ſi legibus ſcriptis non derogent, aut ratione ſua deſtituantur, firmam producere obligationem non iure *legis* aut vi ſua ſed propter *pactum*; propterea illa non citius legum ſpeciem fieri, quam ſi a Principe ſub *ſtatutorum* nomine acceperint confirmationem, ſiue expreſſe ſiue tacite illa ſequatur b).

§. XVI. Hæc de natura ſtatutorum eorumque obligandi principio, dixiſſe in præſenti ſufficiat, cum ad ſpecialiora progredi, animus non fuerit. Ceterum hæc principia decidendis pluribus quæſtionibus ſatisfacere potuerunt, in quibus decidendis fluctuare DD. aut minus cohærentia proponere ſæpius ſolent.

b) *Cap. II.* §. 9. ZIEGLER *l. c.* §. 27. *p.* 119. Verum autem hæc confirmatio ſit abſolutæ neceſſitatis, alia quæſtio eſt. Quin ad *bene eſſe* multum faciat, nemo in dubium vocabit. Ceterum ſicuti pacta per ſe efficaciam ſuam ſine hoc adiumento ciuilia habent, ita arbitror, etiam talia pacta publica in ciuitatibus citra confirmationem valere.

EXERCITATIO XVI.

AD LIB. I. PAND. TIT. III.

DE

MORE IVRISCONSVLTORVM ANTIQVO ET RECENTIORI DE IVRE RESPONDENDI ET RESPONSORVM COLLECTIONIBVS.

§. I.

ICtorum olim magna auctoritas ſub republica libera.

ICtorum olim ſub republica libera magna erat auctoritas, et prouincia plena ſollicitudinis. Fora litibus perſonabant: fata cauſſarum vtplurimum ambigua legum ænigmata non raro vexabant iudicum ingenia: quilibet litigantium denique conſilio, cautione, et informatione opus habebat, ne vel formula caderet, vel alias in hoc periculoſo itinere ſyrtes incideret. Vnicum ergo laborantium ſolatium poſitum erat in præſidio ICtorum: hi conſulebantur a litigantibus quotidie: conſultationibus infinitis fatigabantur, et ſub munere *reſpondendi de iure* totum vitæ tempus conſumebant, tanta cum auctoritate, vt reſponſa eorum inſtar *oraculorum* haberentur. Neque tamen hæc prouincia, reſpondendi de iure, iuris peritis inſtar alicuius *muneris publici* ex decreto populi demandabatur: libera erat et quibuſcumque patebat, qui fiducia ſtudiorum in forum prodibant. Teſtis eſt POMPONIVS in *l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* aitque: *ante tempora* AVGVSTI *publice reſpon-*

in reſpondendo de iure;

quæ facultas ſingulis libere conceſſa

reſpondendi ius non a principibus dabatur, ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondebant, neque reſponſa vtique ſignata dabant, ſed plerumque iudicibus ipſi ſcribebant, aut teſtabantur, qui illos conſulebant. Non ergo publica reipublicæ auctoritate alicui deferebatur hoc officium, quamuis inſtar *muneris publici* eſſet, a CICERONE *vrbanæ militiæ* annumeratum, qua appellatione *officia publica* quoque deſignata fuere, generalius tamen quæuis officia, quibus in *vita ciuili* per artes liberales periti aliis proderant. Hoc ſenſu LEO et ANTHEMIVS in *l. 14. C. de aduoc. diuerſ. iud.* hoc reſcripſerunt modo. *non enim ſolos noſtro imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis, et thoracibus nituntur, ſed etiam aduocatos. Nam militant cauſſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine, laborantium ſpem vitam et poſteros defendunt.* Nec aliter CICERO intelligendus in *orat. pro Murena c. 9.* vbi de *militia vrbana* ICtorum diſſerit *Seruius hic nobiſcum hanc* VRBANAM MILITIAM RESPONDENDI, *ſcribendi, cauendi, plenam ſollicitudinis et ſtomachi ſecutus eſt: ius ciuile didicit; multum vigilauit: laborauit: præſto multis fuit: multorum ſtultitiam perpeſſus eſt: arrogantiam pertulit: difficultatem exſorbuit: vixit ad aliorum arbitrium, non ſuum. Magna laus et grata hominibus, vnum hominem elaborare in ea ſcientia, quæ ſit multis profutura.* Non poterat moleſtia carere hæc *reſpondendi vrbana militia*, quod homines arrogantes, pertinaces, immo etiam inſipidi illos quotidie obſiderent, eorumque conſilia ſollicitarent; quo ipſo ad *aliorum*, non ad *ſuum* arbitrium viuere cogebantur, quod in partem ſollicitudinum ſingulorum vocarentur. *militia vrbana dicta.*

§. II. Facile quidem eos, qui in hac vrbana militia reſpondendi excellebant; fama deſignabat publica; vt tamen eo facilior aditus *Et in foro et domi conſulentibus reſpondebant.*

aditus ad eos eſſet, tranſuerſo ambulabant foro, et domi etiam in ſolio ſedentes ſui copiam conſulentibus praeſtabant. Teſtimoniis omni exceptione maioribus id illuſtrat CICERO. Etenim *lib. III. de orat. cap. XXXIII.* verumque his deſignat verbis: *Meminerant illi* (de patre et ſocero ſuo loquitur) *S. Aelium, M. vero Manilium nos etiam vidimus tranſuerſo ambulantem foro: quod erat inſigne, eum, qui id faceret, facere ciuibus omnibus conſilii ſui copiam: ad quos olim et ita ambulantes et in ſolio ſedentes domi, ſic adibatur, non ſolum, vt de iure ciuili ad eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de omni denique aut officio aut negotio referretur. Haec fuit P. Craſſi illius veteris, haec T. Coruncanii, haec proaui, generi mei, Scipionis, prudentiſſimi hominis, ſapientia, qui omnes pontifices maximi fuerunt, vt ad eos de omnibus diuinis atque humanis rebus referretur: iidemque et in ſenatu et apud populum et in cauſſis amicorum, et domi, et militiae conſilium ſuum fidemque praeſtabant.* In foro ergo *obambulabant*, domi vero *in ſolio ſedebant*, et conſulentibus reſpondebant, quod rurſus IDEM *lib. I. de LL.* confirmat, et ſub perſona MARCI ait, ſe non recuſaſſe, *quo minus more patrio* SEDENS IN SOLIO *conſulentibus reſponderet, ſenectutisque non inertis grato atque honeſto fungeretur munere.* SCIPIONI NASICAE, qui *optimus* a ſenatu appellatus eſt, etiam publice domus in ſacra via data eſt, quo facilius conſuli poſſet, teſte POMPONIO in *l. 2. §. 37. D. de orig. iur.* Rarior tamen ante TIBERII CORVNCANII tempora haec ſapientia ciuilis et paucioribus cognita fuit, quod plerique in latenti ius ciuile retinere cogitarent, et populum ab ore ſuo dependere cogerent. *Solam conſultatoribus potius quam diſcere volentibus ſe praeſtabant*, teſte POMPONIO in *l. 2. §. 35. de orig. iur.* adeoque *in magna potentia erant, qui conſulebantur,*

Foris peritique ambulantes.

tur, a quibus etiam dies tamquam a Chaldaeis petebatur, vt ait CICERO *orat. pro Murena.* Quamdiu haec ſcientia in occulto latuit, defuit eidem neceſſaria cultura, nec alia intentio eorum, qui haec myſteria occultabant, fuit, quam vt ſui admirationem omnibus ingenerarent, et omnium mentes, deſideria, et oculos in ſe conuerterent. TIBERIO CORVNCANIO longe diuerſa ſtetit ſententia: hic primus hanc ſcientiam publice profeſſus eſt, et non tantum conſulentibus ſed etiam diſcere cupientibus ſeſe praeſtitit. Magno proinde ardore ab hoc tempore plures in addiſcenda et expolienda ſapientia ciuili incubuerunt, et ſolidiorem gloriam atque auctoritatem nacti ſunt, ac quidem antiqui ICti callidi, qui myſteria iuris ciuilis abſcondebant, quorum inanem inſipientiam merito explodit CICERO *cit. l.* E contrario ſui temporis ICtos *lib. 1. de orator.* eorumque auctoritatem longe aliter depingit *eſt ſine dubio domus ICti totius oraculum ciuitatis. Teſtis eſt huiuſce Q. MVCII ianua et veſtibulum, quod in eius infirmiſſima valetudine affectaque iam aetate maxima quotidie frequentia ciuium ac ſummorum hominum ſplendore celebratur.* Suo iure dicere idem ICtum potuiſſe addit, quod apud ENNIVM dixit ille Pythius APOLLO, *ſe eſſe eum, vnde ſibi, ſi non populi et reges, at omnes ſui ciues conſilium expetant* a). *inſtar oraculorum habiti.*

a) Notum eſt, oracula etiam conſulta fuiſſe et *reſponſa* dediſſe, quorſum alludit orator ſummus in verbis allatis. Reſponſa vt plurimum dabant per ſacerdotem furoris ſimulati diuini plenum, ad exemplum Pythiae tripodi Delphis inſidentis, vnde enunciabat reſponſa. DIODORVS SICVLVS *lib. XVI* de Philomelo Phociorum principe haec habet: *poſt illa vero, cum vellet ſuper bello oraculum conſulere, Pythiam coegit, vt aſcenderet tripodem, atque ita oraculi reſponſum redderet.* Vaticinatores pariter conſulti reſponſa dabant, *ſe Deo plenos ſimulantes*, vt ait PAVLVS *lib. V ſent. tit.* 21 §. 1. iure Romano ciuitate expellendi, *ne humana credulitate publici mores ad ſpem alicuius rei corrumperentur, vel certe ex eo populares animi turbarentur.*

Qui

Inde definitio ICtorum.

§. III. Hinc ob rem *iurisconſultum* M. TVLLIVS *lib. I. de orat.* eum eſſe dicit, *qui legum et conſuetudinis eius, qua priuati in ciuitate vterentur, et ad reſpondendum et ad agendum et ad cauendum peritus eſſet.* Primaria eius prouincia in *reſpondendo de iure* conſiſtebat, adeoque πραγματικὸς rectiori iure ac apud Graecos infimi homines merceduła conducti, dicebatur, *ampliſſimus* ea de cauſſa et *clariſſimus* habitus. Vigilabant etiam de nocte, vt *conſultatoribus ſuis reſponderent*, teſte rurſus TVLLIO *pro Murena*; immo inde nomen natiuum IVRISCONSVLTI tractum eſt, quod quotidie et aſſidue *de iure conſultus* fuerit, et conſulentibus ac quaerentibus reſponderit. Neque enim de magnis tantum rebus reſpondebant, ſed etiam *in paruis*, populo tamen neceſſariis, verſabantur, in quibus etiam ius ciuile occupatum erat, vt rurſus *lib. I. de LL.* oſtendit: *quid eſt tantum, quantum ius ciuitatis? quid autem tam exiguum, quam eſt munus hoc eorum, qui conſuluntur, quanquam eſt populo neceſſarium?* Ini-

Inſtitu-

Qui de ſalute principis vel de ſumma reipublicae *eos conſulebat*, cum eo, qui *reſpondiſſet*, capite puniebatur, teſte EODEM *tit. l. §. 3.* In *collat. LL. Moſaicar. et Roman. tit. 15* affertur ex VLPIANI *lib. VII. de offic. proconſ.* elegans monumentum contra tales vaticinatores, cui in fine ſubiicitur: *Et ſane non debent impune ferre huiuſmodi homines, qui ſub obtentu et monitu Deorum quaedam vel enuntiant, vel iactant vel ſcientes eos fingunt.* Quandoque ſerui hac ſuperſtitione infecti reſponſa dabant, de quibus VLPIANVS in *l. 1. §. 10. D. de aedil. edict.* diſquirit, vtrum vitioſi eſſent, vt redhiberi poſſent? Ait: *quamuis aliquando quis circa fana bacchatus ſit, et reſponſa reddiderit, tamen, ſi nunc hoc non faciat, nullum vitium eſſe, neque eo nomine, quod aliquando id fecit, actio eſt: ſicuti ſi aliquando febrem habuit; ceterum ſi nihilominus permaneret in eo vitio, vt circa fana bacchari ſoleret, et quaſi demens reſponſa daret, etiamſi per luxuriam id factum eſt, vitium tamen eſſe, ſed vitium animi, non corporis, ideoque redhiberi non poſſe.* Qui ſe *Deo plenos* fingebant, furere et bacchari dicebantur, quae duo coniunguntur a CICERONE *de clar. orat. c. 80.* Hoc furore diuino ſimulato abrepti reſponſa dabant, exemplo Pythiae, de qua LVCANVS ita canit

- - *Bacchatur demens aliena per antrum*
colla ferens etc.

minuit his verbis ICtorum exiſtimationem, magis ex inuidia quam veritate, cum, ipſo teſte, etiam de ſummis et grauiſſimis quibuſcumque cauſſis conſulerentur, ſicuti leges non tantum de *glande legenda*, ſed etiam de ſalute reipublicæ, de rebus ſacris pariter ac publicas ſcribuntur. Quod enim poſt AVGVSTI tempora de IAVOLENO PRISCO retulit PLINIVS ſecundus *lib. VI. ep. 15. eum interfuiſſe officiis, adhibitum conſiliis, atque etiam ius ciuile publice reſpondiſſe*, id etiam ad ICtos ſub republica libera pertinebat: hi æque conſiliis adhibebantur, atque ius ciuile publice reſpondebant, id quod latiſſimum ambitum habebat. Neque alia de cauſſa *iuriſprudentes* vocati ſunt, quam quod *prudentes in iure ciuili* habiti fuerint h. e. habitu et ſolertia inſtructi practica, ius ad actiones ciuium ciuiles applicandi. Optime CICERO *in Lælio ſeu de amicit. c. 2. Scimus L. Acilium apud patres noſtros appellatum fuiſſe* SAPIENTEM, *quia prudens eſſe in iure ciuili putabatur.* conf. *l. 2. §. 38. D. de orig. iur.* Longe aliter OWENVS, qui per merum ſcomma *iuriſprudentes lib. 1. epigr. 54.* ita depingit:

qui et iuriſprudentes dicti.

Iuriſprudentes, prudentes iure vocantur,
Tam bene cum ſtudeant, prouideantque ſibi.

§. IV. Longe grauius pondus atque incrementum eminentius accepit *auctoritas ICtorum* a temporibus AVGVSTI, ſimulque facultas *de iure reſpondendi* coarctari quidem ad pauciores, ſimul tamen maiori cum efficacia exerceri cœpit. Non omnes amplius, fiducia doctrinæ iuris freti, hanc militiam vrbanam tuebantur, nec quiuis peritia iuris inſtructi, *iuriſconſultorum* numero habebantur, ſed hi demum, quibus a cæſaribus hoc *beneficium reſpondendi de iure* datum erat. Qua efficacia et virtute ab hoc tempore ius illud exercitum fuerit, deſignat POMPONIVS

Auctoritas ICtorum creuit a temporibus Auguſti.

et ius reſpondendi quibuſdam tan-

tum per beneficium datum.

NIVS in *l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* *Primus diuus Auguſtus, vt maior iuris auctoritas haberetur, conſtituit, vt* EX AVCTORITATE EIVS *reſponderent, et ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit.* Olim reſponſis ICtorum *probabilis* duntaxat *auctoritas* aderat, nec iudices neceſſitate ſequendi eorum eſſent conſtringebantur, niſi quatenus vſu forenſi diuturno eſſent approbata, vnde *iurisprudentia media*, ſeu *ius ciuile* in ſpecie ſic dictum natum eſt. *l. 2. §. 5. eod.* Poſtquam *ex auctoritate cæſarum* reſpondere cœperunt, reſponſa eorum *vim authenticæ interpretationis*, et eamdem, quam *reſcripta principum* habebant, acceperunt, adeo vt in precibus ad cæſares directis infererentur, et hi in reſcriptis ſuis ad ea prouocarent. Vtrumque deprehendo in *l. 11. C. de legat.* *cum reſponſo viri prudentiſſimi* PAPINIANI, *quod precibus inſertum eſt, præceptionis legatum et omiſſa parte hereditatis vindicari poſſe declaretur: intelligens deſiderio tuo iuxta iuris formam eſſe conſultum. Verba reſponſi hæc ſunt:* FILIAE MATER PRAEDIVM ITA LEGAVIT. PRAECIPITO, SVMITO EXTRA PARTEM HEREDITATIS. CVM HEREDITATI MATRIS FILIA RENVNCIASSET, NIHILOMINVS EAM RECTE LEGATVM VINDICARE VISVM EST. GORDIANVS ipſum reſponſum PAPINIANI recitat, quod precibus erat adiectum, et ſecundum illud reſcribit. In *l. 5. C. ad exhib.* idem imperator prouocat ad reſponſum *non contemnendæ auctoritatis iurisconſulti* MODESTINI. Rurſus IDEM in *l. 6. C. de nupt.* deciſionem ſuam format *ex reſponſo viri prudentiſſimi* PAVLI, quod refertur in *l. 65. §. 1. D. de ritu nupt.* Imperator ALEXANDER in *l. 3. C. de acquir. vel retin. poſſeſſ.* in medium affert *conſultiſſimi viri* PAPINIANI *reſponſum.* Eiuſdem *prudentiſſimi ICti* reſponſum pro ratione decidendi adducitur in *l. 16. C. de fideicomm.* Diuo Marco placuit

Principes ad reſponſa eorum prouocarunt in reſcriptis.

placuit, quoad quæſtiones in decurionibus et filiis eorum hoc obſeruari, *quod vir prudentiſſimus* DOMITIVS VLPIANVS *in publicarum diſceptationum libris ad perennem ſcientiam et memoriam retulit. l. 11. C. de quæſt.* DIOCLETIANVS et MAXIMIANVS *iuxta reſponſum viri prudentiſſimi* PAVLLI in *l. 11. C. ad L. Cornel. de falſ.* deciſionem formant. Ex hac auctoritate authentice ius interpretandi RESPONSA PRVDENTVM *dicta fuere ſententiæ et opiniones eorum, quibus permiſſum erat de iure reſpondere. Nam antiquitus,* ait IVSTINIANVS in *§. 8. I. de iur. nat. gent. et ciu. conſtitutum erat, vt eſſent, qui iura publice interpretarentur, quibus a Cæſare ius reſpondendi datum eſt, qui* IVRECONSVLTI *appellabantur, quorum omnium ſententiæ et opiniones eam auctoritatem tenebant, vt iudici recedere a reſponſo eorum non liceret.*

§. V. Ab hoc tempore *reſponſa* dederunt *ſignata* b) teſte POMPONIO in *l. 2. §. 47. de orig. iur.* quod et indicat SENECA *lib. VIII. de benef. c. 16. ſi tamen, quid ſentiam, quæris, et vis ſignari reſponſum.* Alludit ad formulam conſulentibus vſitatam, qua ICtos compellabant: QVAERO. *l. 43. D. de act. vend. l. 21. D. de vſufr.* Iure antiquo magis *coram* et *verbo* quam *ſcripto* reſponſa dabant, vel ipſis iudicibus vel conſulentibus, ſimulque teſtabantur, ſe reſpondiſſe. POMPONIVS in *l. 2. §. 38. D. de orig. iur.* hoc illuſtrat exemplo TIBERII CORVNCANII, *qui primus profiteri cœpit, cuius tamen,* ait, *ſcriptum nullum extat, ſed reſponſa complura et memorabilia eius fuerunt,* ab

Signata reſponſa dederunt.

b) Vt iudex ex ſignaculo poſſet cognoſcere, vtrum is, qui reſponſum dediſſet, eſſet e numero eorum, quibus imperator hoc ius conceſſerat, interprete FELTMANNO *in comment. ad h. l. p. 85.* ſicuti hodie ſigilla facultatum ſubiiciuntur reſponſis, vt fidem faciant, ex earum auctoritate ea data fuiſſe. Denique hodie *ſignata* damus *reſponſa* ad imitationem ICtorum antiquiorum, quamuis hæc ſignacula non æquale pondus habeant.

aliis forſan notata et excepta. Sub AVGVSTO ſignatas quoque ſcripto edebant reſponſa, etiam per *epiſtolas*, quibus de abſentibus conſulebantur. POMPONIVS cum aliis ICtis epiſtolas ſuas collegit, in quibus conſulentibus de iure reſpondit, vti colligitur *l. vlt. de minor.* Vbi conſueta formula litterarum: *Iunius Diophantus Pomponio ſuo ſalutem etc. tu quid de eo putas velim reſcribas. Reſpondit* etc. Pariter PROCVLVS *l. 5. epiſtolarum* relatus in *l. 125. de V. S. Nepos Proculo ſuo ſalutem* ſubiectae quaeſtioni ſequitur reſponſum: *Proculus: cum docere quis ſe promiſit.* Omiſſa epiſtola conſulentis IDEM hoc modo reſpondet in *l. 67. D. de iur. dot. Proculus Nepoti ſuo ſalutem.* conf. *l. 64. 65. 69. D. de contrah. emt. vend.* BRISSON. *de formulis lib. III. c. 85. et 86.* qui plures formulas collegit. Ipſa reſponſa breuiſſimis vtplurimum verbis concepta erant, nec ratione ſemper firmata. Saepe ſimpliciter affirmabant per formulam: *ſine dubio*, vel: *ſecundum ea, quae proponerentur, reſpondi, poſſe*; vel negabant per formulam: *non poſſe*, *l. 13. l. 88. §. 16. et 17. D. de leg. 2. l. 32. de leg. 3.* Tantae enim auctoritatis erant, vt nulla ratione adiecta valerent, teſte SENECA *epiſt. 94. Sic quomodo ICtorum valent reſponſa, etiamſi ratio non redditur.* Haec forſan ſententia fuit NERATII in *l. 21. D. de LL. et ideo rationes eorum, quae conſtituuntur, inquiri non oportet, alioquin multa ex his, quae certa ſunt, ſubuertuntur.* Ideo de *reſponſis prudentum* hanc ſententiam accipi poſſe cenſeo, quia ICtus loquitur de his, quae quotidie et de praeſenti *conſtituuntur*, non *quae a maioribus conſtituta ſunt.* Satis autem notum eſt, quod etiam ICti *iura conſtituere* dicantur, *l. 120. D. de V. S.* ita vt verba, *quae conſtituuntur*, commode de *reſponſis prudentum*, vim aequalem *iuris* cum reſcriptis habentibus, accipi queant. *l. 5. de donat. inſ. l. 13. ad L. Fal-*

breuiſſimis verbis concepta.

nulla etiam ratione adiecta.

Vt docet l. 21. de LL.

l. Falcid. l. 11. D. de m. c. donat. l. 18. de vſurp. et vſucap. Hoc ſenſu in *l. 63. de re iudic.* de ſententia iuris ſatis in foro decantata dicitur: *Sæpe conſtitutum eſt, res inter alios iudicatas aliis non præiudicare.* Nota eſt vulgata regula: *quod naturalis ratio inter omnes homines* CONSTITVIT, *id apud omnes populos peræque cuſtoditur, l. 9. D. de I. et I.* immo et neceſſitas *ius conſtituere* dicitur. Denique etiam ad interpretationem iuris referri poſſunt, quæ traduntur in *l. 4. et 5. D. de LL.* Senſus itaque prædictæ *l. 21. de LL.* huc redit, non oportere ſcrupuloſe in rationes *reſponſorum* inquirere, quod ſimpliciter valeant etiam nulla adiecta ratione, ne alioquin, quæ certa ſunt et per reſponſa determinata, facile ſubuertantur, pari ratione, vt hodie ſententiæ, ſine rationibus decidendi publicatæ, valent, quatenus in rem iudicatam tranſierunt. Addit optime NOODTIVS *ad tit. de LL.* NERATIVM de tali inquiſitione accipiendum eſſe, quæ *animo corrigendi emendandique* ſuſcipitur, quæ minime admitti potuit, quia iudicibus recedere a reſponſis non erat integrum, ſi vel maxime nulla ratione eſſent munita, ſed in ſimplici ſubſiſterent deciſione. Breuiter: non licebat diſputare de reſponſorum *veritate et iuſtitia* ex inquiſitione in rationes eorum, ſicuti alias, cum propoſitionis alicuius veritatem ſub examen reuocamus, ante omnia rationem eius eruimus, et prout hæc concludit vel a vero abludit, illam recipimus vel reiicimus.

quæ illuſtratur.

§. VI. Tantæ auctoritatis cum eſſent ICtorum *reſponſa* a temporibus AVGVSTI, ab ipſis colligi et publicari cœperunt, vt ſecundum ea iudices pronunciare poſſent. Neque enim tantum in ea cauſſa, occaſione cuius data erant, ſed in omnibus ſimilibus, ad inſtar *reſcriptorum*, vim iuris habebant, ita vt ad

Inde reſponſa ICtorum collecta.

illis publicus eſſet aditus, et litigantes ea in ſuas partes trahere poſſent. Adhuc tempore IVSTINIANI hæ collectiones in ſua integritate et auctoritate proſtabant, ex quibus compilatores inſignem copiam elegerunt, et ſelectiora *digeſtis* inſeruerunt, euidentiſſimo argumento, ius in viſu poſitum in iis deprehendi, eosque libros authenticos fuiſſe. Q. ANTISTIVS LABEO, ſectæ ICtorum primariæ caput, primus forſan fuit, qui reſponſa ſua colligeret, quod primus cum CAPITONE facultatem reſpondendi publice de iure accepiſſet. Compilatores digeſtorum nullum inde caput in rem ſuam traxerunt, collectionis huius tamen fit mentio in *collat. LL. Moſaicar. et Roman. tit. 12. §. 7.* vbi ita: *et ita* LABEO *libro XV. reſponſorum refert*, vnde liquet, plures eum *reſponſorum* libros edidiſſe. *Epiſtolas* quoque ſuas compilauit, in quibus pariter de iure quærentibus ICtis reſpondebant, quarum fragmentum affertur in *l. 30. §. 1. D. de vſurpat. et vſuc.* Neque vero probabile eſt, vtramque et *reſponſorum* et *epiſtolarum* collectionem vnam eandemque fuiſſe, cum etiam ſubſequentes ICti has collectiones diſtinxerint. SEMPRONIVS PROCVLVS caſtra LABEONIS ſecutus plures libros *epiſtolarum* publicauit, in quibus conſulentibus de iure reſcripſerat, cum *l. 69. D. de contr. empt. vend.* et *l. 12. d. præſcr. verb.* deſumtæ ſint ex *libr. XI. epiſtolarum.* Etiam NERATIVS PRISCVS, iam ſub TRAIANO notus, huius ſectæ aſſecla fuit, et itidem libros *reſponſorum* et *epiſtolarum* publicauit, vnde nonnulla fragmenta extant in pandectis, vt in *l. 19. D. de* [illegible] *verſ.* vbi generatim Paullus ita: *Neratius libro reſponſorum ait etc.* In *l. 12. §. 35. de inſtruct. vel inſtr. legat. liber IV. epiſt.* allegatur: *Neratius quoque libro IV. epiſtolarum Rufino reſpondit.* Ad ſectam CAPITONIS MASVRIVS SABINVS pertinet, cuius libri

II. re-

quod teſtatur Labeo,

Proculus,

Neratius Priſcus,

II. reſponſorum allegantur in *l. 4. de L. Rhod. de iact.* Huic iun-
go IAVOLENVM PRISCVM, cuius *libri XIV. epiſtolarum* in frag- *Iauolenus*
mentis digeſtorum afferuntur, vt ex *l. 56. D. de condit. et demonſtr.* *Priſcus,*
pateſcit. L. IVLII AQVILAE GALLI *libri reſponſorum* adducun- *Iulius Aqui-*
tur in *l. 34. de admin. et peric. tut.* et in *l. 12. de ſuſpect. tutor.* *la,*
vnde conſtat, plures eum *libros reſponſorum* collegiſſe. SEXTI
CAECILII AFRICANI *libri quaeſtionum IX.* in fragmentis dige- *Caecil. Afri-*
ſtorum occurrunt, nec dubium, quin *reſponſa* eius in illis col- *canus,*
lecta fuerint, quae ad *quaeſtiones* dabantur. Vnde formula: *i-*
tem quaeſitum eſt in *l. 22. de manum. teſtam.* item *reſpondit* in *l.*
46. de hered. inſtit. et *l. 31. de vulg. et pup. ſubſtit.* Praeterea plu-
res *libros epiſtolarum* vulgauit, ipſo teſte VLPIANO, qui in *l.*
39. pr. de leg. 1. AFRICANI *librum XX. epiſtolarum* allegat. VL- *Vlpius Mar-*
PIVS MARCELLVS *librum ſingularem reſponſorum* collegit, vn- *cellus,*
de plura in digeſtorum compilatione tracta. Nec minus Q. CER-
VIDIVS SCAEVOLA *libros XX. quaeſtionum et ſex reſponſorum* *Scaeuola,*
reliquit, frequentiſſime in digeſtis allatos.

§. VII. Propedior ad AEMILIVM PAPINIANVM, ſum- *Papinianus,*
mae auctoritatis ICtum, ex cuius *libris XXXVII. quaeſtionum* et
XIX. reſponſorum pluſima traxerunt compilatores. DOMITII VL- *Vlpianus,*
PIANI tantum *duo reſponſorum libri* in digeſtis apparent, et non
raro adduntur nomina quaerentium, vt in *l. 71. pro ſoc.* VLPIA-
NVS *lib. 1. reſponſorum Maximino reſpondit*, et in *l. 5. de pollic.*
VLPIANVS *lib. 1. reſponſorum Charidemo reſpondit etc.* Huic ad-
iungo IVLIVM PAVLLVM, qui *conſultationes*, ad quae reſpon- *Iul. Paullus,*
dit, collegit *libris XXVI.* ſub nomine *quaeſtionum*, quae ICtis
cum facti ſpecie proponebantur. Reuera ergo *quaeſtiones* nihil
aliud erant quam *conſultationes*, vti vocantur in *l. 34. de leg. 2.*
l. 19. §. 1. de ann. leg. quibus ſubiungebantur ICtorum reſponſa,

vt *libros quæſtionum* eodem ſenſu *libros conſultationum* vocare li-ceat. Præterea *reſponſorum libros XXIII.* euulgauit, ſub diuer-ſa quidem appellatione, ſed in argumentis a *quæſtionum libris* haud diuerſos. *Calliſtratus,* CALLISTRATVM ALEXANDRI conſiliarium *libros II. quæſtionum* compilaſſe, ex digeſtis quidem liquet, ſed hac ſub appellatione magis varias iuris ambigui quæſtiones eum coacervaſſe, ex ipſis textibus inde hauſtis conicio. Etiam HE-RENNII MODESTINI *libri XXVIII. reſponſorum* in digeſtis me-morantur, nec non *libri III. reſponſorum* PAPIRII FRONTO-NIS, teſte CALLISTRATO in *l. 220. §. 1. d. V. S.* Denique du-bium non eſt, quin reliqui quoque ICti huiuſmodi compila-tiones inſtituerint, quamuis earum fragmenta deſint.

Modeſtinus, Fronto.

Collectiones hæ ius incertum introduxere.

§. VIII. Ceterum hæ collectiones *reſponſorum, epiſtola-rum, quæſtionum* vel *conſultationum* magis iurium ambiguitatem promouiſſe quam ea illuſtraſſe, plus quam notum eſt, vt iudi-cibus in tam inſigni ICtorum diſſenſu, ex diuerſis ſectis orto, ſæpe hæreret aqua, in quam ſententiam eundum eſſet. Reſcri-ptis principum paſſim ambiguitas hæc ſublata, ſed non penitus ſedata. Ipſe TERTVLLIANVS *in apol. c. 4.* vtrumque confir-mat, teſtanturque monumenta ſub Chriſtianis imperatoribus, fora adhuc gemuiſſe ſub hac reſponſorum mole. Auctor incer-tus, *notitiæ vtriuſque imperii* adiectus, quique ſub THEODO-SIO vixiſſe videtur, imperatorem ita *in fine opuſculi de rebus bel-lic.* alloquitur: *diuina prouidentia, ſacratiſſime imperator, domi foriſque reipublicæ præſidiis compoſitis; reſtat vnum ad ciuilium curarum medicinam, vt confuſas legum contrariasque ſententias improbitatis reiecto litigio, iudicio auguſtæ dignationis illumines. Quid enim ſic ab honeſtate conſiliis alienum quam ibidem ſtudia exercere certandi, vbi iuſtitia profitente diſcernuntur merita ſin-gulo-*

gulorum. Sed nec ICtorum vota et deſideria demum impleuit IVSTINIANVS, vt hiſtoria compilationis *corporis iuris* docet, qui duntaxat ea *fragmenta reſponſorum* conſeruauit, quae conſpirare inter ſe credebantur, quamuis hinc inde quaedam [illegible] tiquis factas reliquiae ſuperſint.

§. IX. Cauſſae eccleſiaſticae, maxime *diſciplinam* ſpectantes, pariter ſaepe aliorum deciſionem deſiderarunt, vt facile in eccleſiis in morem abierit, de *quaeſtionibus diſciplinae dubiis* primarios eccleſiarum epiſcopos conſulere, et eorum reſponſa poſtulare. Ad ſedes autem primarias vel ideo directae ſunt *relationes*, quod harum praelati crederentur peritiores in tritura fori eccleſiaſtici, maiorique auctoritate pollerent. Iam ſeculo III. epiſtolae tales conſultoriae occurrunt, etiam ab ipſa eccleſia Romana et epiſcopis Romanis ad CYPRIANVM directae. Non referam patrum ſeculi IV epiſtolas, quae *reſponſa plura eccleſiaſtica* ſuppeditant. Paucis duntaxat obſeruo, in primis ad *ſedem Romanam* factas *relationes* de *cauſſis diſciplinae dubiae*, quae ab INNOCENTIO I. CONSVLTA vocantur *in epiſt. ad concil. Milevit.* apud HARDVINVM *tom. I. concil. p. 1025.* *Inter ceteras eccleſiae Romanae curas et apoſtolicae ſedis occupationes, quibus diuerſorum* CONSVLTA *fideli et medica diſceptatione tractamus etc.* Hae *relationes* nihil aliud, quam *conſultationes de iure dubio eccleſiaſtico* erant, ad quas pontifices reſponſa ſua dabant, quod indicat SIRICIVS Papa in *epiſt. ad Himerium Tarraconenſem*, relatam in codice can. *Dionyſii exigui. Directa ad deceſſorem noſtrum ſanctae recordationis Damaſum fraternitatis tuae* RELATIO *me iam in ſede ipſius conſtitutum inuenit.* Paullo poſt *relationem* appellat *conſultationem* his verbis: *ad ſingula, prout dominus adſpirare dignatus eſt,* CONSVLTATIONI TVAE RESPONSVM *competens*

non

Conſulebantur etiam epiſcopi de cauſſis dubiis eccleſiaſticis, et quidem primarii.

Inde reſponſa eccleſiaſtica,

eccleſiae in primis Romanae,

ad conſultationes,

non denegamus. Denique in *c. 15. cit. epiſt.* dentuo ſuam prodit mentem, quod de iure dubio reſpondere, non nouum ius condere intenderit: *ad ſingulas cauſſas, de quibus ad Romanam eccleſiam, vtpote ad caput tui corporis retuliſti, ſufficientia, quantum opinor, reſponſa reddidimus.* Hac eo tempore adhuc vtebantur modeſtia pontifices, vt non *nouum ius* conderent, ſed conſulti de *iure conſtituto dubio* reſponderent, licet eam ſedi Romanæ iam prærogatiuam vindicauerit INNOCENTIVS I. vt de *quæſtionibus dubiis* et *maioribus* ad eam referri debere contenderet, quod eſſet *ſedes prima* in occidente. Præterea id curabant atque agebant, vt ſua reſponſa, quæ et *decreta* vocabant, in aliorum notitiam deducerentur, vt SIRICIVS *cit. l.* ſubiungit: *Et hæc ad tua conſulta reſcripſimus, vt in omnium coepiſcoporum noſtrorum perferri facias notionem,* in hunc finem, vt ab omnibus ſeruarentur. Eam enim vim tribuebant pontifices ſuis reſponſis, vt inſtar *authenticæ interpretationis* eſſent, et parem cum prudentum reſponſis haberent virtutem. Optime denique obſeruat P. DE MARCA *lib. VII. de concord. ſacerd. et imp. §. 4.* *eam Romanis epiſcopis mentem non fuiſſe, cum reſponſa dabant poſt conſultationes, vt nouas leges his reſponſis præſcriberent, aut noua ſtatuta inueherent, ſed tantum, vt Chriſtianorum mentes reuocarent ad obſeruationem canonum et antiquæ traditionis,* id quod ex INNOCENTII I. confeſſione illuſtrat.

quibus tamen non nouum ius condebant.

Collectio reſponſorum eccleſiæ Romanæ,

§. X. Hæc auctoritas cum *reſponſis epiſcoporum Romanorum* tributa eſſet, conſultum viſum fuit, eadem colligere, vt *ius eccleſiaſticum* in occidente certiorem haberet vſum. Remouemus vero hic ante omnia *ſpuriam collectionem reſponſorum* a PSEVDO-ISIDORO ſeculo IX. orbi obtruſam, qua epiſtolæ ſuppoſititiæ epiſcoporum Romanorum, qui ante SIRICIVM vixerunt, relatæ ſunt,

quam-

quamuis ſemel publicatæ, ex temporum iniuria, mox auctoritatem inſignem acceperint. Sincerior collectio eſt, quam *codici canonum eccleſiæ* inſeruit DIONYSIVS EXIGVVS ſub titulo decretorum, quæ SIRICII, INNOCENTII, ZOSIMI, BONIFACII, COELESTINI, LEONIS, GELASII *et* ANASTASII reſponſa ad varias conſultationes comprehendit. Incrementa hæc collectio paullo poſt accepit ex *decretis* HILARII, SIMPLICII, FELICIS, SYMMACHI, HORMISDAE, GREGORII IVNIORIS, quam nouam collectionem ſepararunt IVSTELLVS et VOELLIVS *in biblioth. iuris canonici antiq. p. 249.* ſub titulo: *collectio II. decretorum pontificum Romanorum ab Hilario ad Gregorium II. collectioni I. Dionyſii exigui addita.* Facit eius mentionem LEO IV. in *c. 1. D. 20.* cum cuius relatione magis conuenit collectio *codicis canonum veteris eccleſiæ Romanæ a* FRANCISCO PITHOEO edita, vnde liquet, olim has duas collectiones non fuiſſe diſtinctas, ſed coniunctas, et in vnum corpus conflatas. Singulorum pontificum decreta, diſciplinam eccleſiaſticam determinantia, *collectioni conciliorum* etiam adſperſit HARDVINVS, tum *ſpuria*, tum *genuina*. Inter hæc in primis notari merentur GREGORII M. *reſponſa ad interrogationes* varias AVGVSTINI Cantuarienſis archiepiſcopi *tom. III.* ab HARDVINO adducta, et NICOLAI I. *reſponſa ad conſulta Bulgarorum* apud EVNDEM *tom. V. p. 353 ſeqq.* capita CIV. continentia, et hoc epilogo clauſa: *hæc quidem ſuggeſtionibus ſeu quæſtionibus veſtris, prout dominus dedit, reſpondimus.* Præterea in ſingulorum pontificum epiſtolis, quatenus ad nos peruenere, plura huius farinæ reſponſa occurrunt, quæ illuſtrant eccleſiaſticam diſciplinam, immo etiam alii ſedium celebriorum epiſcopi pariter reſponſa ad quæſtiones dederunt, vt

Dionyſii exigui.

aucta poſtea.

Singulorum pontificum collecta reſponſa in collectionibus conciliorum.

AVGVSTINI, CHRYSOSTOMI, aliorumque, in primis vero HINCMARI et IVONIS epiſtolæ teſtantur.

Reſponſa eccleſiaſtica verboſiſſima.

§. XI. Hæc *reſponſa eccleſiaſtica* a ICtorum Romanorum reſponſis in eo potiſſimum receſſerunt, quod prolixioribus verbis concepta et pluribus vtplurimum rationibus inſtructa fuerint. Verboſitas hæc iam dudum patribus familiaris et vſitata fuit, adeo vt ſub imperatoribus Chriſtianis etiam ſubſellia et aulæ et iudiciorum occupauerit. Leges ab hoc tempore multis verborum phaleris compoſitæ: quædam forſan etiam ab epiſcopis conceptæ imperatoribus oblatæ, et ab his publicatæ, quarum in numerum turgidis verbis effigiatam *legem 31. C. de epiſc. et cler.* loco, quæ magis *homiliam* quam *ſanctionem* ſapit. Aeuo IVSTINIANI verboſitas in legibus maiora cepit incrementa, ex quo in patrum homiliis, ſcriptis et reſponſis creuit. Decreta pontificum ambiguis turgent rationibus: reſponſa epiſcoporum ſententiis patrum, auctoritatibus conciliorum, dictis ſacris, immo etiam rationibus philoſophicis exornata ſunt: denique quo magis ſtudium loquacitatis creuit, veritatis ſinceræ decreuit ſimplicitas. Ars oratoria, viris eccleſiaſticis nimium commendata, huic inſtituto ſine dubio occaſionem dedit, quæ in ſcriptis eccleſiaſticis vbique regnat et dominatur, adeoque non mirandum eſt, ſæpe reſponſa eccleſiaſtica exordio otioſo et epilogo ſuperfluo eſſe inſtructa. Denique ſcholaſticorum doctrina loquaciſſima nouum huic rei dedit additamentum, vt facile omnium confeſſione conſtabit, effecitque, vt curia Romana in primis diffuſiſſimo vteretur ſtylo.

Quæ praxis ad fora ciuilia propagata.

§. XII. Hæc prolixitas eo facilius ad fora propagata eſt, quo magis laici a moribus et vſu viuendi clericorum dependerunt. Ex quo enim ius *Canonicum* atque *Romanum* etiam ad fora

fora Germaniæ penetrauit, ICtis de iure conſultis nefas viſum fuit, more antiquo ius ciuile reſpondere, ſed potius placuit, deciſiones ſuas et opiniones multis *rationibus dubitandi* et *decidendi*, allegationibus interpretum, et auctoritatibus eorum firmare, qui inter ICtos inſigne nomen hactenus tulerunt. Equidem Romani in diſſenſu ICtorum nonnunquam etiam prouocarunt ad affirmantium vel negantium opiniones; ſed vel binis verbis et ſine vllo præiudicio auctoritatis ſuam modeſte edebant ſententiam, nec in verba alicuius magiſtri iurabant, aut ex auctoritatibus aliorum ICtorum pendebant. Aſt ICtis, a ſeculo XII, alia ſtetit ſententia, id verum eſſe conſtituentibus, quod pluribus, iisque celebrioribus, placuerit, vt ab eorum doctrinis recedere nefas eſſet, ne alias iudex litem ſuam faceret. Perſuaſio hæc produxit *opiniones communes*, vt loquuntur, quas in reſponſis coaceruare et agmine doctorum munire glorioſum et ad victoriam multum conferre viſum fuit. Inde vero nata ſunt ICtorum prolixiſſima reſponſa, conſultationes et deciſiones, vt, quæ in lucem prodierunt, facile demonſtrant. Etenim etiam hæc colligere cœperunt, vel ipſi auctores vel alii, et poſteritati conſeruare, quorum inſignis copia tum *veterniorum* tum *recentiorum* ICtorum in bibliothecis apparet. Catalogum vberrimum conſiliorum ſecundum ſeriem alphabeticam compoſuit LIPPENIVS *in bibliotheca reali iurid. ſub voce conſilia, deciſiones*, et *reſponſa iuris* ASTRVVIO et litteratiſſimo GOTTL. AVGVSTO IENICHEN admodum aucta, vnde facile coniicere licet, quanto feruore maiores incubuerint in colligendis reſponſis. Quidam ex his ſua ediderunt reſponſa, nonnulli aliorum ICtorum compilarunt ſcrinia, ſelectiora publicantes, exemplo KLOCKII: nonnunquam academiarum quarumdam conſultationes coniunctim euulgare,

In reſponſis ICtorum.

Collectio hodierna.

gatæ, ceu docent *reſponſa Argentoratenſia*, *Altorfina*, *Tubingenſia*, *Marpurgenſia*, cetera. Quædam denique ad ſpecialia argumenta coarctata ſunt, ex variorum ſcriptis eruta, ceu loquuntur; conſilia *feudalia*, *criminalia*, *matrimonialia* vel alterius argumenti.

Non improbanda diffuſior pertractatio argumenti.

§. XIII. Neque tamen is ſum, qui diffuſiori argumenti cuiuſdam pertractationi in reſponſis dicam ſcribere velim. Partim enim hodie hæc *neceſſaria*: partim etiam *vtilis* et e re eorum fuit, qui ICtos conſuluerunt. Romanorum ICtorum reſponſa vel in ſimplici acquieſcebant deciſione, quod *externa* munita eſſent *auctoritate*, ſimpliciterque valerent. ICtorum recentioris æui, qui poſt ius reſtitutum Romanum ſcripſerunt, non æqualis auctoritas, nec reſponſis eorum atque deciſionibus virtus æque efficax attribui poteſt. Pondus illa habent ex *interna virtute*, h. e. ex rationum bene digeſtarum momentis, et obſtaculorum quorumuis atque dubiorum ſolida remotione. Vtrumque ſæpe maiorem laborem, operam, et induſtriam deſiderat, vt iudicem mouere et in ſuas trahere partes poſſint. Eſt præterea hodie ius ambiguum: infinitis errat ſub ſcopulis: præiudiciis, erroribus, et opinionibus male fundatis abundat: denique ſub conflictu legum domeſticarum et peregrinarum adeo laborat, vt plerumque expediat, veram iuris, quo vtimur in Germania, ſententiam a tot ſyrtibus liberare, et ex tenebris eruere. Præterea dignitas argumenti quandoque vberrimam deductionem meretur, nec paucioribus contenta eſt rationum ponderibus. Plurima rerum præcipuarum capita nonnumquam ex antiquitatibus tam profanis quam eccleſiaſticis atque diplomatibus ſunt explicanda et eruenda, quo præiudiciis communibus occurratur, quæ ignorantia antiquitatum regulariter teguntur. Paucis: ſicuti

ſicuti prolixior excuſſio in thematibus vbique obuiis tædium nauſeamque operatur; ita argumentum infinitis obnoxium dubiis, ſuperficiaria tamen opera elaboratum, hodie vix lectionem meretur, et parum prodeſt.

Præiudicia vulgaria contra publicationem reſponſorum,

§. XIV. Hæ rationes quoque meo iudicio efficiunt atque euincunt, de reſponſis conſiliisque ICtorum ſiniſtra iudicia non eſſe ferenda. Noui plurimorum præiudicia: reſponſa magis amori eorum, qui ea expetunt, quam veritati et iuſtitiæ dari, vt ERNESTVS COTHMANNVS *vol. III. reſp. 39. n. 332.* ait Sæpe nummorum copia ea expugnari: quandoque in elaborandis conſiliis captari gloriam eruditionis et beneuolentiam atque fauorem aliorum, vt parum iis fidendum ſit: deciſiones in maiori pretio eſſe habendas, quod ad acta iudicialia bene excuſſa dentur: inde deciſiones rotarum reſponſis longe præferendas, immo præſidum iuſtitiæ definitiones, vt CARPZOVII, MEVII, BRVNNEMANNI, FABRI aliorumque euidentiſſimo documento demonſtrare, horum conſiliis eam auctoritatem minime ineſſe, quæ *definitionibus* tribuitur. Verum ſicuti his pondus ſuum non adimo, ita hoc præiudicio non capior, vt vtilitatem inſignem, quam reſponſa præſtare poſſunt, prorſus negligendam, et eorum publicationem reſpuendam eſſe exiſtimem. Multum etiam erratur in deciſionibus, quemadmodum etiam ex reſponſis ICtorum infinitæ deciſiones factæ ſunt. *Abuſum* merito quilibet ſanus damnabit, qui tamen *legitimum* non tollit *vſum.* Recte meo iudicio rationes ſubducit CASPAR KLOCKIVS *in epiſt. dedicat. tom. I conſil. Neque negari poteſt, quod conſulentes quam maxime quærendæ veritati intenti ſint, et conſilia, quæ eduntur, maximis conficiantur laboribus et vigiliis, cum omnia, quæ in vtramque partem diſputantur, ruſſo apparatu, inſtructisque hinc inde partium copiis quaſi*

quæ euertuntur.

 in

in profectum ad vſum non ſine ſenſu honeſtæ voluptatis proponantur et deducantur a reſpondentibus, et quæ veritati omnino conſentanea ſunt, certis legibus, rationibus et auctoritatibus comprobentur; contraria vero aperte diluantur. Poſt pauca pergit: *Porro cum ſemper Africa aliquid apportet noui, et iuris conditio, vt inquit imperator* IVSTINIANVS, *in infinitum decurrat, nec minus ac ipſa natura nouas ſubinde formas edat; quis quæſo non videt, ſi decidenda occurrat noua aliqua facti ſpecies, id multo promtius et maiori cum dignitate e noſtrorum ICtorum reſponſis, quam lecturis aut ſolis legibus diiudicari ac explanari poſſe? Nam cum de noua aliqua quæſtione ICto reſpondendum eſt, ſummo ſtudio diligentiaque hinc inde omnia ſcrutatur, omnia ſimilia colligit, rationes dubitandi et decidendi, cauſſas, verba et ſenſus diſponentium conquirit, quid ſit æquum aut iniquum, iuſtum aut iniuſtum, legibus conueniat vel non, vel cum iiſdem litem pugnamque exerceat, ſigillatim perluſtrat; omnia denique contemplatur, rimatur, ruminatur, et collata inter ſe examinis quadam lance perpendit, eum in finem, vt veram, quam inquirit, iuſtitiam inueniat, ſcriptis mandet, et ad poſteros vſque propaget etc.* Vtplurimum videlicet reſponſis plus eruditionis ineſt, quam deciſionibus, et ita plus præſtant in orbe litterario, quam interpretationes legum, et doctrinarum iuridicarum in theſi pertractatio. Etenim in conſultationibus ICtis oblatis occaſio vberrima ſuppeditatur, ſpecialiſſimas iuris obſeruationes, antea non obuias, excutiendi, et viam oſtendendi, qua in *applicatione*, perpenſis ſingulis facti circumſtantiis, eundum ſit, quæ in iure omne fert punctum, cum iuriſprudentia vnice propter *vſum* et *applicationem* ſit addiſcenda. Denique *exemplorum* inſtar ſunt, quorum frequentior copia doctrinas quaſcunque illuſtrat, atque explicat. Prætereo breuitatis cauſſa alia, quæ reſponſorum publicationem et euolutionem commendare poſſunt, ex ipſo eorum vſu haurienda.

EXER-

EXERCITATIO XVII.

AD LIBR. I. PAND. TIT. III.

DE COLLECTIONIBVS, VSV ET PRAESTANTIA DECISIONVM, PRAECIPVE ROTAE ROMANAE ET MEVIANARVM.

§. I.

SYSTEMATA *collectionum* maiora, quibus ICti iurisprudentiam, *ſanctiſſimam illam philoſophiam*, a) variis decorarunt obſeruationibus, ſuumque nomen poſteritati commendarunt, non ſunt eiuſdem generis, ſed tum quoad *finem*, tum etiam quoad *methodum*, et eruditionis *apparatum* ſingu- *Syſtemata in collectione opinionum ICtorum occupata parum proſunt.*

a) Seu *ciuilem ſapientiam*, ut vocatur in *l. 1. §. 5. D. de extraord. cognit.* quod legum culturam, per rationes perficiendam, concernat, et earum veram indolem ſiſtat, atque a *praeceptis* et *documentibus moralibus* accurate diſcernat. Atque qui hoc diſcrimen probe obſeruant, nec doctrinas diuerſi fori miſcent, demum ICtorum numero agglutinandi ſunt. Vel ex hoc vnico momento facile iudicium ferri poteſt de ODDONIS SCHAEZII, Profeſſoris Salisburgenſis, *collectanea et farragine ad decretales*, qui ne quidem *legum* conceptum genuinum et diſtinctum habuit, et tamen leges *eccleſiaſticas* et *ciuiles* interpretari auſus eſt. In *diſſert. prooem. n. 8.* Chriſti dogmata de baptiſmo, S. coena, amore et dilectione intima, et alia praecepta, quae etiam *mandata* in ſenſu morali dicuntur, *leges* eſſe docet, et Chriſtum *legislatorem* eſſe, inde contra me euincere conatur. Si cum hoc cenſore mihi in arenam deſcendendum foret, ante omnia prima iuris rudimenta in tuto loco collocanda eſſent, quorum adeo rudis eſt, vt ne quidem intelligat diſcrimen inter *leges* et *doctrinas morales* atque *praecepta morum*, ad internam emendationem mentis, et ſalutem aeternam conſequendam propoſita, quae vim *legum coactiuarum* non admittunt.

ſingularem in plures ſpecies abeunt. Quidam enim olim in deliciis habuerunt, ſententias ICtorum ex operibus diuerſorum argumentorum colligere, et, ſine vllo iudicii acumine, methodo *indicibus* et *locis communibus* familiari, conſarcinare, quo his, qui articulum quemdam iuris ICtorum aſſenſu communi corroborare anxie quærebant, non deeſſet farrago teſtimoniorum aut Heroum forenſium copia, quorum tutamini et præſidio ſententiam electam committere poſſent. Neque enim olim tam *rationum* ponderibus certabatur, quam *auctoritate* oraculorum iuris, quibus in foro gloria eruditionis cuiuſdam conciliauerat fidem, vt, qui maiorem copiarum numerum in aciem producere valeret, victoriam ſibi certam in foro promittere poſſet. Huic immenſo labori ſeſe olim immiſit Cardinalis DOMINICVS TVSCHIVS *in concluſionibus practicis iuris*, et IO. BERTACHINVS *in repertorio*, quorum indigeſta moles nil niſi ſententias veterum ICtorum, nudas fere, nulliſque *rationum* momentis exornatas exhibet: collectitias copias, inter ſe *pugnantes* et *informes*, in ſcenam producit, et his duntaxat prodeſt, qui omne ſuæ doctrinæ pondus ex penu alieno petunt, et ſine iudicio regustant, quæ ab aliis tradita ſunt, non inquirendo, an recte tradita ſint. Eadem hæreſis infauſta adeo infecerat DAVIDEM DORINGIVM, vt omnium aliorum laborem plus quam Herculeum ſuperare contenderit in *bibliotheca iuriſconſultorum*, cuius *tomus I.* ne quidem primam exhaurit litteram, licet in ſpiſſam excreuerit denſitatem. Quodſi immenſum iter per reliquas litteras ſuſceptum abſoluiſſet, vix triginta volumina huic collectioni ſuffeciſſent, in eo feliciori ſidere præ aliis confectæ, quod *formulas forenſes*, in foro Romano vſitatas, cum *ſententiis legum* et *rationibus* non neglexerit. Hiſce ſocium adiungo MARCVM

Confecta a Tuſchio et Bertachino,

Dauide Doringio,

CVM ANTONIVM SABELLVM *in ſumma diverſorum tractatuum*, in qua iidem iuxta ſeriem Alphabeticam interpretum iuris dogmata, non ſelecta, ſed quoquo modo corraſa congregauit, et in quatuor volumina coniecit, quæ in rem ſuam facere videbantur. Succinctior eſt AVGVSTINVS BARBOSA *in theſauro locorum communium iurisprudentiæ*, ab aliquot ICtis vel auctus vel deprauatus, illis tantum inſeruiens, qui vltra vulgus non ſapiunt. Quia vero præ ceteris *deciſionum iuridicarum et rerum iudicatarum* exiſtimatione ducuntur plurimi, quod exempla facile ad aſſentiendum alliciant homines, adiumentum ingens rei forenſi ſe attuliſſe crediderunt, qui indices pleniores *deciſionum* et *ſententiarum* publicarunt, quorum in numerum referendi ſunt ARISMINVS TEPATVS in *compendio deciſionum* et *ſententiarum variarum*, et MARTA, Neapolitanus ICtus, in *Digeſtis nouiſſimis totius iuris vniuerſæ ſcientiæ ex omnibus deciſionibus vniuerſi orbis compilatis*. Prior quidem non in ſolis deciſionum compendiis ſubſtitit, ſed more ceterorum varias doctrinas ex libris ICtorum hauſtas admiſcuit, diuerſa tamen a reliquis methodo vſus, vt in tribus partibus *iuris publici*, *rerum criminalium*, et *contractuum* collectanea traderet, et per ſpecialia capita congeſta et excerpta ſpargeret; poſterior vero vnice *deciſiones* præcipue *Rotarum* corraderet, et ad hæc capita: *Iudiciorum*, videlicet, *ciuilium*, *criminalium*, *contractuum*, *feudorum*, *vltimarum voluntatum* et *rerum beneficia eccleſiaſtica concernentium*, deciſionum vbertatem et copiam reduceret.

Sabellus.

Auguſtinus Barboſa

et illis, qui compendia, deciſionum publicarunt.

§. II. NEQVE tamen penitus quoſcunque collectorum labores reſpuo, ſed illorum in primis induſtriam euehendam cenſeo, qui *fori Romani formulas* et *loquendi modos* exemplo GVILIELMI BVDAEI et BARNABAE BRISSONII, qui *ſignificatus varios*

His præferendi collectores formularum fori Romani et

ſingularem in plures ſpecies abeunt. Quidam enim olim in deliciis habuerunt, ſententias ICtorum ex operibus diuerſorum argumentorum colligere, et, ſine vllo iudicii acumine, methodo *indicibus* et *locis communibus* familiari, conſarcinare, quo his, qui articulum quemdam iuris ICtorum aſſenſu communi corroborare anxie quærebant, non deeſſet farrago teſtimoniorum aut Heroum forenſium copia, quorum tutamini et præſidio ſententiam electam committere poſſent. Neque enim olim tam *rationum* ponderibus certabatur, quam *auctoritate* oraculorum iuris, quibus in foro gloria eruditionis cuiuſdam conciliauerat fidem, vt, qui maiorem copiarum numerum in aciem producere valeret, victoriam ſibi certam in foro promittere poſſet. Huic immenſo labori ſeſe olim immiſit Cardinalis DOMINICVS TVSCHIVS *in concluſionibus practicis iuris*, et IO. BERTACHINVS *in repertorio*, quorum indigeſta moles nil niſi ſententias veterum ICtorum, nudas fere, nulliſque *rationum* momentis exornatas exhibet: collectitias copias, inter ſe *pugnantes* et *informes*, in ſcenam producit, et his duntaxat prodeſt, qui omne ſuæ doctrinæ pondus ex penu alieno petunt, et ſine iudicio reguſtant, quæ ab aliis tradita ſunt, non inquirendo, an recte tradita ſint. Eadem hæreſis infauſta adeo infecerat DAVIDEM DORINGIVM, vt omnium aliorum laborem plus quam Herculeum ſuperare contenderit in *bibliotheca iuriſconſultorum*, cuius *tomus I.* ne quidem primam exhaurit litteram, licet in ſpiſſam excreuerit denſitatem. Quodſi immenſum iter per reliquas litteras ſuſceptum abſoluiſſet, vix triginta volumina huic collectioni ſuffeciſſent. In eo feliciori ſidere præ aliis confectæ, quod *formulas forenſes*, in foro Romano vſitatas, cum *ſententiis legum* et *rationibus* non neglexerit. Hiſce ſocium adiungo MARCVM

Confecta a Tuſchio et Bertachino,

Dauide Doringio,

CVM ANTONIVM SABELLVM in *ſumma diverſorum tractatuum*, in qua itidem iuxta ſeriem Alphabeticam interpretum iuris dogmata, non ſelecta, ſed quoquo modo corraſa congregauit, et in quatuor volumina coniecit, quae in rem ſuam facere videbantur. Succinctior eſt AVGVSTINVS BARBOSA *in theſauro locorum communium iuriſprudentiae*, ab aliquot ICtis vel auctus vel depravatus, illis tantum inſeruiens, qui vltra vulgus non ſapiunt. Quia vero prae ceteris *deciſionum iuridicarum et rerum iudicatarum* exiſtimatione ducuntur plurimi, quod exempla facile ad aſſentiendum alliciant homines, adiumentum ingens rei forenſi ſe attuliſſe crediderunt, qui indices pleniores *deciſionum* et *ſententiarum* publicarunt, quorum in numerum referendi ſunt ARISMINVS TEPATVS in *compendio deciſionum* et *ſententiarum variarum*, et MARTA, Neapolitanus ICtus, in *Digeſtis noviſſimis totius iuris univerſae ſcientiae ex omnibus deciſionibus univerſi orbis compilatis*. Prior quidem non in ſolis deciſionum compendiis ſubſtitit, ſed more ceterorum varias doctrinas ex libris ICtorum hauſtas admiſcuit, diuerſa tamen a reliquis methodo vſus, vt in tribus partibus *iuris publici*, *rerum criminalium*, et *contractuum* collectiones traderet, et per ſpecialia capita congeſta et excerpta ſpargeret, poſterior vero vnice *deciſiones* praecipue *Rotarum* corraderet, et ad haec capita: *Iudiciorum*, videlicet, *civilium*, *criminalium*, *contractuum*, *feudorum*, *vltimarum voluntatum* et *rerum beneficia eccleſiaſtica concernentium*, deciſionum vbertatem et copiam reduceret.

Sabellus. *Auguſtinus Barboſa* *et illis, qui compendia deciſionum publicarunt.*

§. II. NEQVE tamen penitus quoſcunque collectorum labores reſpuo, ſed illorum in primis induſtriam euehendam confeo, qui *fori Romani formulas* et *loquendi modos* exemplo GVILIELMI BVDAEI et BARNABAE BRISSONII, qui *ſignificatione* varios

His praeferendi collectores formularum fori Romani et

verborum iuris,

varias verborum iuris, legum *verba ſolemnia*, regulasque ab antiquis ICtis laudatas, ordine conueniente expoſuerunt atque collegerunt, inter quos rurſus palma danda eſt BARNABAE BRISSONIO, in aureo opere tum *de formulis ſeu verbis populi Romani ſolemnibus*, tum *de verborum, quae ad ius pertinent, ſignificatione*, cui noua eucubratione vltimam manum addidit B. HEINECCIVS, et per acceſſiones inſignes nouum lumen attulit. Nec hic praetereundus eſt PETRVS CORNELIVS BREDERODIVS, qui *repertorium ſententiarum et regularum iuris* compoſuit, vnice ex iuris fontibus hauſtum, atque in duos diuiſum tomos, quorum prior *promtuarium doctrinarum*; poſterior *indicem verborum iuris* continet, vt eo facilior recurſus iis pateret, qui potius ipſis fontibus, quam riuulis vagis et errantibus, animum paſcere e re ſua eſſe ducunt, cum

dulcius ex ipſo fonte bibantur aquae.

atque et collectores formularum et verborum Germanicorum.

Habet vero etiam *Germania* ſuas peculiares *formulas* tum forenſes, tum aliis negotiis et artificiis proprias: poſſidet *legum antiquarum* theſauros ab HEROLDO, BALVZIO, LINDENBROGIO et nouiſſime a D. GEORGISCHIO compilatos, ex quibus hodie adhuc rudera plurima in foro petuntur, quae in ipſis rerum argumentis verſantur, instituta a Romanorum more longe diuerſa nouit, quorum congeſta momenta longe maiorem afferunt vtilitatem rei iuridicae, ac quidem veterum indices et collectanea informia. Lexicographos in hunc cenſum refero, et qui gloſſaria compilarunt, vt FRESNEVS, in *gloſſario mediae et infimae latinitatis*, quod in formulis, legibus, ac rebus Germanicis magnopere occupatum et incremento inſigni nouiter auctum eſt. Rebus vero Germanicis ſingulariter prae ceteris inſeruiunt *Gloſſarium Teutonicum* IO. SCHILTERI, quod *tom. III. theſ. antiquit.*

Vel lexicographi et gloſſariorum compilatores.

antiquit. Teuton. exhibet, et *gloſſarium Germanicum* IO. GEORGII WACHTERI nuper admodum editum, et nitidiſſimo exaratum ſtylo, apte quidem compoſitum, ſed quod in re tam obſcura et caliginoſa multis in locis adhuc pleniorem deſiderat lucem. *Paroemiae antiquae* pariter in inſignem excreuerunt cumulum, quarum vſum in iuris Germanici ſtudio monſtrarunt HERTIVS et PISTORIVS, verum dubitandum non eſt, quin ille latius adhuc dilatari et ex pluribus aliis adagiis erui poſſit; quid enim aliud ſunt quam *acutae et perbreues prudentum ſententiae de rebus agendis vel fugiendis ex moribus hominum tractae?* Et quia *formulae* et *commercia humana* primariam actionum humanarum partem conſtituunt, non mirandum eſt, quod haec ipſa infinitarum legum antiquarum ſententiam, et morum Germaniae propriorum, vnde iura naſcuntur, mentem exprimant. Horum ſeriem inſignem iam olim collegit expoſuitque SEBASTIANVS FRANCKIVS, in tractatu, quem inſcripſit: Sprichwörter gemeiner Teutſchen *Nation*, anno 1545. edito. Merito etiam ECCARDVS Germanicarum rerum indagatoribus commendauit *ſtudium etymologicum*, et noua manuductione illuminauit, vt rebus Germanicis egregiam praeſtaret operam, qui ex intima antiquitate et moribus Germanorum ea penitius, quam FRANCKIVS fecit, illuſtraret, et variis exornaret vſibus iuridicis. Sunt enim *vocabula* et *formulae*, Germanis propriae, ſignificatus rerum, vitam hominum communem deſignantium et agentium mentem repraeſentantium, vt, qui magnam diligentiam ad haec explicanda et declaranda contulerit, eaque, quae in vſibus hominum quotidianis obueniunt, coëgerit et coaceruauerit, commodis vtilitatique communi ſeruiiſſe dici queat. Multum in hoc ſtudiorum genere praeſtiterunt CHRISTOPHORVS BESOLDVS

Paroemiarum compilatores.

Formularum Germanicarum indagatores.

 DVS

DVS in *theſauro practico*, IOANNES IACOBVS SPEIDELIVS in *ſpeculo obſeruationum variarum*, PAVLVS MATTHIAS WEHNERVS in *obſeruationibus ſelectis* et IOANNES RVDINGERVS in *ſingular. obſeruat. iuris*, qui omnes in hoc fuerunt, vt *vocabulorum* et *formularum Germanicarum* ſenſum verum et applicationem iuxta ſeriem alphabeticam ſiſterent. His inſignes acceſſiones factæ ſunt et quidem BESOLDO a CHRISTOPHORO LVDOVICO DIETHERRO *in continuat. theſauri practici Beſoldiani*: SPEIDELIO ab EODEM in *ſupplemento Speideliano*: vtrique denique ab AHASVERO FRITSCHIO in *Supplemento Speidelio-Beſoldiano*. Infinita tamen ex iure peregrino ſeu penu iuris Romani prudentiæ admiſcuerunt, eaque ad res Germanis familiares illuſtrandas attulerunt ex præiudicio illorum temporum, quibus ſcripſerunt, communi, quod ſine *eruditione Romana* hæc intelligi non poſſent, quæ tamen ex propriis Germanorum inſtitutis primario eruenda et exponenda erant. Sed cogitandum etiam eſt, hos rerum Germanicarum interpretes in ea tempora incidiſſe, quibus rerum Germanicarum intima cognitio adhuc in abdito latebat, nondum detectis illis fontibus, recentiori ſeculo demum in lucem protractis, quorum ope hodierno æuo ea, quæ principiis peregrinis infecta et corrupta ſunt, integritati ſuæ facili opera reſtitui poſſent.

Laudandi quoque collectores variarum opuſculorum rariorum.

§. III. PRAETEREA in laude et gloria illorum labores ponendos eſſe arbitror, qui *ſelectiora opuſcula* et *rariora* de ſingulari quodam iuris argumento conſcripta, et multa eruditione referta, coaceruanda eſſe conſtituerunt, quod abſque hoc ſubſidio facile interire, et, niſi colligantur, paucorum manibus teri ſoleant. Quia enim in ſingulari quodam themate excutiendo verſantur, anguſtiores habent limites et conciſiori opera conſtant.

ſtant. Hanc legem ſibi dixerunt, qui opuſcula ICtorum varii argumenti in vnum collegerunt in *tractatu tractatuum* pedetentim adeo aucto, vt in inſignem voluminum numerum excreuerit collectorum induſtria. Plura ex his ſcriptis, collectioni dictæ inſertis, periiſſent, niſi ab interitu ea vindicaſſet ſollicitudo collectorum. Eumdem finem habuerunt, qui ad *leges ſingulares* commentarios ſcripſerunt, quos olim REPETENTES dixerunt, in aliquot voluminibus ſpiſſioribus iam olim compilatos. Quibus vero votis et deſideriis expetita fuerint illorum opuſcula, qui *artem criticam* et *litteras humaniores* ad ſtudium iuris Romani attulerunt, tralatitium eſt, quorum theſaurus etiam bibliothecis inſtructiſſimis defuit. Vt igitur diuturnam eruditorum ſitim exſtingueret EVERHARDVS OTTO, ICtus magni nominis, in *theſauro iuris Romani* eorum obſeruationes, variis ſub titulis deſignatas, quinque tomis collegit, quorum copia vix amplius haberi poterat, quibus adhuc ſupplementa plura addi poſſent. Et quid de collectoribus ſcriptorum, ab vno eodemque ICto elaboratorum, conciliorum, diplomatum, et legum antiquarum dicam? quid de theſauris antiquitatum Romanarum, Græcarum et Germanicarum? quorum congmentatio faciliorem aditum hodie præſtat ad intimas rerum antiquarum rationes perdiſcendas, vt merito magno in pretio haberi debeant.

Exempla eorum, qui tractatum tractatuum compilarunt.

Repetentes.

Critici ad ius Romanum.

§. IV. INSTITVTI vero mei memor, propius accedo ad *collectores deciſionum* et *rerum iudicatarum*, ex quibus potiſſimum dextra applicatio iurium ad facta, in tribunalibus in litem deducta, intelligi et haberi poteſt. Magnus earum in foro vſus et auctoritas haud exigua. Quid enim ſunt aliud DECISIONES, quam *rerum in iudiciis, præuia ſedula cognitione magnoque cum*

Collectores deciſionum iuridicarum.

pondere examinatarum ac iudicatarum rationes et definitiones? *Decreta* eaſdem vocabant Romani, qua appellatione omnia, quæ, cauſſa pro tribunali cognita, ſtatuebantur, et pronunciabantur, veniebant, teſte VLPIANO in *l. 9. §. 1. D. de offic. proconſ.* et *l. 71. D. de reg. iur.* ſiue a Prætore, ſimiliue magiſtratu proceſſerint, ſiue ab oraculo principum deriuata fuerint. Poſterioris generis deciſiones tamen eo grauius habuerunt pondus, quod non tantum vim inter litigantes poſſiderent, illisque ius facerent, ſed perpetuam et generalem auctoritatem obtinerent, quatenus *authentica interpretatione* ius controuerſum et dubium declararent, et quid in poſterum in ſimilibus cauſſis pronunciandum eſſet, determinarent. Quocirca horum *decretorum* colligendorum neceſſitas et vtilitas erat eo grauior, quo magis ad res forenſes definiendas eorum cognitio conduceret, et *certum ius* conſtitueret. Hanc ob rem *libros tres decretorum* ſeu *ſententiarum imperialium in cognitionibus prolatarum*, vt vocantur in rubro *l. 92. D. de hered. inſtit.* exhibuit olim IVLIVS PAVLVS, ex quibus quædam particulæ a compilatoribus Digeſtis inſertæ, quas enarrant ANTONIVS AVGVSTINVS *de nominibus ICtorum c. 1.* relatus *in theſaur. iur. Rom. tom. 1. p. 153.* et ABRAHAM WIELING *in iurisprud. reſtituta p. 159.* In libris noſtris ſæpe etiam *ſemeſtria* D. MARCI laudantur, quod quotannis iuri dicundo per ſex menſes vacaret, exemplo AVGVSTI, TIBERII aliorumque imperatorum, vnde nati ſunt *libri ſemeſtrium*, in quibus D. MARCI *decreta* et *reſcripta* collecta fuerunt, vt recte dici mereantur *codex deciſionum* D. MARCI. Paſſim etiam harum fit mentio ſub titulo *principalium decretorum*, vt in *l. 1. D. de offic. aſſeſſ.* ſicuti *quædam decreta D.* PII in *l. 3. §. 1. de liber. exhib.* et *Diui* MARCI memorantur in *l. 13. quod met. cauſ.*

Vt Iulii Pauli libri tres decretorum.

Diui Marci ſemeſtria.

l. pen.

l. pen. ad L. Iul. de vi priuata et l. 3. pr. de uſur. etc. quæ ex collectionibus decretorum indubie deſumta. CALLISTRATVS etiam de *cognitionibus ſex libros* compoſuit, in quibus, quæ cauſſæ cognita decreta erant, conieciſſe *modumque cognoſcendi* præcipue determinaſſe videtur. *l. 9. et l. 19. D. de offic. praeſ. l. 37. ad municip. l. 17. de iudic.* Neque dubium eſt, quin præter reſcripta imperatorum *Codici Gregoriano* et *Hermogeniano* plura principalia decreta inſerta, et ex illis a IVSTINIANO in codice a ſe confecto repetita fuerint, parem cum edictis et conſtitutionibus reliquis vim habentia.

Calliſtrati de cognitionibus ſex libri.

Codex Iuſtinianei.

§. V. SEMITAM Romanorum ICtorum tenuerunt *collectores deciſionum recentioris æui,* quæ, licet non eamdem cum *decretis antiquis* habuerint auctoritatem, ad illuſtrandas tamen et confirmandas iurium ambiguorum ſententias non parum luminis attulerunt. Inter has principatum quemdam nactæ ſunt *Deciſiones Rotarum* et in primis *Romanæ*, tantæ exiſtimationis, vt ICti, maxime Itali, qui argumentum quoddam iuris prolixiori opera et ſtudio excuſſerunt, ſuo ſe non ſatisfeciſſe officio crediderint, niſi etiam appendicem *deciſionum Rotæ Romanæ* tractatui adiecerint, quibus hic illuminari poſſet. MERCVRIALIS MERLINVS *de legitima* in ampliſſima forma conſcripſit tractatum, cui in calce addidit CCXVI. *Deciſiones Rotæ Romanæ*, nondum antehac editas, doctrinam de *legitima* illuſtrantes. IDEM *de pignoribus et hypothecis* opus prægrande confecit, ſed in publicum prodire non paſſus eſt abſque *CLIII. deciſionibus Rotæ Romanæ*, a ſe demum publicatis, et in hoc argumento collectis. LVDOVICVS POSTIVS ſimili inſtituto *mandati de manutenendo* materiam per *obſeruationes CVIII. tomo I.* explicuit, *tomo* vero *II.* congregauit fere ſeptingentas *deciſiones Sac. Romanæ Rotæ*, ad hoc argumentum

Deciſionum Rotæ Romanæ collectiones ſuſceptæ,

ab his qui tractatus maiores ediderunt.

tum pertinentes, quarum maxima pars eius cura publicata eſt. Idem quoque de *ſubhaſtationibus* tractatum edidit, ſubiectis *CXXII. deciſionibus Rotæ Romanæ*, hoc thema illuminantibus. PROSPERI FARINACII *opera criminalia* in inſignem excreuerunt molem, quibus *tomo IV.* pariter, more Romano, ſubiectæ ſunt CXL. deciſiones, criminales cauſſas definientes, et ſeorſim præterea *deciſiones criminales CCCLXXII.* ab eo collectæ, operibusque criminalibus adiunctæ. Nec diuerſa methodo vſus eſt NOVARIVS *de grauamin. vaſall.* ſed in calce *deciſiones totius orbis tribunalium* hoc argumentum illuſtrantes recenſuit. Hac via quoque inceſſit PAVLVS ZACCHIAS *in quæſtionibus medico-legalibus*, quarum illuſtrationi inſeruientes *deciſionis Rotæ Romanæ* præterea collegit, earumque *centuria* opus exornauit. PAVLVS GALLERATVS ſimiliter *Deciſionibus Rotæ Romanæ* ſubiectis magnum opus ſuum *de renunciationibus* locupletauit, et DOMINICVS GALESIVS tractatum de *reſtitutione in integrum* catalogo exactiſſimo illarum, quæ huic doctrinæ inſeruiunt, adiectis quibuſdam, nondum antehac editis, auxit. In argumentis rerum eccleſiaſticarum eamdem calcant viam, vt nouiſſime FRANCISCVS DE FARGNA *de iure patron.* ſuo docuit exemplo, et *tom. III. p. 423. ſeqq. deciſiones Rotæ Romanæ* ineditas retulit. Denique ASCANIVS TAMBVRINVS tractatibus tum *de iure Abbatum*, tum *de iure Abbatiſſarum* magnam *deciſionum Rotæ Romanæ* copiam adiecit, vt mirer, hos, qui *rem beneficiariam* ſub incudem reuocarunt, abſtinuiſſe a colligendis iis, quæ vſibus huius argumenti inſeruire queant. Nam recentiorum ICtorum Italorum fere nemo eſt, qui, vbi ſingularem iuris articulum magno quæſtionum apparatu inſtruxit pleniſſime, *deciſionum Rotæ Romanæ* ad rem pertinentium collectionem omittere ſoleat, ſed poti-

[illegible] gloriæ [illegible], inſignem [illegible] ſubiungere et in calce operis referre. A[illegible] nationum ICti ab hac metho-do quidem abſtinent, ſed in ſuis ſcriptis paſſim eaſdem in ſub-ſidium vocant, et ſub harum deſinitionibus facile acquieſcunt fere omnes.

§. VI. TANTAE ergo auctoritatis cum cenſeantur eſſe *Deciſiones Rotæ Romanæ*, nihil [illegible] me commiſſurum credidi, ſi earum rationes intimiores et determinationes ſpecialiores paul-lo plenius euoluerem, ac inquirerem, verum grauius momen-tum in forenſi ſtrepitu præ aliorum tribunalium deciſionibus iis adſcribendum ſit. Grauiſſima exiſtimatione pollet Romæ illud tribunal, quod ROTAM vocant, cuius inſtituta et leges ſuper-ficiarie retulit IOANNES PETRVS GIBERTVS *in corpore iuris canon. per regulas expoſiti tom. I. in proleg. P. I. tit. XXIV. c. 10. p. 262. ſeqq.* neque enim veram eius et intimam rationem euol-uere eidem licuit, poſtquam illis immoratus eſt auctoribus, qui vix hoc thema tetigerunt, vt GONZALEZIVS *tom. I. in appar. lib. can. in f.* PAGNANVS in *c. 12. de iudic. n. 52.* vel ſine ordine [illegible] de hoc dicaſterio diſſerunt, vt LOTTE-RIVS *de re beneſic. libr. I. in appar. p. 5. n. 86. ſeqq.* Succinctius formam huius tribunalis pontificii exhibet et depingit AVCTOR, quem legatum Regis Galliæ Romæ ſubſiſtentem fuiſſe autumant, qui ſtatum rei præſentis Romanæ optime et accurate repræſen-tauit in tractatu, quem inſcripſit: *Tableau de la Cour de Rome P. IV. c. 4.* plenius autem et maiori cum acumine IO. BAPTISTA Cardinalis de LVCA *in theatr. veritat. et iuſtitiæ tom. VII. in re-lat. curiæ Rom. for. diſc. XXXII.* qui ſolidiori ſtudio et iudicio, ſtylo licet duriori, rationem huius tribunalis et eius deciſionum [illegible] referre potuit, quod ipſemet cauſſis et [illegible]

De Rota ſeris [illegible]

in hac palæſtra ſuſcipiendis et ſedendis diuturno tempore inſudauerit, in præſentem per plures annos iuerit, et ſic optimus teſtis ſit, qui de circumſtantiis huius conſeſſus illuſtris idoneum perhibere potuerit teſtimonium.

Ex rota Romana prodierunt ICti magni nominis,

§. VII. Eo MAGIS autem huius dicaſterii hic facienda paullo accuratior mentio, tum quod inquirendum ſit, vtrum eximior exiſtimatio ei tribuenda ſit, quam ſummis imperii et ſtatuum tribunalibus, et ſic etiam *Wiſmarienſi*, in quo enatæ ſunt felici ſub ſidere *Deciſiones Meuianæ*, quarum in gratiam hæc ſcribo; tum etiam quod certum et teſtatiſſimum ſit, ex hac ſchola forenſi illuſtri, tamquam ex equo Troiano, prodiiſſe ICtos eximios, toto orbe celebratos, (prout illorum ſeculorum ſtudia ferebant) GVILIELMVM DVRANDVM intelligo, quem *Speculatorem* dixere: OLDRADVM DE PONTE: LVDOVICVM MONTANVM ſeu Romanum: Cardinalem ZABARELLAM: TVRRECREMATA eiuſdem eminentiſſimæ dignitatis ſodalem ſeu patrem purpuratum. ABBATEM PANORMITANVM, ſeu NICOLAVM de TVDESCHIS: FELINVM DECIVM, ANTONIVM AVGVSTINVM, eruditionis caſtigatioris virum. GOMESIVM: MANTICAM, aliosque heroas forenſes, quorum catalogum edere et merita referre, inſtituti metas excederet. Sed præ omnibus aliis nominandus eſt RAYMVNDVS de PENNA FORTI vel, vt in *Summa* a ſemet edita ſe nominat *de* PENIA-FORT, qui non tantum Sanctorum albo inſcriptus eſt, ſed et *quinque libros decretalium* iuſſu GREGORII IX. compoſuit, et quæ ad *cauſas iuſtitiæ* pertinent, et ita non exiguam partem, hauſit ex *deciſionibus Rotæ Romanæ* nomine pontificis emiſſis, in controuerſiis eo delatis, obſeruante Cardinali de LVCA *loc. cit. n. 112.* Nec hoc a vero alienum eſſe vel inde liquet, quod ab antiquo ad hoc

et ipſe S. Raymundus, qui plura decretalibus ex deciſionibus Rotæ Romanæ inſeruit.

hoc tribunal cauſſæ vtriuſque fori, tum *eccleſiaſtici* per vniuerſum orbem, Romanæ ſedi addictum: tum *ſecularis* per notabilem partem Italiæ, cuius princeps eſt Papa, quam *patrimonium Petri* dicunt, delatæ fuerint, tum in prima: tum vero et præcipue in ſecunda inſtantia; non potuerunt ergo non plures illuſtres controuerſiæ iuris in hac iuſtitiæ ſede clariſſima et antiquiſſima, ſub incudem reuocari, et componi, quæ deciſionibus huius templi iuſtitiæ a pontifice per *ſignaturam iuſtitiæ* ſubiectæ fuerunt, et poſt approbationem in formam *decretalium* redactæ atque ad iudices delegatos in partibus vel ordinarios tranſmiſſæ. Singulis videlicet *auditoribus Rotæ* committuntur cauſſæ tum a *regente Cancellariæ* per diſtributionem cauſſarum in *ſignatura* propoſitarum: tum a *Decano Rotæ*: tum ab aliis, quæ grauiorem merentur diſcuſſionem et examen maturius, vt ab his commiſſionibus ſinguli auditores dicantur *iudices delegati*, delegatam iurisdictionem habentes in his cauſſis, quarum ſpeciatim examen illis commiſſum eſt. Neque vero *libellum*, in aliis iudiciis neceſſarium, hic deſiderari, teſtatur de LVCA *cit. l. n.* 10. ſed loco eius *commiſſionem* cedere ait, continentem *ſupplicationis*, Papæ porrectæ, tenorem, in qua actor, ad inſtar libelli, ſuam petitionem et conueniens remedium proponit. Huius etiam Cancellaria Romana mentionem iniicit, deciſione in formam *reſcripti* vel *epiſtolæ decretalis* coniecta, vt tot textuum verba initialia docent, veluti: *Per tuas litteras intimaſti: ex parte tua noſtris auribus eſt intimatum: expoſita nobis N. N. electi petitio continebat: innotuit nobis, Gulielmo Laico conquerente: conſtitutus in noſtra præſentia N. exhibita nobis petitione monſtrauit: ſignificauerunt nobis N. et N: ex tenore litterarum Comitis Britanniæ et noſtris auribus intimatum*, et quæ ſunt aliæ huius tenoris for-

Auditoribus Rotæ R. ſingula cauſa committuntur.

Inſerto litteris commiſſionis tenore ſupplicationis.

Aliorum teſtimonia, deciſiones Rotæ R. decretalibus eſſe inſertas,

multa in *decretalibus* obuia, oſtendentium, vel in *cauſſis appellationum*, de quibus *Rota* decernit, vel in *ſimplicis querelæ negotiis* mentis ad inſtantiam litigantium, cauſſa ſedulo cognita, has deciſiones efformatas fuiſſe, quarum inſignem cumulum exhibet *collectio Raymundiana*. Obſeruat idem LOTTERIVS *de re beneficiaria lib. I. apparat. n. 87. ſeq.* et, *cum enim*, ait, *Romanus pontifex in grauioribus et difficilioribus cauſſis, quæ ad ſedem apoſtolicam deuoluuntur, eorum iudicio vti non dedignetur, et ipſorum olim ad eorum relationem iudicabat, mox ex eorum prudentiſſimis reſponſis decretales epiſtolæ, quibus conflatum eſt corpus iuris Canonici, prodierunt.* IDEM *lib. II. quæſt. 9. n. 35* hoc repetit, dicens: *epiſtolæ decretales aliud non ſunt, quam ſententiæ papales latæ ſecundum conſilia Rotalia.* Denique idem obſeruat Cardinalis de LVCA *cit. l. n. 64.* ait: *decretalium tenor oſtendit, quod, exceptis aliquorum conciliorum decretis, quæ in eis regiſtrata ſunt, reliqui canones* (ſunt textus) *ex conſiſtoriis et ex huius tribunalis (quod antiquitus* CAPELLA *dicebatur) decretis et determinationibus depromti ſunt.* Ex duplici collegio decretales depromtas eſſe refert,

et conſiſtorii S. planta.

quia in *conſiſtorio* cauſſæ ſtatus eccleſiaſtici publicæ, in *Rota* vero *cauſſæ meræ iuſtitiæ* diſcutiuntur, atque in decretalibus ea referuntur, quæ ad vtrumque tribunal olim delata fuerunt. Quædam ex conciliis et aliunde etiam ex reſcriptis ad conſultationes epiſcoporum datis petuntur; ſed inſignis præterea cumulus Rotæ debetur. Neque vero, quæ ex decretis eius petita, adeo abſcondita ſunt, vt non facile ab aliis, æque vt olim *L. Deciſiones* Iuſtiniani Codici inſertæ, diſtingui poſſint: vt plurimum mentio fit *ſupplicationis* præcedentis, litisque peractæ, atque, rationibus in vtramque partem propoſitis memoratis, deciſio in cauſſis iuſtitiæ ſubiicitur, quæ ex penu huius dicaſterii depromta eſt.

§. VIII.

§. VIII. QVIA SPECIALIS *commiſſionis* et *ſupplicationum* mentionem aliquoties inieci, ſciendum eſt, quæuis negotia, eccleſiaſtica et ſecularia, ſiue *gratiam* ſiue *iuſtitiam* concernant, in curia Romana proponi per *ſupplicationes*, in quibus ſeries rerum exacte et perſpicue referenda. Hæ deferuntur ad *ſignaturam gratiæ* vel *iuſtitiæ*. Prius tribunal ipſemet papa per quandam ſpeciem *parui conſiſtorii* in palatio, aſſidentibus quibuſdam cardinalibus, dirigit: poſterius, ſcilicet *iuſtitiæ*, per Cardinalem vice pontificis regitur, hiſce cauſſis præpoſitum, in cuius domo, *die Iouis* regulariter, prælati, qui *vtriusque ſignaturæ* dicuntur, conueniunt, et in ſignandis ſupplicationibus, præuia deliberatione, an et quatenus ſignari debeant, occupantur. A *formulis ſignandi* diuerſis, quas olim Romani *ſubſcriptiones* vocabant, hæc tribunalia *ſignaturæ* appellationem acceperunt, quæ nihil aliud ſunt, quam *reſolutiones*, ad cauſas gratiæ vel iuſtitiæ propoſitas, formulis breuiſſimis conſuetis expreſſæ, et ſupplicationibus adiectæ, quarum rationem, modum, aliasque circumſtantias plenius euoluit Cardinalis de LVCA *cit. tr. diſc. 30. et 31.* Vtrique ſignaturæ interſunt *referendarii*, quibus hoc negotii datum eſt, vt, priusquam ſupplicationes proponerentur, ea examinarent et diſcuterent, quæ in illis petuntur, atque ad pontificem vel eius præfectum ea, quæ ſupplicationibus inſinuata ſunt, referrent, quem in finem ſupplicationes ſui nominis *ſubnotatione* corroborare iuſſi ſunt. Neque enim pontifex ac præſidentes cum prælatis ſignaturæ aſſidentibus, infinitis diſtracti negotiis, et accedente implorantium affluentia et copia incredibili, legendis atque ponderandis ſupplicationibus ſufficere poterant, ſed illorum, qui a referendis iis eſſent, auxilio atque adiumento indigebant. Horum ſocietati e PAVLO III. ſe adiungi paſſus eſt

Supplicationes antea proponuntur in ſignatura,

tum gratiæ,

tum iuſtitiæ.

Cuius appellationis ratio datur.

Tenorem ſupplicationum proponunt referendarii.

LVDOVICVS GOMESIVS, qui commentaria in *regulas Cancellariae iudiciales* ſcripſit, et ad regulam *de non iudicando ſecundum formam ſupplicationis ſed litterarum expeditarum qu. 16.* huius *ſignaturae* imaginem, admixtis obſeruationibus iuris, propria edoctus experientia, exhibuit, veramque eius formam in compendio retulit. Docet ibidem, ſupplicationes pro *gratia* impetranda papae oblatas, ſignari ab ipſo per formulam: FIAT, adiecta prima littera nominis proprii: per *Cardinalem* vero, quando ipſemet pontifex ob multiplices occupationes ſignare nequit, per formulam *conceſſum vt petitur*, vel *conceſſum in forma in praeſentia Domini noſtri papae*, adiecto nomine Cardinalis: *pro iuſtitia* autem hac notari a papa formula. PLACET, a Cardinali vero *placet S. Dn. papae N. Cardinalis.* Rationem diuerſitatis in eo collocat, quod, cum pontifex in concedendis beneficiis, vt *vicarius Dei*, agat, eius quoque poteſtate in creandis quibuſcumque gratiis vti debeat, vtendo ſolo verbo FIAT. *Nam, ait, cum papa DEI optimi maximi vices gerat, conueniens fuit, vt, quoad fieri poteſt, eius veſtigia imitetur. Et ideo, ſicut ille rerum opifex, cum dixit: Fiat lux, ſtatim ſine aliquo interuallo facta eſt lux, ſic papa ad eius ſimilitudinem, cuius vicarius eſt, hoc verbo vtitur in ſignatura fiat gratia et ſtatim facta eſt.* En elegantem exaequationem poteſtatis Dei et pontificis, qui quotidie infinitas creat gratias et vno verbo in eſſe producit. Quam ob cauſſam autem verbo PLACET ſubſcribat *ſupplicationibus iuſtitiae*, non adeo ſollicite inueſtigauit, quamuis ex eius mente probabiliter dici queat, in hac *ſubſignatione* papam, vt *ſupremum iudicem*, agere, et ſic implorantium deſideriis ſuffragio ſuo aſſurgere, atque velle, vt iuſtitia implorantis fiat. Hac ſubſcriptione, quam *ſignaturam iuſtitiae* vocant, facta, Vice-Cancellarius vel

Supplicationes pro gratia impetranda ſignantur per fiat.

Res iuſtitiae ſignantur per placet.

alius

eius regens *extendit ſignaturam*, vt verbis GOMESII vtar, *vel potius diſtribuit tales commiſſiones auditoribus vel aliis prælatis, quibus committuntur* cauſſæ iuſtitiæ, per hanc formulam, ſignaturæ ſubiectam. *de mandato D. N. papæ audiat magiſter L. et iuſtitiam faciat.* Atque hoc ipſo cauſſa ad deſignatum *auditorem Rotæ* defertur, quo intuitu ipſe *delegatam iuriſdictionem*, vt dixi, habere dicitur, quod tales *commiſſiones* ſemper præcedant, et merum ius contineant, ſeu in hunc finem ad auditorem certum dirigantur, vt iuſtitia adminiſtretur, vt rurſus GOMESIVS obſeruat. Addit præterea: *facta diſtributione commiſſionum per regentem*, videlicet formula antea deſignata ſubiecta, *mittit eas ad bancum curſorum, qui eas etiam inter ſe per turnum diſtribuant, et præſentent auditoribus vel aliis prælatis, quibus diriguntur, quibus a die præſentationis eorundem datur iuriſdictio. Et licet auditores iuriſdictionem ordinariam in cognoſcendo cenſeantur habere, itaque videretur, illos poſſe procedere in cauſſa, tamen non poſſunt, vt opinor, ante præſentationem cognoſcere*, h. e. vt alii binis verbis loquuntur: habent quidem iuriſdictionem ordinariam *in actu primo*, ſed *in ſecundo* eam demum exercent in cauſſa commiſſa poſt delegationem ſibimet *ſpecialem* factam.

Sequitur in cauſis iuſtitiæ commiſſio.

§. IX. CAVSSIS hoc modo pro *iuſtitia* facienda ad auditores deſignatos deuolutis, tranſitus fit ad ipſum proceſſum iuxta formam conſuetam peragendum, et, auditis ſufficienter partibus, cauſſaque cognita, demum *deciſiones*, eo modo, quem mox indicabo, fiunt, atque hac ratione infiniti iuris articuli dubii et interpretum contentionibus ſubiecti declarantur, præſertim quod de ſingulis fere momentis incidentibus eæ edi ſoleant. Inde plauſtra deciſionum effuſa ſunt de proceſſuum ſubagi-

Poſt cauſſæ cognitionem deciſiones fiunt.

bus,

bus, quod vel tituli *decretalium*, proceſſum illuſtrantes, [illegible] ex his deciſionibus a RAYMVNDO depromti. Sciendum autem eſt, eo tempore, quo hæc compilatio publicata eſt, ICtos Italos fere vnice *gloſſatorum* doctrinis innutritos fuiſſe, tantæ eo tempore auctoritatis, vt oraculorum inſtar haberentur, et inter eos MARTINI effata fere omne ferrent punctum. Hac de cauſſa et gloſſatorum errores, per auditores Rotæ Romanæ pro fundamento deciſionum aſſumti, a pontifice vero approbati, et a RAYMVNDO collecti, *iuris certi et interpretationis authenticæ auctoritatem* acceperunt, atque plures ſententiæ, a *iuris Romani principiis* deuiantes, decretalibus inſertæ ſunt, quorum ſcaturigo non aliunde quam a deciſionibus auditorum Rotæ Romanæ vel etiam a deciſionibus, ad conſultationes iudicum eccleſiaſticorum datis, et ab officialibus curiæ Romanæ nomine pontificis efformatis, deriuari debet, qui gloſſatorum et præcipue [illegible] MARTINI, derelictis veris fontibus, ſecuti ſunt. Quid abſurdius et a ratione iuris Romani magis alienum eſt, quam *cumulationem petitorii et poſſeſſorii* admittere, adeo vt illi ante concluſionem in cauſſa adhuc admiſceri poſſit poſſeſſorium adipiſcendæ et recuperandæ iuxta *c. 5. X. de cauſſa poſſeſſ. et propr.* Hoc commentum in ſcenam primus produxit MARTINVS gloſſator, et infeliciter deduxit *ex l. 18. D. de vi et vi arm.* quem ſecutus eſt pontifex in *cit. c. 5.* in quo prouenit ad [illegible] vel potius ad ſomnia gloſſatoris, vt perſpicue docui *in tom. 1. lib. [illegible] tit. cauſ. poſſeſſ. et propriet.* b). Nouum exemplum inter-

olim ex gloſſatorum doctrinis formata

et decretalibus hoc modo inſerta.

Quod illuſtratur.

[illegible]

b) Cenſura, quam *cit. l.* dedi, offendit ODDONEM SCHARZIVM, ordinis Benedictini Sodalem, et Profeſſorem Salisburgenſem, in farragine ad *Lib. II. decretalium*, in qua ad *cit. c. n. 71* memorat, [illegible] pondus quod

præſumtionis iuxta mentem gloſſatorum facile profero ex *c. 16. et 18. X. de teſtamentis:* ex quibus textibus liquet, pontifici, in hac quæſtione iuris: *vtrum liberi fideicommiſſo grauati præter legitimam etiam quartam ex SCto Trebelliano detrahere queant?* auditorem Cardinalem dediſſe, eiusque ſententiam approbaſſe. In materia *ſpolii*, quanta nimirum metamorphoſis inducta fuerit ex gloſſatorum ad *c. redintegranda* ineptis interpretationibus, iam olim oſtendit ZIEGLERVS in *comment. ad tit. can. redintegranda: de reſtitutione ſpoliatorum* c).

Vvvv §. X.

autem et momenta rationum mearum ne quidem tangere, nihil ei ideo aliud ſuperfuit, quod ipſe imbecillitatis meæ ſibi conſcius eſſet, et veritatis in ſuganda ſubſidiis ſe adeo deſtitutum eſſe ſciret, vt potius in tenebris et ſcopis diſſolutis verſari, atque nubem pro Iunone adorare mallet, quam decretales pontificis cenſuram admittere. Perſuaſiſſimum habeo, ipſos Rotæ Romanæ auditores, ipſo longe doctiores, aliosque eruditiores officiales Romanos, poſtquam clarior iuriſprudentiæ lux hodie affulſit, temeritatem eius reprehenſuros eſſe, et audaciam improbaturos, quod propugnatorem iuris Canonici contra doctrinas, a me in *tomo V. iur. eccleſ.* propoſitas, ſuſcipere voluerit, cuius imperitia tamen magis *confirmationem* prodidit, quam præſidio fuerit maiori, vt Augiæ ſtabulum purgare neceſſum haberet, quo temporibus hiſce exſtirpandis operam daret voluit. *Conſenſum ignorantiæ, quae diuinis nec humanis legibus innititur,* cenſuit PASCHALIS II. in *c. 5. X. de conſt.*, aſt pro caſtiganda huius hominis ignorantia atque audacia, aliorum ſcriptis expelenda, opprimenda, neceſſum eſſet, *cenſuram igno-rantiæ* noua lege conſtituere, tigna qui ideo rationum nil niſi calumnias per totum librum ſpirat, imponere.

c) Maluit vero etiam SCHWARZIVS in hoc iure gloſſatorum imperitorum errore, quam veritatis vim agnoſcere *ad tit. de reſtit. ſpoliat. n. 15 ſeqq.* Iteratum. (a) *canonem redintegranda. 3. C. 3. q. 1.* vtut ſpurium ex confeſſione BARONII, BELLARMINI et omnium eruditorum Romanæ eccleſiæ, qui vlim vulgus et SCHWARZIVS ſequitur, quamuis pro legitimo tamdiu habendum eſſe clamitat, donec ab eccleſia expurgatus et electus fuerit, qua in re ſummam ignorantiam prodit, vt credere par ſit, ipſum ne quidem legiſſe aut vidiſſe *Iſidori compilationem adulterinam*, quia ſtudium hoc captum eius ſuperat. (b) Remedium ſpolii *ex dicto Can.* contra quemuis, etiam b. f. poſſeſſorem, dari contendit, ex mente Gloſſatorum, quorum ineptias tamen iam ſuo tempore redarguit INNOCENTIVS III in *c. 18. X. de reſtit. ſpoliat.* et, nona hic deciſione ſatis probata et fundata, gloſſatorum contrariam doctrinam reiecit. Arbi-

Rotæ definitio et etymologia.

§. X. QVIA ITAQVE in *decretalibus* plurima occurrunt, quæ ex *deciſionibus Rotæ Romanæ* hauſit RAYMVNDVS, non iniucundum erit, huius curiæ formam modumque ſpecialem paucis depingere atque de eius deciſionum collectionibus pro inſtituti ratione agere. Videlicet ROTA eſt illud tribunal eximium papale, in quo cauſſæ contentioſæ auditoribus commiſſæ in forma iudiciali cognoſcuntur et deciduntur. *Rotæ* appellatio

Variæ Rotæ etymologiæ.

anceps et multis inuoluta ſcopulis eſt. A *loco* eam denominandam eſſe credit FRESNEVS in *gloſſar.* voce *Rota porphyretica*, h. e. a *camera Rotæ exſtructa, cuius pauimentum ex marmore porphyretico Rotæ figuram efformabat*, atque cameram inde nude *Rotam* fuiſſe dictam, ex teſtimonio PETRI DIACONI probat, forſan eodem modo, ſicuti olim in monaſteriis conclaue, in quo ho-

[illegible]

Arbitratur quidem aduerſarius, tempore INNOCENTII III. prædictam [illegible] ex interpretatione DD. nondum fuiſſe in ea amplitudine receptam, vt eius vſus etiam contra b. f. poſſeſſores extenſus fuerit; poſtea tamen vnanimi interpretum ſententia eius vſum dilatatum fuiſſe. Enimuero palam eſt, INNOCENTIVM III. noluiſſe (1) hanc quæſtionem ex gloſſematibus interpretum, ſed vnice ex fonte *iuris ciuilis* dirimere: (2) regulam iuris canonici, a quibuſdam interpretibus inductam, EVNDEM repudiaſſe, quamuis facile oſtendi queat, *de iure ciuili* etiam pro *ſpoliatore* habendum, qui *ſcienter* rem ſpoliatam a ſpoliatore accepit, ſicuti furum numero annumeratur, qui rem furtiuam ſcienter comparauit: (3) fateri cogitur cenſor iuxta INNOCENTIVM III. remedium ſpolii non dari contra tertium b. f. poſſeſſorem, et hac ſua deciſione *ius vetus* conſideratum fuiſſe: ſed huic non inhærendum, quia potius *communem interpretum recentiorum ſententiam vbiuis fori vſu* receptam præferendum, INNOCENTII III vero decretum hodie minus neceſſarium, immo inutile eſſe arbitratur. Non veretur homo audaciſſimus cenſuram Romanæ curiæ, quod tam improbe deciſionem INNOCENTII III. traduxerit, et vagas interpretum quorundam ſententias præferre, vſumque fori, nullo fundamento ſubnixum, incertum, et inter non-nemo [illegible], pro ſe allegare maluerit. MEVIVM contrariæ ſententiæ aſſertorem fuiſſe noui: ſed MEVII deciſiones *ius generale* non faciunt, [illegible] atque perſuaſiſſimum habeo, non [illegible] hodie eſſe opinionibus, quas *communes* eſſe clamitant dd. minorum gentium, ſi exiguum *ius* in promptu eſt.

in Rotundis conueniebant monachi, illisque *capitula de Regula* praelegebantur, *capituli* appellationem accepit. Aliam vocis huius rationem ſuppeditat de LVCA *cit. l. n. 34.* quod auditores in eadem circulari menſa accumbant *ad formam Rotae.* Noua deriuatio placuit AVCTORI Gallo, qui ſcripſit *Tableau de la cour de Rome p. 249.* opinando, tribunal hoc nomen inde accepiſſe, quod in locum antiquarum *porticuum*, publicis aedibus affixarum, et quarum forma *rotunda* erat, in modum *circi* introductum fuerit, praeſertim quod in his res ſeriae agerentur, ſenatus haberetur, ius diceretur, et publica acta notarentur. Cum vero etiam in Italia aliorum locorum tribunalia maiora appellatione *Rotarum* veniant, cauſſa appellationis communis et generalis afferenda eſt, quae huic deſignationi cauſſam dedit. Quae enim adductae fuerunt, *particulares* ſunt, a *circumſtantiis accidentalibus* et *temporariis* petitae, vnde rarius denominationes deriuari ſolent. Iam ſubodoratus eſt FRESNEVS in *gloſſar. voce rota*, appellationem hanc Germanis deberi, ex GOLDASTI obſeruatione, quod Longobardi et Franci eam Italiae ſine dubio intulerint, ſicuti illi plura Germanorum vocabula in rerum feudalium curiis Longobardicis admiſerint atque ſua fecerint. Expeditum videlicet atque concinnatum eſt, appellatione RATH deſignari curias *iuſtitiae* aliaque collegia publica in quibus conſilia agitantur, atque aſſeſſores tribunalium vocari Hof- Cantzley- und Regierungs-Räthe, vel in ciuitatum curiis Raths-Herrn, immo denique quoſcunque conſiliarios Räthe. Diuerſa vero dialectus huius vocabuli fuit, nec hodie ceſſauit, quod *Rath* in quibuſdam locis enuncietur *Roht*, et curiae ciuitatenſis aſſeſſores die Rohts-Herrn vocentur, vt *Rote* nihil aliud ſit, quam *curia*, *iudicium*, *tribunal*, atque inde aſ-

Vox Rotae etymologia a voce Germanorum Rath.

ſumta appellatio *Rotæ*, quod non animaduertiſſe IO. GEORGIVM WACHTERVM in *gloſſar. germ. voce Rota et Rahr*, valde miratus ſum.

Auditores Rotæ ex primariis nationibus aſſumuntur.

§. XI. QVANDOQVIDEM ex omnibus nationibus et partibus orbis chriſtiani olim ad hoc tribunal delatæ fuerunt cauſſæ, prudenter conſtitutum fuit, vt ex *nationibus primariis* aſſumerentur *auditores*, huic curiæ præficiendi. SIXTVS IV. numerum eorum coarctauit, et ad duodecim auditores reſtrinxit, inter quos hodie occupat vnus *Germanus* ad nominationem Imperatoris, pariter etiam *Gallus* vnus ad nominationem Regis Galliæ: duo *Hiſpani* ad nominationem Regis catholici, reliqui vero omnes Itali ſunt, inter quos etiam vnum aſſeſſorem habent Veneti, Bononienſes, Mediolanenſes et Ferranenſes. Rota

Bis habetur in hebdomade, ſed pluribus feriis ſuſpenditur.

habetur bis in hebdomade in *ſecunda et ſexta feria*, ſed *vacationis* diuturnioris quiete ſuſpenditur æſtiuo potiſſimum tempore ab *initio Iulii* vſque ad *finem Septembris*. Menſe *Octobris* rurſus ſe erigere incipit hoc tribunal, et cum magno apparatu aperitur, relato a Cardinale de LVCA *cit. l. n. 46.* qui etiam reliquarum vacationum tempora *n. 48.* determinat, oſtenditque *quatuor conſeſſus conſtantes et ſtabiles* per circulum anni haberi, ſingulosque peculiaribus deſignari nominibus. d) Auditis partibus et

Modus proponendi et

diſputatione earum finita, iuxta ordinem ſeruat ſinguli cauſſas ſibi

d) Nam prima ſeſſio, quæ poſt ferias æſtiuas, *die prima Octobris*, auſpicium capit et durat vſque ad ferias Natiuit. Chriſti, *Kalendarum* nomine venit, et quando cauſſæ menſe Ianu. ad hanc ſeſſionem reiiciuntur, dici ſolet, *ad Kalendas*. Poſt *Epiphaniam* altera ſeſſio incipit duratura vſque ad vacationes temporis quadrageſimalis, et quæ huc reiiciuntur, deſignantur appellatione *ad reg.* Tertia ſeſſio a *[illegible]* incipit ad hebdomadem maiorem durans, ad quam cauſſæ reiiciuntur ſub formula *[illegible]*. Quarta poſt *octauam paſchæ* incipit, ac finitur in prima vel ſecunda hebdomade menſis Iulii, quo caſu formula, *ad agnus*, vtuntur.

bi commiſſas in conſeſſu proponunt, quos PONENTES vocant, nec ſingulariter omnes ſuffragia ferunt, ſed *quatuor* tantum ex proximioribus, qui ſiniſtrum eius latus claudunt, et ponentis *correſponſales* vocantur. Ipſemet PONENS votum, quod mirandum, non habet, ſed ex correſponſalium ſuffragiis pendet, eorum vota exquirit, et ex plurimorum votorum aſſenſu *deciſionem* format. Olim de ſingulis dubiis et quaeſtionibus in cauſſa commiſſa occurrentibus propoſitiones fiebant, hodie vero teſte de LVCA *cit. l. n. 38.* generaliter cauſſae ſtatus proponitur, cum generali propoſitione v. c. *vtrum ſententia prior confirmanda ſit? vtrum danda ſit manutentio? l. ſ. C. de caſ. D. Hadr. coll.* etc. Paullo ante terminum, in quo cauſſa proponenda et decidenda eſt, advocati et procuratores partium colligantium informant ſingulos auditores in aedibus privatis, de ſtatu vero cauſſarum, eisque exhibent *informationes in facto et iure*, quo ſe ad ſuffragia ferenda praeparare queant. c) Ipſi vero auditores, quos ordo votandi tangit, de cauſſa ſatis antea informati *vota ſua*, *auctoritatibus* et *rationibus* munita, domi concipiunt et in ſcripturam redacta, cuiuslibet cauſſae ponenti ita tradunt, vt ex iis *deciſionem formaliter* conficiant. Huic *labori privato* et *meditationi domeſticae* (mirum dictu) teſte de LVCA *cit. l. n. 40.* deſtinatus eſt *dies dominicus*, adeo vt ſacratiorem auditores, celebrandi et audiendi miſſam in oratorio privato, habeant, ne a domo abeſſe cogantur, nec tamen contra *praeceptum eccleſiae* agant, quod ſingulis iniungit, vt die dominica miſſam audiant. *referendi cauſſas.*

c) Etiam hodie in Weſtphalia aliisque moris eſt, vt ante tranſmiſſionem actorum ſinguli litigantes *informationem in iure et facto in termino ſubmiſſionis* iudici exhibeant, petantque, eam actis tranſmittendis adiungi. quem morem indubie ex curia Romana vſu iudicia Weſtphaliae et aliorum locorum traxerunt, et ſimul quoque ſeruant.

Hac deuotione intra breuiſſimum temporis ſpatium perfecta, integrum eſt auditoribus, reliquum huius diei tempus votis eorum auditoribus ſuis concinnandis impendere, quod eo ſine dubio conſilio factum, ne hoc die a quoquam interpellarentur, aut a debita meditatione et examine cauſſæ abducerentur.

De ſingulis quæſtionibus ſpeciales ſ formantur deciſiones, quæ partibus ante ſententiam communicantur, nec iudicata ſunt.

§. XII. QVIA VERO non tantum de cauſſa *principali*, ſed de pluribus *incidentibus momentis* inter litigantes contenditur, *aut terminus ponitur* [illegible], de ſingulis, quæ per maiora vota in hiſce capitibus concluſa ſunt, peculiares efformare deciſiones, vt ita in vna cauſſa inſignis ſæpe cumulus deciſionum occurrat, et quotannis numerus earum admodum creſcat. Obſeruat vero de LVCA *cit. l. n.* 52. in his deciſionibus, ex votis correſponſalium efformatis, contineri *rationes decidendi* ſeu *motiua*, quibus Rota ad decernendum inducta fuit. hæc vero communicari et pandi præcipue illi litigantium parti, quæ diuerſam propugnauerat opinionem, antequam ad *ſententiam publicandam* procedatur. hinc adhuc integrum eſſe, denuo informare de *ſtatu cauſſæ* Rotam, dubiis remotis, ſuſtinentem ſuæ cauſſæ figurare, ac rationes decidendi e medio remouere, vt *deciſiones* tales non ſint *iudicata* ex more aliorum iudiciorum, ſed, prout dictum, re adhuc integra, reuera ſint tantum *motiua decidendi*, ex quibus poſtea demum ſententia ferenda. ſi dubia contra eas mota Rotam inducere non potuerunt ad mutandam priorem opinionem. Quodſi argumenta contra *deciſionem* ſeu *rationes decidendi* prolata alicuius momenti cenſentur, conceditur *altera audientia*. auditor mutatur, qui diuerſos a prioribus habet correſponſales, et cauſſa denuo proponitur, atque deliberatio inſtituitur, vtrum deciſioni ſtare, an vero dicam ſcribere debeat auditor? Porro vbi placuit, vt pluritatum *expeditio* decernitur;

[illegible] cuſſa

teste LVCA *cit. l. n. 35.* si poſterius; non reuocatur ſententia, quæ nondum lecta aut publicata eſt, ſed rationes decidendi per modum *actus extraiudicialis* congeſtæ, vel immutantur vel reſtringuntur vel aliter moderantur, atque hoc modo demum, diſcuſſis et ponderatis exacte, poſt tot contentiones, rationibus, vt ſententia inde ferri queat, *deciſiones* ſtabiles et nulli amplius impugnationi obnoxiæ, inde naſcuntur, quales, me iudice, ſunt, quæ in *collectionibus* publicatæ ſunt. Sunt itaque *deciſiones Rotæ* Romanæ et aliorum tribunalium, vt Florentini, Senenſis etc. nihil aliud, quam *rationes decidendi diligenter excuſſæ*, vnde demum *ſententiæ finales* poſtea naſcuntur, et litigantibus publicantur.

Deciſiones Rotæ ſunt rationes decidendi.

§. XIII. SICVTI ERGO *rationes decidendi* doctrinis iuris in ſe continent verba, ex quibus tenor ſententiæ illuſtratur: ita vim *decretorum antiquorum* non habent *deciſiones* memoratæ, ſed pari paſſu cum *interpretatione doctrinali* ambulant; immo et *forenſi* illius tribunalis, unde prodierunt. Neque enim *Rota ius* conſtituit vel *authentice* declarat aut interpretatur, ſed ius, quod iam in promtu eſt, ad factum applicat, ad inſtar aliorum tribunalium, ſi eas excipias, quæ auctoritate pontificis decretalibus inſertæ ſunt. Interim tamen Cardinalis de LVCA *cit. l. n. [illegible]* has deciſiones a deciſionibus maiorum tribunalium, qualia ſunt ANTONII FABRI, MEVII, SVRDI, CARPZOVII, BERLICHII, LYNCKERI, BRVNNEMANNI aliorumque, diſtinguendas eſſe cenſet, quod poſterioris generis quæ ſunt, *priuato* cuiusdam *labore* conficiantur, eiusque haud deciſos ſæpe complectantur, tandem tranſactione ſedatos; denique magis *iudicata et ſententiæ*, alias in tribunalibus lata, cenſeri debeant; *Rotæ* autem deciſiones neque decreta neque ſententiæ dici queant,

Vim interpretationis doctrinalis operantur.

Auctoritatem maiorem non habent, quam aliorum tribunalium deciſiones collectæ.

ant, ſed *a Iudicibus extrajudiciales* (inquit cum Cardinali de LVCA) vel *rationes decidendi ex iure et facto depromtæ* [illegible]*ne*, ac *vota* auditorum, quæ *iudex cauſæ ſeu auditor*, cui cauſa commiſſa, indicat litigantibus atque manifeſtat, vt, qui iis acquieſcere nolit, fortioribus rationibus contrariis ea impugnare, et denuo ſtatum cauſſæ rectius repræſentare poſſit, quod vocant *melius informare* iudicem. Atque hoc ipſum eo facilius admitti poterit, quod *auditor cauſæ datus* ſuffragium non ferat, ſed ex ſuorum *correſpondalium* votis deciſionem *domi* ſeu *extraiudiciali labore* efformet: factam vero nouis deciſione, aliquando etiam tertia priorum confirmatoria, demum ſoleat *expeditio* decreti, *adeo*, pergit de LVCA n. 54. *vt ſi ſuper eodem puncto duæ vel tres deciſiones in eadem inſtantia prodierint, priuſquam deueniatur ad ſententiam vel decretum, cauſa adhuc integra et non deciſa eſſe dicatur*, et hac de cauſſa actis non inſeruntur. Quantum ergo ex adductis apparet, liquet, in modo tantum ab aliis *deciſionibus*, hinc inde collectis, differunt. In eo omnes conueniunt, quod deciſiones qualeſcunque *rationes decidendi* cum reſolutionibus dubiorum motorum contineant, in eo tamen a *Rotarum deciſionibus* differunt, quod hæ ſententiam præcedunt, partibus ad impugnandum communicentur, et tandem vel ulterius declarentur vel reformentur, iudicante nouo cauſſæ dato. aliæ vero deciſiones ſeu rationes decidendi, ſententia iam lata, priuata opera elaborentur, ex iis tamen momentis, quæ, relatione ex actis facta, aſſeſſores iudicii mouerunt ad ſententiam eo, prout factum eſt, modo ferendam, partibus etiam communicandis, vt ſecum deliberare queant, vtrum ſententiæ acquieſcere, an vero remedio ſuſpenſiuo vti malint. Ceterum rationes decidendi atque ab auditore Rotæ priuato labore conficiuntur

Deciſiones in Germania

tur ac illæ, quæ in Germania poſt latam ſententiam eduntur, et actis etiam, quod ſine dubio conſultius, apponuntur, vt partem *actorum publicorum* conſtituant. *Meuianas* certe *deciſiones*, vel aliorum tribunalium maiorum, adhuc conuenientiori modo et æque ſedula deliberatione compoſitas fuiſſe, palam eſt. Etenim in ſupremis tribunalibus, actis in compendium quoddam conueniens redactis (quod vulgo *extractum* vocant) *plenior relatio* ex actis in ſcriptis concipitur, ſingulaque cauſſæ momenta per rationes ex *iure* et *facto* deſumtas examinantur idoneo ordine, atque, dubiis remotis, de ſingulis momentis a *referente* votum additur. Idem etiam correferens facit, atque in conſeſſu, ſæpe etiam in *Senatu lecto*, vt in Camera, vterque relationes in ſcriptis conceptas prælegit, atque totius conſeſſus, vel Senatus, non quorumdam aſſeſſorum tantum, vt in *Rota Romana*, ſuffragia vtplurimum exquiruntur, atque ex his collectis, per maiora tandem concluditur, quæ ſententia ferenda. Reuera ergo in eiuſmodi *relationibus*, antea domi priuato labore confectis, vt in *Rota*, præmittuntur *rationes decidendi*, niſi quod hæ partibus ad impugnandum pandi non ſoleant ante ſententiæ publicationem. Atque ex his relationibus MEVIVS deciſiones ſuas compoſuit, in eam, qua prodierunt, formam coniecit, et quidem æquali, ſi non maiori fide et auctoritate, quod *relationes* ipſæ vtplurimum actis adiiciantur, earumque partem conſtituant, quod negligitur in *deciſionibus Rotarum*. Et quia in vna eademque cauſſa ſæpe plura diuerſa capita occurrunt, inde factum eſt, vt MEVIVS plures deciſiones ex vna relatione poſtea efformauerit, et publici iuris fecerit.*

formandarum ratio ſtylo curiæ R. præferenda.

§. XIV. HISCE ITA ſeſe habentibus æquus lector facili opera conſtituet, quæ methodus deciſiones conficiendi ſit aptior, quæ-

Deciſionum in Germania collectarum

æqualis ſi non maior eſt auctoritas.

quæue efficacior atque vtilior in vſu forenſi, atque vtrum potius pondus *deciſionibus Rotarum*, ac quidem aliorum iudicum, qui ex ſuis relationibus, actis adiectis, eas compoſuerunt, attribui debeat? Mea quidem ſententia non plus tribuendum eſſe cenſeo *deciſionibus Rotæ*, ac aliis deciſionibus: vtræque priuata opera elaborantur, et ex ſuffragiis eorum, qui ius votandi habent, colliguntur, niſi quod aliorum tribunalium deciſiones, ſuffragiis totius conſeſſus collectis, compoſitæ ſint, quod in *Rotarum deciſionibus* nequidem factum eſt. f) Sit auctoritas harum deciſionum magna in *curia Romana*: æque magna eſt auctoritas deciſionum in illis tribunalibus, in quibus antea prodierunt. Habeantur deciſiones Rotarum in magna veneratione apud alios iudices: æqualis auctoritas debetur deciſionibus aliorum tribunalium, quæ ad formam deciſionum Rotæ non compilantur, conuenientius tamen vtplurimum conficiuntur, prout antea dictum eſt. Faciunt ius aliorum tribunalium deciſiones æque inter partes ac Rotarum deciſiones. De *ſtylo curiæ* h. e. de modo pronunciandi in controuerſiis ſubortis, deciſiones vtrinque fidem faciunt, vt præponderans auctoritas neutri ſit attribuenda. Neque hæ neque illæ alios conſtringunt, [illegible] vt in ſententiis ferendis vel doctrinis excutiendis earum auctoritatem ſequantur, vt vix ferendi ſint interpretes, argumentum quoddam iuris excutientes, qui pro eo illuſtrando aceruum *Rotæ deciſionum* congerere ſolent, qui ſæpe molem ipſius tractatus

f) In quibus nequidem *proponens* ſeu *referens* votum edit, quod ad abuſum non inepte refert Cardinalis de LVCA *cit. diſc. XXXII. n. 31* cuius partes præ ceteris eſſe deberent, vt omnibus domi ponderatis circumſtantiis, atque rationibus in vtramque partem allatis, *primum* ederet votum, atque rationum momentis corroboraret, vt in Germaniæ receptum eſt. Reuera ergo, qui deciſiones efformant Romæ, ex aliorum votis vnice dependent et aliorum oculis vident.

tus excedit. Quare vero abſtineant deciſionibus aliorum tribunalium, æquali cura, ſollicitudine et induſtria confectis, vix capio, niſi quod *auctoritatem ſacræ curiæ Romanæ* capti interpretes crediderint, his maius pondus, quam aliorum tribunalium deciſionibus adeſſe, quod tamen errorem manifeſtum ſapit. g)

Xx xx 2 §. XV.

g) ODDO SCHARZIVS in *diſſert. proœmiali ad Lib. I. decret.* n. 31. deciſionum Rotæ Romanæ etiam inter *libros communes*, more quorundam interpretum, mentionem facit, creditque, quod extra curiam inſtar *reſponſorum prudentum haberi, et opinionem communem facere* debeant, *a qua, niſi in contrarium validiſſimæ rationes faciant, non ſit recedendum.* Non mirandum eſt, SCHARZIVM ita cenſuiſſe, qui vtique ex *collectaneis et locis communibus* ſapere, quam limatiori iudicio, quæ deſiderantur, quæuis ponderare maluit. Si ſunt *reſponſa prudentum*, aut intelligit ICtorum Romanorum reſponſa, aut doctrinas hodiernorum. Prius oppido falſum eſt, quorum auctoritas olim tanta erat, vt iudici ab iis recedere non eſſet integrum, ſed *authenticam* iuris dubii *interpretationem* conſtituerent. Poſterius ſi perſuaſiſſimum habuit, facile id admitto; aſt tunc falſum eſt, inde *communem opinionem* eſſe colligendam. Quis ſanus etiam hodie *ICtorum recentiorum reſponſis*, quæ admodum diſcrepant, auctoritatem *communis opinionis* tribuit, vt non facile ab iis recedendum ſit? Diſcrimen inter *reſponſa* et *deciſiones* non intellexit SCHARZIVS, nec cognitum habuit, *reſponſa ICtorum* in argumentis iuris enucleandis parum roboris habere; plus efficaciæ tamen *deciſionibus*, cauſa ſedulo cognita, compoſitis tribuendum eſſe. Denique quis tam credulus eſt, vt ex Deciſionibus, ſiue Rotæ ſiue alterius tribunalis, *communem interpretum opinionem* colligi poſſe exiſtimet? Fiunt, vel ad minimum fieri debent deciſiones ex præſcripto legum et canonum ponderibus, non vt SCHARZIVS cenſet, ex placitis maioris partis ICtorum. Valeant hæc quantum in ratione iuris fundata ſunt; magis valere debet veritas. Quodſi *communibus ſententiis*, ex ſuis collectaneis hauſtis, tanto impetu non adhæſiſſet cenſor, tot ἄτοπα haud protuliſſet. Enimuero per DEI gratiam ea nobis felicitas in Germania (immo etiam in Italia, quod vel AVERANII aliorumque doctiſſimorum ICtorum ſcripta euincunt) contigit, vt, abiecto præiudicio *communis opinionis*, quo cæci tantum ducuntur, veritatem tantum et rationes iuris ſolidas ſequamur, errores vero communes, quos *communem opinionem* encomio mactant, imperito vulgo relinquamus. Ipſe Cardinalis de LVCA *tit. I* n. 79. ſeq. maiori cum iudicio de deciſionum Rotæ Romanæ auctoritate ſentit, atque eos irridet, qui, quæ equidem in deciſionibus deprehendunt, ad litteram, *tamquam euangelium*, aſſumunt, non diſcernendo, quæ primaria decidendi ra-

ra-

Collectores deciſionum Rotalium varii.

§. XV. NON ADEO ergo mirandum eſt, tot collectores *deciſionum Rotæ Romanæ* extitiſſe, et in eam collectiones haſce excreuiſſe molem, vt paruam quamdam bibliothecam conſtituere queant. Earum generatim in tres illæ abeunt claſſes: (I) quædam enim collectæ ſunt ab his, qui in ſelectiori iuris argumento enucleando et exponendo ſolliciti fuerunt, qui tamen eas tantum in vnum corpus coaceruarunt, quæ illi argumento inſeruiunt, lucemque quamdam præbent, de quibus actum eſt ſupra §. V. (II). Quædam in compendium redactæ, et inſtar locorum communium collectæ, vt a MARTA et ARISMENO TEPATO. Hiſce aggregandi, qui *repertoria deciſionum Rotæ Romanæ* exemplo ANTONII AVGVSTINI, vel *collectanea deciſionum* exemplo ALOYSII RICCII publicarunt, qui tamen non in ſolis Italiæ deciſionibus ſubſtitit, ſed etiam caſus in Hiſpania, Germania, Gallia et Polonia deciſos, rationibus contractis, adduxit,

Quidam collegerunt ad ſelectum argumentum ſpectantes.

Quidam deciſionum Rotalium compendia tradunt.

momenti, quæque tantum ad ornatum et incidenter non bene digeſta adiecta fuerint, h. e. quænam rationes decidendi *adæquatæ*, et quænam *inadæquatæ* cenſendæ. Addit probe, pleroſque iudices et aduocatos hoc iudicii acumine deſtitui, vt eas diſcernere nequeant: deciſiones vt plurimum eas non diſcernere: his plurima admiſceri ex proprio ingenio eorum, qui deciſionibus efformandis incumbunt, quæ in *Rota* nequidem diſcuſſa ſunt, immo forſan reiecta. Et tamen rationes in deciſionibus Rotæ R. congeſtas *placita* constituere *communem* credit credulus SCHAEZIVS. Nequidem hæ communes opiniones tribunalis, vnde prodierunt, conſtituunt, ſed pleræque ſunt placita particularia referentis, ſeu deciſiones formantis. Præterea mutato iudiciorum præſide, mutantur ſæpe ſententiæ, quæ vt plurimum ab auctoritate præſidis, politiori doctrina imbuti, dependent. Dies diem docet, et Academiarum plerarumque hodierna docendi ratio ab antiquorum modo iura tradendi atque explicandi longe diuerſa eſt, vt non amplius gratis quem ſequamur, ſed quorum placita curatius examinentur, et ad veritatis trutinam ponderentur, electa et aſſumpta ea ſententia, quæ cum principiis iuris magis connectitur, vt et paucis promulgata, quia pauci boni ſunt, vt in ſimili caſu rationes ſubducit [illegible]. Iterum illuſtrant deciſiones, vt alia *exempla*: ſed ſecundum hæc tamen non iudicandum, verum iuxta leges. *L. 13. C. de ſentent. et interloc.*

ductu, vt vel prolixior ambitus edocet. Hiſce addendus THEODORVS AVDEVS, qui *ſingularia ex deciſionibus Rotæ Romanæ ſelecta* ſex partibus compilauit, quod etiam deciſionum harum ſit ea ratio, vt malæ bonis mixtæ appareant, vt non diffitetur Cardinalis de LVCA. Horum Auctorum numerum claudat FLAMINIVS PARISIVS, qui *praxticam omnium terminorum Rotæ et aliorum tribunalium* Romæ edidit, et ita lectori cuiuis, vſum fori Romani non ſatis callenti, aditum faciliorem parauit ad Rotæ Romanæ deciſiones intelligendas, quæ exemplo aliorum tribunalium proprias formulas, a quibus raro diſceditur, habent. (III) Denique agmen claudunt hi, qui pluribus voluminibus *deciſiones Rotæ Romanæ* vel inordinate, vel aliquo ordine adhibito, congeſſerunt atque coacervarunt, vt Franciſcus Anſaldus, Martinus Andreæ, Ægidius de Bellamera, Cœlius Bichius, Angelus Celſus, Matthias Burattus, Franciſcus Meratus, Gulielmus Dunozettus, Io. Gymnicus, Franciſcus Mantica, Ludouicus Cencius, Flaminius Chartarius, Io. Baptiſta Coccinus, Io. Mohedanus, Proſper Farinacius, Paulus Rubeus, Paulus Duranus, Paulus Gerinus, Statinus Pacificus atque plures alii, qui in his compilandis fere nimii fuerunt. Pari ſollicitudine etiam deciſiones Rotæ Neapolitanæ, Rotæ Ferrarienſis, Rotæ Mantuanæ, Florentinæ aliorumque tribunalium Italiæ collectæ ſunt. Et quid de aliorum regnorum deciſionibus dicam? quarum eſt ſylua patens latiſſime, vt in iis referendis et accurate examinandis labor ingens impendendus ſit. Dantur enim *deciſiones Hollandiæ, Delphinatus, Arragoniæ, Luſitaniæ, Pedemontanæ, Lituanicæ, Germaniæ, vt Saxonicæ, Friſicæ, Brabanticæ* et plurimarum aliarum rerum publicarum, vt mole ſua collectionum harum corpus ruere incipiat, vix amplius profuturum, niſi in ſubſidium

Quidam inordinate eas collegerunt.

ARISMINVS TEPATVS, MARTA illique, qui *repertoria deciſionum* ſcripſerunt, vocati fuerint, præſertim ſi abſque vllo ordine vel idonea digeſtione coaceruatæ fuerint. Præſtaret meo

Expediret tamen, 1) vt ad methodum Digeſtorum et Decretalium digerentur.

iudicio omnino, ſi 1) compilatores harum deciſionum ante omnia ſolliciti eſſent *de idoneo ordine* eligendo, ſecundum quem digeri et componi deberent. 2) *de apparatu ſelectiori*, quem in publicum producere expediret. Etenim quoad *prius* fere ea methodus præferenda videtur, quæ in compilatione *Digeſtorum et Decretalium* adhibita, vtpote familiariſſima et ſingulorum innotitiam deducta, vt, quæ ſingulis materiis illuſtrandis inſeruiunt, huius methodi ope facili opera reperiri queant. Magno vſui proinde habendum, *repertorium deciſionum Mevianarum* duplex, huic collectioni adiectum, cuius prius nouis additamentis auctum eſt, vt in hac editione nitidius, plenius et perfectius appareat. Poſterius vero noua confectum opera, et ad formam codicis effigiatum. Iuxta hunc ordinem meo iuſſu etiam a filio ſecundo genito collectæ ſunt *conſultationes et deciſiones*, mea induſtria in hac regia Fridericiana elaboratæ, vt, hoc duce et comite, facilior recurſus ad ea pernoſcenda fiat, quæ in hanc compilationem coniecta. Quoad *poſterius* vero expediret, vt *ſe-*

2) Vt maior ſelectus in colligendis deciſionibus haberetur.

lectus maior deciſionum haberetur in Germania, et potiſſimum ſingularum prouinciarum deciſiones magna cura colligerentur, quarum nonnullæ iam editæ ſunt, vt Saxonicæ a COLERO, BERLICHIO et BENEDICTO CARPZOVIO Vitebergenſium et Lipſienſium tomis tribus ab incerto auctore. Ienenſium ICtorum a RICHTERO, LYNCKERO etc. Friſicæ a SANDIO ac ab ENGELBERTO KETLERO, Palatinæ TEXTORIS opera, quarum *centurias* etiam collegit MANZIVS: Brabanticæ PETRI STOCKMANNI cura, et Waldeccenſes IO. VIETORIS opera collectæ, plu-

plures vero aliarum prouinciarum adhuc deſiderantur, quæ ex harum dicaſteriis primariis colligi et coniunctim iuxta prouinciarum ordinem aliquot tomis in lucem emitti poſſent. Harum vtilitas præſtantiſſima in eo quærenda, vt tum ſingularum prouinciarum iura particularia inde cognoſci, tum quatenus vſus iuris communis ſeſe exſerat, quem plerique ICti Germaniæ nimium dilatarunt, ex iis colligi queat, tum denique vt rudera et veſtigia *iuris antiqui Germanici* generatim confirmari poſſint. Præcipue ordinum ICtorum in academiis degentium intereſt, ſcire, quæ ſint iura, mores, et leges ſingularum prouinciarum, vnde quotidie ad collegia iuridica acta tranſmittuntur, et conſultationes de iure deſiderantur, quibus ingens commodum ex hiſce collectionibus in controuerſiis decidendis vel reſponſis de iure edendis accedere poteſt.

§. XVI. STVDIO *Wiſmarienſis Tribunalis* et *Cameralis* omiſi *Deciſiones*, quarum hæ praxin imperii egregie illuſtrant, illæ vero præcipue Pomeraniæ aliisque Regi Sueciæ olim ſubiectis prouinciis inſeruiunt, præterea vero admodum ſe accommodant ad *Camerales*, cum ad imaginem Cameræ imperialis ipſum tribunal Wiſmarienſe, ſuffragante pace Oſnabrugenſi, erectum ſit. Et cum primus eius Vice-Præſes, DAVID MEVIVS, ICtus magni nominis et limatæ eruditionis, atque in triтura forenſi verſatiſſimus, *deciſiones* huius tribunalis aliquot partibus conſcriptæ (?) tribunal, quarum cauſſa in hanc meditationem, in qua nunc verſor, incidi, operæ pretium me eſſe facturum prorſus arbitror, ſi de harum præſtantia, fatis, et auctoritate paullo plenius agam. Nouam videlicet harum editionem, eamque a prioribus longe curatiorem et variis acceſſionibus auctam ſuſcepit vir induſtrius, bibliopola Francofurtanus IO. DAVID ZVNNERVS, atque

Wiſmarienſes collectæ a Mevio.

Quarum nouiſſima editio nunc prodit.

atque me amice compellauit, vt eam meo prologuio comitarer, et ſpeciatim referrem, qua cura et induſtria prorſus eximia correctio huius collectionis ſuſcepta, et quid ab his, qui huic labori manus adiutrices attulerunt, in hac noua editione præſtitum fuerit, vt præſtantia eius ſingularis a prioribus curis in oculos incurrat. Publica ſchedula iam quidem ante aliquot menſes laudatus Bibliopola ſollicitudinis ſuæ in efformanda nitidiori editione præcipua capita manifeſtauit, ſed longe plura, quam promiſit, præſtitit, vt neceſſe ſit, paullo plenius præſtantiam huius operis, quod nunc elegantiori et pulcriori ornatu in publicum prodit, ante oculos ſingulorum ponere ac collocare.

Meuii merita in rem litterariam commendant collectionem.

§. XVII. EQVIDEM ſi huius ſummi ICti vniuerſum vitæ actum, variis ſine dubio eximiis obſeruationibus refertum, repræſentare integrum foret, plura ſeſe mihi offerrent, quæ morum præſtantiam, vitæ innocentiam, eruditionem eximiam, labores ſummo cum iudicio ſuſceptos, ingenium excelſum et merita in rem litterariam et publicam prorſus ſingularia eius demonſtrare atque euincere poſſent, quid a ICto tam inſigni atque in auctoritate ac veneratione communi conſtituto exſpectandum ſit, quæue meſſis ex eius ſcriptis et præcipue *deciſionibus* ſperanda. Sunt enim vitæ ICtorum aliorumque eruditorum inſtar ſpeculi, in quo faciem eorum genuinam ſiſtimus et ea obſeruamus, quæ ad illorum labores operaque recte intelligenda plurimum conferunt, atque occaſiones ſuggerunt, quibus factum, vt argumenta, in quibus perpoliendis admodum deſudarunt, elegerint et in ſcenam produxerint. Summa vero tantum capita ex huius ICti vita et meritis pro inſtituti ratione, quæ prolixiorem enarrationem non admittit, delibabo vel præmittam,

vt,

vt, qualis et quantus fuerit, inde conſtet. Natalis eius incurrit in vltimum menſem Anni MDCIX. in hiſtoria Germaniæ tam notabilis et memorabilis ob obitum vltimi Ducis Iuliæ et Cliuiæ IO. WILHELMI, vnde grauiſſimæ et ad noſtra vſque tempora continuatæ contentiones de *ſucceſſione* in hos Ducatus ortæ ſunt, calamis ICtorum agitatæ, vt crederes, hunc virum eo tempore edi debuiſſe, quo ICti ex omnibus mundi angulis a contendentibus prouocabantur, ad propugnanda iura ſucceſſionis ſollicitabantur, et ſic omnium et ſingulorum, qui eruditione ſua excelſa præ aliis innotuerant, mentes et cogitationes huc vnice directæ erant, vt ex penu iurium cauſſam eorum, quorum propugnationem ſuſceperant, inſtruerent. Patrem habuit ICtum in iuris ſcientia et vſu fori præſtantiſſimum FRIDERICVM MEVIVM, Profeſſorem iuris Gryphiſwaldenſem, et Aſſeſſorem Conſiſtorii Ducalis, atque hic rurſus patrem habuit, eiuſdem muneris et virtutis non inferioris ſodalem, THOMAM MEVIVM, in eadem palæſtra profeſſorem iuris celeberrimum, vt gloriæ et ſplendori DAVIDIS MEVII non potuerit non cedere, ex *patre* et *auo* natum fuiſſe, qui ſacerdotes iuſtitiæ in Academia inclyta Gryphiſwaldenſi fuerunt, et iam ante editum filium et nepotem nomen ſuum poſteritati commendarunt, meritisque in rem litterariam et iurisprudentiam inclaruerunt. De aliis aſcendentibus, vt atauo Gryphiſwaldenſi conſule, et ceteris ex materna linea enumerandis nihil dicere attinet, quorum meritis et virtutibus haud indiguit DAVID MEVIVS, toto orbe celeberrimus, quod propria animi bona, conſentiens laus bonorum: incorrupta vox grauiſſime iudicantium de excellente eius animi robore, vt merces rerum in orbe litterario geſtarum digniſſima, eum in cœlum euexerit, propria gloria et laude ſubnixum.

Eius natiuitas notatu digna.

Parentes eruditi.

Educatio. Mox ab ineunte ætate ingenii dotes præclaræ in eo apparuerunt, patris doctiſſimi et optimi cura et ſollicitudine, per doctrinas humaniores excitandæ, in quibus addiſcendis feliciſſimos fecit progreſſus, vt præceptorum ſtudia, eius informationi dicata, longe ſuperauerit, omnesque augurio quodam indubitato ante præuiderint, eum ad ſumma natum non tantum, ſed etiam in orbis litterarii ſupremo locatum iri loco.

Studia Academica. Poſtquam enim ex ephebis exceſſit, præſidiisque litterariis animum exornauit, e-tioribus ſtudiis ſeſe applicuit, et in academia Gryphiſwaldenſi philoſophiæ præceptis hiſtoriæque ac antiquitatum ſacris mentem paſcuit, vt hiſce ſubſidiis præparatus eo minus impedito itinere ad *iuriſprudentiæ* doctrinam addiſcendam ruere poſſet. Atque in hac quidem acquirenda omnes animi neruos adhibuit, et quamuis mox deprehenderit, longum eſſe huius ſtudii iter, felicitate tamen ingenii et lucubrationibus perpetuis atque indefeſſa diligentia facile omnes ſuperauit difficultates, patris optimi in primis vſus inſtructione, manuductione, et præcipue *exemplo*, quod calcar ipſi addidit, vt paternæ eruditionis heres meritis eiuſdem ſi non vinceret, ad minimum pari conatu exæquaret.

Munera Academica. Voto reſpondit euentus exoptatus, vt anno ætatis vigeſimo quinto *gradu doctorali* decoratus *extraordinarium munus profeſſoris iuris* demandatum fuerit. Suauitas vocis in docendo; comitas in moribus atque eruditio ſolida, in ipſis rerum argumentis monſtrata atque omnibus propoſita, affluentiam auditorum ei attulerunt, ſermone omnium celebrata, vt ſine vlla mora poſt annum numero *ordinariorum profeſſorum* adſcriptus fuerit, atque cum vniuerſali omnium applauſu vſque ad annum 1678. hanc prouinciam geſſerit.

Vitæ nouæ ſparta in ci- Hoc enim anno a vita academica ad forum tractus, ciuitatis Stralſundenſis *Syndicus* conſtitutus, et Senatui

adiun-

admotus eſt, quod munus digniſſime et dextre ſuſtinuit, atque hac occaſionem nouam ciuibus *Lubecenſibus* lumen accendendi, haud prætermiſit, ſed opus hoc ſpontaneo conatu inter publicos labores exædificandum ſuſcepit, ſummoque deſiderio omnium perfecit. Ipſe in dedicatione, *commentario ad ius Lubecenſe* præfixa, fatetur, ſibi ad Facultatem iuridicam academiæ Gryphiſwaldenſis anno 1653. admiſſo plures caſus ex *iure Lubecenſi* decidendos oblatos, et hoc ipſo animum eius accenſum fuiſſe, ad explorandam huius iuris intimiorem rationem, eamque ex occurrentibus rerum monumentis, adhibitis etiam paternis et ſuis ſchedis, illuſtrandam. Proderit, proprio eius teſtimonio hoc ipſum potius, quam meo firmare. *Non parum*, ait, *profecit, me natum, enutritum et etiam per non modicam iuuentæ partem artibus liberalibus deditum et verſatum fuiſſe in iis locis, ubi ius Lubecenſe, velut ciuile, in uſu fuit, ideo cum conſpectu factorum, quæ palam occurrebant, et auditu opinionum ſermonumque de iis publicorum priuatorumque, multa etiam hinc obiter attendenti ſenſim inſinuarunt.* Poſt pauca addit: *poſt hæc ad intelligentiam multorum caſuum eorumque deciſionem iuxtim et huius rationes deductus ſum, cum facultatis iuridicæ in præfata academia ultra triennium membrum eram, tum occaſione uſus omnia iſtius acta, quæ adfuerunt, percurrendi, præter alias ſpecies notatu dignas, præcipue quæ a longis annis ex Lubecenſi iure reſponſa, deciſa, iudicata, diligenter annotandi, tum inter euenientia ſub tempore functionis non pauca ſimilia et alia, elaborationis ſudores etiam ultra cauſſam ad regulas communes extendendi, ſub his ſimul tum ſenſum verum iſtius articulorum, nec non et uſum ſeu praxin inquirens, quam iudicium ſuper iis exercens.* His verbis ſimul prodit, quam præclare in ſparta academica ſibi demandata ſteterit,

aliàs ſtudioſi.

Quæ occaſione commentarium in ius Lubecenſe meditatur.

cerit, quanto cum ſudore in intimos iurium receſſus penetrauerit, tam felici ſucceſſu, vt tantum per triennium profeſſionis munus obierit, mox ad *munus Syndici* in ciuitate Stralſundenſi ſuſcipiendum vocatus.

[illegible] perficit.

§. XVIII. HOC NOVVM officium ei anſam præbuit, vt in propoſito ſuſceptoque conſilio, iura Lubecenſia ingenti obſeruationum apparatu enucleandi atque exornandi permaneret. *Dum aſſidue*, pergit, *in talibus colligendis occupor, per fata ad meliorem, id ſtudium continuandi, occaſionem ducor. Vocato quippe anno huius ſeculi trigeſimo octauo ad ſyndicatum ciuitatis Stralſundenſis, quæ eodem vtitur, triplex acceſſit laboris cœpti ſubſidium*, quod in ſequentibus plenius explicat, additque, ſe hoc adiutum tandem commentarium in lucem emiſiſſe. Ita vero et ciuitati, cuius iuribus propugnandis inuigilauit, et reipublicæ litterariæ, cuius inclytum decus erat, cumulatiſſime ſatisfecit.

Fit vicarius præſes in tribunali Wiſmarienſ.

Reddita Germaniæ pace, potentiſſima Regina Sueciæ CHRISTINA in vſus prouinciarum ſibi per inſtrumentum pacis ceſſarum d. 17. Maii MDCLIII. erexit tribunal ſupremum Wiſmarienſe, ſolennique more inaugurauit, quod mox *vicarium præſidem*, eumque primum, accepit ICtum incomparabilem DAVIDEM MEVIVM, cuius auſpiciis ſententia prima publicata eſt d. XVI. *Iun.* MDCLIII. vt teſtatur *deciſio I. P. I.* Atque ex hac illuſtri palæſtra prodierunt illæ *deciſionum* partes, quarum cauſſam nunc ago, atque fata vlterius perſequar, ſi reliquum vitæ eius curſum paucis abſoluerim. Ipſarum deciſionum ſolidior ſtructura perdocet, quanto animi robore hunc vicarium præſidatum ſuſtinuerit, et quam ingenti cumulo cauſſarum decidendarum ipſemet præfuerit. Tum eximii viri virtus nequidem hoc dicaſterio ſe includi paſſa, ſed ad *publica negotia* expedienda facile progreſſa

geſta eſt. Rege Daniæ enim in ducatum Bremenſem anno MDCLVI. irruptionem minante, a Maieſtate Suecica legationis grauiſſimo munere decoratus ad inferioris Saxoniæ circuli ſtatus primarios et principes imperii miſſus eſt, vt eorundem auxilium nomine regio imploraret, quod etiam, prudentia vſus inuſitata, impetrauit facile. Nec in hoc ſubſtitit, ſed potentiſſimo Regi Sueciæ CAROLO GVSTAVO in his anguſtiis et publicis turbis conſilia ſapientiſſima ſuggeſſit. Anno MDCLXII. ad Cæſaream aulam legatus miſſus, inueſtituram ab inuictiſſimo imperatore LEOPOLDO, nomine regis ſui, accepit, et comiter ab ipſo ac indulgenter ob grauiſſima merita, quæ publice proſtabant, habitus eſt. Anno MDCLXIII. ſub auſpiciis Comitis CAROLI AVGVSTI WRANGELII et DAVIDIS MEVII, quorum ille præſidatum et præfecturam cum imperio nomine Regis per Ducatum Pomeraniæ, Regi ceſſæ, gerebat, hic vero Regi a ſecretioribus conſiliis erat, adiuncto PAVLO WVRZIO, vicariam poteſtatem in præſidatu gerente, *homagio* obſtricti ſunt *ſolenni* ſubditi huius prouinciæ auctoritate regia, ac quæ in *eccleſiaſticis* et *ciuilibus* emendatione publica indigere videbantur, correcta, quo in negotio primæ partes noſtro ICto deferendæ ſunt, vtpote quod virum eruditionis gloria conſpicuum, virtute grauiſſima præditum, et delectum bonorum ac malorum cum prouidentia futurorum et præteritorum recordatione cognitum habentem, deſiderabat, quibus qualitatibus iam dudum regi innotuerat MEVIVS. Arduum vero et opus maximum, quo exiſtimationi ſuæ ingentes acceſſiones fecit, eo tempore iuſſu regio ſuſcepit, quo de *iure Wildfangiatus* contentiones publicæ inter Electorem Palatinum Rheni et Moguntinum, vt epiſcopum Wormatienſem et Herbipolenſem, eiuſdemque cauſſæ ſocios

Vt legatus mittitur ad Principes circuli Saxoniæ inferioris.

Recipit inueſtituram nomine Regis Sueciæ,

et homagium a ſubditis Pomeranis,

Arbitri munus in lite ſuper Wildfangiatu ſuſcepit,

 adeo

adeo feruebant, vt belli domeſtici incendium commune factum fuiſſe, niſi Regis *Galliæ* et *Sueciæ* conſiliis et auctoritate in limine extinctum fuiſſet. Eo enim tandem rem reduxerunt, vt contendentes, ſe arbitrio prædictorum regum ſtaturos eſſe, fidem publicam darent, formulam compromiſſi Heilbronnæ *d. 5. Nov.* MDCLXVI. ſubſignarent. Hi arbitri et quidem Rex Galliæ HONORATO COVRTINO regi a conſiliis ſecretioribus, nec non libellorum ſupplicum magiſtro miſſoque legato extraordinario: Rex Sueciæ vero ablegatis extraordinariis DAVIDI MEVIO conſiliario ſecretiori et tribunalis Wiſmarienſis Vicario præſidi, atque MARTINO BOCKELIO conſiliario aulico vices ſuas ſubdelegarunt, quorum ſub præſidio et ſollicitudine res tandem confecta et ſingulorum iuribus publicis ſcriptis exhibitis atque ſufficienter allegantibus auditis, tandem laudum d. 7. Febr. MDCLXVII. publicatum, in executionem deductum atque hoc modo ſubſignatum eſt;

ex ſubdelegatione.

HONORATVS COVRTIN, Regis Chriſtianiſſimi
legatus extraordinarius.

DAVID MEVIVS,
Reg. Mai. Sueciæ
ablegatus extraordinarius.

MARTINVS BOCKEL,
S. Reg. Mai.
ablegatus extraordinarius.

Vt *acta compromiſſi* dicto anno publicam fidem faciunt. Nemo, qui MEVII mentem doctrinis melioribus perpolitam, eiusque præſtantiam cognitam habet, in dubium vocabit, huius præcipue iudicio acriori et longe prouidente deciſionem grauiſſimæ controuerſiæ factam fuiſſe, vt, qui tot egregiis deciſionibus editis iam orbi vniuerſo innotuerat, huic etiam liti, omnes alias ſuperanti, legitimum imponeret exitum, ſuumque nomen hoc præclariſſimo et longe excelſo facinore æternitati commendaret,

ita

ſuis et merito patris poſteri nobilitatis præmio decorati fuerint. Tali mactatus honore et nominis gloria per triennium, eheu! tantum vixit, anno MDCLXX. ad exitum euocatus, cuius memoriam omnis poſteritas colet et diligenter obſeruabit.

§. XIX. VIVIT TAMEN adhuc in ſcriptis, quem vix ſexagenario maiorem mors præmatura orbi eripuit erudito. Præter *commentarium in ius Lubecenſe*, de quo ſupra §. XVII. actum, et *nouem partes deciſionum*, de quibus infra, plurimis ſcriptis nomen ſuum memoriæ ſempiternæ dicauit. Etenim poſt pacem Oſnabrugenſem ipſi cum aliis hoc negotii eſt datum, vt, quomodo *legitime* et ſaluo iure creditoris ſuccurri queat debitoribus bello tricennali admodum viribus fractis? publico monſtraret ſcripto, id quod effecit, in *diſcuſſione leuaminum inopiæ debitorum ſiue norma æquitatis*. Adeo fere nullum argumentum ſolidiori dignum examine in ſcenam deductum fuit, in quo ad eum, tanquam oraculum orbis litterarii, recurſus non fuerit factus. Præ ceteris etiam vſu frequentem doctrinam *de arreſtis*, ex iuris communis principiis, nouo ornauit lumine, quod incaute ſæpe, qui ad *arreſta* in foro confugiunt, ex alienis principiis, illa vel impugnare vel propugnare ſueuerint. Quia vero *iuribus Pomeranicis* et *Bremenſibus* enucleandis ſibi inuigilandum credebat, aliquot ſcripta in harum terrarum vſus publicauit, vt commentarium über des Hertzogthums Bremen *Conſtitution* von wucherlichen *Contracten*: rechtliches Bedencken über die Frage der *Penſionarien* und Grund-Herren, quod poſtremum opuſculum etiam latino idiomate apparuit ſub titulo: *conſiderationes iuridicæ ſuper ſex diuerſis punctis in cauſis proprietariorum et penſionariorum.* Præterea cum Pomeraniam adhuc pro-

Varia alia eius ſcripta.

prüs

priis hominibus referum ex communi ruſticorum vniquoſſet animaduerteret, pluresque ancipites ſæpe de illorum conditione inciderent lites, elegantem compoſuit tractatum: Kurtzes Bedencken von Abforderung der Bauers-Leute. Primus præterea fuit, qui *iuris publici particularis* ſeu prouincialis ſpecimen in repræſentandis iuribus publicis Pomeraniæ, conſcribere auſus fuit ſub titulo: *Delineatio* der Pommerſchen Landes-Verfaſſung nach des Landes-Satzungen und Gewohnheiten *menſe Oct.* *1650.* denen Königl. Herren *Commiſſarien* zu Stettin überreichet. Multæ cauſſæ fuerunt, quæ impediebant, quo minus opuſculum hoc prelo committi poſſet, quamuis in non nullorum manibus exemplar MSCtum fuerit, eiusque ego etiam compos factus; nuper tamen demum inter alias ſcriptorum antiquorum collectiones a Dn. WILHELMO FRIDERICO PISTORIO *P. IV. Amœnit. hiſtorico-iurid. p. 915. ſqq.* publicatum eſt. Similiter ad hæc vſque tempora in abdito latuit *codex iuris prouincialis Megapolitani*, quem ad deſiderium commune et publicum compilauit B. MEVIVS, atque his, quorum intereſt, obtulit. Quamuis vero nondum a duce Megapolitano cum *aſſenſu ordinum prouincialium* vim iuris acceperit, quod etiam de *iure feudali Megapolitano*, priuata opera compilato, certum et indubium eſt; ipſum tamen opus erudite confectum ac præſtantia conſtat ſingulari, ex merito laudata et approbata ab ill. Dn. ERNESTO IOACHIMO DE WESTPHALEN *in monum. ined. rerum German. præcipue Cimbric. et Megapolenſ. tom. I. in præf. p. 24. ſeq.* Primus fuit vir illuſtris, qui codicem hunc ex ſcriniis priuatis in lucem protraxit *cit. tom. I. p. 6. 51. ſeq. ſub tit.* der Hertzogthümer Mecklenburg entworffenes Land-Recht, durch ſel. Hn. DAVID MEVIVM I. V. D. und Königl. Schwediſchen Vice-Præſidenten bey

In primis iuris publici Pomeraniæ ſyſtema,

et iuris prouincialis Megapolitani codex.

bey dem Königl. Tribunal zu Wißmar. In quatuor partes ipſum codicem diuiſit MEVIVS et ſingulis partibus plures *titulos*, in quos argumenta *iuris Megapolitani* idoneo ordine coniecta ſunt, aſſignauit, plura tamen ex iure communi, pro more illorum temporum, admiſcuit, nec iuris antiqui Germanici ſincera principia vbique ſecutus eſt. Neque vero ſoli iuri *poſitiuo* excolendo operam dedit: ipſa etiam *iura Naturæ* et *Gentium* prolixiori cura et opera connectere et explicare inſtituit, quorum *prodromum* etiam edidit, quem in ſecunda editione ſub titulo nouo *nuclei iur. naturæ et gentium* in publicum rurſus prodire maluit. Continetur in hoc libello breue epitome, ex *vaſtiſſimo* tractum *opere de I. N. et G.* labore multorum annorum exarato, quod tamen ad finem perducere non potuit. Qua de cauſſa B. Viri gener Dn. AB ENGELBRECHT opus plene exædificauit, et publici iuris facere conſtituit. Alia *minora opuſcula* quoque cum *diſſertationibus Gryphiſwaldenſibus* publicauit, quæ in *programmate*, huic collectioni præfixo referuntur, a me haud reguſtanda, quod *ſpicilegium* tantum hic dare, animus fuerit.

§. XX. QVIA VERO animus præcipue in fatis *deciſionum* enarrandis et dirimendis verſatur, teſtatiſſimum atque in vulgus notum eſt, in iis ſiſti et contineri *iudicata* ſummi tribunalis cum *rationibus decidendi*. Vſus eſt MEVIVS methodo ANTONII FABRI, in *Codice Sabaudico*, vt, relatis rationibus decidendi variis, eisque per numeros diſtinctis, notas ſingulis ſubiiceret numeris, easque ſententiis et principiis iuris auctoritate legum et interpretum conſenſu munitis, ceu gemmulis quibuſdam exornaret, atque ita teſtatum faceret, nihil in inclyto hoc dicaſterio ſine ſolidis iurium fundamentis concluſum fuiſſe. Ex *relationibus* præcedentibus eas hauſtas et in eam coniectas for- *Deciſionum Mevianarum hiſtoria.*

 mam

nam fuiſſe, ſupra iam obſeruaui, atque hunc ſtylum Rotæ Romanæ obſeruantia præſtantiorem eſſe ſimul addidi. Collectæ ſunt ab ipſo MEVIO ſecundum *ſeriem temporis*, quo relationes in hoc tribunali factæ et ſententiæ publicatæ, vt nullus doctrinarum ordo, niſi vbi aliquot deciſiones in vna eademque cauſſa compoſitæ, in iis deprehendi queat, in quo ANTONIVM FABRVM deſeruit, iuxta *codicis* titulorum ſeriem deciſiones Sabaudicas digerentem. Nullus plane dubito, quin ſummus MEVIVS idem vel ſimile iter ſeruaturus fuiſſet, ſi deciſionum collectionem vno eodemque labore et tempore ſuſcepiſſet, quam tamen per ſingulas partes compilauit, eaſque diuerſis publicauit temporibus, poſt ipſius obitum coniunctim et *in forma maiori* demum editas. Deſiderarunt meliorem, qui magis cohæreret, nexum in hoc deciſionum ſyſtemate eruditi, ac optarunt, vt iuxta doctrinarum per has Deciſiones ſparſarum *cohærentiam* illud effabricatum fuiſſet. Deſiderio huic ſatisfecit quidem ICtus Marburgenſis B. OTTO PHILIPPVS ZAVNSCHLIFFERVS, atque ordinem Digeſtorum ſecutus in L. Libros et titulos, in pandectis occurrentes, illud diuiſit, atque ſic primam, quæ prodiit, prorſus immutauit faciem, quam nouam compilationem a ſe iam editam ipſe ZAVNSCHLIFFERVS anno MDCXCV. quo limina Marburgenſis academiæ ſalutaui, meis oculis ſubiecit, ſed neſcio quo fato fuerit factum, vt hæc compilatio fere ſuppreſſa fuerit, nec diuulgata, quod vtrum legitimi editoris vel heredum conſilio vel alii fato attribui debeat, mihi non ſatis conſtat. Ad minimum eius rariora in bibliothecis extant veſtigia, vt tantum in *repertorio Meuiano*, variis locis iam quidem emendato, quod in calce *deciſionum* apparet, iuxta pandectarum methodum deciſionum rubricæ relatæ fuerint. Huic nouæ edi-

Zaunſchlifferi conatus de transponendis deciſionibus iuxta methodum digeſtorum.

editióni acceſſit *nouum repertorium* iuxta ordinem *Codicis* confe-ctum, vt *editione Zaunſchlifferiana*, in qua prima collectio prorſus diſſoluta erat, orbis litterarius facile carere queat, et huius *duplicis repertorii* ope vſus harum illuſtrium deciſionum facilior redditus ſit.

§. XXI. QVANTO in pretio apud ICtos magni nominis, in primis BRVNNEMANNVM, hoc deciſionum corpus fuerit, meo non indiget teſtimonio, ſed ſcripta infinita produnt. Iam anno MDCXCVI. *Commentarium in Meuii deciſiones* publici iuris fecit prælaudatus ZAVNSCHLIFFERVS, anno MDCXCIX. cum pleniori apparatu recuſum, vbi ad pleraſque fere deciſiones BRVNNEMANNI aliorumque conſenſum vel illuſtrationem notauit, qui hodie, tot publicatis ICtorum monumentis practicis, ingentes acceſſiones facere poſſet, ſi e re reipublicæ litterariæ viſum fuiſſet, huic labori manum admouere. Adiunxit IDEM commentario ſuo *ſpecimen antinomiarum ex deciſionibus Meuianis ad lydium lapidem reuocatarum*, in quo varios deciſionum diſſenſus obſeruauit, ad exemplum MERILLII, qui *variantia ex Cuiacio* coaceruauit. Sed audaciam hanc ferre non potuit L. B. DE LYNCKER, cuius ſub tutamine B. GVSTAVVS CAROLVS de SCHARNHORST Verdenſis, poſtea dicaſterio Stadenſi *Director* præpoſitus, per modum diſſertationis inauguralis, conſcripſit *experimentum conciliationis ἐναντιοφανῶν in deciſionibus Meuianis*, in quo apparentem diſcordiam deciſionum in concordiam reduxit. Poſtea quidem ZAVNSCHLIFFERVS nouæ editioni commentarii ſui hanc diſſertationem attexuit cum *ſtricturis*, quarum tamen momenta non per omnia elidere potuerunt *conciliationes Scharnhorſtianæ*, ſed ſpeciem tantum quamdam diſſenſus reliquerunt. Neque opus fuit hac *variantium*

Eiuſdem commentarius in deciſionum opus,

et ſpecimen antinomiarum,

caſtigatum a Scharnhorſtio,

Zzzz 2 colle-

nam fuiſſe, ſupra iam obſeruaui, atque hunc ſtylum Rotæ Romanæ obſeruantia præſtantiorem eſſe ſimul addidi. Collectæ ſunt ab ipſo MEVIO ſecundum *ſeriem temporis*, quo relationes in hoc tribunali factæ et ſententiæ publicatæ, vt nullus doctrinarum ordo, niſi vbi aliquot deciſiones in vna eademque cauſſa compoſitæ, in iis deprehendi queat, in quo ANTONIVM FABRVM deſeruit, iuxta *codicis* titulorum ſeriem deciſiones Sabaudicas digerentem. Nullus plane dubito, quin ſummus MEVIVS idem vel ſimile iter ſeruaturus fuiſſet, ſi deciſionum collectionem vno eodemque labore et tempore ſuſcepiſſet, quam tamen per ſingulas partes compilauit, easque diuerſis publicauit temporibus, poſt ipſius obitum coniunctim et *in forma maiori* demum editas. Deſiderarunt meliorem, qui magis cohæreret, nexum in hoc deciſionum ſyſtemate eruditi, ac optarunt, vt iuxta doctrinarum per has Deciſiones ſparſarum *cohærentiam* illud effabricatum fuiſſet. Deſiderio huic ſatisfecit quidem ICtus Marburgenſis B. OTTO PHILIPPVS ZAVNSCHLIFFERVS, atque ordinem Digeſtorum ſecutus in L. Libros et titulos, in pandectis occurrentes, illud diuiſit, atque ſic primam, quæ prodiit, prorſus immutauit faciem, quam nouam compilationem a ſe iam editam ipſe ZAVNSCHLIFFERVS anno MDCXCV. quo limina Marburgenſis academiæ ſalutaui, meis oculis ſubiecit. ſed neſcio quo fato fuerit factum, vt hæc compilatio fere ſuppreſſa fuerit, nec diuulgata, quod vtrum legitimi editoris vel heredum conſilio vel alii fato attribui debeat, mihi non ſatis conſtat. Ad minimum eius rariora in bibliothecis extant veſtigia, vt tantum in *repertorio Meuiano*, variis locis iam quidem emendato, quod in calce *deciſionum* apparet, iuxta pandectarum methodum deciſionum rubricæ relatæ fuerint. Hinc nouæ edi-

Zaunſchlifferi conatus de transponendis deciſionibus iuxta methodum digeſtorum.

editioni acceſſit *nouum repertorium* iuxta ordinem *Codicis* confectum, vt *editione Zaunſchliffeꝛiana*, in qua prima collectio prorſus diſſoluta erat, orbis litterarius facile carere queat, et huius *duplicis repertorii* ope vſus harum illuſtrium deciſionum facilior redditus ſit.

§. XXI. QVANTO in pretio apud ICtos magni nominis, in primis BRVNNEMANNVM, hoc deciſionum corpus fuerit, meo non indiget teſtimonio, ſed ſcripta infinita produnt. Iam anno MDCXCVI. *Commentarium in Meuii deciſiones* publici iuris fecit prælaudatus ZAVNSCHLIFFERVS, anno MDCXCIX. cum pleniori apparatu recuſum, vbi ad pleraſque fere deciſiones BRVNNEMANNI aliorumque conſenſum vel illuſtrationem notauit, qui hodie, tot publicatis ICtorum monumentis practicis, ingentes acceſſiones facere poſſet, ſi e re reipublicæ litterariæ viſum fuiſſet, huic labori manum admouere. Adiunxit IDEM commentario ſuo *ſpecimen antinomiarum ex deciſionibus Meuianis ad lydium lapidem reuocatarum*, in quo varios deciſionum diſſenſus obſeruauit, ad exemplum MERILLII, qui *variantia ex Cuiacio* coaceruauit. Sed audaciam hanc ferre non potuit L. B. DE LYNCKER, cuius ſub tutamine B. GVSTAVVS CAROLVS de SCHARNHORST Verdenſis, poſtea dicaſterio Stadenſi *Director* præpoſitus, per modum diſſertationis inauguralis, conſcripſit *experimentum conciliationis ἐναντιοφανῶν in deciſionibus Meuianis*, in quo apparentem diſcordiam deciſionum in concordiam reduxit. Poſtea quidem ZAVNSCHLIFFERVS nouæ editioni commentarii ſui hanc diſſertationem attexuit cum *ſtricturis*, quarum tamen momenta non per omnia elidere potuerunt *conciliationes Scharnhorſtianas*, ſed ſpeciem tantum quamdam diſſenſus reliquerunt. Neque opus fuit hac *variantium*

Eiuſdem commentarius in deciſionum opus,

et ſpecimen antinomiarum,

caſtigatum a Scharnhorſtio.

collectione, quibus nulla fere collectio [illegible] conſultationum, atque deciſionum carere poteſt, diuerſis circumſtantiis ſæpe diuerſum ſuadentibus. Præterea dies diem docet, et ſæpe occaſio in examinandis *cauſſarum ſimilium* fatis, alio tempore opportunior emergit, quæ mutationem ſententiæ alio tempore in ſimili cauſſa latæ ſuaſit, vrſitque, quamuis etiam leuioris cuiuſdam circumſtantiæ ratio iudicis animum in diuerſa flectere queat. Recte enim et cum iudicio obſeruat Cardinalis de LVCA *tom. VII theatr. verit. et iuſtit. ſub tit. relat. cur. Rom. for. diſc. 32. n. 86.* ſæpe deciſiones olim in quodam tribunali formatas in *hypotheſi* et pro ſtatu circumſtantiarum in actis occurrentium ſolide fundatas eſſe, ſed nihilominus ab iis abuſum committi poſſe, qui inde *argumenta generalia* deducunt, et eaſdem applicant ad caſus ſimiles, in quibus tamen vna alteraue circumſtantia eam haud admittit, præſertim vbi quæſtiones ambiguæ voluntatis, vt in teſtamentis, in lite verſantur, quibus ſæpe adiumentum ex *deciſionibus diuerſis* in vtramque partem quæritur, vt eædem coniecturæ in vno caſu approbatæ, in altero reprobatæ fuerint ex hoc fundamento, quod circumſtantia, quæ in vno caſu deciſionem ſuaſit, in altero aſſini eam ob concurrentem repugnantem circumſtantiam admittere haud potuerit. Hoc vero modo repugnantes in ſpeciem duntaxat adſunt deciſiones, quæ ſimul ſtare et conciliari poſſunt, ſi modo ex omnibus et ſingulis circumſtantiis æſtimantur, et inter ſe conferuntur. Quam ob rem multum intereſt, a quibus deciſiones colligantur, verum ab eorum auctore, an vero aliis. Hi non æque ſelectum et diligentiam, qua factæ ſunt, ponderant, ſed omnia corradunt vtplurimum, cum tamen nonnumquam in quibuſdam ſuperficiaria, in aliis plurimis maior cura et grauior atque maturior

quod contradictiones ut plurimum ſint apparentes,

multum intereſt, a quo colligantur.

rior inſpectio adhibita deprehendatur, et ita illæ omitti, hæ vero tantum referri debuiſſent, id quod Cardinalis de LVCA *n. 84. cit. l.* de collectionibus *deciſionum Rotæ Romanæ* obſeruat, et emendatione dignum arbitratur. In maiori pretio illæ habendæ collectiones, quæ ab ipſo *auctore* deciſionum prodierunt, quales ſunt *Meuiana* et aliorum ICtorum, qui ſuas deciſiones diuerſis occaſionibus et temporibus ſcriptas in vnum corpus redegerunt, quod in *ſelectu* maiorem curam, et in ipſa *collectione* eam præcautionem adhibuiſſe præſumantur, ne inter ſe prorſus repugnantes iis inſeruerint.

§. XXII. PRAESTANTIAM harum deciſionum a MEVIO collectarum vel inde quoque quilibet facile colligere poteſt, quod, cum aliorum ICtorum collectiones vix vna alteraue vice prelum ſubire ſoleant, hoc *corpus deciſionum* tamen iam *ſex vicibus* prelo ſubiectum fuerit. *Septima* nunc prodit editio, prioribus præſtantior, auctior et curatior, vt ſolertior cura in hac exornanda adhibita commendationem eius ſingularem merito mereatur. Etenim nactus eſt bibliopola Francofurtanus ſupra laudatus exemplar huius collectionis a ICto eximiæ eruditionis et in praxi verſatiſſimo, quo ipſemet per diuturnum temporis ſpatium inter forenſes ſtrepitus vſus, et ita occaſionem nactus eſt, illud ab infinitis, quibus ſcatebat, mendis purgandi, deciſiones parallelas addendi, eas aliorum aſſenſu exornandi et totum corpus in perfectiorem ſtatum reducendi. Etenim vt ſpeciatim, quæ in compendio generatim attuli, declarem, (I) animaduertit vir eximius, ex ſæpe repetitis editionibus plura in ipſum deciſionum textum irrepſiſſe ſphalmata, correctione neceſſaria vel ideo indigentia, quod ſenſum earum nonnumquam grauiter turbarent, adeoque magno cum iudicii acumine

Deciſiones Meuii ſæpe editæ.

Septimæ editionis præſtantia,

quod ſpeciatim declaratur.

illa examinauit, et diligentiſſime emendauit. (II) *Textus quoſcunque*, ex iure *ciuili*, *canonico*, *feudali*, *Germanicoque tam vniuerſali* cum *particulari* depromtos, et in ſcenam pro firmandis ſententiis productos, magna ſollicitudine et ſtupenda induſtria euoluit, vitioſos numeros correxit, omiſſos ſuppleuit, et ita quæuis allegata in integrum reſtituit per omnia. (III) Nec *auctores laudatos* inſalutatos reliquit: pleroſque inuiſit: loca adducta inſpexit et vitiis infecta reſtituit. (IV) Quia in pleriſque deciſionibus rationes decidendi, in notis relatas, alibi etiam in affinibus vel ſimilibus cauſſis adduxit MEVIVS, loca parallela collegit prælaudatus ICtus, notis attexuit, et, vt ſtatim apparerent, parentheſi incluſit, vt pro exornandis ſententiis iuris lectori præſto eſſent copiæ, vbique per totum corpus deciſionum ſparſæ, quas in ſuos vſus vertere poſſet. Hunc laborem præ ceteris memorandum et laudandum eſſe duxi, quod inde quoque ſtatim perſpicuum ac manifeſtum fiat, vtrum MEVIVS priori ſententiæ et deciſioni inſtiterit, an vero eamdem declarauerit, limitauerit, vel quandoque melioribus rationibus ductus deſerere ſatius duxerit, quam ob rem ipſi *generali argumento*, quod ſingulis deciſionibus præfixum eſt, quandoque *loca parallela* addidit. (V) Nouis quoque recentiorum ICtorum, qui in eodem argumento verſati fuerunt, copiis notas inſtruxit, horumque conſenſu firmauit, vt maiori cum fiducia opinionibus Meuianis quilibet accedere poſſet. (VI) Sed nec *indicem* incorrectum reliquit, nec priori in ſtatu, in quo indigeſta et male cohærens moles erat, rurſus in publicum prodire paſſus eſt, ſed labore inuſitato et Herculeo infinitos numeros ab erroribus vitiisque, quibus infecti erant, reuocauit et, adiectis *articulis* etiam *nouis*, atque antiquis in meliorem atque

magis

magis cohærentem ordinem redactis, ita totum indicem reformauit, vt iam maiorem vſum lectoribus præbere et faciliorem aditum ad ipſas deciſiones euoluendas facere poſſit. (VII) Magna quoque cura adhibita eſt, vt totum hoc deciſionum corpus nitidius et emaculatius ex prelo in publicum prodiret, quem in finem iuxta *exemplar emendatum* ſupra laudatum ipſa preli correctio et reuiſio ſuſcepta eſt, vt perſuaſiſſimum habeam, hoc modo in integrum reſtitutum opus ſingulorum deſideriis ſatisfacturum eſſe cumulatiſſime. Denique (VIII) quod iam §. *XX. in f.* notaui, *duplici repertorio* ad methodum *digeſtorum* et *codicis* formam illud inſtructum eſt, et primo quidem, ad leges Digeſtorum compoſito, inſignis additamentorum cumulus adiectus eſt, atque id in vniuerſum actum, quo fidem publice datam abundantiſſime impleret bibliopola, et rei litterariæ commodum promoueret, eximiamque *Mevianarum deciſionum collectionem* perpoliret. Dabam Halæ d. vlt. Martii

M DCC XL.

EXER-

EXERCITATIO XVIII.

AD LIB. I. PAND. TIT. V.

DE

IVRE ET STATV HOMINVM PROPRIORVM A SERVIS GERMANIAE NON ROMANIS DERIVANDO, ET DE VSV HVIVS DOCTRINAE.

PRAELOQVIVM.

Eſt iuris Romani in Germania auctoritas non leuis, ſed non tanta, vt aut rationem vincat, aut mores antiquos. Sunt plura inſtituta in Germania, a ſtatu rei Romanæ deuiantia, quæ proinde iure Romano regi nequeunt. In hoc tamen peccant non pauci, qui *iuris patrii* neglectum vbique produnt, et ſoli iuri Romano inſiſtendum eſſe credunt, vnde non poteſt non læta errorum ſeges naſci, id quod vel ex *hominum* noſtrorum *propriorum* iure et condicione, quæ ex ſeruorum, libertinorum, colonorum et adſcriptitiorum Romanorum iuribus incautius conſarcinari ſolent, planum fit. Quos cum in nobili hoc argumento mirum quantum diſſenſionibus, ac infinita quadam diuerſitate diſtrahi, tanquam ſigno malæ cauſſæ iam his iam aliis difficultatibus premi, et vbi hodiernam rerum faciem cum illa Romanorum contendunt, ſæpiſſime a veritate longius aberrare, intelligerem, huius rei ratio-

rationem in defectu legitimi et adæquati fontis, principiique, à quo hæc iura deriuentur, collocare cœpi. Atque inde natum huius exercitationis argumentum. *de iure et ſtatu hominum propriorum a ſeruis Germaniæ, non a ſeruis aut libertis Romanorum deriuando, deque vſu huius doctrinæ;* cui vt, quantum liceret, ſatisfacerem, prima ſectione in *hiſtoriam perpetuæ ſeruorum ſucceſſionis et ſeriem in Germania priſcæ Germ. ſeruitutis* inquiſiui, atque ex hoc ipſo deriuanda eſſe horum iura ab illorum conditione et ſtatu euincere tentaui: altera *diuerſitatem, quæ inter homines proprios et ſeruos libertosque Romanos intercedit*, expoſui. Vltima vero *vſum huius noſtræ doctrinæ in effectibus priſcæ ſeruitutis Germanicæ in hominibus propriis relictis*, atque legitime nectendis concluſionibus ex dato principio demonſtraui. Præiuerunt in hoc argumento duces ICtorum non pauci, qui et *integris tractationibus* et *ſparſim* in lucubrationibus eamdem doctrinam comprobarunt, et luculentis argumentis adſtruxere. In illis nominaſſe ſufficit IOH. NICOL. HERTIVM *in diſp. de hominibus propriis opuſc. T. 2. l. 2. p. 157.* THOMASIVM *in diſſ. de iure ſtatuum Imperii dandæ ciuitatis §. 16. ſeqq. diſſ. de hominibus propriis et liberis Germanorum 1701. M. Oct. de vſu practico diſtinctionis hominum in liberos et ſeruos 1711. M. Sept. de vſu practico diſt. hominum in ingenuos et libertinos eod. M. Oct. de vſu practico doctrinæ de impedimentis manumiſſionis 1702.* in illuſtri hac Fridericiana ventilatis, vt et *Tom. IV. obſeruationum ſelectarum ad rem litterariam ſpectantium Obſ. 11. §. 28. ſeqq.* et IOACHIMVM POTGIESERVM in fuſiori et elegantiori opuſculo *de conditione et ſtatu ſeruorum apud Germanos tam veteri quam nouo.* Colon. 1707. quod ex *editione ſecunda* inſigniter auctum et locupletatum prodiit Lemgouiæ 1736. In his vero CASPAR. ZIEG-

 LERVM

LERVM *in diſſ. ſelectis cum* G. BEYERI collect. *diſſ. 10. d. prædiis cenſiticis ruralibus* §. 20. *ſeqq. p. 401.* illuſtr. COCCEIVM *iurisprud. publ. c. 9.* §. *IV.* G. BEYER. *in delineatione pand. T. d. ſtat. hom. p. 55.* HARPRECHT *de iure mortuar. c. 3.* §. *18.* KNICHEN *de veſtitur. pactor. p. 2. c. 3. n. 8.* B. TITIVM *obſeru. ad Lauterb. obſ. 24. p. 25. et obſ. 970. p. 647.* DAV. MEVIVM von Zuſtand und Abforderung der Bauers-Leute *Qu. 1. n. 20. ſqq.* B. STRYK *in vſ. mod. tit. de oper. libertor.*

SECTIO I.

DE HISTORIA SVCCESSIONIS ET IVRIVM SERVITVTIS GERMANICAE.

§. I.

Origines ſeruitutis; Liberos, non ſeruos, naſci homines in *ſtatu naturali*, ſi deuites eorum tricas, quibus ARISTOTELIS ſerui natura tales crucem figunt, penes omnes in confeſſo eſt. In hoc enim omnes ex communi illa cognatione, quæ ex *naturæ* reſultat *ſimilitudine*, antequam *pacto* aliquo vel *facto* ſibi inuicem legem dedere, æquales producuntur, æquali quoque iure fruuntur. Quo ſenſu, *quod, contra naturam eſſe ſeruitutem*, pronunciatur in §. *2. I. de iure perſon.* et *l. 4. ff. de ſtatu hom.* accipiendum eſt. *l. 32. ff. de R. I.* Primos in orbe ſeruos (qui nihil aliud ſunt, quam homines in *proprietate* alterius exiſtentes, vnde et *proprii homines* dicuntur) fecit 1) *pactio voluntaria* poſt dominiorum diſtinctionem, quæ *bonorum* inuexit *inæqualitatem*, qua alii acquirendis, adminiſtrandis et conſeruandis bonis opibusque ſuis ſeruos quæſiere, alii vero, paupertate preſſi, pro alimentorum, et aliarum neceſſitatum præbitione miniſteria ſua aliis in perpetuum addixere et locauere. *Ex pactis;* GROTIVS *de I. B. et P. L. 2. c. 5.* §. *27.*

PVFEND.

PVFEND. *de I. N. et G. L. 6. c. 3.* *Pactitiæ ſeruituti* ſucceſſit 2) *legalis*, qua diuiſione ſeruitutis conſtituendæ modos eleganter complectitur B. TITIVS *ad Pufend. d. O. H. et C. L. 2. c. 4. Obſ. 527. p. 511.* cum mortales, poſt dominiorum diſtinctionem, et *dominandi libido*, et *diteſcendi cupido* in alios armaret, victis vero, quibus vita donabatur, communi gentium conſenſu, *ſeruitutis legem* impoſuerint, vnde nouus modus conſtituendæ ſeruitutis reſultauit *captiuitas bellica*, de qua *l. 5. ff. de ſtat. hom.* *v.* GROT. *L. 3. c. 7.* Huc collineat HORATIVS *l. I ep. ad Quint.* *Ex lege, unde ſeruitus ex captiuitate bellica;*

Vendere cum poſſis captiuum, occidere noli,
Seruiet vtiliter.

Porro cum 3) *natiuitas* ex ſeruis parentibus obtrudere cœpit proli ſeruile iugum, de quo §. *4. I. de I. perſon.* naſcuntur ex *ancillis noſtris*, quod, num ſatis congruat iuris naturalis rationi? examinant GROTIVS *l. 2. c. 5. §. 29. l. 2. c. 8. §. 18 C.* ZIEGL. *in not. ad l. 3. p. 291.* SELDEN. *de I. N. et G. 17. 8.* PVFEND. *de I. N. et G. l. 5. c. 1. §. 9.* Denique 4) ex *delicto* ac legum violatione *ſeruitus pœnalis* imminere et conſtitui ſueuit, quæ omnium fere gentium moribus frequentata eſt. De *Romanis* vid. §. *4. I. de I. perſ. l. 2. et 4. C. de libert. et eorum liberis*, *et l. 12. C. de op. libert. et totum* fere *titulum ff. de pœnis*. conf. *c. 3. c. 15. Q. 8. c. 6. et 17. X. d. Iud. et Sarac.* De *Germanis* inferius. *Ex natiuitate; Ex delicto.*

§. II. Atque ab his fontibus vt repetendi ſunt ſeruitutis natales, ita procul dubio impingunt, qui ex iiſdem illicitam iuri naturali eiuſdemque rationi contrariam ſomniant ſeruitutem. Facto enim humano vbi debentur origines eiuſdem, lex ideo naturalis non excluditur, quæ potius vt *occaſio* et *cauſſa* coniungenda ſunt. Ius enim naturale hic nihil plane decernit nec iubet, ſed poſt mortalium corruptionem ſeruitutem contractam *Reſpondetur iis, qui ſeruitutem aduerſari iuri naturæ adſtruunt.*

regulis ſuis atque præceptis moderatur, ac ex *internis* et *domeſticis principiis* interpretatur; *pactitiam* nempe ex communi illa doctrina, de pactorum ſancta fide, et permiſſa omnibus in ſeruitutem addictione v. GROT. *l. 2. c. 5. §. 8. legalem* et *bello* quidem *inuectam*, ex præcepto de ſecuritate ab hoſte ſibi præſtanda, v. THOMASII *Iurispr. diu. l. 3. c. 5. §. 29.* atque de permiſſa cæde hoſtis, ſi iuſtum ſit bellum, adeoque multo magis captiuatione et ſeruili imponenda conditione. vid. GROT. *l. 3. c. 4. §. 8. ſqq.* Porro *pœnæ ſeruitutem* interpretatur ex vi contractus, quo delinquentes cum lege contraxiſſe videntur vid. GROT. *l. 2. c. 20. §. 2. n. 3.* et ex præcepto de conueniente in vindicandis delictis vtilitatem publicam obtinendi modo. tandem quoque ſeruitutem ex *natiuitate* explicat ex dominii iure, quo noſtrum eſt, quod ex re noſtra naſcitur, h. e. cum habeamus proprietatem in corpus ancillæ, eius quoque *acceſſorium* ſeu partus eiuſdem iuris eſſe debet. ZIEGL. *ad Grot. l. 2. c. 5. p. 292.*

Seruitutis Romanæ facies

§. III. Ius ſeruitutis ab *iniuſtitia* vindicauimus, non vero *exercitium huius iuris* inter gentes. Neque id fieri poſſe in vniuerſum æſtimanti patebit ex inſigni morum diuerſitate, et varia ſeruis imperandi ratione. In Romanis ſaltem, quos ſolos hic producimus, id non licet, qui profecto idem de poteſtate in ſeruos eiusque exercitio aſſerere poterant, quod de *patria* ſua *poteſtate in §. 2. I. de Patr. poteſtate* aſſerunt. *Ius autem poteſtatis, quod in liberos habemus, proprium eſt ciuium Romanorum, nulli enim alii ſunt homines, qui talem in liberos habent poteſtatem, qualem nos habemus*, ſed pari vtrinque credo tyrannidis macula, cuius antiquiſſimi iam apud GROTIVM *l. 2. c. 5. §. 7.* ſcriptores *patriam* Romanorum *poteſtatem* arguunt. Immemores enim illius SENECAE *l. 1. de Clementia c. 18. p. m. 292. ſeruis*

in exactione ſeruitiorum,

impe-

imperare moderate laus eſt, et in mancipio cogitandum eſt, non quantum illud impune pati poſſit, ſed quantum tibi permittat æqui bonique natura, quæ parcere etiam captiuis et pretio paratis iubet, et paullo poſt *cum in ſeruum omnia liceant, et aliquid, quod in hominem licere ius commune animantium vetet, quia einſdem naturæ eſt*, ſeruis ſuis, non vt hominibus ſed vt brutis et iumentis abutebantur, vid. SENEC. *Ep. 47. p. m. 131.* Idem non obſcurum eſt tum ex *l. 2. D. ad L. Aquil.* qua *Caius, vt igitur apparet*, inquit, *ſeruis noſtris exæquat* L. Aquilia *quadrupedes, quæ pecudum numero ſunt*, tum etiam ex illa dubitatione, *num homines ſint ſerui?* Ita enim FLORVS *l. 3. Hiſtor. c. 20. p. 291.* *Enimuero ſeruilium feras armorum dedecus. Nam et ipſi fortunam in omnibus obnoxii, tamen quaſi ſecundum genus hominum ſunt.* Ius vitæ et necis, h. e. *domeſticam iurisdictionem*, quam eadem religione adminiſtrare par erat, qua *publica* in effrenem, quiduis luberet ſupplicii impune in ſeruum, quacunque de cauſſa ſtatuendi licentia, peruertebant §. 2. *I. de his qui ſui vel al. iur. ſunt.* v. LAVRENT. PIGNOR. *de ſeruis p. 13. ſqq.* vſque dum diui ANTONINI conſtitutione ſæuitiæ modus ſtatueretur, per §. 2. *I. eod.* atque fugientes quoque nimiam dominorum aſperitatem ſerui, ſtatuam et aſylum nacti, dominorum poteſtate eximerentur, magiſtratuique ſubderentur, qui de ipſorum querelis cognoſcere iubebatur: §. 2. *I. eod. et l. 17. §. 12. ff. de Aedilit. Edict.* quæ inſignem lucem accipiunt ex laudato LAVRENTIO PIGNORIO *d. ſeruis p. 23. ſqq.*

in iurisdictione dominorum in ſeruos,

Seruorum nonniſi in *quæſtionibus, tormentorum vi*, expreſſa erant teſtimonia, vid. SIGONIVS *d. antiquo Iure pop. Rom. T. 2. L. 2. d. Iud. c. 14. p. 669.* quo nomine eorum duriſſima quoque ſors fuit ex SCto Silaniano, de quo v. GRAVINA *de Orig. Iur. Ciu. L. 3. p. 724.* Iam circa *operas ſeruorum*, quantum æqui ac

quoad ſtatum publicum, in dicendo teſtimonio,

iuſti rationem exceſſerat laſciuia, luxuria et auaritia Romanorum, vix exprimi poteſt, ſi vel ſolius PIGNORII *de ſeruis*, et POPMAE *de operis ſeruorum* opuſcula euoluantur. Ab eodem denique fonte faſtus Romani prouenire arbitror inanem ſubtilitatem de *matrimonio* et *contubernio*, de *adulterio* et *violato contubernio*, ob quam ſerui contubernium ſuum violantes *adulteris* crimine accuſari non poterant. *l. 23. C. ad L. Iul. de Adult.*

... contubiis.

Seruorum apud Germanos conditio,

§. IV. Mitius ſane nullo non tempore *Germanorum* in ſeruos ſuos extitit imperium, quorum et hiſtoria et iura ab vltima memoria ad recentius æuum breuibus pertexenda iam ſunt, quo ex ipſa ſeruorum inter Germanos *perpetua ſucceſſione*, atque *iure* in eoſdem, primam acerbitatem ſenſim ſenſimque exuente, luculentius conſtet, quo talo nitatur prior thematis noſtri aſſertio. Antiquiſſimam penes Germanos fuiſſe hominum in *liberos* et *ſeruos* TACITI *d. moribus Germanorum* libellus loquitur. Horum conſtituendorum ratio et *paſtitia* fuit et *legalis*. Pactitiæ ſpeciem recenſet TACITVS *l. c. c. 24. et 25. Aleam, quod mirere, ſobrii inter ſeria exercent: tanta lucrandi perdendiue temeritate, vt cum omnia defecerunt, extremo et nouiſſimo iactu, de libertate et de corpore contendant. Victus voluntariam ſeruitutem adit. Quamuis iunior, quamuis robuſtior, alligari ſe ac venire patitur. Ea eſt in re praua peruicacia: ipſi fidem vocant. Seruos conditionis huius per commercia tradunt, vt ſe quoque pudore victoriæ exſoluant.* Legalem ac eam maxime, quam *captiuitas belli* impoſuit, communi quodam gentium conſenſu, innuere videtur; vbi ceteris ſeruis *non in Romanum morem* vti Germanos pergit *c. 25.* Coniecturæ fauet SENECAE *locus Epiſt. 47. Variana clade, quam multos ſplendidiſſime natos ſenatorium per militiam auſpicantes gradum fortuna depreſſit, et alium ex illis paſtorem, alium*

Taciti æuo.

Conſtituebantur pacto;

iure et lege belli.

alium cuſtodem caſa facit, et TACIT. *Annal. l. 12. p. 419. Aucta lætitia, quod quoſdam e clade Variana poſt quadrageſimum annum ſeruitio exemerant.* Quæ cum ita ſint, num vere pronunciauerit A. GAILLIVS *de pignorationibus obſ. 8. n. 2.* his verbis: *ſiquidem Germania ex Cornelii Taciti ſententia in libello de moribus Germanorum, veros ſeruos nunquam habuit*, et ALEXANDER ab ALEXANDRO GENIAL. *L. 3. c. 20. f. 158.* iudicandum.

Notatur Gaillius et Alexander ab Alexandro.

In vtriuſque conditionis ſeruos diuerſo Germani vtebantur iure, illos per commercia tradebant, quo ſeſe exſoluerent victoriæ pudore, his agros tradebant, ex quibus domino *frumentum*, *pecus* et *veſtem* præſtarent, quosue nullæ educationis deliciæ a dominis diſtinguebant.

Ex alea ſeruituræ ſerui per commercia tradebantur.

Auctor eſt TACITVS *c. 25. Ceteris ſeruis, non in noſtrum morem, deſcriptis per familiam miniſteriis, vtuntur. Suam quiſque ſedem, ſuos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut veſtis, vt colono, iniungit: et ſeruus hactenus paret. Cetera domus officia vxor ac liberi exſequuntur*, et *c. 20. Dominum ac ſeruum nullis educationis deliciis dignoſcas. Inter eadem pecora, in eadem humo degunt, donec ætas ſeparet ingenuos, virtus agnoſcat.*

Reliqui operas præſtabant ruſticas.

More ſane diuerſo a Romano recte cenſuiſſe TACITVM pateſcit ex miniſteriis per familiam ſeruis a Romanis deſcriptis innumeris, quæ explicant LAVR. PIGNOR. *d. ſeruis* et POPMA *d. operis ſeruorum.* In vtroſque ſeruos *ius vitæ ac necis* exercebant ſeu *iurisdictionem domeſticam*, cum herilis imperii ea ſit ratio et natura, vt dominus in actiones quoque ſerui et delicta animaduertat, v. PVFEND. *d. O. H. et C. L. 2. c. 4. §. 3. et lib. 6. c. 3. §. 4. de I. N. et G.*

Iurisdictio domeſtica in vtroſque.

Sanius tamen ac æquitati conuenientius quam Romani, quorum hac ex parte ſæuitiam ſuperius perſtrinximus. Præclarum hac de re TACITI *c. 25.* eſt teſtimonium: *Verberare ſeruum, ac vinculis et opere coercere, rarum: occidere ſolent, non diſci-*

Huius ratio et differentia a Romana.

diſciplina et ſeueritate, ſed impetu et ira vt inimicum, niſi quod impune, quo (vt ſolet ceteroquin integro hoc libello Germanorum mores cum Romanis contendere,) ſæuitiam illam, qua quodcunque delictum, ſi placeret domino, cruce et mortis periculo expiabatur, haud obſcure Romanis exprobrat, quippe cuius æuo, (floruit enim ſub Traiano, v. *de mor. Germ. c. 37.*) D. ANTONINI, quam ſuperius commemorauimus, conſtitutio nondum emanauerat. Verberare enim ſeruum, opere et vinculis coercere atque ita caſtigare ſolebant, rarius vero occidebant, et vbi occidebant, non *diſciplina et ſeueritate,* vt apud Romanos inualuerat, quibus leuiora quæque, vt cibum adurere, menſam euertere, dicto tardius audientem fuiſſe, cruce aut flagellis ad minus expiabantur, v. PIGNOR. *de ſeruis p. 9.* ſed vt *hoſtem et inimicum,* ira et impetu necabant, vbi ſecuri non amplius erant domini, adeoque merito eodem in eos iure impune occidendi vterentur, quod in *hoſtem* licere nemo ambigit. Quem ego quidem ſenſum in tot ac tantis tormentis, quæ locus hic TACITI paſſus ab interpretibus, genuinum credo.

Explicatur locus Taciti.

Poſt Tacitum ſub Merouingis conſtituebantur belli iure.

§. §. V. Creſcente deinde ex his Germaniæ gentibus, de quorum moribus et ſeruis in commune hæc diſſeruerat TACITVS, ad inuidiam vſque et iugum reliquarum Francorum imperio, creuit quoque ſeruorum inter Germanos multitudo. Quas tamen gentes belli iure ſuperabant, eaſdem communi gentium iure ſeruitute ſibi obnoxias reddebant. Vnde THEODORICVS Oſtrogothorum Rex *in epiſtola ad Luduichum ſeu Clodouæum ap. B.* RHENAN. *rer. Germ. L. 2. p. 86. 87.* mitius tractari cupiens Alemannos, fœdere ſibi iunctos, *ſufficiat,* inquit, *innumerabilem nationem partim ferro, partim ſeruitio ſubiugatam.* Quæ quidem calamitas non demum e clade famoſiſſima illata naſcebatur,

Ante et poſt cladem Tolbiacenſem.

tur, vt B. RHENANVS *Rer. Germ.* VADIANVS *ant. Alemann.* *L.* 2. GOLDAST. *T.* 3. *rer. Alem. p.* 56. LEHMANNVS *in Chron. Spir. L.* 2. *c.* 29. *p.* 80. *et* 81. (cuius tradita repetunt MEVIVS vom Zuſtand und Abforderung der Bauern. *Q.* 2. *n.* 22. *p.* 7. et HARPRECHT *d. Iure mortuorum c.* 3. *p.* 19.) venditant, ſed iam ante et poſt cladem quoque hanc, et Romanas prouincias et conterminas Germaniæ gentes, quas ſubiugarant Franci, excepit, vt perſuadent illorum temporum bella, de quibus vid. B. RHENANVS *et L. ſalica*, quæ ante hanc cladem in ipſa adhuc Germania a Francis condita conficitur. vid. CONRING. *de Orig. I. Germ. c.* 7. et LEIBNIT. Diſq. *de Orig. Francor.* Noncaſatorum enim et miniſterialium meminit *T. XI.* §. 6. Ed. HEROLD. *Si quis maiorem infeſtorem, ſcantionem, mariſchalcum, ſtratorem, fabrum ferrarium, aurificem ſeu carpentarium, vinitorem, vel porcarium, vel miniſterialem furauerit aut occiderit.* Recte enim HERTIVS in *diſſ. de hom. propriis T.* 2. *opuſc. ſ.* 1. §. 2. colligit, diſtinctionem hanc ſeruorum in *caſatos* et *non-caſatos*, quia iam recedebat a priſcis Germaniæ hac ex parte moribus (de quibus TACIT. *c.* 25. *Ceteris ſeruis non in noſtrum* Romanum *morem vtuntur*, et paullo poſt *Cetera domus officia uxor et liberi exequuntur*) demum inuectam, cum inſigni multitudine ſeruorum tot Francorum bellis ſub iugum miſſa, inualuiſſe. Non vero hæc *belli iure* ſolum ſub Merouingis ſeruitus conſtituebatur, ſed *delictis* quoque et *pactis* ſpontaneis. *LL. Alem. L.* I. 38. *edit.* LINDENBROG. *die dominico nemo opera ſeruilia præſumat facere, quia hoc lex prohibuit, et ſacra ſcriptura in omnibus contradicit, ſi quis ſeruus in hoc vitio inuentus fuerit, vapuletur fuſtibus, liber autem corripiatur vſque ad tertiam vicem. Si autem poſt tertiam correptionem in hoc vitio inuentus fuerit, et Deo vacare die dominico* *Ex delicto.*

minico

minico neglexerit, et opera ſeruilia fecerit, tunc tertiam partem de hereditate ſua perdat. Si autem ſuper hec inuentus fuerit, vt diei dominico honorem non impendat, et opera ſeruilia fecerit, tunc coactus et conuictus coram Comite, vbi tunc Dux ordinauerit, in ſeruitium tradatur et quia noluit Deo vacare, in ſempiternum ſeruus permaneat. Idem in LL. BAIVVAR. *T. 6. c. 3. Si minores perſonæ ſunt, quæ ſe illicita coniunctione polluerunt, careant libertate, ſeruis fiſcalibus aggregentur.* Adde T. 2. c. 1. cuius obnoxiationis formula eſt inter MARCVLFI *form. n. 16. p. 446.* BALVZ. *Cap. T. 2. LL. Friſion. T. 11. Si quis liber homo ſpontanea voluntate vel forte neceſſitate coactus nobili ſeu libero ſeu etiam lito in perſonam et in ſeruitium liti ſe ſubdiderit.* Et *L.* ALEM. *n. 1. Si quis liber res ſuas vel ſemetipſum ad eccleſiam tradere voluerit, nullus habeat licentiam contradicere ei, non Dux, non Comes, non vlla perſona, ſed ſpontanea voluntate liceat Chriſtiano homini Deo ſeruire.*

Ex pacto.

§. VI. Seruorum horum ſub Merouingis ſtatum et iura expoſituri, ad IV. maxime capita, omnem tractationem redigemus, ita, vt 1) de *diuiſionibus ſeruorum* ſub Merouingis, 2) *de iure dominorum* in eoſdem, 3) *de iure ſeruorum*, quatenus in Germaniæ republica a liberis et libertis diſtinguebantur, 4) de *manumiſſionibus* eorumdem pauca, et ea maxime, quæ hodierno ſeruorum ſtatui Germaniæ lucem afferunt, diſſeramus. Quoad *diuiſiones ſeruorum et varia genera*, ampliſſima hac de re eſt POTGISERI *l. c. L. 1. c. 3.* ſecundum Alphabeti ordinem, quo Lectorem remittimus, tractatio. Nobis, quæ inſtitutum noſtrum propius tangunt, delibanda iam ſunt. Auctæ ſeruorum multitudini deberi diuiſionem ſeruorum *in caſatos et non caſatos*, ſeu *miniſteriales* præmiſimus iamiam. *Miniſteriales* itaque exſequebantur domus officia et miniſteria, a quibus varia ſortieban-

Diuiſio et genera ſeruorum ſub Merouingis.

1) in caſatos ſeu ruſticos et non caſatos ſeu in mini-

bantur nomina, vt apparet ex *LL.* SAL. *T.* 11. *LL.* ALEM. *T.* 79. et CANGIO *in Gloſſ. voce Seruus*, atque formulis *Marculfi*, *v. L.* 1. *n.* 32. BALVZ. *T.* 2. *p.* 391. *et* 392. *L.* 2. *n.* 3. 6. 16. *p.* 426. et BIGNON. *not. ad eaſdem* 16. *p.* 906. GASINDI nuncupantur, vnde ſine dubio ad famulos noſtros conductitios profluxit nomen Geſinde, et *LL.* LONGOB. *L.* 1. *tit.* 8. diligenter a *ſeruis ruſticanis* diſtinguuntur, v. et *diploma ap.* VADIAN. *l.* 2. in GOLDAST. *Script. rer. Al. T.* 3. *p.* 36. caſati, qui et coloni audiunt *LL.* BAIVV. *T.* 1. *c.* 14. *de colonis vel ſeruis Eccleſiæ qualiter ſeruiant* et *LL.* LONGOB. *L.* 1. *T.* 8. Serui ruſticani, glebæ ſuæ et caſæ adſtricti et priſco Germanorum more cenſum et operas dominis ſuis præſtabant, vt patet ex *charta n.* 3. *ap.* GOLDAST. *T.* 2. *rer. Alem. p.* 26. *et n.* 36. *p.* 36. *n.* 39. *p.* 37. *n.* 40. *p.* 38. atque ex pluribus aliis GOLDASTI et VADIANI illorum temporum diplomatibus et donationum chartis, vt et formulis antiquis, quas collegit BALVZIVS *T.* 2. quibus prædiis, agris, villis, ſyluis et aliis, quæ fert ſtilus iſtius æui, perpetuo *mancipia* iunguntur. Neque his obſtat *LL.* ALEM. *T.* 9. *Quicunque liberum eccleſiæ* (quem colonum vocant) *occiderit*, quo nihil aliud euincitur, quam quoſdam colonorum *liberos* fuiſſe, cum alibi in *LL.* BAIVV. *T.* 1. *c.* 14. diſerte *ſerui* nuncupentur, et præterea in *LL.* ALEM. *T.* 23. § 1. in cenſum ſeruorum Eccleſiaſticorum coloni coniiciantur, ſequentium quoque temporum monumenta, vt inferius tradimus, vt plurimum *ſeruilem* illis tribuant *conditionem*. Vnde omnino errat VADIANVS *ap.* GOLDAST. *T.* 2. *p.* 44. vbi ad diploma donationis ita commentatur. *caſatorum et caſalium ſæpe meminere chartæ: qua voce, ni fallor, libertini generis homines et coloni intelliguntur, qui conductum inhabitabant.* Reclamat enim ipſi ipſum hoc diploma, ad quod commentatur,

Seruiles et domeſticum.

Vnde vox Geſinde.

Serui caſati et ruſtici.

Reſpondetur ad loca, quibus ſerui ruſtici, et coloni liberi dicuntur.

Notatur Vadianus.

quo non ſolum caſati cum campis ſed eorum liberi quoque donantur. Reſtat altera ſeruorum huius æui non minus frequens in *LL.* ALEM. BAIVV. LONGOB. *et* WISIGOTH. diſtinctio in regios ſeu *fiſcalinos, eccleſiaſticos et priuatorum vid. decret.* CHILDEBERTI *A.* 595. *ap.* BALVZ. *T.* 1. *p.* 20. *n.* 13. *Si ſerui Eccleſiarum aut fiſcalini furtum admiſerint, ſimilem pœnam ſuſtineant, ſicut et reliquorum ſerui Francorum.* Quodlibet horum ſeruorum genus diuerſo quantum in alios iure vtebatur, quod paullo poſt declarabimus. *Fiſcalini* regis erant vel bello vel lege quæſiti, vbi delictis certis ſeruitus imminebat, v. *LL.* ALEM. *T.* 38. BAIVV. *T.* 6. *c.* 1. *et c.* 3. *Eccleſiaſtici* eccleſiarum, donationis, venditionis, permutationis titulo acquiſiti, quorum inſignem fuiſſe multitudinem loquitur infinitus chartarum et inſtrumentorum numerus. Tantum enim aberat, vt *clerus* tunc temporis ſeruitutis rigorem vel plane ſuſtulerit, vel ſaltem temperauerit, vt potius mancipiorum fuerit ſitientiſſimus, atque diteſcendi ſtudio nihil prius haberet. Teſtantur hoc ipſum α) elogia et laudes Epiſcoporum atque præfectorum eccleſiæ in vitis eorundem, a cucullatis hominibus paſſim compilatis, quorum omnem ferme materiam conficiunt mancipiorum prædiorumque acquiſitiones, probat β) fauor legis publicæ in prioribus *tit. LL. Alem. et Boioar.* et paſſim, quem iuri ſuo in ſeruos atque acquiſitionibus eorumdem conciliauerat, confirmant denique γ) artes, quibus vtebantur, rarior ſcilicet penes clerum ſeruorum manumiſſio, *LL.* ALEM. *T.* 20. *Nullus presbyter, nec aliquis paſtor eccleſiæ poteſtatem habeat vendendi eccleſiaſticam terram, niſi contra aliam terram, nec mancipium, niſi contra aliud mancipium receperit,* et *cap.* LVD. *II. apud* BALVZ. *T.* 2. *p.* 366. *Quapropter epiſcopi liberos ex familia eccleſiæ ad condemnationem*

ſuam

2) *In regios ſeu fiſcalinos, Eccleſiaſticos et priuatorum.*

Seruorum Eccleſiaſticorum multitudo.

ſuam facere, non præſumant, et ſi fieret, valde tamen reſtricta, nec ab omni nexu ſeruili manumiſſos eximens, v. VADIANVS *ap.* GOLDAST. *T. 3. p. 56.* conf. THOMAS. *Diſſ. de Iure dandæ Ciu. ſtat. Imper. §. 19. 20.* Immo et perſuaſio acceſſit, qua, Laicis pro *animæ pretio et remedio*, vt habent illorum temporum monumenta, ſeruos manumittendos eſſe, vid. *Formul.* LINDENBROG. *ap.* BALVZ. *T. 2. p. 538.* et quidem in Eccleſia, diligenter inculcabant, qua manumiſſione non ſolum tuitionem et iurisdictionem in manumiſſos, v. LL. RIPVAR. *T. 58. §. 1.* ſed et iura ſuccedendi in bona manumiſſi abſque liberis diſcedentis v. *ibid.* §. 4. cenſum quoque a manumiſſis conſequebantur *ibid.* §. 1. v. *charta 5. ap.* GOLDAST. *T. 2. p. 27.* Quo pertinent floſculi, qui formulis hanc in rem confectis præmitti ſolebant. Priuatorum denique erant ſerui et mancipia, quia priuatis potiſſimum commercio et pactis acquirebantur.

§. VII. Aequalia tamen et eadem in ſeruos hos, genere diuerſos, domini exercebant iura, conſiſtentia, I) in *operis exigendis*, quæ ita deſcribuntur LL. ALEM. T. 22. *Ancillæ autem opera impoſita ſine neglectu faciant. Serui dimidium ſibi, et dimidium in dominico aratitum reddant. Etſi ſuper hæc eſt, ſicut ſerui eccleſiaſtici ita faciant, tres dies ſibi, et tres in dominico.* Similiter in BAIVV. T. 1. c. 14. *De colonis et ſeruis eccleſiæ, qualiter ſeruiant*, §. 2. *Andecingas legitimas, hoc eſt, perticam* (Conf. LL. LONGOB. *L.* 1. T 25. c. 30.) *decem pedes habentem, quatuor perticas in transuerſo XL. in longo arare, ſeminare, claudere, collegere, et trahere; A tremiſſe vnusquisque accola ad duo media ſationis excollegere, ſeminare et recondere debeant. Et vineas plantando claudere, fodere, propaginare, prouidere, vindemiare* §. 4. *Paraſredos* (v. PITHOEI *Gloſſ. ap.* BALVZ. *T* 2 *p.* 736. et LINDENBROGII *Gloſſar. ſub hac voce*) *donent, aut ipſi vadant, vbi eis*

Ius dominorum

1) *In exactione operarum.*

iniun-

iniunctum fuerit §. 5. *Angarias* (V. LINDENBROGII *Gloſſ. ſub voce hac*) *cum carro faciant, vſque L. leugas* (V. LINDENBR. *Gloſſ. ſub hac voce*) *amplius non minentur.* §. 6. *Ad caſas dominicas ſtabulare, fenile, granicum vel tuninum recuperandum pedituras rationales accipiant, et quando neceſſe fuerit omnino componant* §. 7. *Calciſurnum vbi prope fuerit, lignum aut petras L. homines faciant, vbi longe fuerit L. homines debeant extre, et ad ciuitatem vel ad villam, vbi neceſſe fuerit, ipſam calcem trahant; opera vero tres dies in hebdomada in dominico operet: tres vero ſibi faciat. Si vero dominus dederit ei boues aut alias res, quas habet tantum ſeruiat, quantum ei per poſſibilitatem impoſitum fuerit, tamen iniuſte neminem opprimat.* Ea enim erat et olim *Germanicæ ſeruitutis* ratio, vt relinqueretur ſeruis, vnde ſemetipſos ſuſtentare poterant, quo penes Romanos opus non erat, quippe qui ab ipſis dominis alebantur, et ita quoque quicquid acquirebant, domino acquirebant.

II) In cenſu. II) *In cenſu et tributis fructuum æque ac certæ pecuniæ ſumma.* Huc collineat LL. ALEM. T. 22. *Serui eccleſiæ tributa ſua legitime reddant XV. ſiclas de ceruiſa, porcum valentem tremiſſe vno, panem, modia duo, pullos quinque, oua XX.* Similiter in LL. BAIVV. T. 1. c. 14. §. 1. *de colonis vel ſeruis eccleſiæ qualiter ſeruiant, vel qualia tributa reddant, hoc eſt agrarium ſecundum æſtimationem iudicis, prouideat hoc iudex, ſecundum quod habet, donet, De triginta modiis, tres donet, et paſcuarium deſoluat ſecundum vſum prouinciæ,* §. 3. *Reddant decimum faſcem de lino; De apibus decimum vas pullos IV. oua XV. reddant.* Iunge *chartam* 41. 42. GOLDAST. T. 2. p. 38 maxime 88. p. 54.

III) In alienatione cum et ſine prædio vendebantur. III) *In alienatione ſeruorum cum et ſine prædio.* Libere enim, modo non extra prouinciam, vendebantur. Teſtatur hoc L. ALEM. T. 37. *Mancipia foris prouinciam nemo vendat, nec in paganos, nec in Chriſtianos, niſi iuſſio ducis fuerit.* Infra prouinciam, vbi neceſſitas eſt, vnuſquiſque

de

de mancipio ſuo poteſtatem habebat ſecundum legem: conf. *T. 20. cit. LL. et LL.* BAI. *T. 15. c. 6. et 9.* cuiuſmodi venditionis formula extat ſub *n. 22. L. 2. formul.* MARCVLFI, v. BALVZ. *T. 2. p.* 419. Cum prædiis vero ſeruorum venditiones hoc æuo frequentiſſime celebrabantur, in *chartis* GOLDASTI *l. c.* Permutabantur quoque, quo pertinet, T. 20. LL. ALEM. *Nullus Presbyter nec alius paſtor eccleſiæ poteſtatem habeat vendendi eccleſiaſticam terram, niſi contra aliam terram, nec mancipium niſi contra aliud mancipium receperit. Et ſi concambium fecerit, aut de mancipio, aut de terra ſemper epiſtolam firmitatis faciat.* Oppignorabantur v. LL. ALEM. *T. 85. et. LL.* FRIS. *T. 9.* §. 1. 2. immo et noxæ dabantur. LL. SAL. *T.* 37. §. 8. *Si ſeruus ingenuum hominem occiderit, ipſe homicida pro medietate compoſitionis hominis occiſi parentibus tradatur, et aliam medietatem dominus ſerui, ſe nouerit ſoluturum etc.* Similiter in LL. BAIVV. *T. 6. c. 9.* *Si ſeruus cum libera fornicauerit, et hoc repertum fuerit; ille, cuius ſeruus eſt, reddat illum parentibus eius ad pœnam, quam meruit luendam, vel ad interficiendum, et amplius nil cogatur exſoluere, quia talis præſumtio excitat inimicitias in populo.*

permutabantur; oppignorabantur; noxæ dabantur.

IV) *In vindicandis ſeruis fugitiuis*, quod ſummo rigore exercebant, v. LL. SAL. T. 41. ALEM. T. 21. *et* 85. *et* 87. conf. *appendix formul.* MARCVLFI apud BALVZ. T. 2. *p.* 938. *n.* 1. 3. 4. *et* 5. V) *In diſciplina caſtigandi coercendique vitæ necisque iure*, quod dominis horum temporum legibus ademtum non reperio. Neque id probant textus a POTGISERO *L. 2. c. 14.* citati, qui vel de ſeruo *alieno* occiſo eiuſdemque compoſitione agunt, vel vbi de ſeruo proprio, ſine iudicis cognitione occiſo, diſponunt, *recentioris æui* ſunt. VI) Tandem quoque in *bonis ſeruorum*, quo iure gentium vtebantur, quantum licebat per ſeruorum Germaniæ indolem, quorum ſucceſſoribus tantum omnino relinquendum

IV) in vindicatione ſeruorum. V) in caſtigatione et coercitione. VI) in bonis ſeruorum.

erat,

erat, vt domino ſeruitia et operas præſtare poſſent. Conueniens enim erat, vt, qui *proprietatem* in perſonam habebat, eandem quoque in *bona eius* ſibi vindicaret. Atque ideo LL. ANGL. et WERINOR. ſancitum eſt T. 13. *libero homini* hereditatem ſuam, cui voluerit, tradere licere, et LL. SAL. T. 28. §. 1. *Si quis lidum alienum ſine conſilio domini ſui ante regem ſuum per denarium ingenuum dimiſerit, res ipſius lidi legitimo domino reſtituendas eſſe.* Et Tit. 42. *capitale*, vt loquitur lex, *in furto dominum ſerui reſtituere teneri* conf. L. RIP. T. 26. et 28. 29. denique L. BAI. T. 15. c. 16. *Si quis ſeruum vendiderit, et forſitan eius neſciens facultates, quas habebat, dominum eius poteſtatem habere, qui eum vendidit, requirendi res eius, vbicunque inuenire potuerit,* et c. 7. *Si quis ſeruus de peculio ſuo fuerit redemtus, et hoc dominus eius forte neſcierit, de domini poteſtate ſeruum hunc non exire, quia non pretium, ſed res ſerui, dum ignorabat, acceperit.*

Status ſeruorum quoad rem publicam Germaniæ.
1) *Iniuriæ liberorum in ſeruos leuiter vindicabantur.*

§. VIII. Status ſeruorum, quatenus in republica Germanica *libertati* opponebatur, acerbior paullo erat. Primum enim in iniurias ipſis a liberis illatas, *leuius* animaduertebatur. Paſſim habent *LL. Sal. Alem. Rip. et Bai.* niſi quod ſerui *regii ſeu fiſcalini et eccleſiaſtici* reliquos priuatorum in compoſitionibus pro iniuriis, ipſis illatis, antecederent, vid. LL. RIPVAR. T. 8. 9. 10. LL. ALEM. T. 8. 9. et 79. a ſeruis vero et paribus forte illatæ vix cenſura dignæ reputabantur. Ita enim LL. RIPVAR. T. 23. *Quod ſi ſeruus ſeruum ictu vno vel duobus ſeu tribus percuſſerit, nihil eſt; ſed tamen propter pacis ſtudium tremiſſem id eſt IV. denarios componat.*

2) *Seruorum in liberos grauiſſime vindicabantur.*

Deinde horum iniuriæ, quas in *liberos* commiſerant, grauiter vindicabantur, quod ex *collatione pœnarum*, quas communi vitio huius æui LL. *Salica Alem. Bauu. Ripuar.* ſpeciales nimis conſtituunt, liquet. Subiiciebantur tormentis, quibus in deli-

delictis alias liberorum Germanus confeſſionem exprimere, inſolitum et incognitum erat hoc æuo, vſque dum ſequiori æuo ſenſim ſuccederent in locum *probationum vulgarium*, vid. THOMAS. *not. ad ff. T. de quæſtionibus, et diſſ. de occaſione et conceptione conſtitut. crim. Carolinæ §. 21.* LL. SAL. *tit. 42. §. 1. Si cuius ſeruus de furto fuerit interpellatus, ſi talis cauſſa eſt, unde ingenuus DC. denar. qui faciunt ſol. XV. componere debeat, ſeruus ſuper ſcamnum tenſus CXX. ictus accipiat.* Item §. 2. *Si vero, antequam torqueatur, fuerit confeſſus, et domino eius ita placuerit, CXX. den. qui faciunt ſol. 3. pro dorſo ſuo reddat et capitale, dominus ſerui in locum reſtituat.* Clarior adhuc et lepida eſt tormentorum explicatio, *eiusd. tit. §. 8. Si autem ſeruus de qualibet crimine inculpatus fuerit, et dominus ſerui ipſius præſens adfuerit, ab eo, qui repetit, admoneatur, ut ſeruum ſuum ad iuſta ſupplicia dare non differat. Is qui repetit, virgas paratas habere debet, quæ in ſimilitudinem minimi digiti groſſitudinem habeant, et ſcamnum paratum habere debet, vbi ſeruum ipſum tendere poſſit.* conf. LL. SAL. T. 8. 3) *Torquebantur.*

§. IX. Seruili acerbitati eandem ex *manumiſſione* ſolutum dictum, quam, vt gentibus communem, a priſcis Germanis traxerunt, penes quos teſte TACITO, *c. 25.* liberti non multum ſupra ſeruos erant, Chriſtiani poſtmodum facti ſaniori Germani triplicem frequentabant manumittendi modum ſecundum *legem Salicam*, ſecundum *legem Romanam*, et *per epiſtolam*. I) Manumiſſio ſecundum *legem Salicam* per *excuſſionem* vel *iactationem denarii de manu* ante regem, v. L. RIP. T. 57. §. 1. T. 58. §. 1. et 62. quæ ſucceſſionem fiſco regio in bona eiuſmodi manumiſſi abſque liberis diſcedentis tribuebat, *eod.* §. 4. cuius formula eſt in *L. 1. form.* MARC. *ap.* BALVZ. *T. 2. p. 387.* conf. PI- *Manumiſſio ſeruorum fuit. Manumiſſio triplex per denarium ſeu ſecundum legem Salicam;*

in Eccleſia ſeu ſecundum legem Romanam;

THOEI *Gloſſas LL. Sal. ib. p. 690.* II) Secundum legem *Romanam* vero, quæ ex *Codicis Theodoſiani* diſpoſitione in Eccleſia coram cuncto clero ac plebe ſeruus cum tabulis, quibus voluntas manumittendi declarabatur, in manus Epiſcopi a domino tradebatur, quo deinceps ab Archi-Diacono manumiſſo, tabulæ ſecundum legem Romanam hoc eſt manumiſſionis ſcribebantur. Ita vero manumiſſi ſub *tuitionem Eccleſiæ* veniebant, LL. *Rip. T. 40.* atque ſi abſque liberis diſcederent, Eccleſiam relinquebant heredem, *T. 58.* LL. *eir.* Formulas quaſdam huius collegit laudatus POTGISERVS L. 3. c. 2. § 6. quibus adde illam in *formulis* LINDENBROG. *ap.* BALVZ. *T. 2. p. 540.* III) Per *epiſtolam*

per epiſtolam.

ſeu *chartam*, quæ abſque ſolennitate et ſtrepitu, ſola Domini manumittentis voluntate per chartam et epiſtolam declarata, ſerui manumittebantur, quarum formulas quaſdam exponit BIGNON. *ad Marculf. form. p. 945. et 946.* qualis eſt quoque, quæ in *App. Marculfi ſub n. 13.* BALVZ. *T. 2. p. 444.* comparet. Quæ ſi ſeperari poteſt a manumiſſione in eccleſia et per tabulas, quod negat THOMAS. *in diſſ. de diſtinct. perſon. in ingenuos et libertos c. 2. §. 12.* egregie conueniret cum ea, quæ hodie adhuc vſu frequentatur, manumiſſione hominum propriorum *per codicillos.*

Conuenientia cum hodierno modo manumittendi; ratione ſolutionis a tertio ſeruili vel plena vel minus plena.

Plura de manumittendi modis ſignisque adhibitis vid. apud POTGISERVM *L. 3. fere toto.* Quælibet manumiſſionum memoratarum vel *plena* fuit, vel *minus plena.* Plenam pauci conſequebantur, minus plenam plurimi. Manumiſſi enim ſecundum *legem Salicam* ingenuitate reliquorum manſuariorum donabantur, v. MARCVLFI *l. c. form. 22.* BALVZ. *p. 387.* qui cenſum regi de manſis ſeu fundis ſuis perſoluebant, v. BIGNONIVS *ad Marculf. form. ib. p. 906.* vnde bona cenſitica deriuat THOMAS. *l. c. c. 1. §. 15.* Secundum *legem Romanam* vero et per *epiſtolam* manumiſſi

non

non raro ad operas quaſdam a dominis reſeruatas, et ſeruili quodam adhuc nexu tenebantur, v. *Append.* MARCVLFI *form.* 13. apud BALVZ. *p.* 445. ibi. *et nulli heredum ac proheredum meorum nullum impendat ſeruitium libertinitatis etc.* v. THOMAS. *l. c.* §. 17. Regulariter quoque omnes liberti nec ante hereditatem acquirebant, quam ad tertiam generationem perueniſſent, nec ad teſtimonium perhibendum admittebantur. IDEM *ibid.* §. 19. conf. POTGISERVS *L.* 3. *c.* 10. *et* 11. et LEHMAN. *Chron. Spir. L.* 2. *c.* 20. *p.* 50 Quam manumiſſionum diuerſitatem primum inter ruſticos homines diſcrimen ac differentiam inuexiſſe arbitror.

§. X. Extinctis Merouingis, ſiue deſidia ſiue Maiorum domus iniuria Carolingi ſuccedebant, qui cum in PIPINO et CAROLO M. in proferendis imperii ſui finibus Martis potiſſimum aleae confiderent, ſeruorum Germaniae numerum non minutum, vt factum fabulantur nonnulli a CAROLO M. vid. HERTIVS *S.* 1. §. 1. *l. f.* ſed auctum fuiſſe credendum eſt. Quod quamuis, Saxonibus a CAROLO M. deuictis ac ſeruitio traditis, quos HERTIVS *S.* 1. §. 1. huc affert, probari commode non poſſit, quod neque cum iis, qui pro Saxonum libertate ac cum Francis vnione, (inter quos eſt CONRING. *de Germ. Imp. Rom. c.* 30. §. 25. C. S. SCHVRTZFLEISCH *in diſſ. de Witekindo M.* §. 13. *l. c.* H. A. MEINDERS *in Diſſ.* 1. *d. Iurisd. Colonaria p.* 22. POTGIESER *l. c.* *L.* 1. *c.* 2. §. 24. *ſeqq.*) locis potiſſimum EGINHARTI et POETAE ANONYMI digladiantur, nec cum aliis, qui ſecuitute depreſſos multis adſtruere tentarunt, inter quos GRVPHIANDER *de Weichbild. Sax. c.* 24. 25. *et* 27. et RHETIVS *in Inſtitut. Iur publ. L.* 1. *T.* 2. §. 70 - - 82. ex communi tamen victorum in deuictos iure, quo et alios CAROLVM M. et ſucceſſores vſos fuiſſe probant monumenta, declaratur.

Iura et ſtatus ſeruorum ſub Carolingis. Modus conſtituendi ſeruos et lege belli.

Diſtinctio ſeruorum in caſatos ſeu ruſticos et non caſatos; in fiſcalinos, Eccleſiaſticos et priuatos.

§. XL. Sed non eſt, cur his immoremur, cum ius, quo ſub Carolingis vtebantur, ſerui eorundemque conditio ſuſceptam demonſtrationem abunde iuuent. Diſtinctionis enim ſeruorum *in caſatos et non caſatos*, vt et in *fiſcalinos, eccleſiaſticos* et *priuatorum* hac periodo vſum euincit *capitular. L. 7. c. 212. et 387.* ex edit. LINDENBROG. *et L. 4. c. 2. 3.* vt et locus Chronici Oſnabrugenſis *T. 2. Script. rer. Germ.* MEIBOM. *p. 202 Imperator Arnulfus ad eundem epiſcopatum tradidit beneficia comitis Albwini cum famulis et mancipiis.* conf. HERTIVS §. 2.

Ius dominorum in genere quale?

Neque remiſiſſe priſcum iuris dominici rigorem ex *c. 113. L. 1.* quo ſeruorum tondendorum modus ſtatuitur, ne villae deſolentur, colligo, cum ſeruos plurimos cucullam et monaſticam vitam amplexos fuiſſe, quo ſeruitutis duritiem paulliſper emollirent, et effugerent, probabile ſit. v. B. RHENAN. *rer. Germ. L. 2. p. 93. et ex cap. 41. et 44. L. 2.* BALVZ. *T. 1. p. 749.* quibus in exigendis operis ac tributis dominorum inclementia notatur.

in operis,

Operae adhuc ſecundum agros atque poſſeſſionem exigebantur, quarum definitio eſt in *c. 151. L. 5.*

in alienatione, donatione, venditione, permutatione, noxae deditione,

vendebantur, permutabantur, donabantur, quod docent chartae et diplomata apud GOLDAST. *T. 2. n. 22. 23. 24. 46. 54. 69. 81.* VADIANVM *l. c. p. 53.* et LEIBNIT. *Scriptor. rer. Brunſuic. T. 1. in actis Ludgeri p. 104. n. 18. 19.* Noxae dabantur *L. 4. cap. 2. et 3.*

in bonis ſeruorum,

nec iure contrahendi fruebantur, *L. 5. cap. 154.* nec propria poſſidebant, *L. 5. c. 206.*

in caſtigatione et correctione,

duriſſimum patiebantur caſtigationis dominicae exercitium, ex *L. 6. c. 11.* *Qui percuſſerit ſeruum ſuum vel ancillam lapide vel virga, et mortui fuerint in manibus eius, reus erit, ſi autem vno die ſuperuixerit vel duobus, non ſubiacebit poenae, quia pecunia eius eſt.*

in iure vitae et necis,

Ius vitae ac necis tamen dominorum ad ſcientiam iudicis, ob abuſum forte, adſtringebatur. *Addit. 4. Cap. 49.* *Si quis ſeruum proprium ſine* con-

contumaciæ iudicis acciderit, excommunicatione vel pœnitentia in- terim vitam ſanguinis emendabat, conf. HEINECCII *diſſ. de orig. et indole iuriſd. patrimonial.* §. 16. adde *cap. Car. M. ap.* BALVZ. *T. 1. p. 371.* quo quædam *iuriſdictio domino in ſeruos* tribuitur. Nec ſine conſenſu domini matrimonium inibant, ex *cap. Car. M.* ap. BALVZ. *T. 1. p. 371. n. 14. coniugia ſeruorum non dirimantur, etiamſi diuerſos dominos habuerint, ſed in uno coniugio ſerui permanentes dominis ſuis ſeruiant. Sic tamen vt ipſum coniugium legale ſit et per voluntatem dominorum ſuorum iuxta Euangelium; Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.* conf. addit. *3. cap. 54. ap. eund. ib. p. 1166.* Quatenus vero *liberis* in republica Germanica ſub Carolingis *ſtatus eorum* opponebatur, acerba non minus erat eorum conditio, vt *tormentis* ſubiicerentur v. *L. 5. cap. 200.* in pœnis perpetuo *durior* ipſorum exiſteret conditio; v. *L. 5. cap. 7. et 190.* et BALVZ. *T. 2. p. 370.* ad *teſtimonium* quoque dicendum plane eſſent inhabiles, *L. 6. caput 144. et 5. c. 150.* coniugia eorum inſigni onere adhuc grauarentur. *cap. Ludou. II. ap.* BALVZ. *T. 2. p. 361.* vt libero patre, matre ſerua nati ſeruis accenſerentur ſub CONRADO I. v. Diploma ap. GOLDAST. *T. 2. p. 26. n. 2.* cum in genere Germaniæ LL. et maxime hoc æuo locis compluribus in eo conueniant, vt in ſeruis partus ventrem ſequatur, quod et iuri gentium maxime conuenit, (quatenus liberis, qui ſeruas ſibi iungerent, eatenus faueret, *L. 5. c. 16.* vt nec ab hereditate paterna nec teſtimonio repellerentur. conf. POTGIESER *L. 2. c. 1.*) Immo *dignitatum* omnium incapaces reputabantur, id quod liquet ex *form. 8. app.* MARCVLF. *Baluz. T. 2. p. 419.* et LINDENBROG. *16. n. 101. p. 540.* quin ab ipſis dominis ſeruorum, Epiſcopis et clericis, *ordinari* non poterant ſerui, niſi manumiſſi ſecundum legem Romanam *in eccleſia*, vid. excerpta ex codice

In coniugio ſeruorum.

Conditio ſeruorum intuitu reipublicæ.

torquebantur,

pœnas duriores perferebant,

a teſtimonio repellebantur,

Statum ſeruilem ad liberos transferebant.

dignitatum incapaces cenſebantur,

Regiæ Bibl. *formula XII. pœnitentiaria*, BALVZ. *T. 2. p. 1564.* quo presbytero ſeruo, qui ſciente nec contradicente nec requirente domino ordinem ſuſceperat, pœnitentia, vt hic vocatur, ſalutaris iniungitur. In *manumiſſionis* modis ac iure ſub Carolingis nulla a priſcis inſtitutis diuerſitas, v. GOLDASTI *diplomata T. 2. n. 6. 7.* vt et VADIANI illud *p. 64.* Raro ſane et hac periodo *plena* dabatur libertas, vnde *l. 6. c. 119. ap.* BALVZ. *p. 949. et 981.* a *teſtimonio* adhuc *manumiſſi* excludebantur, cenſumque perſoluebant adhuc, v. GOLDASTI. *diplom. p. 27. n. 6.* In vniuerſum autem manumiſſio ex *manumittentis* beneplacito legem accipiebat hoc æuo, vnde tot hominum rusticorum differentiæ profectæ.

Manumiſſio ſub Carolingis.

Qui manumiſſi non ſtatu.

§. XII. Seruorum Germaniæ ſucceſſionem et iura ad extinctum vſque Carolingorum in Germanos imperium duximus, ex quo cum Imperatorum Regumque Germaniæ ſucceſſiones ad certas periodos atque familias redigi commode vix poſſint, iuxta *ſeculorum* ſeriem repetenda eſt eorumdem conditio. Sec. itaque *decimo* multum quidem deceſſit ſeruorum Germaniæ multitudini, ex HEINRICI Aucupis vrbes condendi conſilio, de quo WITICHINDVS *in Annal. C. 1. in* MEIBOMII *ſcr. rer. Germ. p. 639. Et primum quidem ex agrariis militibus nonum quemque eligens in vrbibus habitare fecit, vt ceteris confamiliaribus ſuis octo habitacula extruerent, et meterent, frugesque colligerent nono, et ſuis eas locis reconderent.* Acceſſit tamen ſub eodem nouum quoddam ſeruorum *Slauorum* genus. Perpetuo bello, extinctis Carolingis, quorum imperium diu ante excuſſerant, Henricos, Ottones, Lotharios, Conrados, Pridericos fatigaſſe Slauos certum eſt ex iis, quæ WITICHINDVS, DITMARVS, HELMOLDVS conſignarunt monumenta. Varia vtriuſque fortuna

Iura et ſtatus ſeruorum in Germania Sec. X.

Modus conſtituendi.

citra pugnatum, publica Slauorum calamitas, priuatæ cauſſi. Duriori enim gentis ceruici ſine *acerbiſſima ſeruitute*, a qua *ſeruilis conditionis homines* ſecundum excellentiam SLAVI audiunt, POTGISERO *L. 1. c. 3. §. 57. et 58.* et HERTIO *cit. l. §. 5.* obſeruantibus, imperari non poterat, vnde Slaui, borealem tractum tenentes, ſub HEINRICO Aucupe, eiusque ſucceſſoribus tributis *per aratrum,* quem modum hodienum vigere inter Holſatos notum eſt, ſeruitusque ruralibus onerabantur v. HELMOLDI *Chronicon Slauorum L. 1. c. 12. 14. 15. et 26.* Idem euenit ſub HEINRICO II. et OTTONE M. *Luſicis, inferioris et ſuperioris moderne Luſatiæ quondam gentibus.* De HEINRICO enim DITMARVS *in Chron. Martisb. apud.* LEIBNIT. *in Script. rer. Brunſuic. T. 1. p. 327. Ex ea Milzenos ſuæ ſubactos ditioni cenſum perſoluere coegit. Vrbs quoque Lebus* (quod LEIBNIT. ex MSCto *ibid.* reſtituit *Lubuzuam*, adeoque Bautzen exprimere videatur, quæ coniectura confirmatur loco DITMARI *lib. 6. l. c. p. 379. ipſe vero cum Boiemorum duce nouo Milzenos, qui tum ſibi fuere proximi, terminos adiens, Budiſſinam vrbem poſſedit*) *de qua in poſterum latius diſputaturus ſum, diu poſſidens, vrbanos in munitiunculam infra eamdem poſitam fugere et deditios fieri compulit.* De OTTONE M. teſtis eſt WITICHINDVS *in Annalibus lib. 3.* apud MEIBOMIVM *T. 1. p. 660. Eo quoque tempore Gero præſes Sclauos, qui dicuntur Luſici, potentiſſime vicit et ad vltimam ſeruitutem coegit.* De *Luſatiæ inferioris* incolis hæc accipienda eſſe, quidem negari poſſet ex coniectura de interpretatione vocis huius, SCHVRTZFLEISCHII *in diſſ. de Luſatia §. 5. in not.*; niſi eidem coniecturæ minus fauerent loca WITICHINDI *Annal. lib. 3. apud* MEIBOM. *T. 1. p. 417. ei. not. in Annal. Wit. tit. 1. p. 703. vt et Ditmari in Chron. Merseburg. lib. 5. l. c. p. 366.* ſi conferantur

Aucta ſeruitus deuictis Slauis in ſeptentrionalibus partibus.

In Luſatia.

Diſtinctio in fiſcalinos, eccleſiaſticos et primatorum.

Nomina.

Conſtitutio per captiuitatem bellicam,

ex pacto.

Ius dominorum in coercitione.

cur cum iis, quæ *lib. 6. p. 379. lib. 6. p. 381. et 384.* traduntur. Sed reuertor ad ſeruos Germaniæ per hoc ſeculum. *Fiſcalinorum* ſeu *regiorum*, eccleſiarum et *primatorum* ſeruorum adhuc diſcrimen diſerte produit diploma OTTON. M. d. *A. 970.* apud SAGITTAR. *de antiquit. Magdeb.* nec non diploma eiuſdem apud MEIBOM. *T. I. p. 740.* et chartæ, quas idem exhibet *in notis ad Rhuſtrath. Panng. T. 1. p. 727. et in Annal. Gemrodenſ. T. 2. p. 422.* Variant eorumdem nomina, *mancipiorum, litorum, Sclauorum, colonorum, v. diplom. Otton. I. apud* MEIBOM. *l. c. p. 740.* et ſub Otton. III. *in vita Bernwardi Epiſcopi Hildeſienſis ap.* LEIBNIT. *T. 1. rerum Brunſuicenſ. p. 445.* vt ex diplomate *Gandersheimenſi ibid. T. 2. p. 375.* Sed eadem omnium ſeruilis conditio. Præter *bellicam captiuitatem*, de qua paullo ante, frequentiſſime *propria* conſtituebantur *deditione* OTTO M. *in diplom. apud* MEIBOM. *T. 1. p. 740. Si vero aliquis ex liberis voluerit iam mundling vel litus fieri aut etiam colonus ad monaſterium ſupradictum cum conſenſu heredum ſuorum non prohibeatur a qualibet poteſtate.* Iurisdictionem in hos domeſticam Monaſteriorum contra Iudices publicos defendit OTTO M. *in cit. diplom. apud* MEIBOM. *p. 740. Ne nullus Iudex publicus vel qualibet iudiciaria poteſtas aliquam ſibi vendicet poteſtatem in ſupra dictorum hominibus monaſteriorum litis videlicet et colonis, vel eos aliquis capiti banno ob capitis furtum, vel quocunque banno conſtringat, vel aliquam iuſtitiam facere cogat, niſi Aduocatus Archi-Epiſcopi, quamdiu eos corrigere valuerit,* quæ vltima verba ſatis, vt opinor, innuunt, non de *mundiburdio* cum *iuriſdictione* ſed *poteſtate coercendi domeſtica*, quæ ex *dominica poteſtate* in ſeruos *iure gentium* fluit, capienda eſſe. Alienabantur cum et ſine prædiis, v. MEIBOM. *in diplom.* OTTON. *T. I. p. 727. et Annal. Gemrodenſ. ib. T. 2. p. 422.* Quod vero fuerit ius dominorum

[illegible]rum in *bonis seruorum*, declarat diploma OTTON. M. quod *exhibet* [illegible] POTGIESER *l. c. L. 1. c. 3. p. 108. §. 36.*

§. XIII. *Sec. XI.* HEINRICVM secundum ſeu ſanctum Slauos Buzisleo in adiutorium miſſos *in ſeruitutem exercitui diſtribuiſſe* legimus *in vita eiuſdem apud* LEIBNIT. *T. 1. p. 436.* Vnde et in diplomate CONRAD. II. *in annal. Gernrodenſ.* apud MEIBOM. *T. 2. p. 429.* liberis *ſerui* opponuntur. *Seruorum, mancipiorum, litorum et colonorum* nomine promiſcue indigitabantur, quod huius ſeculi monumenta luculenter probant. Libere alienabantur, quod liquet ex *vita* MEINWERCI *Ep. Paderbornenſis* apud LEIBNIT. *T. 1. p. 528. ſqq. Chron. Epiſc. Verdenſ. ib. T. 2. p. 215. Chron. Halberſt. ib. p. 125. Chron. Oſnabrug.* apud MEIBOM. *T. 2. p. 207. et Annal. Gernrod. ib. p. 430.* Quid licuerit adhuc dominis in *bona ſeruorum*, intelligitur ex iis, quæ apud eumdem MEIBOM. *Tom. 2. p. 295.* exponuntur. Iurisdictioni domeſticæ adhuc paruiſſe docet CONRAD. II. diplom. *in annal. Gernrodenſ.* apud MEIBOM. *Tom. 2. p. 206.* cui iungatur, quod ex SCHATENII *antiq.* recitat POTGIESER *l. c. p. 203.* Seruitiorum ac operarum rationem hoc ſeculo explanat confirmatio HEINR. IV. Monaſterii Reinhuſani ap. LEIBNIT. *Tom. 1. p. 705.* quæ *ſeruiles* appellantur *in Chron. Magdeb.* MEIBOM. *T. 2. p. 292. 295. et 300.* vbi Cæſaris HEINR. IV. militem præſidiarium liberos homines ad opus ſeruile, ſeruos vero et iumenta ad ſeruitia compellere, conqueruntur Saxones; quæ loca in genere quoque exprimunt duriorem ſortem ſeruorum, in primis vbi Saxones HEINRIC. IV. arguunt ſeruos oraſſe, vt dominos ſuos deſererent vel interficerent, ac OTTO oratione graui Saxones, quibus ſeruile iugum parari a Cæſare aiebat, ſuſcitat, eiuſdemque acerbitatem vrget. Hæc de *ruſticis* ſeu *caſatis* ſtilo antiquo

Sec. XI. conſtitutio ſeruitutis.

Nomina ſeruorum.

Alienabantur.

Ius dominorum in bonis.

Domeſtica coërcitio.

Ratio operarum.

 Mitius

Conditio miniſterialium ſeu non caſatorum.

Mitius iam habiti hoc ſeculo *miniſteriales ſeu Gaſindi*, de quibus capiendus videtur OTTO in memorata oratione ad Saxones in *Chron. Magdeb. l. c. p. 295.* *Serui ære parati iuſſa imperia dominorum non perferunt.*

Sec. XII. ſeruorum nomina.

§. XIV. Seculo XII. nec nomen mutaſſe videntur, nec conditionem. *Mancipia* enim paſſim, *ſerui, coloni, et liti* vocantur. *Vid. diplomata* OTTON. IV. apud MEIBOM. *T. 3. p. 159.* Acceſſit tamen *hominum propriorum* appellatio, vergente hoc ſeculo ſub FRIDERICO I. vid. HERTIVS *l. c. ſ. c. §. 1.* quod et liquet ex teſtamento OTTONIS IV. cuius chartam exhibet MEIBOM. in *apologia pro Otton. IV. T. 3. Scr. Germ. p. 140.* vbi et diſponit: *Et annona, quæ Aſchasleue ablata fuit, reddi debet hominibus et inter ipſos diſtribui.* De cauſſa et ratione inuectæ huius appellationis ſollicitus eſt POTGIESER. *l. c. L. 1. c. 3. §. 28.*

Alienatio.

Iura dominorum in *alienatione* mancipiorum teſtatur ſub FRIDERICO I. exaratum donationis diploma *in* LERBECCII *Chron. Ep. Mind.* ap. LEIBNIT. *T. 2. p. 178.*

Bona.

in bona vero ſeruorum poſt eorumdem deceſſum, quamuis manumiſſorum, ad tertiam vſque generationem. *Henr. V. charta* apud LEHMANN. *in Chron. Spirenſ. L. 4. C. 22. p. 306.* qua Spirenſium incolas eximit *a lege nequiſſima et nefanda*, vt habet charta, videlicet a parte illa, quæ vulgo *Butheil* vocatur, quam Epiſcopi Spirenſes ab iiſdem hucuſque exegerant. *vid. diploma Frid. I. ibid. L. 5. c. 64. conf. priuilegium ab eodem Wormatienſibus indultum ibid. L. 4. c. 22.*

Pœnæ duriores.

Denique quoad *publicum ſeruorum ſtatum* nec mitius erat hoc ſeculum, vt patet *ex* FRIDER. *l. 7. conſtitut.* apud GOLDAST. *Conſt. Imp. T. 1. L. 5. Miles, qui mercatorem ſpoliauerit, dupliciter reddet ablata et iurabit, quod neſciuit illum mercatorem. Si ſeruus tondebitur, et in maxilla comburetur, vel dominus pro eo red-*

reddas rapinam, atque eiuſdem *Fred. I. Conſtit. de A.* 1158. *apud* GOLDAST. *Conſt. T.* 1. §. 4. qua confirmantur, quæ olim iuris inter Germanos ratione prolis, ex libero patre et ancilla matre natæ, fuiſſe diximus. *Si liber homo ſeruam ſuperduxerit, vel ingenua ſeruum, proles illa vtriuſque ſexus matrem ſequi debet et non patrem.* *Propagatio ſeruitutis et proprietatis.*

§. XV. *Ad ſeculum XIII.* properamus, quo *ſeruos* Germaniæ *homines proprios* effert *conſtitutio Frider. II. de A.* 1212. citata a SCHILTERO *in inſtitut. iur. publ. T.* 2. *p.* 119. *vt et diploma apud eumdem Ep.* 3. 1. *B. p.* 50. *et charta* GOLDAST. *T.* 2. *p.* 27. *et Spec. Saxon. L.* 1. *A.* 52. *L.* 3. *art.* 32. aliisque locis, *Colonos* vero *Chron. Lubec. apud* MEIBOM. *T.* 2. *p.* 397. *et Litones Chron. Epiſcop. Verdenſ. apud* LEIBNIT. *T.* 2. *p.* 218. *et* 186. et maxime *p.* 218. eosdem vocat, vbi a *miniſterialibus et burgenſibus* diſtinguuntur. Non raro quoque *ſerui* adhuc in primis in inferioris Saxoniæ tractibus vocantur. v. *Chronic. Raſtedenſe* apud MEIBOM. *T.* 2. *p.* 110. *et Ann. Corbeienſ.* apud LEIBNIT. *T.* 2. *p.* 302. *Bubii* quoque, germanice Buben, vocati ſunt, quorum ingens numerus fuiſſe fertur in exercitu ALBERTI Imper. v. LEHMANN. *Chron. Spirenſ. L.* 7. *c.* 3. nonnumquam et *ſubditi*, in primis interregni tempore, vt patet ex his, quæ de hoc æuo laudatus tradit LEHMANNVS, quo nomine et hodie eosdem venire notum eſt. *Pactis* conſtitutam fuiſſe proprietatem, atque hunc ſtatum diſerte opponi *libertati* inuenio. **Mag aber dieſer ſeine Freyheit ꝛc.** *in Spec. Sax. L.* 3. *art.* 32. **Wer ſich vor Gericht iemanden zu eigen giebt, ꝛc.** cui non obſtat inepta philoſophia *Speculatoris huius L.* 3. *art.* 42. Diſtinctioni tamen in *domeſticos et ruſticos* ſeruos hoc æuo iam detractum fuiſſe, adeo quidem, vt illi fere *ſeruili nexu* ſolui cœperint ſenſim, colligi *Sec. XIII. ſeruorum nomina.* *Conſtitutio et obnoxiatio.* *Diuiſio in ruſticos et domeſticos:*

Domeſtici operas ſuas iam locabant. *Ruſticorum operæ et cenſus.* *Permutationes.* *Bona et ius mortuarii dominorum.* *Connubia.*

ligi poteſt ex *L. 2. art. 32. 33. 34. et L. 3. art. 6.* quibus **freye Diener, freye Knechte** ſalutantur, atque iam omne circa eosdem ius ex *locato conducto* definitur. *Operas* præſtabant *indefinitas et cenſum* quoque, vnde Præſul Moguntinus *in diplomate ap.* MEIBOM. *T. 2. p. 435. Conqueſtæ nobis ſunt dilecta Chriſto Abbatiſſa et capitulum ſecularis eccleſiæ in Gerende, quod Aduocati dictæ eccleſiæ tam immodicis exactionibus et ſeruitiis aggrauant homines et colonos etc. Permutationes* perferebant. *Spec. Sax. L. 1. art. 32.* **Doch mögen wohl die Herren ihre eigene Mann ohne Gericht wechſeln, rc.** Ius dominorum *in bonis* patet ex *iure mortuarii,* de quo luculenter diploma de ann. 1298. apud GOLDAST. *T. 2. p. 27.* teſtatur: *Wilhelmus Abbas Monaſterii S. Galli hoc conſcribi fecit. Nouerint vniuerſi, quod Burchardus dictus Lou reſidens in Thurego Adelheidis, Mechthildis, Adelheidis et Gertrudis, filiæ ipſius Burchardi pertinent iure proprietatis, ad monaſterium noſtrum prædictum, et quamdiu vixerint, tenentur dare annis ſingulis vnam libram ceræ in recognitionem proprietatis, poſt mortem vero earum Abbas, qui pro tempore fuerit, de ſingulis mortuarium accipiet,* vide *Spec. Sax. L. 3. A. 32.* **Behält ihm aber der Herr, dem er ſich gab, bis an ſeinen Tode, er nimmt ſein Erbe nach ſeinem Tode, und ſeine Kinder, ob ſie nach ihm gehören, die er gewann, nach dem, daß er ſich ergab.** Quoad ineunda coniugia nec liberos adhuc fuiſſe a nexu ſeruili euincit *L. 3. art. 73. ibid.*

Sec. XIV. ius dominorum in bona eorum.

§. XVI. Quo iure *Sec. XIV.* obſtricti dominis horum fuerint bona, colligi poteſt ex iis, quæ tradit *Chron. Magdeb. T. 2.* apud MEIBOM. *p. 339.* ſi, vt monuimus, iamiam antecedente §. voce *ſubditorum* capias *homines proprios:* quo vero iure bona *laſſorum* ſeu *manumiſſorum,* declarat *Gloſſa Speculi Saxonici,* non im-

capacitas iuris Saxonici, iudice CONRINGIO *de Orig. Iur. Germ. c. 29. et 30. p. 178. et 184. ad L. 3. art. 4.* Denn ein Laſſe iſt ledig, ſo lange er lebt, wenn er aber ſtirbt, ſo belehnt der Herr ſeine Kinder aufs neue damit, und theilet mit ihnen, das iſt, er nimmt das Korn in der Scheune, das noch in den Staden ungedroſchen lieget, iſt es aber noch nicht eingebracht, ſo nimmt er es auf dem Felde halb, und die fahrende Haabe halb. Quantum ad *ſtatum* eorum *ſeruilem*, libero oppoſitum, ciuitatis adhuc incapaces plane erant, quamuis a domino non vindicarentur. v. *Ordinat. Senatus Brunſuicenſ.* apud LEIBNIT. *T. 3. p. 460.* vnde in ciuitates recipere eoſdem vetitum in *A. B.* niſi priuilegio ad ciuitates conſequerentur, quibus certum vindicationis (der Beſatzung) tempus figebatur. De Spirenſi v. LEHMANN. *l. c. L. 7. c. 71.* de Hamelenſi v. LEIBN. *T. 2. p. 511.* de aliis conf. HARPRECHTVM de *Iure mortuario c. vlt. p. 100. ſeqq.* Quæ denique de tranſmiſſione *proprietatis ad prolem* aliquoties inſeruimus iamiam, *eadem Gloſſa vet. Saxon. ad L. 3. art. 42.* confirmat et repetit; *Manumiſſionis* varios eadem recenſet modos *ad Librum 3. art. 32.* *Ciuitatis incapaces.* *Propagatio proprietatis in liberos.* *Manumiſſio.*

§. XVII. *Sec. XV.* paſſim adhuc ſeruili nomine innuuntur. v. MEIBOM. *T. 2. p. 72. et p. 207.* vbi LERBECCIVS *in Chron. Episc. Mindenſium* rurales homines diſerte *ſeruos* exprimit, paſſim et *litonum in* WOLTERI *Chron. Bremenſ.* apud MEIBOM. *T. 2. p. 79.* nec non *Chron. Archi-Com. Oldenburg. ib. p. 180.* nec manumiſſi adeo liberabantur, vt domino nihil iuris ſupereſſet in bona ipſorum. *vid. conſtitut.* quam recitat *Chron. Ep. Oſnabrug.* apud MEIBOM. *T. 2. p. 245.* Quantum ad *rem publicam*, tempore adhuc Friderici III. *reformatione Colonienſi* apud DATTIVM *de pace publica L. 4. c. 3. n. 42.* a Scabinorum non ſolum in *Sec. XV. ſeruorum nomina.* *Bona.*

Scabini creari non poterant.

Nec Notarii.

Weſtphalicis ſed in aliis iudiciis quoque honore arcebantur, vnde toties memorantur *Speculo Saxonico* Schöppenbar freye Leute, quod repetit MAXIMILIANVS I. *in reformatione iudicii Weſtphalici*, in cuius *conſtitutione quoque de Notariis* A. 1512. notarii eſſe prohibebantur. v. POTGIESER. *l. c. L.* 2. *c.* 12.

Sec. XVI. durabat adhuc ſeruitus inter ruſticos.

Sec. XVII. mentio ſeruitutis ſubditorum in Inſtrument. Pacis Weſtphal.

§. XIIX. Seruitutis, *Sec. XVI.* ſub CAROLI V. auſpiciis durantis, adhuc clarum eſt teſtimonium BODONIS *in Chron. Clusino* apud LEIBNIT. *T.* 2. famoſam ſeditionem ruſticorum perſtringentis *p.* 363. *Hi vbi ingentem habuerunt multitudinem rem fortiter aggreſſi, nulli voluerunt amplius ſubiici, ſed communiter viuere omnes, et vel ingenuitatem aliquam ſcire, vel proprium poſſidere.* Et *p.* 364. *Pollicentes ſibi ipſis perpetuam ab omni ſeruitute libertatem.* Quæ denique omnium nouiſſime *Sec. XVII.* Inſtrumento pacis Monaſterienſis *art.* 5. §. 36. cauta et ſancita ſunt, *ſubditos diuerſæ religionis a religione domini ſponteneam ſuſcipientes emigrationem, nec ſeruitutis nec alio prætextu impediendos eſſe,* perennantis adhuc ſuo modo et iure inter Germanos ſeruitutis certiſſima eſſe debent indicia.

§. XIX. Atque huc quidem protraxi filum hiſtoriæ et iuris *ſeruorum Germanorum*, ex iis fontibus, ad quos accedere in enodando hoc iuris Germanici themate par erat. Plura huius rei magisque prolixe huc delibare, nec libuit, nec licuit, vtpote quæ aliis relinquo. Mihi certe hæc, cum de *priſcis ſeruis* non ex inſtituto, ſed quatenus *hominibus propriis* conueniunt, tractandi fuerit inſtitutum, ad *perpetuæ ſucceſſionis ſeruorum et propriorum hominum* demonſtrationem ſufficere videbantur.

SECTIO

SECTIO II.

DE STATV ET IVRE HOMINVM PROPRIORVM NEC A SERVIS NEC LIBERTIS ROMANORVM REPETENDO.

§. I.

Genuitur in his Romani iuris vſus,

Seruis itaque et propriis hominibus imperaſſe Germanos ex legum Germaniæ indole, et ante et poſt receptionem iuris Romani, vt in aprico eſt, ita quis verus LL. Romanarum in decidendis horum cauſſis, deriuandisque ſtatu et iuribus ſit vſus, conſtat. Diuerſiſſimarum gentium leges et ſtatuta in iis, quæ *iuris naturæ* et *gentium* ſunt, conſpirare, in modis ſpecialibus vero, quibus ſatis fieri poſſit *iurisprudentiæ uniuerſalis* præceptis pro cuiuſcunque ciuitatis et reipublicæ indole infinito diſcrimine differre, certum eſt. Et Romanis itaque et Germanis hominum in *liberos* et *ſeruos*, diſtinctio, vtpote quæ *iuris gentium* eſt, communis, vtriſque etiam circa ſeruos præcepta communia. Ea itaque, quæ ſunt *vniuerſalia*, quæque ab his fontibus profluunt concluſiones, nullo ad Romanam, qua *Romanam*, ſeruitutem habito reſpectu, ex iure Romano, quo ea diligenter expreſſa ſunt, quoue, vt perfectiori legum exemplo Germania in ſubſidium iuris ſui vti cœpit, ad homines noſtros proprios recte applicari, niſi obſtent vel pacta, vel Reipl. indoles, ſponte conſequitur, quem in his ſanum illum ac cum diſcretione coniunctum vſum arbitror, quem HERTIVS commendat *diſſ. de Hom. propr. Sect. 3. §. 13.* Huc exempli loco refero, *natiuitate* conſtitui ſeruitutem, §. *4. I. de iure perſ. et l. 16. C. de agr. et cenſ.* item coniugio, delicto ex *tit. D. de pœnis*, ſolui nexum ſeruilem manumiſſione, *l. 4. D. d. iuſt. et iure*, ad ſeruitia teneri, dominis-

oſtenditur per aliquam inductionem.

miniſque ſuis acquirere, §. 14. *I. de his, qui ſui ſunt vel alieni iur.* ius dominorum circa actiones ſeruorum, *l. f. C. de agric. et cenſ.* non niſi indictas deberi operas, *l. 7. D. de vſufr. leg.* moderate eaſdem exigendas eſſe, *l. 50. §. 1. D. de oper. libert.* fugitiuos ſeruos vindicari *l. 1. C. d. ſeru. fugit. et 6. C. de agric. et cenſ.* actionem praeiudicialem, confeſſoriam et negatoriam, et quae ſunt huius generis alia, quibus vt inhaereamus non opus eſt, vtpote abunde euoluta ab iis, qui anxia cura hucusque nihil non conquiſiere, quod ex iure communi ad ſtatum *propriorum hominum*, quamuis vtplurimum inuita Mineruа transferrent.

Falſus vſus iuris Romani. §. II. Aliud omnino dicendum de ſpecialibus et Romanae reipublicae propriis modis, dominium in ſeruos exercendi, quos leges eiuſdem continent. Sine ingenti enim iurium confuſione, perturbatione et obſcuritate ad ſeruorum noſtrorum conditionem Germaniae propriam non poſſe non detorqueri, dubitari non poteſt ex vtriuſque republ. indole diuerſa. Qua de re iuſta eſt MEVII indignatio, *Tr.* von Abforderung der Bauren *Qu.* 1. *n.* 2. *Probatur Dav. Mevii teſtimonio.* Wie aber der mehrere Theil derer, ſo den Titel eines Rechts-Gelahrten ſich anmaſſen, der Unart iſt, daß, wenn ſie von denen Dingen und Gewohnheiten, ſo in Teutſchland ſich heutiges Tages begeben, urtheilen ſollen, auf des Röm. Reichs vor Alters gemachte Satzungen und Ordnungen alleine ſehen, dabey aber vergeſſen, daß die Zeiten, und mit denenſelben alle Dinge veränderlich ſeyn, darum zum öfftern weit verfehlen, und ſich ſtoſſen, ſo geſchiehet daſſelbe auch in dieſer Materie, ſo die Bauers-Leute, die man zu dieſen Zeiten findet, angehet, denen viele alles ohne Unterſcheid, was man in iure veteri Romano von den agricolis, colonis, adſcriptitiis, ruſticanis, und dergleichen Leuten lieſet, appliciren, und darnach ihre Meynung richten, da ſie

ſie doch zu erſt diejenigen, ſo an ſich gäntz und gar unterſchiedener Condition geweſen, confundiren, und wann was von jeden geſehet, allein auf heutige Bauers-Leute ſoll gezogen ſeyn, ihre Unwiſſenheit an den Tag geben, darneben durch die übel zuſtimmende Application, zu vielen Weitläufftigkeiten, Irrthum und ſchädlichen Opinionen Anlaß geben, quamuis non vbique, quam aliis dixit legem, ipſe ſeruauerit, vt notat THOMAS. *in diſſ. de diſt. hom. in liber. et ſeruos C. I. §. 23.* Nec iniuria conqueſtus MEVIVS de morbo hoc, quo ſi a paucis iiſdemque celeberrimis recentioris ſeculi ICtis recedas, tantum non omnia, quæ hoc noſtrum argumentum vel ex inſtituto vel ſparſim tetigere, grauiter laborant. Inuidiam declinaturo STAMMII *de ſeruitute perſonali,* OTTONIS von der Leib-Eigenſchafft, HVSANI *et* BONACOSSAE *de ſeruis, hominibus propriis et famulis* aliorumque labores producere ſatis eſſet, quibus et indiſtincte et frequentiſſime vti ſolemus. Inde itaque et a *minus adæquato* hoc ſeruitutis hominum propriorum ducendæ *principio* perpetua Dd. nec facile componenda diſſidia et litigia: inde aliorum cum ſeruis Romanis hominum noſtrorum ficta ſimilitudo, et ab illis ad hos argumenta: inde ruſticorum cum vaſallis inepta comparatio: V. HVSAN. *d. hom. prop. c. 9. q. 6. n. 6. p. 71.* ab adſcriptitiis, colonis et cenſitis ac libertis illationes. ab emphyteutis, et *tit. C. de Iure Emphyteuſeos*, et adeo quoque a iure creditorum, debitores, ſoluendo non exiſtentes, in carcerem, vincula et ſeruitutem rapiendi ex *LL. XII. Tabb.* de quo V. GRAVINA *Orig. I. Ciu. p. 465. et 401. ſqq.* ductæ concluſiones: V. HVSAN. *l. c.* inde eorum vaga inconſtantia, qui ex omnibus citatorum participare venditant homines proprios: inde eorum liberalitas, qui liberos eoſdem, omnemque ſeruitutem diu exulaſſe in Chriſtiano

Quæ ex falſo vſu natæ difficultates, diſſidia et errores.

 orbe

orbe vendiatur: inde quoque eorum hæſitantia, qui nouam quamdam ſpeciem eoſdem conſtituere, ſcripſere. Quæ ſingula, quo talo conſtent, diſpiciendum hac ſectione nobis ſumſimus.

Hominum propriorum ſtatus et iura non deducenda ex conditione ſeruorum Romanorum.

§. III. Seruorum Romanorum iura et conditionem hominibus noſtris impingunt HAHN. *ad Weſemb. L. 40. T. 1. n. 1.* SCHWENDENDÖRF. *ad Eckolt. T. d. mort. cauſ. donat. p. 919.* HVSANVS *d. hom. prop. c. 2. n. 37.* BONACOSSA *tot. tr. cit.* OLDENDORPIVS *Cl. 3. et 9.* DONELLVS *l. 2. comment. iur. c. 9. in f.* TREVTLERVS *Diſp. 1. §. 4. l. 6.* SCHVLZ *ſynopſ. I. T. d. I. perſ.* LAVTERB. *Comp. ff. T. d. ſtatu hom.* aliique, quorum vnanimis eſt ſententia, a *ſeruis* ad *homines proprios* argumentum duci, iisque illorum iura applicari. Qui ſi ea reſtrictione et cautione, de qua in præcedentibus diſſeruimus, hic verſati fuiſſent, tolerari omnino poſſent. Sed preſſius eoſdem inhærere propriis Romanæ reipublicæ modis, pro ſcopo eiuſdem inuectis, ius dominicum in ſeruos obtinendi et exercendi, ipſa docebit inſpectio, et ex iis ſaltem probo, quas de *contubernio* recoquit *ex l. 3. C. de inceſt. nupt. et pr. I. de Nupt.* quæſtiones ERHARDT, *de operis ruſticorum concl. 30. p. 149.* aliique, adeo quidem, vt recentiores etiam commentatores cum cura eos refellant, qui hominibus propriis nimia ſubtilitate *contubernia* tribuere non dubitarunt, v. g. STRVK. *Vſ. mod. T. d. Ritu nupt. §. 1.* et ex aliis, quæ perſtringere nimis longum foret, obſeruantur tamen paſſim in STAMMIO, HVSANO, BONACOSSA, MEVIO. Certe vt poſt receptionem iuris communis Germanos rempublicam ſuam ad Romanæ exemplar compoſuiſſe et correxiſſe, huc vſque nemo aſſeruit, nec dici poteſt, niſi ab inſano, ita nec indolem ſeruitutis ſuæ relinquere, nouamque aliquam Romanam introducere cum recepto iure Romano

Probatur ex diuer ſitate rei publicæ diuerſæ, ab indole;

mano potuere, quæ potius a priſcis moribus tracta, et ante et poſt receptionem inter Germanos viguit, et numquam non diuerſa fuit ab illa Romana. Primum hoc ipſæ inculcant inter Germanos leges publicæ, vt *ordin. ſubdit. Luſat. art. 1.* Gleichwohl aber die Unterthanen, wie bey dieſem Marggrafthum Ober-Lauſitz beſtändig hergebracht, auf dem Lande nicht nach Art, und Weiſe, wie die Knechte in den Römiſchen Rechten dienſtbahr und Leibeigen, ꝛc. Deinde ea quoque, quibus STAMMIVS *de ſeruitute perſonali L. 3. c. 17.* et D. STRYKIVS *Vſ. mod. T. de ſtatu hominum* libertatem eorum defendunt, rem non conficiunt, eorumque, pro *libertate hominum propriorum* argumenta accipienda ſunt in relatione ad *ſeruos Romanos*, non vero ad *ſtatum reipublicæ Germanicæ*, in qua hæc *libertatem* eorum plane non euincere infra docemus.

ex legibus publicis;

differentia hominum propriorum a ſeruis.

§. IV. Duo tamen ſunt, quæ obiici hic poterunt: 1) ſimile ſaltem argumentum necti a diſſentientibus ex ſtatu ſeruitutis Romanæ, 2) Germanos cum Romanas Prouincias bello laceſſiuerint, tandemque in ditionem ſuam redigerent, multa ex moribus Romanorum et legibus quoque in primis de *iure ſeruorum* et *manumiſſione* ſua reddidiſſe ac mutuatos fuiſſe, adeoque Romanorum de *ſeruis* et *libertis* ſanctionibus hodiernum in decidendis cauſſis hominum propriorum inſigne momentum concedendum omnino eſſe. Iis, qui prius propugnant, reponendum erit, quod THOMAS. monet *diſſ. d. Vſu act. pœn. c. 1. §. 29. et 30.* Analogiam enim iuris ac *ex ſimili* illationem vtique commendat *L. 12. et 13. D. de LL. et L. 32. D. ad L. Aquil.* verum non hiulcam, deformem, maleque cohærentem, ſed iuſtam, hoc eſt, quæ, in nectendis a ſimilibus argumentis, in iiſdem principiis, fundamentis et ſcopo oculum defigit, a quibus leges ſuas duxiſſe legislatorem

Obiectio 1. a ſimili ſaltem argumentum duci.

Reſpondetur 1. per inſtantiam, 2. explicatione genuina Analogia iuris.

orbe venditant: inde quoque eorum hæſitantia, qui nouam quamdam ſpeciem eoſdem conſtituere, ſcripſere. Quæ ſingula, quo talo conſtent, diſpiciendum hac ſectione nobis ſumſimus.

Hominum propriorum ſtatus et iura non deducenda ex conditione ſeruorum Romanorum.

§. III. Seruorum Romanorum iura et conditionem hominibus noſtris impingunt HAHN. *ad Weſenb. L. 40. T. 1. n. 1.* SCHWENDENDÖRF. *ad Eckolt. T. d. mort. cauſ. donat. p. 919.* HVSANVS *d. hom. prop. c. 2. n. 37.* BONACOSSA *tot. tr. cit.* OLDENDORPIVS *Cl. 3. et 9.* DONELLVS *l. 2. comment. iur. c. 9. in f.* TREVTLERVS *Diſp. 1. §. 4. l. 6.* SCHVLZ *ſynopſ. I. T. d. I. perſ.* LAVTERB. *Comp. ff. T. d. ſtatu hom.* aliique, quorum vnanimis eſt ſententia, a *ſeruis* ad *homines proprios* argumentum duci, hisque illorum iura applicari. Qui ſi ea reſtrictione et cautione, de qua in præcedentibus diſſeruimus, hic verſati fuiſſent, tolerari omnino poſſent. Sed preſſius eoſdem inhærere propriis Romanæ reipublicæ modis, pro ſcopo euſdem inuectis, ius dominicum in ſeruos obtinendi et exercendi, ipſa docebit inſpectio, et ex iis ſaltem probo, quas de *contubernio* recoquit *ex l. 3. C. de inceſt. nupt. et pr. I. de Nupt.* quæſtiones ERHARDT, *de operis ruſticorum concl. 30. p. 249.* aliique, adeo quidem, vt recentiores etiam commentatores cum cura eos refellant, qui hominibus propriis inani ſubtilitate *contubernia* tribuere non dubitarunt, V. B. STRYK. *Vſ. mod. T. d. Ritu nupt. §. 1.* et ex aliis, quæ perſtringere nimis longum foret, obſeruantur tamen paſſim in STAMMIO, HVSANO, BONACOSSA, MEVIO. Certe vt poſt receptionem iuris communis Germanos rempublicam ſuam ad Romanæ exemplar compoſuiſſe et correxiſſe, huc vſque nemo aſſeruit, nec dici poteſt, niſi ab inſano, ita nec indolem ſeruitutis ſuæ relinquere, nouamque aliquam Romanam introducere cum recepto iure Romano

Probatur ex ver ſæ rei ublica diuer, a indole,

mano potuere, quæ potius a priſcis moribus tracta, et ante et poſt receptionem inter Germanos viguit, et numquam non diuerſa fuit ab illa Romana. Primum hoc ipſæ inculcant inter Germanos leges publicæ, vt *ordin. ſubdit. Luſat. art. 1.* Gleichwohl aber die Unterthanen, wie bey dieſem Marggrafthum Ober-Lauſitz beſtändig hergebracht, auf dem Lande nicht nach Art, und Weiſe, wie die Knechte in den Römiſchen Rechten dienſtbahr und Leibeigen, ꝛc. Deinde ea quoque, quibus STAMMIVS de *ſeruitute perſonali L. 3. c. 17.* et D. STRYKIVS *Vſ. mod. T. de ſtatu hominum* libertatem eorum defendunt, rem non conficiunt, eorumque, pro *libertate hominum propriorum* argumenta accipienda, ſunt in relatione ad *ſeruos Romanos*, non vero ad *ſtatum reipublicæ Germanicæ*, in qua hæc *libertatem* eorum plane non euincere infra docemus. *ex legibus publicis;* *differentiis hominum propriorum a ſeruis.*

§. IV. Duo tamen ſunt, quæ obiici hic poterunt. 1) ſimile ſaltem argumentum necti a diſſentientibus ex ſtatu ſeruitutis Romanæ, 2) Germanos cum Romanas Prouincias bello laceſſerent, tandemque in ditionem ſuam redigerent, multa ex moribus Romanorum et legibus quoque in primis de *iure ſeruorum* et *manumiſſione* ſua reddidiſſe ac mutuatos fuiſſe, adeoque Romanorum de *ſeruis* et *libertis* ſanctis hodienum in decidendis cauſſis hominum propriorum inſigne momentum concedendum omnino eſſe. *Obiectio 1. a ſimili ſaltem argumentum duci.*

Iis, qui prius propugnant, reponendum erit, quod THOMAS. monet *diſſ. d. Vſu actl. part. c. 1. §. 19. et 30.* Analogiam enim iuris ac *ex ſimili* illationem vtique commendat *L. 12. et 13. D. de LL. et L. 32. D. ad L. Aquil.* verum non fiulcam, deformem, maleque cohærentem, ſed iuſtam, hoc eſt, quæ, in nectendis a ſimilibus argumentis, in iiſdem principiis, fundamentis et ſcopo oculum defigit, a quibus leges ſuas duxiſſe legislatorem *Reſpondetur 1. per inſtantiam, 2. explicatione genuinæ Analogiæ iuris.*

torem conſtat, vid. KVLPIS. de *analogia iuris p. 17. et 18.* et WERNHOF. *Orat. de arctiſſimo iurisprud. et ciuilium ſtudiorum nexu. p. 21. ſqq.* Poſteriorem plane nouam hodie militandi rationem ingreſſus eſt HERMANNVS ADOLPHVS MEINDERS, *ICtus Bielefeldenſis in tr. hiſt. politico de origine, progreſſu et moderno ſtatu nobilitatis et ſeruitutis in Weſtphalia Diſſ. I. de iurisdictione colonaria p. 16. et praef. ad eamd. p. 14.* veſtigiis inſiſtens, quae iam preſſerat olim IOACHIMVS VADIANVS *antiq. Alem. p. 19. in Goldaſt. ſcript. T. 3.* Rationes dictae ſententiae collocat *a*) in fide AGATHIAE, Graeci ſcriptoris, *de veteribus Francis L. 1.* qui Francos politia Romana et legibus iiſdem uti prodidit: *b*) coniectura ab aliis, quae ex Romanorum moribus ſumſerint Franci, quo refert Ducum et Comitum dignitatem. *c*) receptione ſucceſſionis dominorum et patronorum in bona ſeruorum et libertorum *d*) ritu manumiſſionis in eccleſiis recepto *e*) data a Francis quandoque manumiſſis Francica ciuitate.

Obiect. 2. Germanos multa adeoque et hic quaedam a Romanis accepiſſe.

Reſpondetur. De Agathiae fide hic ambigere nolo, ſed ne hoc ſolo teſtimonio niſus in graui onere probandi ſuſcepto ſuccumbat, vereor. Vniuerſalem plane eſſe hanc aſſertionem, merito dubito, cum licet in quibuſdam mores et leges a Romanis traxerint, non tamen omnia, quod vel ſola Francorum et Germanorum LL. et iudiciorum antiqua ratione, immane quantum diſtante a Romanis iudiciis, probari poteſt, adeoque iura circa *ſeruos* eodem iure excludi poſſunt a Francica imitatione Romanorum, quo contineri eadem dicit MEINDERSIVS. Coniectura de ducum et comitum dignitate, a Romanis deſumta, nec indubio nititur fundamento, ſiquidem vel id conſtituere videatur inſigne Ducum Romanorum et Germanorum diſcrimen, quod horum ducatus eſſent hereditarii, vt patet ex *T. 31. LL. Alemann.* Conf. HERTIVS *not. vet. Franc. c. 5.*

c. 5. §. 22. CAESAR FÜRSTENER *de iure ſuprematus c. 14. et 18.* et LVDEWIG *in Germ. Princip. L. 4. c. 1.* minus vero illorum, de quibus v. PANCIROLLI *Notit. Imp. P. 2. C. 25. 48.* et BECMANN. *Notit. dign. illuſtr. Diſſ. 7. c. 2. §. 5.* De comitibus multo magis adhuc dubitatum fuit, v. BECMANN. *l. c. diſſ. 9. c. 1. §. 3.* nec hoc euincunt, quæ habet HERTIVS citatus a MEINDERSIO, Romanos *comites* vocaſſe, quos Germani Grafen vocabant. Quinimmo hæc vt eidem opponamus, opus non eſt, cum ipſe mutauerit ſententiam in *diſſ. de iudiciis Centenariis Lemgov. 1715. p. 28.* Sed largiamur quoque hæc omnia affirmantibus BIGNONIO *ad Marculf. form. l. 1. c. 8. ap.* BALVZ. *T. 2. p. 485.* et Illuſtr. AVTORI *Meditat. ad Inſtr. Pacis Weſtphal. P. Spec. 4. Mantiſſ. I. p. 25.* certe nec ex hac *particulari imitatione ad vniuerſalem* quandam conlici poterit. Quoad *ſucceſſionem in bona libertorum et ſeruorum*, quam in *mortuario* adhuc exiſtere ex iure Rom. et quidem Iuſtinianeo, (cum tamen ſi de antiquis temporibus ſermo ſit, nunquam non *codex Theodoſianus* capiendus) hauſtam credit, auctoritate VADIANI, GRYPHIANDRI et WEHNERI, inferius contra HARPRECHTVM adſtruimus, ſucceſſionem *Ius mortuarii* dici non poſſe. Ritum manumittendi in eccleſia ſecundum LL. Romanas inuectum ex Codice Theodoſiano a clero, ſupra ipſimet confeſſi ſumus, inde vero indoles ſeruitutis ipſius Germanicæ, et ſtatus quoque manumiſſorum ad LL. Romanarum plicita formatus non fuit, vt ex dictis conſtat. Plenam libertatem, quæ *iura ciuitatis Francicæ* tribueret, rariſſimam fuiſſe, iam monuimus, nec ius Franciæ ciuitatis *ex l. 17. D. de ſtatu hom.* translatum dici poteſt, cum cuilibet genti ſua conſtent ciuitatis iura, id quod et confirmari poteſt ex rigore illo Romano, quo peregrini excluſi a iure ciuitatis *pr. I. d. Nupt.*

 L. tt.

l. 21. pr. C. d. teſtam. eiuſdem effectibus, iure nuptiarum, patriæ poteſtatis, dominii, contractuum, teſtamentorum, et ſucceſſionum priuabantur, quos tamen omnibus concedi *ius gentium* poſtulat, qui plane non conueniunt cum moribus Germanorum. vid. BRIER. *ad D. T. de ſtat. hom. l. B. conf. elegantiſſimam* SCHILTERI *diſſ. de iure peregrinorum Ex. V. ſubnexam.*

Nec a glebæ adſcriptitiis et colonis deriuandi.

§. V. Maxima huc uſque ICtorum pars in explicando hominum noſtrorum ſtatu ad Romanorum *glebæ adſcriptitiorum colonorumque* iura confugere ſolet. STAMMIVS, RVSANVS, BONACOSSA, ERHARDVS *tractatibus* citat. aliique ex antiquioribus allegati a SPEIDELIO et BESOLDO v. **leibeigen**, ex recentioribus MEVIVS in **Bedencken von Abforderung der Bauers-Leute**, *et Deciſ. P. 3. Dec. 8. n. 1. P. 8. Deciſio 224.* SCHILTER *Ex. 3. §. 1.* B. STRYKIVS *in vſ. mod. Pand. T. de ſtatu hom. §. 9.* HOPP. *Comm. ad Inſt. T. d. Iure perſonarum, p. 46.* **J. Ernſt von der Linde**, *diſſ. de vindicat. hom. propr. c. 1.* BERGERVS *Oeconom. Iur. L. 1. T. 2. p. 50. 51.* Eadem huc repetenda, quæ paullo ante monuimus de *ſeruis Romanis*; fallunt enim, qui *liberos* volunt adſcriptitios Romanorum et colonos, HVSAN. *q. 4. p. 27.* GVNDELINVS *d. iure nouiſſimo L. 1. c. 5.* SCHILTER. *exerc. 3. §. 5.* MEVII **Bedencken von Bauern** *q. 1. n. 8.* in *ſeruorum enim* conditione nullam eſſe differentiam, *§. 5. I. d. I. perſon.* docet, conf. *l. 29. D. d. ſtatu liberis l. 2. et ſ. C. d. agric. et cenſ.*

Adſcriptitii atque ſerui.

Adſcriptitii ſine prædiis non alienabantur.

Praeterea vero *l. 2. C. eodem* diſerte ita definit: *Si quis prædium vendere voluerit, vel donare, retinere ſibi transferendos ad alia loca colonos priuata pactione non poſſit. Qui enim colonos utiles credunt, aut cum prædiis eos tenere debent, aut profuturos aliis derelinquere, ſi ipſi prædium ſibi prodeſſe deſperent.* Eadem eſt ſententia *l. 7. C. eod.* ibi: *Quemadmodum originarios abſque*

terra,

terre, ita ruſticos cenſitosque ſeruos vendi omniſariam non licebit. Luculentum hoc ipſum eſt indicium, ab iis, quæ propria fuere adſcriptitiis Romanis, ad *homines proprios* argui non poſſe, quippe quos et ſine prædio alienari et commutari *Sect. 3* commonſtrauimus. Vnde nec diſpoſitio *l. 22. C. eod.* qua ita cautum eſt: *Sancimus ſolam confeſſionem vel aliam quamcunque ſcripturam ad hoc minime ſufficere; nec adſcriptitiam conditionem cuiquam inferre*, inter Germanos vſum habet, *vid. Magn.* SCHACHER. *Diſſ. de hominibus glebæ adſcriptitiis ſuper Luſat. c. I. §. 10.* nec *l. 1. C. ne Ruſticani ad vllum obſequium deuocentur*, cum operis Venaticis, et cum Diui AVGVSTI in Saxonia ſanctione *in ord. Prouinc.* von Bauſuhren, v. CARPZ. *P. 2. c. 12. Def. 1. ſqq.* atque aliis moribus ab ERHARDO *l. c. concl. et ſeq.* et STAMMIO *c. 18. ſeqq.* aliisue adductis recte conuenit. Fugitiuos vero adſcriptitios vindicari, *l. 6. et 11. C. de agric. et cenſ.* ventrem ſequi partum adſcriptitiæ, *l. 16. eod.* adſcriptitiam qualitatem præſcribi, *l. 22. eod.* ex naturali ſeruitutis ratione fluit, adeoque proprium non eſt adſcriptitiis Romanis.

Bene tamen homines proprii.

Ad conſtituendam adſcriptitiam qualitatem confeſſio non ſufficit, quæ ſufficit in hominibus propriis.

Adſcriptitii ad alia ſeruitia deuocari non poterant quam ruſtica. Bene tamen homines proprii.

§. VI. Libertis Romanorum et *ruſticos et homines proprios* conuenire, non paucis quoque placuit, vt STEPHANO *de Iuriſd.* SICHARDO *ad Rubr. C. de oper. libertorum* MEVIO *ad ius Lubec. L. 1. T. 3. A. 2. n. 3. ſeqq.* BRVNNEMANNO *ad l. 1. n. 3. C. d. operibus libert.* aliisque, quos cumulat HARPRECHT *de iure mortuario c. 3. §. 5. p. 24.* Quantum ad *ruſticos Germanorum*, quorum conditio ex pactis adiectis manumiſſioni Germanicæ æſtimanda eſt, conuenire in quibuſdam, quæ tamen ex æquitate naturali aut manifeſta rationum paritate promanant, cum libertis Romanis, negari non poteſt, ſed ideo eorum iura, quæ a *propria natura et indole* ſua pendent, ex iuris Romani placitis pri-

Nec a libertis Romanis.

Cum ruſticis in quibuſdam conueniunt liberti.

primario iudicanda eſſe exemplo SICHARDI, aliorumque, ideo concedi non poteſt. v. STRVK. *vſ. mod. ff. T. d. Operis libertorum.* Quo iure vero homines proprii *libertis* comparari poſſint, quos manumiſſos eſſe non conſtat, quique ſeruilem adhuc ex Iuris German. principiis impoſitam, quamuis varie temperatam, conditionem tenent, non apparet. v. *idem ib.* §. 5. Mirum itaque non eſt, adeo fregiſſe ICtos *mortuarii ex iure ſuccedendi patronorum in bona libertorum* explicationem, quod ius ſane non *iuris ſuccedendi*, ſed *proprietatis* dominorum in *bona ſeruorum* adſcribendum eſt, vnde in eo valde dubius ſit B. HARPRECHT. *de iure mortuarii*, adeoque hæc, vt diuerſiſſima, ad conuenientiam numquam componentur. Inde et illud eſt, quod *operæ libertorum abſolute* debeantur iure Romano, hodie vero a ruſticis et hominibus propriis *intuitu prædiorum* ſeu vt priſcæ Germ. LL. loquuntur, ſecundum *poſſeſſionem*. conf. BALTHASAR. *de operibus ſubditorum c. 8.* Operarum porro libertorum Romanorum diuiſio *in officiales et artificiales ſeu fabriles in l. 9. ff. de oper. libert.* nec ad ruſticorum, nec hominum propriorum operas quadrat. v. B. STRVK. *l. c.* §. 5. Liberationem ab operis liberti morbo impediti *l. 15. pr. h. d. Op. lib.* in Ruſticis hominibusque propriis plane non admitti, conſtat v. ZEHARD. *de oper. ruſt. concl. 32. p. 260.*

Nec vero homines proprii.
Nam non ſunt manumiſſi.
Ius mortuarii non eſt ſucceſſio patroni in bona liberti.
Libertorum operæ abſolute debebantur; Hominum propriorum intuitu prædiorum ratione.
Diuiſio in operas artificiales et officiales et Liberatio ab operis libertorum ex morbo ad homines non quadrat.

§. VII. Liberalius adhuc cum hominibus noſtris agitur ab iis, qui extra glebam, cui alligati ſunt, in libertatem eoſdem ex iuris ciuilis principiis aſſeruere, v. HOPPIVS *ad Inſt. T. d. Iure Perſonarum p. 46. et qui eſt. ſaeuere poſ. p. 141.* KLEIN *in diſſ. tur. Vol. diſſ. 25. de inobedientia impunit c. 3. §. 14. p. 1338.* et B. STRYKIVS *vſ. mod. T. d. ſtatu hom.* §. 5 -- 9. Libertatem probant ex iuris communis cum aliis ciuibus Romanis participatio-

Nec ex iure Romano liberi cenſendi homines proprii.

ne

vt hominum propriorum, vtpote quibus nec iura connubiorum; nec contractuum, nec teſtamentorum denegentur. De firmiori probatione ciuitatis Romanæ fundamento ac robore, quod in iure connubiorum, contractuum, et teſtamentorum præcipuum hic eſt, dubitari equidem poſſet, cum plura eſſent, quibus priuabantur iure connubii et ciuitatis excluſi. Verum hæc iam a CAROL. SIGON. *d. iure antiq. ciu. Rom. L. 1. c. 6.* et SCHILTER. *diſſ. de iure peregrinorum* diſcuſſa ſunt. *§. 19. ſq.* Certe non aliam quam *Romanam ciuitatem* inde colligere licebit, quæ hic opus non eſt, cum de *ſeruis* non *Romanis*, ſed *Germanis* quæſtio ſit. Germanicam vero inde libertatem elici poſſe, vereor omnino. Iure enim connubiorum atque effectibus inde deſcendentibus v. g. *patria poteſtate* ſerui Germanorum non vt *liberi*, ſed *Chriſtiani* ab antiquiſſimis temporibus vtuntur, maxime vero ex quo Pontifices matrimonialia ſub ſacramenti prætextu foro Eccleſiaſtico vindicarunt v. *iur. eccleſiaſt. Proteſtant. l. 2. T. 2. §. 24.* et ſeruorum matrimonium iure Eccleſiaſtico firmum et indiſſolubile ſanciuere. *T. 1. X. de coniug. ſeruorum.* Iam itaque vbi hoc beneficio fruuntur ſerui, vt membra *ſocietatis eccleſiaſticæ*, cuius finis eſt ſpiritualis v. ZIEGLER *de Superintendente c. 8. §. 5.* et modus congregationis æqualis, vt fuſius in *iur. eccleſ. L. 1. T. 3. §. 9. ſeqq.* docui, vtpote qui nec *liberos* nec *ſeruos* nouit, ſed *docentes et audientes*, ad effectus in *ciuili ſocietate* inde illatio, non alio nomine, niſi μετάβασις εἰς ἄλλο γένος cenſeri poteſt. Ius Teſtamentorum valde inſtabant Quirites *ex XII. Tabb. LL. Paterfamilias vti legaſſit, ita ius eſto*; quod repetitur *Pr. I. d. L. Falcid. et L. 120. D. d. V. S.* vid. GRAVINA *Origin. Iur. Ciu. p. 467. et 521.* Non video *libertatem* hanc Quiritium ciuiumque Romanorum ſtatum publicum ac nexum cum

Non libertatis et ciuitatis Romanæ fundamentum aliquod, verum adhuc eſt dubium.

Nec probat libertatem et ciuitatem Germanicam.

Iura connubiorum ad eccleſiaſtica beneficia pertinent, vnde nihil probant de ſtatu ciuili publico.

Ius teſtandi in Germania non eſt effectus ciuitatis.

cum

cum ſumma poteſtate, quae in republica Romana modo penes *plures*, modo penes *pauciores*, modo penes unum conſtitit, reſpicere, non ſtatum privatum, quod eleganter iam perſecutus eſt SCHILTER *Ex. 14. §. 6. 7. ſeqq.* Illud vero reddit ſuſpectum criterium hoc *libertatis* Romanae, quod quamvis varie immutaretur, et reſtringeretur libertas, teſtibus TACITO *Annal. L. 1. p. m. 115.* et lege Fuſia Canin. quae *manumiſſionibus* modos ſtatuebatur, vid. SVETONIVS *in Auguſt. c. 40. conf.* GRAVINA *l. c. p. 520.* imminuta tamen ideo non fuerit ingenuitas civium Romanorum. Multo magis adhuc de *civitate Germaniae* dubitandum, cui multo tempore teſtamenta plane incognita fuere, v. SCHILTER *Ex. 2. §. 14. et 15. §. 39. ſqq.* cui quoque nihil detrahitur, quamvis varie reſtringatur iuribus *ſtatutariis teſtandi libertas*, quae denique nec in peregrinis admiſſa et recepta hunc civitatis effectum, v. SCHILTER *diſſ. lud. de iure peregrinorum* §. 22. niſi forte ex edicto, *quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem iure utatur.* Accedit et illud, nec ſervitutis Germanicae indoli contrarium eſſe *iure teſtamentorum* uti ſervos, quibus quaedam a dominis relinquenda erant, quae ad heredes tranſmitterent, et unde vitam honeſte ducerent, quod quoque dicendum erit de iure *contrahendi*, quod praeterea magis commune eſſe omnibus hominibus quam proprium civibus Romanis monet THOMAS. *diſſ. d. lib. et ſerv. c. 2. §. 55.*

Non adaequatum criterium libertatis Germanicae. Nec ſtricte Romanae.

Non adverſatur ſervituti Germanicae, teſtari poſſe.

§. VIII. Denique et communem illam de *ſervitute inter Chriſtianos et moratiores gentes ſublata prorſus*, traditionem a ſervitutis Romanae conditione, cui in Germania aliiſque Europae tractibus cum nihil ſimile cerneretur, Hiſtorici pariter ac ICti, omnem ſervitutem exulare affirmarunt, manaſſe perſuaſum teneo. In illis devotiſſimus alias et peritiſſimus rerum Germaniae inde-

Nec ſervitus omnis in Chriſtiano orbe abrogata dici poteſt.

indigetur DONAVERIVS *Ex. d. Iurib. Germ.* §. 82. iam poſt annum nongenteſimum omnes pene ſeruos per vniuerſam Germaniam ex pietatis feruore fuiſſe manumiſſos, BODINVS vero *d. Republ. L. 1. c. 5.* circa A. C. cIↃ ccc. omnem inter Chriſtianos ſublatam ſeruitutem tradunt, quos ICti magno ſecuti ſunt numero v. GVDELINVS *d. iure nouiſſ. L. 1. c. 4.* GRÖNWEGEN *ad l. de Iur. perſ.* STAMMIVS *d. ſeruit. perſonal. L. 1. t. 1. c. 2.* aliique ex recentioribus quoque. Conringio ſane iam HERTIVS *l. c. §. 5.* et diplomatum fidem et *tit. X. d. conſ. Seru.* Bodino GVDELINVS *l. c.* recentius manumiſſionis diploma regeſſit, verique obſtant ea, quæ *Sect. 1.* pertractaui, et de ſeruitute moderna Poloniæ tradunt CONNOR. Beſchreibung des Königreichs Pohlen, *P. 2. Ep. V. p. 400.* et HAVTEVILLE *Relation hiſtorique de la Pologne c. 7.* Adeoque vel de *Romana ſeruitute* ſublata dixere, quod multo ante cum euerſione Romani imperii contigit, vel temperatum rigorem iuris dominici inculcare voluere, vbi tamen ſeruitutis iura et veſtigia plane ſublata adſtrui non debebant, æque enim ac ii ſomniarent, qui ANTONINVM iura ſeruitutis penes Romanos abrogaſſe ex eo colligere vellent, quod aſperitatem iuris dominici et vitæ necisque poteſtatem mitioribus circumſcripſerit limitibus §. 2. *I. de his qui ſui vel al. iur. ſunt* LAVRENT. PIGNOR. *d. ſeruis p. 9. ſeqq.* Vel aduerſarii credidere ſeruitutem Chriſtianæ religionis regulis, quamuis mutui amoris ac fraternitatis vinculum non *ſeruilem* excludat *ſubiectionem*, æque vt admittit *ſubiectionem ciuilem*, licet abhorreat a *ſæuitia* et *crudelitate* inexorabili. Quæ eo minus habent dubii, quo grauius Apoſtoli et antiqui canones ſeruis inculcant, ne ſe Dominis ſubtrahant, obediant et ſeruiant iiſdem contra eorum errorem, qui omnem ſubiectionem tam *priuatam*, quam *pu-*

blicam, vt pugnantem cum *Chriſtiana libertate*, reiecerunt; v. H. GROT. *d. I. B. et P. L. 2. c. 5. §. 29.*

De aliis circa deriuanda iura hominum propriorum.

§. IX. Tandem quam præclara et diſtincta ab iis in decidendis hominum propriorum cauſſis exſpectanda ſit ratio, qui miſcent ima ſummis, ac modo a *ſeruis*, modo ab adſcriptitiis et colonis, modo a *libertis*, modo a *Vaſallis* ad eoſdem argumentantur, fœda iurium ac principiorum confuſione, exemplo RVSANI *d. hom. prop. q. 6. p. 71. ſqq.* et multorum in hoc argumento, ex antecedentibus liquet. Cum iis vero, qui homines noſtros *ſeruos anonymos*, qui nec *adſcriptitii* ſunt, nec *coloni*, nec *capite cenſi*, nec *ſtatu liberi*, nec *liberti*, conſtituunt, vt ZASIVS *ſing. reſp. L. 1. c. 3. n. 57.* WESENBECIVS *P. 1. conſ. 18. n. 17.* et GAIL. *obſ. 8. n. 3. ſeqq. de pignorationibus*, non eſt quod litem contrahamus, quandoquidem non a Romanis, ſed Germanis fontibus hanc propriorum hominum ſeruitutem repetendam eſſe tacita eſt eorum confeſſio.

SECTIO III.

DE VSV HVIVS DOCTRINAE IN EFFECTIBVS PRISCAE SERVITVTIS IN HOMINIBVS PROPRIIS.

§. I.

Vſus huius doctrinæ.

Ea ſolet eſſe omnis iuriſprudentiæ ratio, vt ſi in verbis legum ſolum hæreat *l. 17. D. d. LL.* nec ad facta ipſa transferatur, ſterili ac elumbi compareat habitu. Quæ cum ita ſint, in rubro huius diſſertationis *vſum* quoque principii iuris, circa *homines proprios* adſtructi, quem in primis *in effectibus priſcæ huius ſeruitutis hodienum hominibus propriis moleſtis*, et rite interpretando horum in dubio iure colloco, promiſi. Valde mitigatam et muta-

Varie mutata eſt serui-

mutatam fuiſſe longiſſimo hoc temporis decurſu propriorum hominum ſeruorumque conditionem, et manumiſſiones frequentiores et pacta, et publicae leges perſuadent. Non omnes *manumiſſiones* ingenuitatem tribuiſſe, pluribus adhuc haeſiſſe certi ſeruitii et obſequii conditionem, ſuperius tradidi. *vid.* HERTIVS *d. hom. propr. S. 1. §. 7.* *Pactis* quoque vel ex pietate dominorum et beneuolentia vel interueniente redemtione, certas operarum et cenſuum qualitates, et quantitates, aliasque ſeruilis iugi et conditionis partes ſaepius remiſſas eſſe, eo minus habet dubii, quo id hodiernum frequentius eſt. Publicis denique non raro *legibus*, ob abuſum forte iuris dominici, eiuſdem exercitio limites conſtituti ſunt paſſim, ne nimis effrenis dominorum licentia et libido deſaeuiret, quo pertinet *Rec. Imp. d. A. 1555. 14. et ord. ſubd. ſup. Luſat. Art. 4.* Trüge ſichs auch zu, daß die Herrſchaft mit denen Unterthanen gar zu grauſam, und grimmig verführe, ihnen alle Lebens-Mittel durch übermäßige Beſtraffung oder in andere Wege, benehme, die Dienſte über Erträglichkeit wieder des Landes Gebräuche, wieder Billigkeit, und jedes Orts Satzungen, allzuhart ſpannen, oder andere unzuläſſliche und zu Recht verbothene Gewalt gegen ſie treiben thäte, und ſolches wäre landkündig, oder könte, wie zu Recht beſtändig, erwieſen werden, ſo ſollen in dergleichen Fällen die beſchwerten Unterthanen, weiln die in der Natur und Rechten gegründete Billigkeit nicht zugeben will, dieſelben unter einem ſo ſchweren Joch kräncken zu laſſen, nach vorhergehender rechtmäßiger Erkäntniß der Aemter von der Pflicht der Unterthänigkeit nicht unbillig loß gezehlet werden. Inde repetenda eſt differentia hodierna *ruſticorum et hominum propriorum* vid. THOMAS. *de hominibus propriis* §. [illegible] *et d. diſſ. hom. in liber. et ſeruos §. ult.*

[illegible] propriorum conditio

a) manumiſſionibus.

b) Pactis.

c) Publicis legibus.

Inde praeſens conditio ruſticorum.

et MEVII **Bedencken** *q. 1. n. 11. ſeqq.* Illi enim *manumiſſi* cum iniunctis certis *operis* et cenſibus; hi vero non: vnde et iura

Diuerſitas inculiarum unitus pagi.

propriis hominibus peculiaria illis applicari non poſſunt, vnde profecta vnius pagi hominum quandoque diuerſiſſima conditio, v. ERTELII *praxis aurea c. 21. obſ. 4.* et operarum cenſuumque

Diuerſitas operarum et cenſuum.

praeſtationum infinita varietas pro pactorum, vſus et prouinciae diuerſitate. v. MEVIVS *l. c. q. 1. n. 30.* conf. STAMMII, HVSANI, et ERHARDI tractatus et HARPRECHT. *de iure mortuar. c. 6 §. 71. 63 ſeqq.* adeo quidem, vt communis ICtis nata ſit regula, cauſſarum harum deciſionem ex moribus pendere et *ſtatutis*: v. GAILL. *obſ. L. 2. obſ. 62.* et MYNSING. *Cent. 1 obſ. 8. n. 13. P. 2. C. 51. 52.* ibique CARPZ. B. STRYK. *Vſ. mod. ff. de Oper. Libert. §. 1.*

Opera determinata.

Inde quoque profluxit *operarum in determinatas et indeterminatas* diſtinctio, atque Dd. conſilium de *modificandis et determinandis indeterminatis operis vel ſeruitiis*, vid. CARPZOV. *P. 2. C. 52 D. XI. et L. 1. Reſp. 54. ſeqq* vel *bon. viri* arbitrio vid. BRVNNEMANNVS *ad l. 30. D. de oper. libertorum.* BERLICH. *P. 2. deciſ. 281. n. 48.*

Non tamen vbique neque in omnibus.

Neque tamen haec in vniuerſum omnibus contigere, nec ſtatum proprietatis et ſeruitutis Germanicae eundem ſtatim exemerunt, ſi genuinis ſuperſtruemus libertatis et ſeruitutis conceptum fundamentis, omneque diſcrimen in proprietate collocemus. v. THOMAS. *diſſ. de hom. propr. §. 25-32.* Et luculentiſſimi et complurimi adhuc priſcae Germanorum ſeruitutis effectus ſuperſunt, quos hac ſectione de *vſu doctrinae huius noſtrae* euoluere ſuſcepimus, eo quidem ordine, quo ſuperius faciem ſeruitutis Germanicae delineauimus.

Effectus priſtinae ſeruitutis in hominibus propriis,

§. II. Effectuum horum in cenſum quidem nomen et diuerſa genera merito venit, I) quod recentiori aeuo quoque hominibus, nexu quodam ſeruili adhuc conſtrictis, *laterum*, *he-*

rent

tur nomen. Ita enim eſt in conſtitutione HENRICI Ducis Brunſuic. d. A. 1433. quam recitat IVST. GEORG. SCHOTTELIVS ſingular. Iur. Germ. c. 2. Vortmer ſetten, und willen we, dat we unſe Prelaten Manne, und alle dejenne, de in unſer Herſchop hebben eighene Lude oder Laten, et ex actis quibusdam in codicillis manumiſſionis Archi-Epiſcop. Magdeburg. A. 1292. quosdam ruſticos manumiſſos eſſe von Lath-Rechte, obſeruauit STRVVIVS Exerc. 40. §. 75. Denique II) ius in tractibus, quos tenuere Slaui, e. g. in Pomerania, Ducatu Megapolitano, Marchia, Bohemia, Luſatia homines proprii omnium conſenſu durius habentur. v. BECKIVS l. c. S. 2. §. 2. et THOMAS. diſſert. de diſt. homin. lib. et ſeru. §. 18.

a) quoad nomen et genere.

Lati audiunt.

Qui hodie Slauorum terras tenent durius habentur.

§. III. III) Conſtitutio hominum propriorum per pactum expreſſum et tacitum huc pertinet, BERT. l. c. §. 3. de quo dubitabatur de iure ciuili, ſed moribus Germaniae expeditum eſt. Quoad expreſſum, vid. Ord. Subd. Luſ. Art. 2. Wann auch ein los gelaſſener Unterthaner ſich durch gewiſſen Vertrag, oder ſonſten bey einer andern Herrſchafft, nebſt ſeinen Kindern, ſo viel er derſelben zur Zeit des Vertrags unter väterlicher Gewalt hat, und von ihm durch Haltung eigen Feuer und Rauch nicht geſondert ſeynd, anderweit unterthänig und dienſt-pflichtig machet, ſo ſoll derſelbe auf den Fall er ſich ohne Los-Brieff anderer Orte begäbe, nichts minder als die Eingebohrnen der Abforderung ſamt ſeinen Kindern unterworffen ſeyn, und ſeiner Herrſchafft, der er ſich durch Vertrag unterthänig gemacht, unweigerlich abgefolget werden. Idem fuſius confirmant HEVII Bedencken von Abforderung &c. qu. 1. n. 46. ſeqq. PHILIPPI Vſ. pract. Eclog. 37. quam in rem conficiuntur literae obnoxiationis, Germ. Ergeb-Briefe v. LEYSER Ius Georg. L. 2. c. 7. Tacite id fit iis in locis, vbi ob debitum contracta

b) Quoad conſtitutionem ſeruitutis per pacta, quod fit vel expreſſe,

vel tacite, ex debitoribus,

ſoluendo non exſiſtentibus

tracta viget adhuc IV) *addictio*, hoc eſt *mancipatio in ſeruitutem* ſiue *addictio ad operas* creditori praeſtandas, de quo *ius prou. Saxon. art. 39. l. 3. et Weichbild. c. 27.* quodque ſeruari tradunt antiquiores practici. KOENIG *c. 105. T.* von gerichtlichen Pfande ꝛc. aber nach den Sachſen Rechten et COLERVS *de proceſſu executiuo P. 1 c. 3. n. 114. et 130. ſeqq.* quibus addi poteſt MEVIVS *ad ius Lubec. L. 1. T. 3. A. 1. n. 25.* STRVVIVS *Exercit. 44. §. 32.* Sententiam in hac cauſſa latam hanc recitat HVSANVS *de hom. propr. c. 9. n. 30.* quam, quia fuſius hanc addictionem explicat, inſerendam duximus. Auf Supplication des gefangenen Schuldners D. eines wieder M. Creditorn andern Theils iſt erkannt, daß genannter Supplicant und Schuldner ſeiner Hafft billig entledigt, und dagegen ſeinen Creditorn M. vor ſeine bekenntliche Schuld zum Pfande an die Hand überantwortet, und geliefert wird, ihme M. gleich wie ein anderer Taglöhner oder Geſinde zu arbeiten; dagegen iſt M. ſchuldig ihn D. mit nothdürftiger Speiſe gleich ſeinem Geſinde zu unterhalten, ihme auch noch täglich dazu 2. ß. Lübeckiſch zu Taglohn zu entrichten, oder an der Schuld-Summe abzurechnen, bis ſo lange D. die gantze Schuld loß, und abgearbeitet haben wird: Es ſtehet auch M. frey, ſonderlich da er befürchtet, daß ihme D. entlauffen möchte, ihn gemeiniglicher maſſen in Hälten oder Feſſel zu ſpannen, doch ſonſten mit einiger Peinigung, oder Beleidigung an ſeinen Leib, oder Geſundheit mit nichten zu beſchweren, V. R. W.

Quod non a moribus Romanis.

Quo vero iure hanc *addictionem debitorum* ad operas a *moribus* promanaſſe *Romanis* dicatur HVSANO *ib.* mihi quidem non conſtat. Illud ſcio, legum *XII. Tabularum* rigorem, quem A. GELLIVS *noct. Attic. L. 20, c. 1.* et GRAVINA *in originibus iuris ciuilis p. 456. et 401. ſqq.* exponunt, nec perpetuum fuiſſe, vt liquet ex iure Iuſtinianeo, quod

quod ſubſidio ſubſtituit *beneficium in §. f. I. de Act.* et maxime in *l. f. C. qui bonis cedere poſſunt. Cum ſolito more a noſtra manſuetudine petatur, ut ad miſerabile ceſſionis bonorum homines veniant auxilium, et electio detur creditoribus vel quinquennale ſpatium eis indulgere, vel bonorum accipere ceſſionem, ſalua eorum videlicet exiſtimatione, et omni corporali cruciatu ſemoto etc.* Praeterea vero quod ſimile in iure Romano occurrat, non ſtatim euincit, Germanos iura Romana in imitationem traxiſſe, cum iam ante cognita Germanis iura Romana veſtigia huius iuris ſuperius indicauerim. Alius porro *tacitae conſtitutionis* modus eſt quoque hodie, ſecundum illam iuris Germanici paroemiam V) Die Lufft macht leibeigen. Nam liberi homines locis quibuſdam ſi ad habitandum illuc venerint, ipſo facto fiunt proprii, vt de Algouia et quibuſdam partibus Wetterauiae affirmat HERTIVS *paroem. iur. L. 2. par. 12. p. 645.* quo pertinet quoque celebratum illud *ius Wildfangiatus.* VI) *Natiuitas* quoque ſubiicit aliquem adhuc hodie ſeruituti, cum vtplurimum ventrem liberi ſequantur, ſine dubio ex regulis iuris gentium. vid. HERTIVS *L. 3. §. 4.* et THOMAS. *de lib. et ſeru. §. 40. l. c.* Huius rei teſtis quoque eſt VADIANVS *de coniugio ſeruorum* unde *L. de Monaſt. T. 3.* apud GOLDAST. *Script. Alem. p. 145. Hodie multis in locis ſeruorum liberis nubentium matrimonia diſſimulant domini, et ratas habent nuptias. At vero quoniam communi lege obtinente proles ventrem ſequitur, prolem poſtea repetunt, et iure proprietatis vindicant.* VII) *Coniugium* quoque ingenui cum propria idem operatur, quod de Heluetiae moribus VADIANVS *l. c. p. 145.* dicit. *Amittitur enim ciuitas noſtra id genus ſeruilibus coniugiis, ſi vel ſeruam ingenuus duxerit, vel ingenua ſeruo nupta fuerit, niſi repente ſubſequatur manumiſſio.* De Palatinis idem affirmat Chur-

Sed Germanis debendum.

Per ingreſſum ad habitandum.

Natiuitatem.

Coniugium.

Pfältziſche Landes-Ordnung *T. 8. f. 52.* vid. OTTO von der Leibeigenſchafft *P. 2. in not. l. y. p. 51.*

e) Quoad fontem et fundamentum proprietatis.

Quod non eſt ſuperioritas territorialis.

§. IV. VIII) Ius in homines proprios non ex *ſuperioritate territoriali* nec *iurisdictione* ſola fluit, quod priſtinae ſeruitutis veſtigium et ſignum magni momenti arbitratur HERTIVS *l. c. §. 2.* Quantum ad *ſuperioritatem territorialem*, omni vtique vacat dubio *ex laudo illo Heilbronnenſi A. 1667. apud* LVNDORP. *T. 10. Act. publ. 126.* quo Electores Palatini iura in *homines proprios* in confœderatorum Statuum terris conſiſtentes definiunt, ac diſcrimen inter *perſonalia* in perſonam ſeu corpus, et *territorialia* ex iure territorii competentia, diſerte conſtituunt. Quo nomine

Notatur Pauermeiſter.

PAVERMEISTERI *de iurisdictione L. 1. c. 8. §. 8* contraria opinio recte reiicitur *ab Hertio l. c.* Vt enim *iuramentum fidelitatis* et *ſubiectionis* ab vno diuerſis dominis praeſtari poteſt, niſi vbi receptum, vt vaſalli neceſſario ſint ſubditi, quod de Saxoniae, Marchiae, Bauariae et Haſſiae moribus affirmant, v. BERGERI

Separata ſunt proprietas et ſubiectio.

Differt. Select. diſp. 42. de nexu iuramenti ſubiectionis et fidelitatis et HORNII *Iurisprud. feudal. c. 13. §. 5.* ita homagio et iuramento aſſecurationis der Dienſt-Pflicht a propriis hominibus diuerſis dominis, quamuis diuerſo reſpectu, aſſeri et promitti poteſt obedientia. v. OTTO von der Leibeigenſchafft *P. 3. p. 16. et in not. l. g. h. i.* conf. *Gaill. d. arreſt. Imp. Obſ. 7.* HERTIVS *de ſuperioritat. territorial. Opuſc. T. 2. §. 53. p. 310.* *De iurisdictione* num *ſola* et *per ſe* inferat hanc qualitatem, magis dubitari coepit, ex quo *poteſtas dominica* circa actiones ruſticorum, *iurisdictionis* ſchema induens, in feudum conceſſa eſt, ac inde plurimos

Nec iurisdictio.

Dd. in errores ac difficultates, quibus ſeſe explicare non poterant, coniecit v. BALTHASAR *de operis ſubditorum c. 7.* ERHARD *de operis ruſticorum concl. 10. l. A.* STEPHANVS *de iurisdictione*

L. 2.

L. 2. c. 7. membr. 2. Quamuis enim non negemus, *iuriſdictionem patrimonialem ex dominica poteſtate* ortum traxiſſe, vt §. *ſqq.* indicabimus, alia tamen quæſtio eſt, an hæc hodie, mutata rerum facie, *ſola et per ſe* argumentum ad *ſtatum perſonarum* faciat? Hodie enim in plurimis locis *iuriſdictionis* ea eſt natura, vt *ſpeciatim* indulgeatur, *tituloque oneroſo* quæratur, v. B. STRYKII *Vſ. mod. T. de Iuriſd.* §. 18. et ſeparatim quoque locari poſſit, *Id. ibid. T. locat. cond.* §. 67. adeoque cum iure in ſubditos eorumdemque perſonas, operas et bona non vbique quid commune habeat. Rectius itaque ſentiunt negantes hanc quæſtionem et contendentes, ex *ſola iuriſdictione* ſtatum ſubditorum ſeruilem argui non poſſe. KLOCKIVS *de contributionibus c. 2. n. 36.* KNICHEN *de pactis veſtit. P. 2. c. 3. n. 31.* STAMMIVS *l. c. c. 4. §. 2. ſeqq.* CARPZOVIVS *P. 2. C. 52. D. 9.* et ERTEL *l. c. c. 21. Obſ. 2.* de Bauariæ iure ita diſſerens: Dannenhero iſt dem Herrn nach Bayeriſchen Land-Recht zugelaſſen, ſeinen Leibeignen, der unter eines andern Iuriſdiction ſeßhafft, oder ſonſt ein Grund, oder Vogt Unterthan iſt, zu Anbauung eines Guths zu avociren, wenn nur der Leibeigene vorher alle der Subiection obgelegene Schuldigkeiten abgerichtet hat.

Hodie ſeparata eſt iuriſdictio a iure in homines proprios.

§. V. IX) *Iuriſdictio patrimonialis*, v. THOMAS. *in diſſ. de homin. propr.* §. 58. et *Heineccius diſſ. de origine et indole iuriſd. patrim.* quæ vt Romanis penitus incognita, vtpote penes quos omnis iuriſdictio perſonalis erat, ac ſi vel maxime officio magiſtratus hæreret, cum perſona tamen exſpirabat, v. B. STRYK. *Vſ. mod. T. de iuriſd.* §. 18. nec in commercium veniebat, nec crimina regulariter vindicabat. *l. 2. §. 16. ib. l. 23. D. de orig. iur.* vtpote quod *meri* erat *imperii l. 3. D. de iuriſd.* hodie vero Germanis propria eſt. Res quidem nouiſſima ab antiquiſſimis tempori-

d) Quoad ius dominorum caſtigandi domeſticum. Origo hodiernæ iuriſdictionis patrimonialis, quæ incognita Romanis. Res Germa-

[illegible] olim notiſſima, nempe diſciplina in ſeruos. Nomen et formam aequ.

poribus, quibus, vt *folio I.* iam euictum eſt, poteſtatem et diſciplina domeſtica in ſeruorum et propriorum ſuorum actiones et delicta numquam non animaduertere Germani. Nomen tamen et formam eiuſdem vſque ad ſequius aeuum inauditam, quo iam hoc *dominicum* nouo habitu et ſub ſchemate *iurisdictionis* a principe manantis, comparuit. Monumenta recenſuit cl. HEINECCIVS in *diſſ. de orig. et indol. iurisd. patrimon.* §. 18. tum in excommunicatione ex *capitul. 48. add. IV. capit.* ſuperius allegatis, tum in capitis ſupplicio ex *iur. prou. Sax. L. 2. A. 33. gloſſ. germ.* [illegible] quorum vtrumque immunebat dominis ſeruos occidentibus, tum in receptione iuris Romani collocat. Inde enim repetendum, quod nobiles ad principis in exercitio iuris huius confugerent ſenſim auctoritatem, ac, cum ex errore illorum temporum, quibus modo florere coeperant iura Romana, *ſingularis iurisdictionis* ſpecies fingeretur, hoc ius dominicum, ſub iurisdictionis ſchemate a principe ſibi concedi vna cum *feudo* litterisque inueſtiturae inſeri curarent, ex quo nata deinde [illegible] feudo conceſſo non cenſeri *iurisdictionem* in feudum deuenire [illegible] v. STRVV. *ſyntag. iur. feud. c. 9. §. 10. n. 4.* HORNII *iurispr. feudal. c. 7. §. 11.* Ad OTTONEM enim I. et HENRICVM. III. vſque numquam in donationis paganorum chartis expreſſam fuiſſe iurisdictionem euincit laudatus HEINECCIVS *l. c. §. 17.* Quamquam vero hoc pacto nomen acceperit *iurisdictionis*, indolem tamen Germanicam non adeo mutauit, cum feudo cohaereat, et *ad ſucceſſores* tum *vniuerſales* tum *particulares* tranſeat; ſiue ſuperiorem capias ſiue inferiorem, cum ipſum ius *dominicae poteſtatis* ita comparatum ſit, vt in heredes tranſeat v. MEVII *deciſ. P. II. D. 45.* GAILII *Obſ. L. 2. Obſ. 62.* vbi tamen illud magis fluet [illegible] inſtituto poſito, quod de Pomerania tradit MEVIVS *l. c.* [illegible] *ſolam*

Probatur antiquam in ſeruos diſciplinam conuerſam in iurisdictionem patrimonialem.

Quod haec feudo cohaereat.

Quod in quibusdam pro-

alem ibi feudi poſſeſſionem iuriſdictionis poſſeſſionem arguere, et de feudis Luſatiæ notat *Diſſ. elegans de differentiis Iuris feudalis communis et Luſatic. ſub.* B. LVDEWIGIO *habita p. 25.* Quinimmo in eo quoque priſcam prodit indolem, quod non ſolum in *homines proprios*, verum etiam *ruſticos* competat. Illud vero prorſus ſingulare eſt huius *iuriſdictionis* ex antiquo iure dominico veſtigium, quod *iuriſdictionem patrimonialem* habentes ſubditos ſuos coram ſuis iudiciis conueniant vid. MEVIVS *p. 8. D. 198.*, cum alias *quidem iniquum ſit aliquem ſuæ rei iudicem fieri l. 17. D. d. Iudiciis et l. vn. C. ne quis in ſua cauſſa iud.* modo, quod in Saxonia requiritur, actuarius ab iis, præſentibus ſubditis, iuramento conſtitutus ſit. *Ord. Proc. Sax. T. 2. §. fin.* Ob wohl auch wohl, v. BERGER. *Elect. diſcept. forenſ. ad T. 2. Obſ. 5. n. 2. p. 30.* nec facile ſententiam ferant, ſed Acta tranſmittant vid. RIVINI *Enunciata Iuris T. 2. En. 9.* ZIEGLER *ad Calvol. ſ. nobiles n. 17.* SCHILTER *Ex. 6. §. 16.* et HORNII *reſponſa cl. 2. reſp. 42.* Ita reſponſum eſt ab Ill. huius Fridericianæ ICtorum ordine Menſ. *Iun. 1712.* cuius ſententiam. vid. in *tom. I. Conſult. et Deciſ. P. IV. reſp. 145.*

Vnde ex ſolo feudi poſſeſſio inferat iuriſdictionem.

Quod in ruſticos et homines proprios exerceatur.

Quod vt homines domini ſubditos coram propriis conueniant iudiciis.

§. VI. X) *Iuriſdictio Parochorum in dotales*, quæ ab eodem fonte, quo iuriſdictio patrimonialis nobilium deriuanda eſt. Per omnem Germaniam eccleſias frequentius, ac in primis illo tempore, quo zelus ac feruor Germanorum in eccleſias docandas et locupletandas prouocabat liberalitatem, ſeruos cum et ſine prædiis acquiſiiſſe, ex traditis conſtat. In hos ipſos itaque parochi exercitium conſequebantur *iuris dominici*, ita vt et ius redderent iiſdem, eoſdem caſtigarent et manumitterent, eo vſque donec iuriſdictione nobiles et locorum dominos inueſtiri intelleſcerent, qui poſtmodum hoc ipſo titulo aliiſque artibus et ſer-

Origo iuriſdictionis parochorum in dotales.

Cuius facies mutata.

ſeruos hos dotales parochiali iuriſdictioni ſubiicere, eo in reliquis quoque ſtatum dotalium immutare coepere. Obſeruat id ipſum LEIBNIT. in proleg. Tom. I. Script. Brunſuic. in vita Brunonis, atque: *Sed eccleſiæ dudum prædia ampliſſima, allodia iam et multis vaſallos habebant, quibus terras in beneficium dederant, aut a quibus dominium directum, reddito vtili, acceperant, quod feudum oblatum vocamus. Aliquas etiam ruſticorum ſeu colonorum millia aliquando ſub ſua ditione habebant, quos coercere potuiſſe mixti imperii iure non dubito.* Non tamen hoc vbique eſt in vniuerſum. Ante hos enim XXX. annos quuſdam Luſatiæ ſuperioris eccleſiæ parochos *ſeruos dotales* adhuc codicillis [illegible] miſiſſe, accepi. Quin immo, niſi de mutato *dotalium* ſtatu ex actibus pluribus longe annorum ſerie ordinario iudici loci ſubiectos fuiſſe conſtet, de quo HORNIVS *Cl. 1. reſp. 13.* aut dominus ſecularis *de reſeruata* ſibi *iuriſdictione* caueat, patrocinium in eoſdem Conſiſtoriis (v. CARPZOVII *defin. Eccleſ. l. 2. D. 307. et 317*) iuriſdictio vero inferior parochus hodiequum competit. v. SCHILTERI *Exerc. 6. §. 24.* Conf. *Ius Parochiale Sect. 5. c. 2. §. 23.*

Competit tamen hodie regulariter iuriſdictio in dotales.

§. VII. XI) *Pignorationes, arreſta, carceres et plagas ordinarium eſſe contumaces coercendi remedium*, inde liquet, vnde communi Germaniæ praxi iumenta eorum pignorantur, bona capiuntur et arreſtantur, impeditur fructuum perceptio, villæ et inſtrumenta ruſtica ſequeſtrantur, ipſi contumaces et immorigeri carceri mancipantur, vinculis et compedibus onerantur, plagis et verberibus excipiuntur, modo nimia et intolerabilis abſit ſæuitia vid. GAIL. *Obſ. l. 1. obſ. 10.* MEVII Bedencken *q. 5. n. 67. ſqq.* CARPZOV. *P. 2. C. 17. D. 4.* STAMMIUS *l. 3. c. 34. et 35.* ERHARD. *l. c. concl. 29. et 30.* Neque impedit, quo minus inſi-

In pignorationibus, arreſtis et plagis.

Quod ius neque pendet ab emendat. ſer-

inſignem hunc potius ſeruitutis dicamus effectum, quod partim in hanc rem *l. ſ. C. de emend. ſeruor. et auth. ad haec qui ſuam C. de lat. lib. toll.* vt et ius caſtigandi patronorum, parentum, maritorum, magiſtrorum, Abbatum allegentur, HVSANVS *l. c. c. 17.* partim pro effectu iurisdictionis illud venditetur a plurimis GAIL. *L. 1. obſ. 17.* STAMMIVS *L. 3. c. 36.* BERGER. *Oeconom. iuris L. 1. T. 3 §. 2. p. 92.* Illis enim, non *Romanae* ſolum, ſed *omni ſeruituti* hoc eſſe proprium, et a ſimili argumenta hic omnino vacillare, regerimus, contra hos vero non vi *iurisdictionis*, ſed *iuris dominici* haec dominis licere his rationum momentis defendimus. 1) Vti enim *ius proprietatis* non a *iurisdictione* pendere iam demonſtratum eſt, ita nec *ius cogendi et coercendi*, quod ex eodem ſponte fluit. 2) Nec olim, vbi capitale ſeruorum ſupplicium ad iudicis ſcientiam adſtringi coepit, *diſciplina et caſtigatio* in ſeruos dominis erepta eſt, vt liquet ex *LL. Longob. L. 6 T. 5. §. 12. et 13. ed. Lindenbr.* ſi conferantur cum praecedentibus. vid. de antiquo huius iuris vſu latius tractantem HERRM. ADOLPH. MEINDERS *Diſſ. de iurisdict. colonaria praetoria et inferiori p. 61. ſeqq.* 3) Nec hodie vbi *iurisdictio* ſeparata exiſtit a *iure dominico*, domini a caſtigatione et coercitione excluduntur, quamuis iurisdictionem a ſumma principis poteſtate non acquiſierint, quod et *ord. ſubd. ſup. Luſat. art. 15.* haud obſcure innuit. Wann auch 4) ein Unterthaner durch vorgenommenen zuläßigen Zwang und Mittel zu Gehorſam nicht gebracht werden könte, ſo ſoll er vor gehegtes Geding ordentlich geladen, und im Fall nicht Geſtellens auch ferneren Ungehorſams in die Acht und Verfeſtigung erkläret, auch demſelben nach wider ihn verfahren werden. Idem diſerte confirmat MEVIVS *l. c. Q. 3. n. 69. 70.* 5) Nec ob *abuſum iuris huius* domini iurisdictione priuantur, vt perſuadere vult GAIL.

neq. Rom. neque a patrona, patroni etc. caſtigatione.

Nec a iurisdictione.

Probatur ex iure proprietatis.

Ex antiqua coercitione.

Quae et ſine iurisdictione hodie exercetur.

Poena abuſus huius iuris, quae non eſt

amiſſio iuriſdictionis, ſed proprietatis.

CAILL. *L. 1. obſ. 17.* STAMMIUS *l. c. L. 3. c. 35. et 36.* ſed *iure ſuo dominico* et proprietatis, ſiquidem in poenam abutentis praeuia cauſae cognitione manumittuntur ſubditi. *vid. Ord. ſubd. ſup. Luſat. art. 4.* Trüge ſich auch 5) zu, daß die Herrſchaft mit denen Unterthanen allzu grauſam und grimmig verführe, ihnen alle Lebens-Mittel durch übermäßige Beſtraffung oder in andre Wege benähme, die Dienſte über Erträglichkeit wider des Landes Gebräuche, wider Billigkeit und iedes Ortes Satzungen allzuhart ſpannen, oder andre unzuläßliche und zu recht verbotene Gewalt gegen ſie verüben thäte, und ſolches wäre Landkündig, oder könte, wie zu recht beſtändig, erwieſen werden, ſo ſollen in dergleichen Fällen die beſchwerten Unterthanen, wenn die in der Natur und Recht gegründete Billigkeit nicht zugeben will, dieſelben unter einem ſo ſchweren Joch kräncken zu laſſen, nach vorhergehender rechtmäßiger Erkäntniß der Aemter von der Pflicht der Unterthänigkeit nicht unbillig loßgezehlet werden. vid. MEVIUS *l. c. q. 5. n. 76. ſeqq.* Quodſi enim amittitur iuriſdictio propter abuſum, amittitur in iis, in quibus *iuriſdictionis abuſus* commiſſus eſt, non vero in iis, quibus iure ſuo abuſi ſunt domini. Vnde et illuſtris huius Academiae ICtorum ordo Menſ. Ian. 1715. ſequentem in modum reſpondit:

Illuſtr. ICtor. Hal. Ord. reſponſum.

Auf übergebene Supplications-Schrift und erfolgte Geſetze in Sachen des von N. N. conſtituirten Vormunds des von C. Kl. an einem und des Anwalds des Königlichen und Churfürſtlichen Amts W. Bekl. am andern Theil erkennen Königl. Groß-Brittanniſche zur Churfürſtl. Braunſchweig-Lüneburgiſchen Iuſtitz-Cantzley verordnete Director und Räthe nach vorgehabten Rath auswärtiger Rechtsgelehrten vor Recht, daß ſo viel die beyden erſten grauamina betrift, es derſelben ohngehindert

dem bey dem n. act. 51. befindlichem und den 2. May. 1713. eröffneten Urthel billig zu laſſen, ſo viel aber das dritte gravamen betrift, nunmehro aus denen Acten und der Partheyen Einbringen ſo viel zu befinden, daß Kl. wegen der Eigenbehörigen die angegebene Gewohnheit oder obſervantz, vermöge deren auch die Herrn von Adel, ſo keine Gerichts-Herrn ſind, gegen die moroſos Pfändung und Execution zu thun befugt ſind, beſſer zu erweiſen, nicht ſchuldig, ſondern bey der Pfändungs-Gerechtigkeit billig zu ſchützen ſind. V. R. W.

Rationes decidendi.

So viel aber das 3te Gravamen betrift, obwohl der Königl. und Churfürſtl. Amts-Anwalt dagegen anführet, daß die Servitus und die davon dependirende Effectus im H. Römiſchen Reiche unter denen Chriſten nicht ſtatt finden, ſondern vieler Rechts-Lehrer Meinung nach die Eigenbehörigen vor freye Leute zu achten, und deren Iurium communium theilhaftig ſind, alſo, da der Kläger ſeiner eigenen Geſtändniß nach die Iurisdiction nicht habe, er das Anſehen gewinnen will, als wenn ihm dergleichen Zwangs-Mittel gegen ſeine Eigenbehörige auszuüben nicht zu ſtatten kommen könne, da bekannten Rechtens iſt, daß Pfänd- und Incarcerirung actus mixti imperii ſeynd, wie denn auch die angeführte Obſervanz, daß denen Gerichts-Herrn dieſes Recht zuzuſtehen in Zweifel gezogen, und durch das Documentum n. act. 36. nicht erwieſen worden, vornemlich aber der Gandersheimiſche Land-Tags Abſchied, ſo *n. act. 42. Lit. E.* bey denen Acten befindlich, Klägers Intention entgegen zu ſeyn ſcheinet, als wo ſelbſt klärlich denen Land-Ständen die Pfändung wegen ihre ſäumige Unterthanen zu thun unterſaget worden; Dieweil aber dennoch der Kläger ſein Zwang-Recht gegen die ſäumigen Eigen-

Hhhhh behöri-

behörigen nicht in einer Gerichtbarkeit, ſondern vielmehr in poteſtate dominica, welche denen Guths-Herrn über die Eigenbehörigen zuſtehet, gegründet, und darinn allerdings intentionem fundatam hat, anerwogen, obwohl mit der Zeit der Zuſtand der Eigenbehörigen ſich in etwas hin und wieder geändert, dennoch dadurch ſie ſub poteſtate dominica, woraus das Zwang-Recht herflieſſet, verblieben, und daher die Guths-Herren nach denen bekandten moribus Germaniæ auch dergleichen Pfändung gegen ihre Eigenbehörige zu unternehmen wohl befugt ſind.

BALTHASAR *de operis ſubditorum c. 18.*
HAHN *ad Weſenbec. Tit. de liberali cauſſa.*

Zumahl das Vorgeben, als ob die Eigenbehörige heut zu Tage unter die freyen Leute zu rechnen, nicht gegründet, das Gegentheil vielmehr daraus abzunehmen, daß ſie noch manumittiret werden, und wenn ſie ſich zu eigen geben, ihrer Freyheit renunciiren, wie auch viel andere onera ſervilia tragen müſſen, dergeſtalt, daß auch ſo gar die operæ ex poteſtate dominica in ſervos herflieſſen.

POTGIESER *de condit. et ſtatu ſervor. l. 2. c. 3. §. 6.*
HERT. *de hom. propr. Sect. 3. §. 2.*
B. STRYK *in Uſ. mod. ad Tit. de operis libertorum. §. 1. et 4.*
MEV. *p. 4. deciſ. 131.*

Alſo des Klägers Intention in ipſa conditione propriorum hominum gegründet iſt, und daher præſumtionem juris vor ſich hat, quæ devolvit onus probandi in adverſarium, abſonderlich, da in Weſtphalen dieſes Zwang-Recht denen Guts-Herren durchgehends zukommt, und dabey, ob ſie die Gerichtbarkeit haben, nicht geſehen wird, im übrigen der Gandersheim'ſche Land-Tags-Abſchied auf dieſen caſum nicht zu ziehen, als welcher nur bloß

von

von denen Meyern redet; von welchen auf die eigenen Leute kein Argumentum zu ziehen, nachdem die Conditio der Meyer nicht ſervilis, wie der Eigenbehörigen iſt, und daher billig denen Land-Ständen das Zwang-Recht denegiret worden, zu geſchweigen, daß durch die beygelegten teſtimonia, welches nur zu mehrer Beſtärckung angeführet wird, die praxis vniformis derer vicinorum locorum deutlich erhärtet worden, welche in dergleichen Rechten ein wichtiges momentum machet,

MENOCH. *conſ. 395. n. 9.*

VVLTEIVS *Vol. 2. Conſ. Marp. 350. n. 156.*

Si enim de obſeruantia loci alicuius dubitatur, recurrendum ad loca vicina, a quorum obſeruantia recte præſumtio et argumentum capitur.

CRAVETTA. *conſ. 118. n. 3.*

MEV. *ad ius Lubec. qu. prol. 10. n. 30.*

WESENBEC. *conſ. 95. n. 23.*

Überdem auch bekannt iſt, quod quoad eiuſmodi homines regulariter conſueta obtineant, donec contrarium probetur.

MEV. *Conſ. 66. n. 102.*

So hat geſchehener Maſſen erkannt werden müſſen.

Atque hoc ipſum, quod indicauimus ius produxit *iurisdictionem, quam prædiariam, colonariam, ſolariam,* den Bauren-Zwang *appellant*, de qua DAN. HEIDER. *Deduct. Lindav. f. 836. ſqq.* et nouiſſime HERM. AD. MEINDERS *diſſ. de iurisd. colonaria et prædiaria* fuſius commentati ſunt, quo B. L. remittimus. *Nomen et conditio iuris huius.*

§. VIII. Hoc nomine quoque cenſendum eſt XII) *homagium, quod a propriis hominibus exigi ſolet,* quod quamuis in genere ſubditis, qua talibus, iniungatur, eo magis tamen conue- *e) Quoad perſonam exactio homagii.*

nit

ſui hominibus propriis, quos ſubditos paſſim vocari nouimus, quo adſtricti olim ſeruiebant dominis. Equidem negari non poteſt, a iurisdictione repetendum eſſe homagium, quod ruſtici praeſtant, iis maxime in locis, vbi a veteri ſeruili nexu liberati ſunt, verum non vbique, ſiquidem et nobilibus iurisdictione patrimoniali deſtitutis a propriis hominibus nihilominus hoc praeſtari notum eſt.

Conſenſus dominorum in nuptias hominum propriorum.

§. IX. XIII.) *Conſenſus dominorum in nuptias hominum propriorum requiſitus.* Antiquiſſimo aeuo quidem illud effeciſſe videtur dominorum diſſenſus, vt et matrimonia diſſoluerentur. Verum cum matrimonium deinceps ad *Sacramentorum* cenſum referretur ob vnionis Chriſti cum Eccleſia indiſſolubilis repraeſentationem, atque inde *indiſſolubile*, et quod reſcindi non poterat, conſtitueretur *c. 10. C. 27. Q. 2. et c. 1. X. de ſponſ. duor.* ceu expoſui in *emendationibus et Illuſtrat. ad Schilterum L. 2. T. 11. et in Diſſ. de iure principis circa diuortia c. 1.* vid. STRYK *de reliquiis ſacramenti in matrimonialibus c. 1. §. 15. ſeqq.* nec ſeruorum, vtpote quos aeque ac *liberos* ſpirituali et eccleſiaſtico beneficio frui par erat, amplius matrimonia contradicentibus dominis contracta ſolui poſſe, ſponte conſequebatur *C. 1. X. de coniug. ſeruor.* Neque tamen hoc ipſo omnis conſenſui et diſſenſui dominico detracta eſt efficacia, vt potius, quod de Pomerania MEVIUS *l. c. Q. 2. n. 160. ſeqq.* de ducatu Megapolitano *Ord. proc. Megap. tit. 2. ſ. §. 1. 2. 7.* et de Weſtphalia STEINMEIER *diſſ. de iure proprietatis p. 25. ſeqq.* affirmant, memoratis locis diſſenſus domini ſoluat ſponſalia hominum propriorum, re adhuc integra et ſalua, vt denique in conſenſum domini, qui requiritur quoque *Ord. ſubd. ſup. Luſat. art. 4.* neglectum vel diſſenſum poſthabitum, arbitraria poena animaduertatur, quod nouiſſime,

tiſſime, quantum ad Luſatiam, ex reſcripto *S. Reg. Polon. Mai. d. 9. Ian. 1711.* recitato *in diſſ. ſub* SCHACHERO *habita c. 2. §. 13.* intelligi poteſt.

§. X. XIV.) *Vindicatio hominum propriorum*, de qua diffuſa eſt MEVII tractatio. Olim quidem das Beſetzen des Beſatzungs-Recht vid. DATTIVS *de pace publica L. 1. c. 14. n. 119.* contra quam ciuitates plerumque priuilegio ſibi cauebant v. DATT. *l. c. c. 14.* HERTIVS *de hom. propr. Sect. 3. §. 10.* HARPPRECHT *de iure mortuarii*, e contrario vero contra eiuſmodi priuilegia ſe firmari et muniri priuilegio non raro domini curabant. v. DATT. *l. c. n. 73. ſeqq.* Ceterum de iure et modis vindicandi conſulendus eſt MEVIVS laudato tractatu. *Vindicatio fugitiuorum.*

§. XI. Huc non minus referendum XV.) *Ius dominorum libere de prædiis et hominibus propriis abſque prædiis quoque diſponendi*, ſiue inter viuos ſiue vltima voluntate. Olim quidem cum et ſine prædiis alienatos fuiſſe ſeruos, ſupra euictum eſt, et illuſtrat HERTIVS *l. c. S. 3. p. 7.* Nec hodie abſque prædiis alienari et permutari prorſus obſoleuit. In *Luſatia* enim ſine prædiis alienari eoſdem non dubitatur, quamuis hoc caſu audiendi omnino ſint, vbi iuſtas renitendi cauſſas allegare poſſunt. Simile quid de *Pomerania* tradit MEVIVS *P. 3. Dec. 8. n. 2.* Plerumque tamen cum prædiis alienantur, teſte MEVIO im Bedencken. *q. 2. n. 9.* quod quidem deberi videtur iuri Romano, poſtquam in fora Germaniæ penetrauit, quod vt plura circa ſeruitutem Germanicam immutauit, hoc quoque nouiter inuexit per *l. 2. C. de agric. et cenſ. et col.* qua ſine prædiis colonos alienari non poſſe ſtatutum eſt. *Ius dominorum libere de prædiis et hominibus diſponendi abſque prædiis, cum prædiis.*

§. XII. XVI.) *Prædia ruſtica regulariter præſumuntur f) ſeruitiis obnoxia*, vt reſpondit Ill. Facultas Iurid. huius Aca- *Quoad operas prædia.*

ruſtica præſumuntur ſervitiis obnoxia.

demiæ. Und was den Punct der Dienſtpflichtigkeit der wüſten Hauß-Städte betrift, beklagten nicht allein ex qualitate prædiorum ruſticorum die generale præſumtion wieder ſich hat, daß ſolche Hausſtätte und Höfe dienſtpflichtig ſind, cum operæ ex primævo et primordiali conditione prædiis ruſticis inhæreant.

HARPPRECHT. *vol. nov. conſ.* 4. *n.* 47.

Sondern auch S. Königl. Maj. in dem publicirten Edict de A. 1708. zu ſolchem Ende allergnädigſt verordnet, daß die wüſten Hausſtätte wieder angebauet, und das gewöhnliche Dienſt-Geld davon gegeben werden ſolle, dahero denn weder die generalis præſumtio pro libertate Bekl. zu ſtatten kommen mag, da derſelben fortior præſumtio ex qualitate ipſius prædii reſultiret, und daß bißhero keine Dienſte davon gefordert worden, aus keiner andern Urſache herzuführen iſt, als daß die wüſten Städte unbebauet, und durch den Krieg verwüſtet gelegen, weder auch die bloſſe poſſeſſio vel quaſi libertatis ihn ſchützen mag, cum quaſi poſſeſſio non releuet contra illum, qui fundatam in iure communi habet intentionem.

HERTIUS *de quaſi poſſidente probante Sect.* 1. §. 13.

Hactenus reſponſum; res ipſa ex prima rerum harum origine ſatis liquida eſt. Vel enim ab *hominibus propriis* tenentur, vbi indiſtincte ex *ſtatu præiudiciali* ex prædio ab ipſis operæ debentur, niſi aliud actum fuerit; vel a *ruſticis*, quorum in manumiſſionibus operæ plerumque prædiis impoſitæ fuere, quod *Saxoniæ* prædia illuſtrant, quæ operarum neceſſitatem, ad quoſcumque ſui poſſeſſores transmittunt, ſiue ſint *liberi*, et adeo quoque nobiles, ſiue proprietate pertineant ad dominum. Quare *gloſſa Weichbild. ad art.* 3. §. 3. Ihr ſolt wiſſen, daß etlicher Dienſt liegt auf dem Manne, etlicher auf dem Guth, der Dienſt

der

der auf dem Manne liegt, der macht ihn eigen, und heiſt davon *ſervus*, und der Dienſt der auf einem Guth liegt macht einen nicht eigen, davon muß aber der Mann dienen, dem denn das Guth eigen iſt, darum daß er das Guth halten will. *Vid.* SCHILT. *Exerc. 41. §. 42.* B. STRYK. *Vſ. mod. ad tit. ff. de operis libertor.* §. 4. Vnde huius illatæ præſumtionis repetendum eſt fundamentum.

§. XIII. XVII.) *In dubio operas ruſticorum et hominum propriorum præſumi indeterminatas et indefinitas.* Ex iure enim dominii indefinitas et indeterminatas fluere, iuris huius vſus arguit, quatenus *conuentionibus* non eſt circumſcriptus. Iam vero eidem limites ſcriptos et ad certam quantitatem et qualitatem operas fuiſſe redactas, *facti* eſt, adeoque merito probandi onus in eum deuoluit, qui ſeſe fundat in *determinatione*, quod ex duplici reſponſo, *altero* B. STRYK. *Vſ. mod. ad tit. d. Oper. libert.* inſerto, *altero M. Mart. 1714.* confirmat Illuſtris huius Academ. ICtorum Ordo, quod exhibui *Conſult. et Deciſ. tom. II. dec. 23.* Eleganter eam in rem MEVIVS *P. IV. Dec. 131.* *Multum intereſt*, inquit, *qua ruſticos vel colonos, an determinata debeant ſeruitia, an indefinita: determinatio ſeruitiorum hunc effectum habet, vt vltra determinata ſeu expreſſa opera vel ſeruitia alia iniungi non poſſint, nec debeant, quia iſta debitum reſtringit, et extra limites, quos fecit, libertatem relinquit, cui contrarium eſt, ſeruitia iniungere. Quocirca aduerſus exigentem alia quam definita negatoriæ actioni atque exceptioni locus eſt, in qua ei, qui dicit ſibi plura deberi, incumbit probatio. Tali vero non reperta, poteſtatis dominicæ eſt, ruſticis vel colonis etiam alia, quam antea ſolita ſeruitia, ſeu operas imponere. Indefinitum iſtorum debitum permittit domino exigendi facultatem, et imponit ruſticis obſequendi neceſſitatem. Quibus minime ex eo, quod*

In dubio præſumuntur indeterminatæ. Probatur.

Ill. ICt. Hal. Ord. reſp.

Mevii ſententia.

talia

rubia vel alia antea non praeſtiterint, ius denegandi eſt. Sufficit ius exigendi adeſſe ex obligatione ſeu conditione ruſtica vel colonaria, quae, ubi aliud non eſt definitum, ad ſeruitia indeterminate obligat. Exactio merae facultatis eſt, ideo licet immemoriali tempore omiſſa, nec ius dat debitori, nec domino libertatem aufert. Quae vti firmo ſtent talo, ita, quae communiter confundi cum hac quaeſtione ſolent, diligentius diſtinguendae quaeſtiones de ipſa *determinatione* facta operarum, quae omnino inter dominum et ruſticos ius facit, atque ideo valde variat vid. AHASV. FRITSCH. *de iure et ſtatu pagorum c. 6. §. 5.* et de determinandis operis et modis temperatis exigendi indeterminatas MEVIVS *P. 4. dec. 131.* Quae ſi diſtinguamus ab eo, quod hic caput eſt, vt vere diſtincta ſunt, eluctari dabitur difficultatibus, quibus implicantur ii, qui *determinatas* operas praeſumi, loco operarum *pecuniam* non exigi, operas vltra locum domicilii non prorogari, aliis delegari non poſſe, operas aedilitias ſtricte interpretandas eſſe, et quae his ſunt ſimilia, indiſtincte nimis pronunciant. Conferri hic poſſunt HVSANVS *de homin. propr. c. 6.* BECHMANN. *diſſert. de iure operarum.* BERGER. *Oeconom. iur. L. 1. T. 2. §. 8.* B. G. BEYER. *Delin. Pand. p. 498.*

Liberi ruſticorum praeſtis operas ſuas locare tenentur dominis.

§. XIV. XVIII.) *Et ruſticorum et hominum propriorum liberos ad praeſtationem et locationem operarum domeſticarum pro exigua mercede dominis teneri,* et antequam aliis elocent, dominis offerre debere, quod vocant den Dienſt-Zwang *vid.* BERGER. *oecon. iur. L. 1. tit. 2. §. 8. not. 10.* De moribus hac ex parte Saxoniae audienda eſt *Ord. Polit. d. A. 1660. tit. 23. c. 3.* So befehlen wir hiermit ernſtlich, daß künfftig der Unterthanen Kinder ſich bey Fremden nicht eher, ſie haben ſich denn bey ihren Gerichts-Herrn, darunter ſie gebohren, und erzogen, vor ſich ſelbſten oder durch die Eltern angebothen, vermiethen, auf ſolchen

Fall

ſoll ſie auf Begehren ihrer Herrſchaft derſelben 2. Jahr um das in dieſer Ordnung geſetzte Lohn vor einem Fremden dienen. *conf.* CARPZ. *P. 2. deciſ. 5.* De *Luſatia* vero *Ord. prov. ſup. Luſ. d. A. 1595. art. 5.* Daß alle und jede Unterthanen und derſelben Kinder für allen andern der Herrſchafft umb gebührliches Lohn dienen, auch dieſelben, wenn ſie 14. Jahr erreichen, für die Herrſchafft oder deroſelben Gefallen nach für gehegtes Gedinge ſich geſtellen, daſelbſt gerichtlichen angeloben, daß ſie ſich ohne Wiſſen und Willen ihrer Herrſchafft auſſer Landes nicht begeben, und in Dienſte verſprechen, ſondern ihrer Herrſchafft, oder da ſie ihrer ſelbſt nicht bedürffte, deroſelben Unterthanen, oder wem es ſonſt die Herrſchafft vergönnen möchte, zu jederzeit verpflichtet ſind. In ſequentibus contra *contumaces* priuatione hereditatis et banno mit der Acht und Verfeſtigung procedendum eſſe iniungitur. De *Marchia* vid. SCHEPLIZ. *Conſt. Brandenb. P. 4. tit. 10.*

§. XV. XIX) *Homines proprios ad ſeruitia nihilominus compelli, quamuis prædio ſuo et fundo lucello belli vel aliarum calamitatum iniuria non fruantur.* Ita enim diſerte *ord. ſubd. inf. Luſat. tit. 7. §. 12.* Da auch künfftig durch Krieg, Feuers-Noth und andere verderbliche Zufälle einer in ſolche Armuth gerathen ſolte, daß er aus unmöglicher Beſtell- oder Beſchickung ſein Guth oder Garten unbeſchicket ſtehen laſſen müſte, und ihm nicht alſobald von der Obrigkeit Beyhülffe gethan, und bey ſeinem Guth zu bleiben Vorſchub geleiſtet oder andere Mittel verſchaffet worden, darumb er die Herrſchafft vor allen Dingen gehorſamlich und fleißig zu erſuchen, ſoll er doch nicht befugt noch befreyet ſeyn, ſich alſofort in andre Gerichte zu wenden, oder in Dienſt zu begeben, ſondern verpflichtet verbleiben, ſeiner Obrigkeit nebenſt und mit dem Seinigen auf Begehren vor allen andern in ein und andrer Weiſe zu dienen.

Ad operas tenentur, quamvis fundo frui non poſſint homin. propr.

g) Quoad cenſum et varias præſtationes.

§. XVI. XX) *Variorum cenſuum præſtationes.* Has ſeruilem prodere ruſticorum et hominum propriorum ſtatum, colligi poteſt ex iis, quæ ex TACITI *libello de moribus Germ.* ſuperius recenſuimus: *Frumenti modum dominus aut pecoris aut veſtis vt colono iniungit.* Quæ qui ex moribus Romanorum deducunt, iam ZIEGLER. *Diſſert. ſelect. them. 10. de prædiis cenſit. ruralibus* §. 20. recte notauit, inquiens: *Quoad originem ſunt quidam, qui eam inſtitutis Romanorum deberi aſſerunt. Nihil enim illis placet, niſi quod antiquitatem Romanam refert, proindeque cenſitos noſtros ex Romanorum colonis adſcriptitiis prognatos.* Poſt pauca, vbi adduxerat TACITI memoratum locum, ita pergit: *Ex quibus apparet, quod Germani infimæ ſortis homines ex gente ſua aut ab hoſte deuictos (nam hos Tacitus ſeruos appellat) ad fundos rurales colendos ſub annua præſtatione pecoris, frumenti aut rei ſimilis adſtrinxerint.* *Cenſuum* itaque *præſtationes* antiquitus iure ſeruitutis debebantur, quod etiam in *hominibus propriis* retentum, niſi quod *lege*, *pacto* vel *moribus* admodum reſtrictæ ſint. Hæ vero in *ruſticis*, vbi ad liberiorem ſtatum temporis tractu vel *manumiſſionibus* vel *alia lege* peruenere, *prædiis* ipſis impoſitæ ſunt, quæ propterea vocantur Zins-Güter, et a *quibuſcunque poſſeſſoribus* agrorum ruralium debentur, deque iis *actione confeſſoria vtili* contenditur, vti de aliis *iuribus realibus* vid. HERTIVS *de hom. propr. Sect. 3. §. 12.* Iura horum cenſuum, quæ varia ſunt, explicat ZIEGLER *cit. l.* quæ in *Inſtr. pac. art. V. §. 46. 47. 48.* ſecundum *annum decretorium* determinantur, in quæ tamen hic excurrere non vacat. De *cenſibus eccleſiaſticis*, qui *paſtoribus* aliisque *clericis* præſtandi, et ab iisdem fontibus repetendi, ſpeciatim diſponunt. *Ordin. locorum eccleſiaſtica*, et paucis agit *Ziegler de dote eccleſiæ c. 9. §. 55. ſeqq.*

§. XVII.

§. XVII. XXI) *Ius mortuarii*, quod *vltimus cenſus*, vel *ius caduci* quoque, Haupt-Recht, Haupt-Fall, vocatur, cuius vigore domino, moriente homine proprio, certa pars bonorum vel loco eius certa æſtimatio ex bonis defuncti debetur, immo, et vniuerſum aliquando patrimonium, ſi ſine liberis deceſſerit. v. LEHMANN. *Chron. Spir. L. 2. c. 20.* SCHOTTELIVS *de ſing. quibusd. Germ. iur. et* HARPPR. *de iur. mort. c. 2. §. 3.* Quantitas huius, quod domini ſibi vindicant, ex moribus valde variat, cum alibi *tertiam*, alibi *quartam* capiant, alibi vero *rem particularem*, eamque *optimam*, veluti *meliorem veſtem* et *optimum caput quadrupedis*, quod ſpeciatim vocatur, die Chür-Mühe, *ius Curmodicum*, quod ſqq. §§. exponemus. Quandoque etiam vniuerſa bona ad dominum deuoluebantur, quod colligo ex HILDEBERTI *Cenomanenſis epiſtola. 65. Siquidem quoque in diem præfati conuentus huiuſmodi conſuetudo in terra Comitis extiterat, vt decedente marito vel vxore vniuerſa decedentis mobilia in proprietatem poteſtatis tranſirent.* Ceterum quo iure dominus mortuarium exigat, a Dd. in contentionem ambiguam vocatum fuiſſe, eo minus mirandum, quo manifeſtius eſt, pleroſque, vt ex præmiſſis conſtat, naturam *ſeruitutis Germanicæ* perfunctorie ſaltem ponderaſſe, nec ex vero æſtumaſſe. Scilicet iuris huius *natales* in his collocari ſolent cauſis: 1) quod hoſtibus deuictis *tributa* imponere, eoſdem *agrorum parte* multare, *mancipiorum* loco habere, et ſub *annuo canone* in agris relinquere, non modo Romanis ſed aliis gentibus iuſtum et frequens fuerit: quo adſtructo *bellicæ captiuitati* tribuuntur iuris huius primordia: 2) quod exerceatur *ad imitationem illius veteris* apud Romanos iuris, quo patronus liberto in certis caſibus ſuccedebat, cum *homines proprii* libertis comparandi ſint. SICHARD. *ad l. 1. C. de oper.*

b) Quoad bona ius mortuarii.

oper. libert. n. 1. 3. MEINDERS *de iurisd. colon. p. 19. et ibi citatus* VADIANVS 3) quod ius hoc dominis in aliquam defenſionis ſeu *clientelæ remunerationem* conceſſum videatur: 4) quod per hunc *vltimum cenſum* omiſſa, dum viuerent, vel neglecta a propriis hominibus iam defunctis compenſarentur ſeruitia. Cauſſas has plenius explicat HARPPRECHTVS *l. c. c. 3.* ſed quæ omnes, me quidem iudice, *inadæquatæ* ſunt. Prima non eſt vniuerſalis, ſed ſeruituti ex bello ortæ ſolum propria; cum tamen *mortuarium ab omnibus* in vniuerſum exactum fuiſſe ſciamus; altera *inanis* et *præcedenti* iam capite notata, tertia plus roboris non habet aut connexioms, quia alias hac ex cauſſa potius *domino territoriali* competeret exactio; vltima denique petita quidem ex HENRICI II. *diplomate*, ſed magis prætextum et fucum quam veram cauſſam habet. Propius itaque ſine dubio rem tangunt, qui *a iure proprietatis*, quod domino in ſeruos etiam *gentium iure* competit, iuris huius fontem deriuant. Germanis æque ac Romanis ſeruos, ſed *non in morem Romanum, fuiſſe*, explanauimus. Romani ſeruos ſuos alebant, qui in ipſorum erant familia, adeoque omne, quod acquirebant, dominis acquirebant, niſi quod *peculii iure* et *nomine* iis quandoque relinqueretur. Germanis diuerſum inſtitutum, quilibet ſeruus ſuos regebat penates, *propriam* quiſque *ſedem* cum familia tenebat, ex qua, non ex domini penu, *victum* ſibi quærebat. Ex bonis itaque, quæ acquirebant, tantum omnino relinquendum, vnde ſe et familiam alerent. Seruis defunctis, ceſſabat hæc cauſſa, adeoque domino *iure proprietatis in corpus et bona ſeruorum* integrum erat, bona defuncti occupare vel *in vniuerſum*, vel *pro parte*; poſterius placebat, liberis ſerui exiſtentibus, quia, qui *patris defuncti* vices ſupplebant et præſtanda præſtabant, aliquid omnino

no relinquendum erat. Atque huc collineat quoque eorum coniectura, qui *iure peculii, non hereditario* hoc ius dominis in bona hominum propriorum aſſerunt vid. HARPPRECHT. *l. c. S. 1.* et FABER *in C. L. 7. tit. 1. def. 23. n. 5.* quamuis rurſus homines proprii plus habeant iuris in *bona acquiſita*, quam olim ſerui in *peculium*. Quæ conditio bonorum ſeruorum deinceps æque immutata fuit, et varias reſtrictionis leges accepit tractu quidem temporis, vt ipſa ſeruitus: vnde diuerſiſſima eiuſdem inualuit praxis, quam pleniſſime euoluit prælaudatus HARPPRECHTVS.

§. XVIII. Eoſdem habet natales XXII) *Ius optionis, Ius Curmodicum* das Chûr-Recht, die Chur-müd, ab antiqua voce Chûr vel Chûren *optare*, vnde et bona, ex quibus hoc debetur, vocantur bona *curmodica* vid. SCHOTTELIVS *l. c. S. 1.* quod quibuſdam in locis in *locum mortuarii* ſucceſſit, cum minores domini hoc ſolo contenti eſſent. Indolem et rationem iuris huius explicant HENRICI *Imp. d. A. 1015. diploma apud* BRVSCHIVM *de monaſt. Germ. ſub tit. mons monachorum p. 314.* et LVNIG *in Germ. ſacr. diplom. p. III. p. 12.* et CAROLI IV. *diploma d. A. 1347. apud* HEDAM. *p. 360.* et MEINDERS *in diſſ. 2. de iurisdictione colon. p. 123. ex veteri quodam ſcripto*: Und iſt Churmüd wan im Freyen-Hagen auf Churmüdigem Gutte ein Mann offte Fraue verſtirbt, daß mein gnädiger Fürſt und Herr alldar nicht mehr dann ein Pferd, wannehr es da nicht iſt, eine Kuhe, wann die dann auch dar nicht iſt, alsdann vor alles ein Schilling 6. Pfennig krieget. Qui bona hæc cum *emphyteuſi* comparant, indeque argumenta nectunt, ne hi in ea, quæ ſæpius reiecimus, grauiter impingunt. Illud addo, bona hæc curmedica vel cormodica dici non a Chur et mieth, hoc eſt ab *electione* et *locatione*,

Ius optionis ſeu curmodicum.

tione, vt MEINDERS *l. c. p. 124.* exiſtimat, nam antiquis tabulis vt plurimum **Churmüd** vel **Churmod**, vt ipſe *p. 113.* inſinuat, vocatur, adeoque rectius peti *deriuationem* a **Chur** *electio*, et **od**, quæ vox antiquitus denotauit *poſſeſſionem vel bona*, vti iuris feudalis interpretes obſeruarunt paſſim, et ita inuoluere conceptum bonorum *electionis*, et *optionis* iuri ab antiquo obnoxiorum.

Ius nobilium venandi in prædiis ruſticorum et propriorum hominum.

§. XIX. XXIII) *Ius venandi in prædiis ruſticorum et hominum propriorum*, quod hodie nobiles in iiſdem exercent, vtpote quæ ruſticis olim conceſſere. Limites enim quamuis acceperit hoc nobilium ius, ex quo, introducto iure feudali Longobardorum, ſenſim interdici in propriis fundis et ad *regalia* referri cœpit; v. HEIGIVS *P. 1. Q. 15.* (id quod textus 2. *F. 56.* et 2. *F. 27.* ſuadere videbantur, licet vterque textus probanda parum probet, ſiquidem a *iure piſcandi*, de quo 2. *F. 26.* diſponitur, *ad venationem* colligere non licet, cum illud ſine dubio in cenſum *regalium* veniat, quia *flumina* ipſa iure regalium cenſentur, et alter 2. *F. 27.* ſaltem *in Italia* a FRIDERICO ius venandi eſſe reſtrictum, et, vt verba præcedentia innuunt, *ruſticis* et *mercatoribus* interdictum euincant;) Germani tamen longo tempore poſt hanc conſtitutionem *libertate venandi* in fundis ſuis, quo et prædia ruſtica ſpectant, vſi fuere. Non nego, in quibuſdam prouinciis ius venandi amplius liberum non eſſe, ſed ad *regalia* relatum: verum vniuerſalis inde non conſequitur Germaniæ praxis, et nobiles quoque maioris ſecuritatis cauſſa, vt *litteris inueſtituræ* ius hoc insereretur, curaſſe; Sed illud ipſum eſt, quod aliis præiudicium inferre non poteſt, ſi deſit *prohibitio publica* legis prouincialis, quæ ſoli principi ſeruatur. Deinde vbi vel ex *inueſtitura* vel *antiqua obſeruantia* nobiles ius venandi

nandi habent, illud exercent in *prædiis* et ruſticorum et hominum propriorum, non aliunde, quam ex antiquo dominorum *in res ruſticorum iure.*

§. XX. XXIV) *Ius expellendi proprios homines ex fundo,* quod vocare ſolent die Abeuſſerung; prædia enim *caſatos ſeruos* a dominis ſuis accepiſſe, ſuperius deductum eſt, quæ iure magis *precario* et ſic *non ſibi ſed dominis* poſſidebant. Idem adhuc hodie in Marchia Brandenb. ducatu Megapolitano, inferiori Saxonia frequentari tradunt HERTIVS *l. c. §. 8.* MEVIVS *ad ius Lubec. L. 1. tit. 3. art. 3. n. 36. et conſil. 66. n. 40.* SCHEPLIZ. *ad conſuet. Brand. p. 4. tit. 7. §. 2. n. 12.* Immo *veſtigia huius iuris* adhuc deprehenduntur in bonis, quæ vocantur Schillings-Hauer. Atque hinc eſt, quod fruſtra ſibi hi homines *a) dominium* aliquod *vtile* arrogent, quod facilius tribui poteſt *ruſticis* in Saxonia, prædia ruralia poſſidentibus, qui eadem pleniori iure, quam homines proprii, et titulo oneroſo acquiſiere, adeoque inde expelli non poſſunt. vid. ZIEGL. *diſſert. ſelect. them. 10. de prædiis cenſiticis ruralibus §. 34. b)* quod de agris conceſſis diſponere aut teſtari nequeant, quamuis de aliis acquiſitis id ipſis liceat, modo domino ſaluum ſit ius mortuarium. Quare MEVIVS im Bedencken ꝛc. *q. 1. n. 35.* ita cenſet. Und obgleich die Höfe, ſo die Bauren bewohnen, ſamt den Aeckern, und andern Zubehör, ſo dabey geliefert worden, derſelben Eigenthum nicht ſeyn, ſondern der Herrſchafft verbleiben, darum darüber nicht diſponiren oder Veränderung vornehmen können, ja wenn ihnen aufgeſagt, weichen müſſen, ſo iſt doch gleichwohl, was auſſer deme ſie haben oder erwerben, ihr eignes Guth, und können darüber ſo ſchalten und walten handeln und Vormachung thun. Hiſce addimus caſum, ſi domini ad *certam quantitatem* ius *contrahendi* homi-

Ius expellendi proprios homines ex prædiis.

hominum propriorum *reſtrinxero*, ne ipſi domini forte præiudicium capiant, aut alias ſuo iure excidant, prout ſancitum *Ordin. Prou. Morauiæ*, daß kein Unterthan über 30. ß. groſch Böhmiſch. (quod ad 5. thal. nondum accedit) ohne des Herrn oder Amtmanns Wiſſen Schulden machen oder Bürgſchafft leiſten könne. vid. IOH. IAC. a WEINGARTEN Auszug der Böhmiſchen Rechte *lit. Q. n. 22.* c) quod domini paſſim, in primis in Weſtphalia vocentur Guths-Herrn, cum prædiorum dominia habeant. Sed et hoc ius pactis atque legibus publicis varie reſtrictum eſt ex *abuſu* forte dominorum, cum expediat reipublicæ, ne quis re ſua male vtatur.

c) quoad ſtatum in republica dignitatum habentur incapaces et opponuntur adhuc liberis.

§. XXI. XXV) *Homines proprios dignitatum haberi incapaces, eorumdemque ſtatum adhuc hodie opponi ſtatui liberorum et ingenuorum*, quam in rem elegantes ſunt coniecturæ THOMASII *diſſ. de hominibus propr. Germ. §. 90. ſeqq.* Quæ olim de *notariis* et *ſcabinis* iudiciorum Weſtphalicorum conſtituta ſunt, *Sect. I.* enarrauimus. conf. interim DATT. *de pace publica l. 4. c. 3. n. 42. ſeqq.* Nec hodie obnoxiam proprietati conditionem hanc exuiſſe indolem tradunt STAMMIVS *l. c. L. 3. c. 20.* GAILLIVS *de arreſt. Imp. c. 8.* PHILIPPI *Vſ. pract. L. 1. ecl. 39. n. 7.* Et ſane illud indicium non leue eſt priſtinæ ſeruitutis in hominibus noſtris, quod nec hodie, niſi *manumiſſi* ſint, in *mechanicorum* recipiantur *collegia* vid. GAILL. *l. c. n. 29. et* PHILIPPI *l. c.* nec *ad iura ciuitatis* admittantur, niſi exhibitis litteris (vulgo Mann-Recht) quæ fidem faciant, *ſolutos* eos eſſe nexu *proprietatis* v. LEHMANNVS *Chron. Spir. L. 4. c. 22.* STAMMIVS *l. c. n. 3. et* KNIPSCHILD *de iure et priuilegiis ciuitatum imper. L. 2. c. 8. n. 150.* vnde notiſſima, præſertim Sueuiæ, eſt iuris Germanici illa parœmia: Keine Henne fleugt über die Mauren, quod homines proprii *ex pro-*

Non admittuntur ad collegia mechanica.

Ad iura ciuitatis.

prouinciæ moribus gallinas (die Leib-Hüner) dominis in cenſum præſtare ſoleant. vid. HERTII *Parœm. iur. Germ. L. 2. par. 11. p. 607.*

§. XXII. Tandem quoque nec hodie proprios homines adipiſci liberationem a proprietate, manifeſtum eſt, niſi *manumiſſione*, cuius ex variis modis, quos antiquitus ſeruatos commemoraui, remanſit adhuc illa *per epiſtolam et inſtrumentum*, quod vocant den Erlaß-Brieff, den Loß-Brief, die Loßlaſſung *vide Ord. ſubd. ſup. Luſ. art. 4. et* WEINGARTEN *l. c. lit. Q. n. 2. conſ. fuſiorem* MEINDERSII *tractationem diſſ. 3. de manumiſſionibus et redemtionibus hominum propriorum*, quarum formulæ exhibentur apud HVLD. AB EYBEN *diſqu. 2. ad Inſtit. obſ. 12.* et recentiſſimæ apud MEINDERSIVM *l. c.* Quod adeo verum eſt, vt nequidem, qui ad dignitates prouecti iam ſunt, tacite manumiſſi et proprietatis nexu ſoluti cenſeantur, ſed pretio liberationem adhuc redimant. *vid. Ord. ſubd. ſup. Luſ. art. 4.*

Manumittuntur per epiſtolam.

Nec liberantur dignitate a nexu proprietatis.

§. XXIII. Non paucos et non minus luculentos priſcæ Germanorum ſeruitutis effectus hodienum adhuc hominibus propriis moleſtos in ſcenam produxi, non tamen omnes. Tam late enim patet hoc argumentum, vt in conferendis cuiuslibet Germaniæ prouinciæ circa homines proprios et ruſticos moribus et legibus ſpecialibus ad iura antiqua Germaniæ circa ſeruos ampliſſimus adhuc ſeſe offerat campus. Nobis luculentiſſimos et maxime obuios expoſuiſſe ſatis eſt, cum longiori et fuſiori meditatione hæc expendere latiusque excurrere et inſtituti et temporis rationem excedat, adeoque nihil nobis reſtet, quam vt vltimam iam manum tractationi imponamus, atque diuinam Numinis præſtitam opem deuoto pectore veneremur.

Concluſio.

EXERCITATIO XIX.

AD LIBR. I. PAND. TIT. V.

DE

LIBERTATE IMPERFECTA RVSTICORVM IN GERMANIA.

§. I.

Ruſtici alii ſerui alii liberi.

Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem, eſſentne ruſtici, qui a vinculo ſeruitutis antiquæ quodammodo liberati, vere et plene liberi, an potius adhuc ſeruitutem quandam ſeruirent, vel ad minimum *imperfecta* maxime gauderent libertate? Conclamatum enim eſt, ruſticorum hodie in Germania eſſe duo genera, quorum alii dicuntur *proprii homines, ſerui, mancipia,* Eigenbehörige, Leibeigene: alii vero *liberi homines*, freye Leute, freye Bauren, quos ex antiqua ſeruitute Germanorum *manumiſſos* arbitrantur communiter. Cum vero æque *ſeruitus* ac *libertas* ſit qualitas moralis, homini adhærens, et peculiares propriosque effectus producens, qualitas vero gradus varios admittat; conſequens eſt, vt tam *ſeruituti* quam *libertati* gradus certi aſſignari queant, his tribus diſtinguendi ſcalis, vt alius ſit *ſupremus*, alius *medius*, alius denique *infimus*. Præterea *libertas* alias poteſt dici *publica*, quæ potiſſimum in Germania intuitu *regiminis publici* ſeſe exſerit, variisque gaudet prærogatiuis, quo in ſenſu ſtatus imperii, et libera ac immediata imperii nobilitas *libertate* gaudere dicuntur, qui etiam olim κατ ἐξοχην *liberi* dicti, Herren, freye Herren, de qua *libertatis* ſpecie agit B. de LYNCKER de *libertate ſtatuum imperii.* Etiam nobiles

Dantur tamen gradus et ſeruitutis et libertatis.

Libertas publica,

[illegible] *medius*, ſeu ſtatus prouinciales intuitu prouinciarum huc ſuo modo pertinent, ab antiquo magna *libertatis* prærogatiua in dictis prouincialibus præ ceteris ſubditis gaudentes. Alia *Priuata.* etiam eſt *priuata*, intuitu priuatorum iurium ita dicta, quæ ſcilicet ab omni nexu ſeruili vel *in totum* perſonam immunem conſtituit, et nullius poteſtati dominicæ priuatæ ſubiicit, vel ad minimum eam magnopere modificat atque mitigat. Libertas enim *relatiue* huc conſideranda, vt *oppoſitum ſeruitutis*. Quia vero *ſeruitus Romana a Germanorum* non vnice æſtimanda ex legibus Romanis, ſed *patriis, domeſticis*, atque *ſtatu Germaniæ*. *Libertas a*) omnem excludebat neceſſitatem *inſeruiendi* priuato: *ſeruitus* includebat, adeo, vt nobiles, qui ſe alterius ſeruitio cum liberis mancipabant, *ſerui miniſteriales* fierent, de quibus agit HERTIVS *de propr. homin. ſect. XV.* Vnde in *LL. Baiuuarior. tit. 6. c. 3. §. 1.* apud LINDENBROG. *in Cod. LL. antiq. p. 412.* dicitur. *Vt nullum liberum ſine mortali crimine liceat inſeruire, nec de hereditate ſua expellere. Sed liberi, qui iuſtis legibus deſeruiunt, ſine impedimento hereditates ſuas poſſideant.* b) Poſſidebant liberi *allodia* iure *perpetuæ proprietatis*, non item ſerui, *alienis agris* colendis inhærentes. Sed pedetentim mitigata ſeruitus; libertas vero facta addictior, vt gradus ſuos æque vt apud Romanos, receperit. Inde *ſupremus* libertatis gradus dicendus, qui *Supremus libertas.* omne prorſus *vinculum priuatum ſeruile* ignorat: *infimus* vero, qui *Infima.* ſeruitutis antiquæ nexum in plurimis retinuit, eo ſolo excepto, quod proprietas in ipſum corpus ſublata, et ita ſolenni manumiſſione non ſit opus; interim tamen ad *ſeruitia ſeruilia* adeo adhuc adſtricta, vt fere conditionem *propriorum hominum* referre videatur, quorſum pertinent ruſtici, quoad ſtatum ſuo modo liberi, ſed adhuc in prædiis ruſticis ſedentes, qui ſub

iugo antiquarum operarum indeterminatarum, confictum aliarum-que *præſtationum ſeruilium* gemunt, quamuis, ſi diſcedere, prædiumque ruſticum relinquere quam vetera onera ſubire malint, *manumiſſionis* litteris non indigeant, eorumque liberis, ad ciuitatum commercia et opificum collegia tranſeuntibus, nulla nota ſeruitutis inuri et obiici queat. Atque hanc *libertatem imperfectam* dicendam eſſe exiſtimo, quod proxime ad *ſeruitutis iugum* accedat, et magis *ſpeciem*, quam verum libertatis vſum habeat. *Intermedium* gradum illa libertatis ſpecies tenet, quæ ruſticos a plerisque oneribus ſeruilibus immunes præſtitit, et duntaxat quibuſdam præſtationibus operisque determinatis ſeruilibus ſubiecit, quorum ſtatus longe præſtantior præ illis eſt, qui in *infimo* libertatis ſubſiſtunt *gradu*.

Media.

§. II. Quemadmodum vero ruſticorum conditio olim ſeruilis in Germania fuit, vt maxima eorum pars adhuc hodie idem iugum ſubire cogatur; ita de immutato ruſticorum plurimorum ſtatu non omnium quidem eadem eſt ſententia, vt tamen interpretes plerique in eo conſpirent conueniantque, ruſticorum liberorum maiores per Saxoniam aliasque prouincias eſſe manumiſſos, ſeu expreſſa dominorum voluntate a poteſtate herili ſecundum quid dimiſſos, et ita eorum poſteros *libertorum* inſtar iudicandos eſſe. Neque tamen hæc opinatio deſtituta eſt difficultatibus, quin potius grauiſſimis inuoluta ſcopulis. Deinde etiam hoc in controuerſiam deducitur: quin factum fuerit, vt tam diuerſa ruſticorum conditio introducta, tam diuerſæ eorum leges, præſtationes, mores? Vnde factum, vt alii maxime imperfectum libertatis gradum obtinuerint, vt ne quidem *ius mortuarii* in iis vbique ceſſauerit, alii vero meliorem conditionem induerint, parumque ſeruilium onerum retinuerint? Denique ma-

Ruſtici quomodo liberi facti?

An per manumiſſionem?

magnos quoque fluctus illi mouerunt interpretes, qui quæuis inſtituta prædiorum ruſticorum atque ipſorum agricolarum ſtatum vnice ad *iuris Romani* placita examinare, et conferendo ruſticos noſtros cum *ſeruis Romanis* quoſcunque liberos pronunciare voluerunt, et ita argumentum a *libertis Romanis* ad operas ruſticorum trahi poſſe cenſent cum IOANNE FRANCISCO BALTHASARE ICTO SALISBVRGENSI, *in tract. de operis ſubditorum cap. I. pag. 4.* quorum in cenſu quoque plures alii ſunt. Quia itaque rei Germanicæ intereſt, vt ſtatus ruſticorum, quos *liberos* pronunciant, paullo accuratius ſub examen reuocetur, et non ex peregrinis, ſed *propriis* et *domeſticis* principiis excutiatur, quo de obligatione eorum ad operas et præſtationes antiquas eo certius poſſit ferri iudicium: operam haud inanem me ſuſcepturum eſſe arbitratus ſum, ſi doctrinam iuri Germanico propriam *de imperfecta ruſticorum*, quos *liberos* vocant, *libertate in Germania* curatius exponerem; idque potiſſimum agerem, vt iura peregrina ab his præſepibus domeſticis arcerem, rationes iuris vnice ex fontibus *iuris Germanici* petiturus. Id vt eo felicius et facilius procedat, neceſſe eſt, vt I) ſtatus antiquus ruſticorum Germanorum ſeruilis in ſcenam producatur: II) occaſiones detegantur, quibus plurimi ad libertatis quendam gradum *medium* vel *infimum* deducti fuerint, inſignis vero, immo maxima pars eorum ſtatui ſeruili obnoxia manſerit: III) concluſiones inde legitimæ deducantur, in controuerſiis quotidianis forenſibus inſignem præſtantes vtilitatem, lucemque obſcuriſſimis quæſtionibus afferentes.

An cum ſeruis Romanis conferendi?

Thema diſſertationis.

Eius ordo.

§. III. Ante omnia vero hic repeto et præmitto, quod iam §. *præc.* monui, cauſſam *ruſticorum hodiernorum*, quadam libertate gaudentium, minime agendam ex iure Romano; ſed potius ex

Principia iuris Germanici in hoc themate obſeruanda.

De iudicio Meuii,

ex antiquitatibus Germaniæ, diplomatibus, teſtimoniisque eorum, qui res Germanicas ſcripſerunt, decidendam atque pertractandam eſſe. Agnouerunt hoc ipſum ICti magni nominis, qui iuris Germanici fontes eruerunt, inter quos primum locum aſſigno MEVIO, *in tract. Germ.* Von dem Zuſtand, Abforderung und verwiederter Abfolge der Bauers-Leute. *qu. princip. 1. n. 2.* hunc naeuum plurimis familiarem hoc modo depingenti. Wie der mehrere Theil derer, ſo den Titul eines Rechts-Gelahrten ſich anmaſſen, der Unart iſt, daß, wenn ſie von denen Dingen und Gewohnheiten, ſo in Teutſchland ſich heutigen Tages begeben, urtheilen ſollen, ſie auf des Römiſchen Reichs vor Alters gemachte Satzungen und Ordnungen alleine ſehen; dabey aber vergeſſen, daß die Zeiten und mit denſelben alle Dinge veränderlich ſeyn, darum zum öftern weit verfehlen, und ſich ſtoſſen: ſo geſchiehet daſſelbige auch in dieſer Materie, ſo die Bauers-Leute, wie man zu dieſen Zeiten findet, angehet, denen viele alles ohne Unterſcheid, was man in iure veteri Romano von den agricolis, colonis adſcripticiis, ruſticanis und dergleichen Leuten lieſet, appliciren, und darnach ihre Meinung richten; da ſie doch zuerſt diejenige, ſo an ſich gantz unterſchiedener condition geweſen, confundiren, und, wenn, was von ieden geſetzt, allein auf heutige Bauers-Leute ſoll gezogen ſeyn, ihre Unwiſſenheit an Tag legen, daneben durch die übel zuſtimmende application zu vielen Weitläuftigkeiten, Irrthum und ſchädlichen opinionen Anlaß geben. Neque tamen ſemper hic ICtus memor huius principii fuit, vt paſſim in *conſiliis* et *deciſionibus* ad libertos Romanorum prouocet, et *p. IV. deciſ. 271. n. 2.* tradat, doceatque, *ruſticos,* libertate quadam gaudentes, *aequiparari libertis Romanorum, et ab his ad illos argumentum duci;* qualis argumentandi ratio plu-

res

res errores peperit. Huic iungendus eſt CASPAR ZIEGLERVS, *Ziegleri,* diſſert. *de prædiis cenſit. ruralibus* §. 20. aſſerens: *quoad originem* (prædiorum cenſiticorum ruralium) *ſunt quidam, qui eam inſtitutis Romanorum deberi aſſerunt. Nihil enim iis placet, niſi quod antiquitatem Romanam refert, proindeque cenſitas noſtros ex Romanorum colonis, adſcriptitiis prognatos iactitant.* IDEM §. 21. addit: *ſed putidum videtur, a Romanis quaſuis petere origines.* Olim etiam VDALRICVS ZASIVS *lib. II. ſingular. reſp. cap. VII. n. 8.* *Zaſii,* ita cenſuit: *ſic ſerui anonymi in noſtra Germania, homines proprii dicti, nec adſcriptitii, nec coloni, nec capite cenſi, nec ſtatu liberi, nec liberti ſunt, de omnium tamen natura aliquid participant,* euidente ſane argumento, ſtatum ruſticorum aliunde arceſſendum eſſe. Pariter ANDREAS OCKELIVS *de præſcript.* *Ockelii,* *immemor. cap. II. th. 7.* hac de re ita cenſuit: *cum homines proprii Germanorum a ſeruis Romanis differant, male leges iuris Romani tam occidentalis quam orientalis, h. e. cum ſtatutis et moribus Græcorum populorum, quoad ſtatum ſeruorum, commixti, huic controuerſiæ decidendæ indiſtincte applicantur.* In eamdem ſententiam quoque tranſiit IOAN. ADOLPH. MEINDERS *in tract.* *Meinderſenii,* *de orig. et progreſſu, natura et moderno ſtatu nobilitatis et ſeruitutis in Weſtphalia diſſ. II. pag. 94.* qui, *ex quo,* inquit, *colligitur et ſimul ſequitur, conditionem horum ruſticorum, ſiue colonorum, non ex iure Romano, ſed ex moribus et conſuetudinibus locorum, nec non ex LL. patriis et conſtitutionibus prouincialibus et contractibus emphyteuticis ſiue pactis et conuentis in ſcripturam redactis eſſe æſtimandam et metiendam. Ideoque controuerſias de hoc iure ſubortas ex hiſce moribus et ſtatutis, non ex iure Romano eſſe iudicandas et decidendas.* Affert idem ICtus in ſeqq. ſanctionem pragmaticam FRIDERICI, regis Boruſſiæ glorioſæ memoriæ, de *Friderici I. regis Boruſſiæ.*

anno

anno 1705, in cuius verbis procemialibus refertur, antehac diſceptatum fuiſſe: **nach welchen Rechten ſolche controuerſien zu entſcheiden, ob dieſelbe nach denen gemeinen Römiſchen Rechten, oder nach denen Landes-*conſtitutionen* und Gerechtigkeit deciditet werden müſſe?** Sapienter vero et prouide rex potentiſſimus conſtituit. **So ſetzen und ordnen wir, daß in genere die controuers, ſo unter unſeren Erb-Mayerſtättiſchen Unterthanen, als welche aus dem Eigenthum mehrentheils herrühren, und genauer als die Römiſche *Emphyteutæ* oder Erb-Zins-Leute laut denen alten Erb-Mayer-Briefen eingeſchrencket worden, nicht nach den gemeinen geſchriebenen Rechten, ſondern nach der alten Jüliſchen Policey-Ordnung ꝛc. ſodann nach alter hergebrachter Landes-Gewohnheit** (quibus verbis *antiqua iura Germanica* deſignantur) **und denen alten Erb-Mayer-Briefen decidiret und abgethan werden ſollen.**

Delectus auctorum in hoc themate habendus. §. IV. Huic obſeruationi etiam hæc iungenda eſt cautio, vt delectus in euoluendis auctoribus habeatur, qui de iuribus et obligationibus ruſticorum varia ediderunt opuſcula. Generatim *de potioribus rei ruſticæ in Germania ſcriptoribus* conſulendus eſt IOH. WILHELM. GOEBELIVS in *diſſ. de ſingular. quibuſdam prædiis ruſticorum, quæ ſunt in terris Brunſuico-Luneburgicis et vicinia.* Hi omnes tamen in duas claſſes ſecerni poſſunt, quorum quidam adhuc nimium lambunt riuulos alienos, ex fontibus iuris Romani deductos: quidam vero propius ad *inſtituta Germanica moresque antiquos* accedunt. *Prima claſſis,* Principem inter omnes locum tenet ill. quondam huius academiæ Cancellarius Dn. de LVDEWIG *de iure clientel. Germanor. in feudis et colonis*, vtpote qui non tantum in hac, ſed in omnibus aliis iurium

ſtium doctrinis *differentias iuris Romani et Germanici* exacte docuit, et ex intimis eruit antiquitatibus, magno iurisprudentiæ hodiernæ commodo inſeruientes. Huic iungi debent HERTIVS et THOMASIVS *de hominibus propriis*, et prædictus GOEBELIVS tum *cit. diſſert.* tum in *tr. de iure et iudic. ruſticorum fori Germanici.* Optime quoque ſupra laudatus MEVIVS *in tr.* **vom Zuſtand der Bauers-Leute**, pleraſque difficultates eruit, cuius etiam veſtigia legit Dn. DAVID GEORG. STRVBE in *comment. de iure villicorum, vulgo* **vom Meyerrecht.** Nec ſilentio prætereundi IO. ADOLPH. MEINDERS in antea laudato tract. et Dn. IO. GEORG. PERTSCHIVS *de diuiſ. operarum in determinatas et indeterminatas*; POTGIESSERVS *de condit. et ſtatu ſeruorum apud Germanos tam veteri quam nouo*, qui id maxime egerunt, vt ſtatum ruſticorum Germanicorum non a *Romanis ſeruis* vel libertis, ſed ex legibus domeſticis repeterent, in quo ſtudio non minus verſatus ſum in *exerc. de iure et ſtatu hominum propriorum a ſeruis Germ. non Rom. deriuando.* Priori claſſi quoque plures nomen ſubſcripſerunt, ex quibus tantum paucos referre liceat, cum maior eorum quam claſſis ante relatæ numerus ſit. Mentionem iam antea feci ICti Salisburgenſis, BALTHASARIS *de operis ſubditorum*, in plura deuia lapſi, quandoque tamen rem acu tangentis; quod etiam dicendum eſt de STRVVIO *de operis et ſeruitiis ruſticor.* IOH. HERM. STAMMIO de *ſeruit. perſ.* IO. FRID. HVSANO *de ſeruis et hominibus propriis*; IOAN EVCHARIO ERHARDTO *de operis ruſticorum*, qui tres cum HIPPOLITHO BONACOSSA *de ſeruis et famulis anno 1699.* coniunctim editi; caute tamen legendi ſunt. Edidit quoque IO. ANDR. FROMMANN *diſſ. de ſubditorum et maxime ruſticorum operis*, item IO. VOLCKMANNVS BECHMANN de *iure opera-*

Secunda claſſis.

rum, in vtroque tamen præiudicium auctoritatis iuris Romani magnopere adhuc prædominatur. De qualitate bonorum ruſticorum vtplurimum laudari ſolet IVSTVS HAHN *de iure colonario ſiue perpetua colonia*. Quid vero ſani ab eo expectari potuit, qui nil niſi leges Romanas vbique crepat, et contorte ad *modum tenendi prædia ruſtica* applicat, atque in noſtris ruſticis *antiquas emphyteuſes Romanas* reuiuixiſſe credidit.

Tempore Taciti duo ſeruorum genera,

§. V. Antequam vero de *libertate imperfecta ruſticorum in Germania* legitime agi queat, neceſſe eſt, vt pauca de *ſeruis et mancipiis Germanorum* quædam præmittantur. Tempore TACITI *ſeruorum duo genera* fuiſſe, conſtat, quorum alterum in *adſtrictiſſima* et duriſſima ſeruitute, alterum vero in ſtatu ſeruili paullo *leniori* conſiſtebat.

Primum genus;

Illuc pertinebant 1) ab *hoſtibus capti* in duriſſimam ſeruitutem abiecti, quod vel Varianæ clades demonſtrat, teſte SENECA *epiſt. 27.* aiente: *Ex Variana clade quam multos ſplendidiſſime natos, ſenatorium per militiam auſpicantes gradum fortuna depreſſit, alium ex illis paſtorem, alium cuſtodem fecere Germani.* 2) qui *ludo victi* diſpendium libertatis fecerant, de quibus TACITVS *de moribus Germ. cap. 24. et 25.* hæc habet: *Victus voluntariam ſeruitutem adit, quamuis iunior, quamuis robuſtior, alligari ſe ac venire patitur. Ea eſt in re praua peruicacia: ipſi fidem vocant. Seruos conditionis huius* (duriſſimæ ſcilicet, et ab aliorum ſeruorum conditione diuerſæ) *per commercia tradunt*, (Romanis maxime, qui Germanos ſeruos in ſummo habebant pretio variis ex cauſſis,) *vt ſe quoque pudore victoriæ exſoluant.*

Alterum genus culturæ agri inſeruiens.

Ab his TACITVS diſtinguit ſeruos *ruri colendo* præfectos, et ex infima plebe probabiliter ad hanc ſeruitutem tractos, quod, qui aliter ſe ſuosque ſuſtentare haud poſſent, ſed aliorum indigerent auxilio, ſponte ſe in hanc ſeruitu-

tem

cum perpetuum dominis traderent, eisque pro neceſſitate domeſtica ſeruirent, leniori hac de cauſſa imperio conſtringendi. TACITVS *c. l.* hos ipſos tum a *prioris generis ſeruis*, tum a *ſeruis Romanis* accurate diſtinguit, vt tamen ſimul doceat, eos iure Germanico *veros ſeruos* fuiſſe, cum ſicuti *libertas*, ita etiam *ſeruitus* gradus admittat, et pro cuiuſuis populi inſtitutis variam recipiat determinationem. *Ceteris ſeruis*, ait TACITVS *cap. 25. non in noſtrum morem, deſcriptis per familiam miniſteriis, vtuntur, ſuam quisque ſedem, ſuos penates regit, frumenti modum dominus, aut pecoris, aut veſtis vt colono iniungit: et ſeruus hactenus paret. Cetera domus officia vxor et liberi exequuntur.* Atque hoc ipſum tantum dominum et ſeruum diſtinguebat, non liberalior aut elegantior educatio. Rurſus TACITVS *cap. 20.* teſtis eſt: *Dominum ac ſeruum nullis educationis deliciis dignoſcas. Inter eadem pecora, in eadem humo degunt, donec ætas ſeparet ingenuos, virtusque agnoſcat.* Sicuti autem Germanorum vitæ genus in duobus conſiſtebat: in *vita* nimirum *militari* et *agraria*; ita *ingenui rei militari* tantum dabant operam, curam agrorum vero remque domeſticam feminis ſenibusque et infirmiſſimo cuique ex familia teſte EODEM *cap. 15.* delegabant, quod tamen tantum de *primaria cura* intelligendum, cum ſerui ruſticani operas ſeruiles in agro colendo præſtarent. Non tamen more Romanorum agros et arua iure perpetuo dominii poſſidebant, aut *modum artificialem colendi agros* ſeruabant, ſed ſedes ſæpius cum agris mutabant. Ait TACITVS *cap. 26. Agri pro numero cultorum ab vniuerſis per vices occupantur, quos mox inter ſe ſecundum dignationem partiuntur; facilitatem partiendi camporum ſpatia præſtant. Arua per annos mutant, et ſupereſt ager. Nec enim cum vbertate et amplitudine ſoli labore contendunt, vt pomaria con-*

Vita Germanorum militaris.

Agraria.

ſerant, et prata ſeparent, et hortos rigent: (more Romano) *ſola terræ ſeges imperatur.* Id euidentius declarat CAESAR *l. IV. de bello Gall. cap. I.* atque de *Sueuis* enarrat: *Ex pagis quotannis ſingula millia armatorum bellandi cauſſa ſuis ex finibus educunt, reliqui domi manent, pro ſe atque illis colunt. Hi rurſus inuicem anno poſt in armis ſunt, illi domi remanent. Sic neque agricultura, neque ratio, neque uſus belli intermittitur; ſed priuati ac ſeparati agri apud eos nihil eſt, neque longius anno remanere uno in loco incolendi cauſſa licet.* Ex his quoque explicari debent quæ CAESAR *l. VI. de bello Gall. cap. 22.* tradit: *Agriculturæ non ſtudent* (i. e. more artificiali Romanorum, prædia ruſtica eleganter inſtructa in deliciis habentium) *maiorque pars victus eorum lacte et caſeo et carne conſiſtit. Neque quisquam agri modum certum aut fines proprios habet, ſed magiſtratus et principes in annos ſingulos gentibus cognationibusque hominum* (vnde tot populi diuerſi Germanorum, inter ſe cognatione iuncti, et a TACITO relati, ortum traxere) *qui una coierunt, quantum eis, et quo loco viſum eſt, attribuunt agri, atque anno poſt alio tranſire cogunt.*

Agri ſtabiles apud Francos.

Seruorum maior copia.

§. VI. Hæc informis agri colendi ratio atque inſtabilis ſub *Francis* pedetentim immutata eſt, poſtquam hi, relicto more maiorum, ſedes certas ſtabilesque ſibi ſuisque conſtituerunt, teſte AGATHIA *l. I. hiſtor. Sunt Franci nequaquam campeſtres aut vagi, ut plerique barbarorum.* Præterea vero rem domeſticam vſumque agrarium magnopere auxit, et emendauit mancipiorum ingens copia, quorum acquirendorum Francis varia ſuppeditabatur occaſio, in primis *bellica*, vnde tot millia hominum deuictorum in ſeruitutem tracti ſunt. Cruentiſſima Alamannorum clades ſub CLODOVAEO hoc ipſum teſtatur, ex qua Ala-

Alamannia ſeruis abundare cœpit. Huc ſine dubio reſpexit VADIANVS in *epiſt. ad Henricum Bullingerum*, relatus a GOLDASTO *tom. II. rer. Alam. pag. 60. in fine: Plena fuit ſeruis et ſeruitutibus quondam Alamannia noſtra, cuius magna pars hodie Heluetia eſt: nec eſt, quod ſciam, montanus pagus aliquis Helueticus, qui rebus Francorum florentibus duriſſimam illam ſeruitutem non ſeruierit.* Paria fata ſub CAROLO *M. Saxones* habuerunt, vt recte obſeruat DN. ESTOR *in commem. de miniſterialibus cap. 2. §. 84.* indeque §. 85. cauſſam deriuat, quare hodienum *per totam Weſtphaliam ac vicinas oras in Holſatiam* vſque viguerit, et adhuc hodie duret dura ruſticorum conditio, quod hæ terræ etiam ad *Saxoniam* pertinuerint. Proceres quidem et nobiles libertatis priſtinæ ſtatum retinuerunt, cum legibus patriis, vt ANONYMVS POETA *ad annum 803.* canit. Aſt vero id intelligi nequit de tot millibus e CAROLO M. captis, ac per Galliam et Germaniam diſtributis, teſte EGINHARDO *cap. 7.* Multo minus hoc priuilegium libertatis applicari potuit ad mancipia Saxonum, quos iam dudum rei agrariæ et curæ domeſticæ præfecerant. Vnde ſub *regimine Francorum* ſerui diſtinguebantur in *ruſticanos* ſeu *caſatos*, et *non-caſatos*, de qua differentia ſupra plenius actum *de ſtatu et iure hom. propr. a ſeru. Germ. non Rom. deriuando cap. 1. §. 6. et ſeqq.* Illi rus colebant, caſam ſuam inhabitantes, operasque indictas domino præſtabant, atque varios cenſus impertitos inde ſoluebant; ſinguli præterea certum agrorum modum colendi gratia accipiebant, proprietate penes dominum remanente. Scriptores eoſdem etiam paſſim *colonos*, appellatione a Romanis tracta, vocarunt, quamuis ea de cauſſa cum *colonis Romanis* haud conferendi ſint. Immo ſine dubio huc tracta eſt Germanorum appellatio der Bauern, a

In Alamannia,

Saxonia.

Serui caſati.

Coloni dicti.

bauen, daß ſie das Land bauen, dictorum, a) qui olim omnes *ſeruilis conditionis* fuerunt, vt tot infinita diplomata demonſtrant. Nam 1) cum agris et fundis vendebantur, vt docet diploma apud GOLDASTVM *t. II. rer. Alamann. p. 38. n. 41.* vbi hæc notabilis formula occurrit: *Tradimus S. Gallini viginti iugera* etc. *et de* COLONIS *meis Erfontum cum vxore ſua et cum omni appertinentia ſua, cum caſa et cum terra et cum omnibus ſuis: et alium* SERVVM *nomine Waldolfum cum caſa, cum terra, et cum omnibus ad eum pertinentibus.* Ex his verbis liquet, *colonos ſeruosque* varius eiuſdemque conditionis fuiſſe; quod et obſeruat CANGIVS *in gloſſ. medii aeui, voce colonus*, vnde ſimul obſeruat, quandoque in *legibus Alamannicis* mentionem occurrere *liberorum eccleſiaſticorum*, quos *colonos* vocarunt, inde forſan ita dictos, quod ratione *originis* liberi eſſent, rus tamen colendum cum conſuetis ſeruitiis accepiſſent, et ſic ſpontanea voluntate in ſeruitutem quandam tracti, prout adhuc hodie multis in locis viſitatum eſt, indeque nata iuris parœmia: **Die Lufft macht eigen.** vel in Holſatia: **Triffſt mein Huhn, ſo wirſt du mein Hahn.** Tales olim certo reſpectu *liberi* ratione *originis* dicebantur, paullo melioris adhuc conditionis, ac quidem *ſerui originarii*. Hac de cauſſa quandoque *liti* et *coloni* diſtinguuntur in diplomatibus apud SCHATENIVM *in annal. Paderbornenſ. ad annum 888. p. 213.* et *ad annum 922. p. 258.* item apud Dn. de LVDEWIG *tom. VII. reliqq. pag. 434. et 438.* vt tamen æque *coloni* ac *liti* aliique ſerui cum prædiis agriſque venditi, atque pretio inter-

[illegible]

Venditi cum fundis.

a) Vel ſi placet IO. LOCCENII derivatio *in Lex. iur. Suec Goth. p. 15.* à Bur, qui veteribus *cenis* erat, a Bour vel Bur *habitatione*, quam ſibi peculiarem conſtituebat. Adhuc domuncula, cui incluſæ ſunt, adhuc Bur vel Bauer dicitur. Ruſticus ergo Bauer ob habitatione ſeu caſa, quam ruri habebat, dictus videtur.

uniente alienati fuerint. 2) Nihil proprii habebant, nec ſibi acquirebant, niſi quoad vſum vitæ neceſſarium cuius iuris rudera in *iure mortuario* adhuc ſuperſunt. Illuſtrant hoc ipſum *traditiones Fuldenſes* a SCHANNATTO editæ, vbi frequentiſſime occurrit hæc formula, ſpeciatim *N. 383. 387. 395. 423. 449. 482. 487. 488. etc. cum omnibus mancipiis, quorum nomina hæc ſunt: etc. cum omni eorum ſupellectili et ſumtu.* Pariter *N. 412. cum vxore ſua, infantibus,* et *manſo.* Similiter *N. 417. et 506. cum omni elaboratu eorum et N. 491. vnam ſeruilem hubam et duo pueri.* Notabilis denique eſt formula *N. 522. cum mancipiis, his nominibus: Werenbalire et vxor eius Oſanna cum filiis ſuis et omnibus ad ſe iuſte et legaliter pertinentibus manſis.* Hiſce opponebantur *non-caſati*, qui et *miniſteriales* et *gaſſindi* vocati ſunt, qui ad noſtram non adeo pertinent meditationem.

Nihil proprii habentes,

Serui non caſati.

§. VII. Antiqui Saxones ruſticanos huiuſmodi ſeruos etiam *laſſos*, *lacos*, *lazos* vel *litos* vocarunt. Teſtis eſt NITHARDVS *l. IV. hiſt. Franc. Gens Saxonum omnis in tribus ordinibus diviſa conſiſtit. Sunt enim inter illos Edelingi, ſunt qui Frilingi, ſunt qui* LASSI *illorum lingua dicuntur; Latina vero lingua hoc ſunt nobiles, ingenui, ſeruiles.* Recte ECCARDVS *in comment.* ad *pactum legis Salicæ p. 30.* ſine iudice obſeruat *ſub Edelingis proceres Germaniæ, principes ac comites* maiori nobilitatis gradu conſpicuos; ſub *ingenuis* vero intelligendos eſſe *nobiles inferiores*, qui olim a potiori *ingenui* et *liberi* vocati ſunt, quod etiam obſeruat IO. ADAM. LOPPIVS de *differentia inter comites et nobiles immediatos p. 17. ſqq.* His opponebantur *ſeruiles homines laſſi* vel *lazzi*, male a quibuſdam cum *libertis* collati, qui potius *frilazzi* vocati ſunt. Seruilem eorum ſtatum innuunt 1) DIPLOMATA, vt *de anno 865.* apud SCHATENIVM *in annal. Paderb. pag. 118.* ibi:

Laſſi et liti apud Saxones.

Laſſi veri ſerui fuerunt,

ibi: *cum familiis ſexaginta, qui lingua eorum lazzi dicuntur.* Paſſim vero ex aliis diplomatibus conſtat, appellatione *familiæ* ruſticana mancipia intellecta fuiſſe. Vid. SCHATEN. *c. l. p. 195. etc.* 2) LEGES ANTIQVAE GERMANORVM. Hoc innuit *lex antiqua Brunſuicenſis* apud LEIBNIT. *tom. III. ſcript. Brunſuicenſ. p. 437.* **Ein Late offte eghenman mag nit nehmen Heerwede noch Erve eines Borghers in der Stad.** Pariter in *conſt. ducis* HENRICI de *anno 1433.* rurſus **Laten** *et* **egene Lute** pro ſynonymis accipiuntur apud SCHOTTELIVM *de antiquis in Germ. iuribus P. II. §. 13.* 3) DISTINCTIO AB INGENVIS. Id liquet ex *dipl.* LVDOVICI imp. *de anno 855.* apud SCHATENIVM *cit. l. p. 144.* ibi *Aut homines ipſius cellulæ ingenuos quam et latos.* Denique 4) TESTIMONIA RECENTIORVM. Id illuſtrant verba ECCARDI *c. l.* **Laß** *eſt ſeruus, mancipium, homo proprius, vel etiam ſerua et ancilla, unde reſtat nobis formula:* **Eigen oder laß ſeyn.** Pariter DITMARVS *in annot. ad Teſchenmachers hiſtor. Cliuenſ. p. 17.* *Erant laſſi*, inquit, *ſeruorum genus, qui a ſeruitiis domeſticis dimittebantur, ut agros domini certis conditionibus colerent.* Ab his laſſis ſine dubio tractus eſt nouus ſignificatus *moralis*, quando de pigro et negligente dicitur. **Er ſey träge, laß, und nachläßig,** vel, iuxta inferioris Saxoniæ idioma, **nahlaſig,** quod homines negligentes et pigri non rectius conferri poſſint, quam cum mancipiis pigerrimis, ad obſequium et ſeruitia poteſtate herili cogendis. In Belgio vocantur etiam **die Lanten,** obſeruante POTGIESSERO *de ſtatu et condit. ſeru. apud Germ. l. I. c. III. §. 32.* in Holſatia vero **die Lanſten,** quæ appellatio forſan a **Laten** deducta, et diuerſa dialecto transmutata eſt. Hos ita deſcribit CASPAR DANCKWERTH in **der Schleßwig-Hollſteiniſchen Landes-Beſchreibung** *P. I. c. III. p. 22.* **Lanſten**

Lanten *in Belgio,*

In Holſatia **Lanſten**

ſen ſeyn, die veſte Güter beſitzen, wovon der Herrſchafft das Eigenthum zuſtehet. Sie werden aber denen Bauern um eine gewiſſe jährliche Abgifft an Korn zu bauen eingethan, worüber dann noch, wann eine Perſon, die ein ſolch Gut bewohnt hat, verſtorben, einer von den Söhnen es von neuen, vermittelſt einer gewiſſen Summa Geldes, von der Herrſchafft ſeiten, oder Zeit ſeines Lebens zu genieſſen und zu gebrauchen erhandeln muß. Olim hæc appellatio frequentior fuit quam hodie. Olim vendita ſunt prædia nobilium mit allem Grund, bebauet und unbebauet, und Lanſten, vt ex documentis in *actis* deprehenſis de annis 1461. et 1464. obſeruauit, cuius tenoris chartæ etiam occurrunt apud LVNIG. *in ſpicil. eccl. P. II p. 400. et 408.* vnde liquet, dominos de horum hominum operis diſponere, aliuſque *iure precario* aſſignare potuiſſe, manifeſto argumento, eorum *ſeruilem conditionem* eſſe, quamuis quidam ex his in quamdam libertatem pedetentim euecti fuerint. Deriuatio appellationis tamen æque adhuc, vt Belgarum LANTEN, obſcura eſt. Forſan latine dici poſſunt *lanſati*, æque vt *caſati* et *Holſati*. *Caſati* dicti ſunt a *caſa*, quod in caſa ſedeant. *Holſati in Gundlingianis P. VI. p. 50.* dici exiſtimantur, quaſi *Oldſaxen* vel *Saſſen*, quod veteres inhabitatores huius terræ ſint diſtinguendi ab illis, qui ex his oris in Britanniam transmigrarunt, vnde DITHMARVS eos *Holcetos* vocat: quamuis non improbabile ſit, eos *Oldſaten*, *Oldceten* olim inde fuiſſe dictos, quod in antiqua patria ſua adhuc ſederent, nec nouas terras quæſiuerint inhabitatores ſuperſtites ex his, qui inde emigrarunt, quod Germanico idiomate contractum, et ex *Oldſat Oldſaten* vel *Oldceten* Holſten factum. Pari ratione Inſten dicuntur quaſi Inſeten, ſeu inquilini, die bey andern inſitzen. Quid ergo impediret, quo minus Lanſten dictos

fuiſſe credimus e. Lanſaten vel Landſaten, die auf ihres Herren Land geſetzet ſind, quod more antiquo domini mancipia fundis ſuis impoſuerint ſine vlla proprietatis tranſlatione, quod cum definitione DANCKWERTHI ſupra data conuenit. Et quia dominica poteſtas *perpetuo* durat, inde factum, vt continuo ſeruie agros hos detinuerint, quod DANCKWERTHVS deſignat appellatione: welche Güter beſitzen. Denique ex IOANNIS LOCCENII *lexico iuris Sueo-Gothico*, voce Lan conſtat, Lan idem, quod *conductum, conceſſum*, vel *commodatum* deſignaſſe, quod etiam ad appellationem Lanſten commode applicari poteſt, vt Lanſten dicti ſint, qui ex nuda *conceſſione* domini prædia tenent, die aus Vergunſt und conceſſion der Herren die Felder beſitzen, vt deſignetur, eos ex *ſola*, et quidem *gratuita*, *conceſſione dominorum* nullo proprietatis iure prædia poſſidere, atque loco redituum inde perceptorum operas aliasque cenſus dominis præſtare. Hanc coniecturam egregie confirmant loca ſingularia e LVDEWIGIO *de iure client. c. III. §. 2. lit. d. in not.* adducta, in primis ex LOCCENII *ſynopſi iuris Sueco diſſ. 5. §. 2. p.* [illegible] vbi plena manu docet, *lanum, conceſſionem quandam beneficiariam* denotare, ex qua poſſident ruſtici, die Lanſten, prædia. Inde adhuc hodie Lehn, quod non tantum *feudum*, ſed quamuis deſignat *conceſſionem prædiorum*, etiam ruſticis factam virtute ſignificatus antiqui, vt IDEM ex STIERNHIELMII *gloſſar. Vlphil.-Gothico* declarat. Omnes ergo ruſtici, etiam ſerui, mancipia, proprii homines hac appellatione der Lanſten deſignati ſunt, nec vlla nos ratio cogit, vt eam liberis ruſticis aſſignemus. Nam æque illi ac hi ex *gratuita domini conceſſione* prædia ruſtica tenent.

§. VIII. Dicti præterea ſunt ruſtici ſeruilis conditionis *lidi*, *liti*, *litones*, prout obſeruat GAERTNERVS in *notis ad legem*

Friſon.

Friſionum p. 16. vnde diſtinctio orta inter viros, Männer, ſeu *ingenuos liberosque;* et *homines*, Leute ſeu ſeruos, obſeruantibus SCHILTERO *exerc. 3. in ſ. coroll. 1.* et LAVTERB. *ad tit. de ſtatu hominum §. 10.* Illuſtrat hanc diuiſionem *conſtit.* HENRICI *ducis Brunſuic. et Luneburg. de anno 1433.* apud SCHOTTELIVM *de antiquis in Germ. iur. cap. 2. §. 13.* in qua die Männer opponuntur denen eigenen Leuten. Etiam in diplomatibus hi ſerui ſæpiſſime HOMINES *vtriusque ſexus, maiores ac minores, ſenes ac iuuenes* generatim appellantur, vt apud SCHATENIVM *in annal. Paderb. ad annum 844. p. 128.* Auxerunt numerum ſeruorum in Germania *Slaui* ſub iugum redacti, et in ſeruitutem tracti, adeo vt poſt HENRICI AVCVPIS tempora *mancipia teutonica et Slauanica* paſſim memorentur, vt in *diplomate* OTTONIS I. *de anno 961.* apud SAGITTARIVM in *antiquit. Magdeb. §. 50. et 75.* Nata inde varia conditio ſeruorum ſæpius diſtinctorum, vt in *diplomate* OTTONIS I. *de anno 935.* apud LVDEWIGIVM *in iure clientel. ſect. I. cap. V. §. 2. in not. lit. a.* vbi hæc formula. *Prædium in proprietatem damus cum familia laſſorum XVIII. ſeruorum XX. litorum VIII. colono etiam vno,* omnes tamen in eo conuenerunt, quod eſſent ſeruilis conditionis, quod tum appellatio *familiæ* deſignat, tum diploma HENRICI II. apud SCHATENIVM *ad annum 1039. pag. 515.* et apud PISTORIVM *T. III. p. 822.* in quo *franci et liberi* opponuntur *eccleſiaſticis hominibus, maalmannis, vel ſeruis* CVIVSLIBET CONDITIONIS *ſeu colonis,* qui vtplurimum a diuerſis præſtationibus nomen acceperunt, ſicuti *maalmanni* a *cenſibus* certo tempore præſtandis appellationem acceperunt, obſeruante ANTONIO MATTHAEI *de nobilit. l. IV. cap. 23. p. 1081.* De ipſis horum ſeruorum præſtationi-

Slaui.

Varia ſeruorum conditio.

bus, operis ad lubitum domini indictis, aliisque oneribus actum eſt in exercitatione praecedente prolixius.

Manumiſſio ſeruorum apud Germanos,

§. IX. Quia vero palam eſt et conclamatum, hodiernis temporibus ruſticos, praedia ruſtica tenentes variisque oneribus ſubiectos duorum eſſe generum, quorum quidam adhuc *antiquam* ſeruiunt *ſeruitutem*; quidam vero *libertate* quadam quoad ſtatum gaudent, ita ratio ordinis nunc poſtulat, vt inquiramus, quomodo ruſtici non *particulares* tantum, ſed alicubi omnes per totam prouinciam in libertatem euecti fuerint? Ordinarius ſeruos libertate donandi modus eſt MANVMISSIO, ſeu *ex poteſtate dominica dimiſſio*, quae antiquitus haud incognita fuit, prout plenius POTGIESSERVS *de ſtatu et condit. ſeruor. apud Germ. l. III.* oſtendit, atque illuſtrat. Iam TACITVS LIBERTORVM mentionem fecit *cap. 25. de mor. Germ.* dicens: *Liberti non multum ſupra ſeruos ſunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in ciuitate, exceptis iis gentibus, quae regnantur.* His verbis deſignat diuerſam rationem *libertorum* apud *Romanos* et *Germanos*, vt et apud gentes a Romanis deuictas, moris Romani iam aſſuefactas, et ceteros Germanos liberos. Apud hos *liberti* in viliſſima conditione ſubſiſtebant, vt, licet operis ruſticis ſoluti, tamen eorum ratio in republica non adeo haberetur.

Olim rarior,

Vnde probabile eſt, *rariores manumiſſiones* eo tempore fuiſſe, quod parum libertis prodeſſent, nonnunquam vero obeſſent, quod aliunde quam ex *agricultura* ſe ſuſtentare haud poſſent. Idem obſeruat GEORGIVS BEYER *in delin. iur. Germ. cap. I. §. 4.* aſſeritque, veriſimile eſſe, ante tempora Carolingorum non adeo in Germania magna frequentatas fuiſſe manumiſſiones, (quod vrbes deficerent) aut ſeruos, vtpote ſorte ſua contentos, ad libertatem valde adſpiraſſe. Idem praeterea prolixius illuſtrat

Dn.

Dn. PERTSCH *in diſſ. de diuiſione operarum in determ. et indeterm.* §. 30. alios vt non tangam. Sciendum tamen eſt, manumiſſiones has, poſtquam frequentari cœperunt, haud applicari poſſe ad ruſticos hodiernos libertatis participes factos, atque vt plurimum antiquis *oneribus ſeruilibus* ſubiectos, a quibus olim ſoluebantur manumiſſi, et de prædiis decedere cogebantur. Vbi [illegible] olim habitum fuit, liberum eſſe, operis tamen ſeruilibus paſſim in caſa ruſtica ſubiectum. Optime hoc obſeruat ANTONIVS MATTHAEI *L. IV. de nobilit. cap.* 23. *p.* 1081. *Ægre etiam manumiſſio et vix pretio non dato. Nec mirum, multum manumiſſori detrahebat manumiſſio hæc. Perdebat ius in mancipium, quod non exiguum, ſed ingens. Perdebat operas, ſeruitia. Perdebat cenſum quotannis.* Ipſæ manumiſſionum formulæ hoc comprobant, vt apud GOLDASTVM *T. II. rerum Alamann. p.* 27. *N.* 7. *Ita vt deinceps nec mihi nec ſucceſſoribus meis vllum debeat noxiæ conditionis ſeruitium, neque aliquod libertatis obſequium, ſed omnibus diebus vitæ ſuæ ſub ciuis ingenuitate, ſicuti alii ciues Romani, per hanc manumiſſionis aut ingenuitatis titulum bene ſemper ingenuus, atque ſecurus exiſtat, ſuamque peculiare, quod habet aut quod adhuc acquiri poterit, faciat inde ſecundum canonicam libertatem, quicquid voluerit.* Antiquiores formulas refert MARCULFVS *apud* BALVZIVM *tom. II. capital. p.* 387. 389. 464. 945. *et* 1498. inter quas hæc notanda clauſula: *vt nulli heredum vel proheredum noſtrorum vel cuicunque ſeruitium impendas.* In formulis a POTGIESSERO relatis ſæpe occurrit hæc expreſſio: *ab omni iugo ſeruitutis eum abſoluimus.* Quæ omnes formulæ indicium præbent, manumiſſos prædia antiqua ruſtica derelinquere coactos fuiſſe, ab operis tamen et præſtationibus ſeruilibus regulariter prorſus ſolutos; quo ipſo non poterat non domino ingens præiudicium afferri. Etiam olim, qui inſi-

Quæ etiam liberabat ab oneribus ſeruilibus

gnum agrorum modum poſſidebant, mancipiorum horum operis carere haud poterant, adeoque neceſſe erat, vt copia ruſticorum abundarent. Etiam olim obtinebat ſententia ill. Dn. de LVDEWIG *de iure client. ſect. III. cap. 1. §. 2. in not. l. a. Vulgo ſermone dicitur, fundum, qui angariis, craſtis, emphyteutis, hominibus propriis, ſeruitiisque glebæ adſcriptis deſtituatur, audere conferendum* [illegible]*, vel equo carenti aurigæ.* Ein Gut, das kein Hoff und Frohn-Dienſt hätte, wäre ein Vogel ohne Flügel, ein Fuhrmann ohne Pferd. Wer allen Feld durch Miech-Leute bauen wolte, der ſchöpffte Waſſer mit einem Sieb, *quoniam fructus abeunt in operariorum mercedem.*

Manumiſſionis fuit effectus, vt rus deſerere cogeretur ſeruus. § X. Effectus huius manumiſſionis ergo plerumque erat, vt manumiſſus rus deſerere cogeretur, ruſticumque exueret ſtatum. Si ad priores caſas reuerti manumiſſo conducibile videbatur, a domino admiſſus ad priorem redibat ſtatum, id quod etiam in diplomatibus manumiſſionum nonnunquam adiectum, teſte VADIANO apud GOLDASTVM [illegible] *Alemann.*

Ad caſam rediens ſeruus rurſus fiebat. p. 56. *Vt, qui manumiſſus eſt, tamdiu libertate fruatur, quamdiu extra ſolum et* PATRIAM [illegible] *agit; quod ſi redierit, priſtino ſeruitutis iugo ſubiiciatur, ac ſi vere ſeruus extitiſſet.* Ipſo facto enim rurſus ſe ad priores operas et praeſtationes obligabat, quibus omnes aequaliter [illegible] ſubiecti erant, adeo vt inde natum ſit vulgatum illud, ſupra iam relatum: Die Lufft macht eigen. Plerumque qui ita manumittebantur, clericali vitae ſe addicebant, cuius gratia plereque manumiſſiones factae, quamuis etiam ciuitatibus conditis, nonnulli in vrbem ſeſe reciperent, ciuiumque numero inſererentur, modo non eſſent *Slauicae originis*, quibus etiam manumiſſis in plerisque vrbi-

[illegible]

tribibus ius ciuitatis denegatum eſt. Licet vero a) nonnunquam domini in literis manumiſſionis ſibi quaſdam operas reſeruarent; hæ tamen non ſeruiles erant, ſed *liberales*, vt cum ſtatu libertatis optime conſiſtere poſſent, quod ex *tit. X. de ſeruis non ordin.* liquet, vnde edocemur, dominos *operas ſpirituales* nonnunquam ſibi reſeruaſſe. Vix ergo probabile eſt, in Germania, *ſaluis operis ſeruilibus, cenſibus, reliquisque præſtationibus*, ruſticos manumiſſos fuiſſe, quod hoc ipſum contradictorium videretur. Id tamen ſibi aliisque perſuadere voluit VADIANVS c. l. his verbis. *Optima quidem erat conditio illorum, qui coram rege manumiſſi eſſent, tametſi et regiis libertis plerumque ſeruiles operæ imponerentur, ſicuti eccleſiaſticis.* Calculo ſuo idem confirmat B. THOMASIVS *de vſu practico diſtinct. inter ingen. et libertos, cap. 2. §. 16.* aiens: *Veroſimile eſt, dominos manumittentes quandoque a talibus libertis operas ruſticas vel alias ſibi reſeruaſſe.* Hoc vero vel ideo improbabile eſt, quia antiquis temporibus ſeruiles operas præſtantes non poſſent non eſſe ſerui, adeoque talis manumiſſio; quæ fiebat ſaluis operis ſeruilibus, vmbram tantum manumiſſionis, non rem ipſam habuiſſet, iugo ſeruili non ſublato. Optandum ſane fuiſſet, vt VADIANVS, quem plerique ſequuntur, idoneis exemplis ſententiam ſuam comprobaſſet, quæ tamen haud adduxit. Quocirca vix aſſenſum meretur, quod rurſus VADIANVS c. l. aſſerit: *Raro ſane epiſcopi vel abbates ita manumiſerunt, vt omni prorſus nexu ſeruos eximerent;* niſi forſan hoc de tali nexu intelligatur, qui ab *operis ſeruilibus* ruſticorum alienus erat. Quodſi enim a prælatis hoc modo manumiſſiones fieri potuiſſent, iis haud interdictæ illæ fuiſſent; id quod tamen factum fuiſſe, docet GRATIANVS in *can. 37. C. 12. qu. 2.* (conf. BALVZIVS *T. II. capitularium p. 366.*

cap.

Aliquando liberales operæ reſeruabantur,

Non ſeruiles;

Hæ manumiſſiones tantum particulares fuere.

Non generales.

cap. 15.) quia alioquin eccleſia nullum feciſſe diſpendium, ob quod tamen manumiſſiones interdictæ. Denique 3) manumiſſionum exempla et litteræ euincunt, *particulares* tantum manumiſſiones, non *uniuerſales* olim obtinuiſſe. In his manumiſſionum litteris, quæ afferuntur, certæ perſonæ, vel ad minimum pauciorum tantum fit mentio: neque enim conſtat, omnem ſeruorum gregem a domino quodam manumiſſum fuiſſe. Huc tamen collineaſſe videntur POTTGIESSER. *de ſtatu et condit. ſeruor. apud Germ. L. III. cap. II. §. 1.* HERTIVS *de propriis homin. ſect. 1. §. 7.* THOMASIVS *c. l. §. 22.* exiſtimantes, ex his manumiſſionibus forſan tot hominum differentias enatas, et relatas a CHRISTOPH. BROVWERO *L. III. antiq. Fuldenſ. cap. II.* quod apud Hennenbergicos Fuldenſis eccleſiæ monaſterium *litos IIX. ſeruitores LXXIIX. Saxones XVIII. Slauos LXXV. colonos XXX. tributarios XXXIX.* numerauerit. Quinam vero ex his *libertorum* familiæ annumerari debeant, haud demonſtrant auctores prælaudati, quin potius certum eſt, variam fuiſſe conditionem ſeruorum diuerſis appellationibus deſignatorum, qui a BROVWERO enumerantur, prout ſupra §. *VIII. in f.* ex *diplomate* HENRICI II. *de anno 1039.* oſtenſum eſt. *Slaui* enim duriſſimam ſeruiebant ſeruitutem, et *ſerui Saxones* noti erant in perpetuam ſeruitutem abrepti CAROLI M. temporibus, quorum proſapia hoc nomine deſignata fuit. Conf. MEINDERS *de orig. progr. et ſtatu nobilit. et ſeruit. in Weſtphalia pag. 165.* Rurſus *litorum* conditio æque ſeruilis erat, quod ſupra §. VII. oſtenſum: nec alia *colonorum* ratio, niſi quod mitigatæ ſubeſſent ſeruituti. Denique *tributarii* fuiſſe videntur veteres terrarum incolæ, qui a Francis deuicti ſub iugum redacti ſunt, grauiſſimo onerati tributo, teſte CANGIO *in gloſſar. voce tributarius*, adeoque ſi hi

non

non penitus ſeruis annumerandi ſunt, *libertorum* tamen numero minime cenſeri queunt. Tantum ergo abeſt, vt ſub his variis ſpeciebus obnoxiorum hominum *libertos* deprehendamus, vt potius inde appareat, tales libertos, quos ſibi vulgo concipiunt, incognitos fuiſſe.

§. XI. Cum vero integri pagi, immo etiam prouinciæ totales alant contineantque ruſticos, qui a duriſſimo antiquæ ſeruitutis iugo liberati, ad quamdam peruenerunt libertatem; & hactenus aſſertum fuerit, etiam hæc mancipia ruſticana in Germania non aliter, quam interueniente *manumiſſione*, nexu ſeruili ſoluta fuiſſe: duplex admodum dubium emergit. α.) Verum præſentium ruſticorum maiores *generali* quadam *manumiſſione* dimiſſi fuerint? β.) Qua noua ratione factum fuerit, vt nihilominus hi poſt manumiſſionem priſtinis caſis ruſticis incumbere, & antiquis ſeruilibus operis vel *in totum* vel *in tantum* ſeſe ſubiicere potuerint? Sine dubio præiudicialis quæſtio hic ante omnia excutienda, *an generalis aliqua manumiſſio expreſſa ruſticorum unquam in Germania facta?* Pleroſque in hanc tranſiiſſe ſententiam, non diffitemur, cum regulariter libertatem ruſticorum a *manumiſſione antiqua* repetere ſoleant. Nec negari poteſt, in *Hiſpania* & *Gallia* exempla *generalium manumiſſionum* extare, laudata & adducta a CANGIO *in gloſſar. voce manumiſſio*, vt tamen ſub antiquo ſeruitio & obſequio retinerentur manumiſſi. Enimuero regibus Franciæ, ducibus & comitibus tales manumiſſiones tantum viſitatæ fuiſſe videntur, non *priuatis*, ne quidem *prælatis*. Illorum enim ius tali generali manumiſſione ruſticorum nimium decreuiſſet, ſi vel maxime, retentis operis, facta fuiſſet, quod ruſtici, libertate expreſſe impetrata, ad renitendum ſunt pronißimi, ſuosque dominos facile in ius voca-

Nihilominus hodie dantur ruſtici per totam prouinciam liberi.

Qui generali manumiſſione liberi facti creduntur.

re poſſunt, quæ ratio in regibus et proceribus Galliæ ceſſauit, vtpote nihilominus ſub imperio et iuriſdictione ſua manumiſſos retinentibus. *Prælatis* vero integrum haud fuit, pro lubitu de *mancipiis* ſuis diſponere, tum quod regia auctoritate opus haberent, tum quod legibus eccleſiaſticis a tali generali manumiſſione, eccleſiæ maxime nociua, auocarentur. Qua de cauſſa in Gallia prælaturis nonnullis hoc priuilegium a regibus datum eſt, teſte CHOPPINO *de ſacra politia L. III. tit. II. §. 19.* vt ruſticos ſuos manumittere poſſent. Notiora et extantiora manumiſſionis *generalis* exempla ſunt in *Weſtphalia* et comitatu *Rauensbergenſi*, recentiori æuo a potentiſſimo rege Poruſſiæ FRIDERICO, glorioſæ memoriæ, anno CIↃ IↃ CCII. et ſequentibus annis publice edita quoad *hommes propres*, immediate regiæ poteſtati ſubiectos. Publicauit videlicet prædicto anno ſapientiſſimus Rex *ordinationem pagenſem*, vel **die Dorff-Ordnung** atque §. 61. clementiſſime declarauit, **die Leibeigenſchaft in allen Landen aufzuheben, und einen jeden, welcher denen bishero mit Leibeigenthum verhaftet geweſen, er ſey Meyer, Voll- und Halb-Spänner oder Köter, ſamt ſeinen Nachkommen, davon gänzlich und auf ewig zu erlaſſen, dergeſtalt, daß er und ſeine Kinder und alle diejenige, welche ihm auf ſeinem unterhabenden Erbe oder Köten Nachfolger werden, ferner nicht geerbtheilt, noch einiger Sterbfall, es ſey von vollem Eigenthum-Haagen- oder Haus-Genoſſen-Recht, gezogen, noch ſie denſelbigen abzuhandeln und mit Gelde zu redimiren ſchuldig ſeyn, ihre Kinder, Nachkommen, Brüder und Schweſter oder weitläuftigere Anverwandte nicht weiter frey kauffen, noch einigen Zwangdienſt zu verrichten in Ewigkeit mehr angehalten werden; ſondern aller und jeder freyen Leuten zuſtehenden Rechte und Gerech-**

Generalis manumiſſio regis Boruſſiæ in Weſtphalia.

Freyheit ſich zu erfreuen haben, und ihnen frey ſtehen ſoll, wenn ſie die Land-Arbeit nicht treiben wollen, ſich in unſere Städte zu begeben, Handwercke zu erlernen, oder andere Gewerbe zu treiben. Vid. MEINDERS *cit. tr. diſſ. III. p. 139. ſeq.* Nihilominus tamen hac generali declaratione non omnes mox manumiſſi, ſed, hac non obſtante, ſingulis hoc beneficio frui volentibus lex præſcripta fuit, interueniente certo pretio libertatem redimendi, annuumque *cenſum* in recognitionem *libertatis* quotannis ſoluendi, ſeque ad operas priſtinas ruſticas aliaque opera, quæ ante manumiſſionem præſtari ſolita fuerunt, adſtringendi, prout quibuſdam manumiſſionem inſtrumentis IDEM *pag. 141. & ſeqq.* declarat. Neque tamen hæc generalis libertatis oblatio ad alios quam regios ſeruos applicari potuit, quod nobilibus ius in proprios homines adimi ſine eorum voluntate haud potuerit.

Vt tamen ſinguli redimerent libertatem.

§. XII. Quodſi tamen res ex vero æſtimanda, libertas hominum ruſticorum, priſcis ſeruilibus oneribus adhuc ſubiectorum, admodum *imperfecta*, tunc vero demum *plena & perfecta* fit, ſi, quod illis vel liberis eorum conceſſum eſt, relicta *caſa rurali*, vulgo die Bauer-Städte, in vrbes ſeſe conferunt, & alii vitæ generi ſeſe addicunt. Equidem non ignoro, communi hac ſententia pleroſque duci: ruſticos huiuſmodi *quoad ſtatum* eſſe liberos, ſeruitia vero atque cetera onera *prædiis ruſticis* inhærere, adeoque hæc non *ex ſtatu ſeruili* amplius præſtari, ſed iure prædii, quod poſſident, deberi: præſtationes has non eſſe *hominum*, ſed *rerum*, adeoque ſtatum perſonarum his ipſis non infici. Cogitandum tamen eſt, parum ſolatii ex hac philoſophia iuris manumiſſis ruſticis, veteri iugo ſeruili adhuc ſubiectis, afferri, qui fundo inhærentes a ceteris *propriis hominibus*

Libertas tamen hominum ruſticorum imperfecta manſit,

parum differunt, niſi quod liberos ſuos pro lubitu dominorum iuſſui exponere non teneantur, ſed hi lares ruſticos relinquere poſſint. Interim nemo negabit, *imperfectum* tantum libertatis *gradum* hac manumiſſione eos impetrare, qui nec *locum*, nec *vitæ genus* mutant. Iam olim ſimiles manumiſſiones in Gallia obtinuiſſe, CANGIVS *cit. l.* memorat. Atque de his ſatis congrue ita cenſet: *Sed poſterioribus ſeculis longe magis obtinuit manumiſſionis ſpecies altera. Directa appoſita ea erat, quæ ſub conditione vel, retento ſeruitio ac obſequiis fiebat, ita vt, qui manumittebantur, non plenariam ac omnimodam libertatem conſequerentur, ſed quodammodo obnoxii remanerent.* Poſtquam ſemel hæc manumittendi ratio in Hiſpania et Gallia in vſum deducta, magis magisque libertas manumiſſis data, reſtricta et onerata fuit, ceu rurſus IDEM indicat his verbis: *Sed poſterioribus ſeculis longe magis obtinuit imperfecta hæc libertas, quæ ita concedebatur, vt, retentis ſeruorum obſequiis et operis conſuetis, non tam ſeruile nomen deleretur, quam ſeruitus ipſa augeretur, adeo vt ad abolendas & extinguendas duras iſtas conditiones manumiſſionibus appoſitas, rurſus manumiſſiones aliæ neceſſariæ eſſent.* Poſt pauca rurſus addit: *Perſtitit diu imperfecta iſta libertas apud noſtros, quam rectius* SERVITVTIS *nomenclatura vulgo donabant, quod nihil ferme haberet, quod libertatis eſſet, immo pæne omnia, quæ ſeruitutis.* Neque vero hic diuerſus libertatis gradus, ſeu libertas *minus plena*, res inaudita aut noua fuit, ſed Romanis iam olim vſitatiſſima. Tralatitium eſt, eos, qui manumittebantur, modo *maiorem* et *iuſtam* libertatem cum iure ciuitatis Romanæ, modo *minorem*, modo *inferiorem* conſecutos fuiſſe libertatem, vt in compendio refertur in §. 3. *Inſt. de libertinis*; immo ipſa ratio *libertatis* euincit, eam gradus diuerſos accipere, quod iam §. 1. declaratum

Declaratur ex antiquis Galliæ manumiſſionibus.

Et Romanis moribus.

tum eſt. Quocirca ſi hæc ad *regiam manumiſſionem* antea memoratam applicamus, vix eſt, vt negari queat, ruſticis his caſatis (h. e. quatenus adhuc caſæ incumbunt) *inferiorem et imperfectam* competere libertatem, quod et Dn. MEINDERS *c. l. diſſ. III. p. 177.* calculo ſuo corroborat. *Quid vero, ait, de hac manumiſſione generali ſiue vniuerſali, et redemtione libertatis pro certa pecuniæ ſumma, ſentiendum? Ego ſane, vt libere ſententiam meam explicem, tales manumiſſiones vlteriore manumiſſione opus habere, et conditionem ruſticorum ſiue hominum propriorum deteriorem facere, omnino arbitror. Quia ex manumiſſionum formulis nouiſſimis ſupra adductis apparet: homines iſtos perſonalem duntaxat libertatem redimere et acquirere; prædia vero ruſtica nouo onere tam canonis annui grandioris quam vſurarum creditoribus debitorum grauare. Vt reliqua incommoda ſileam, nempe quod ruſtici noſtri natura ſerui eſſe videantur, et ipſis perſonarum libertas magis ſit nociua, quam commoda et conueniens.* Nimis ieiune de ſtatu horum manumiſſorum ſenſiſſe videtur prælaudatus auctor, non alia de cauſſa, quam quod ab hoc conſilio potentiſſimi regis Boruſſiæ eo tempore, quo de manumittendis regiis mancipiis agebatur, longe alienus fuerit. Neque enim aſſeri poteſt, hos manumiſſos *noua manumiſſione* opus habere, qui libere fundum relinquere aliudque vitæ genus eligere poſſunt. Equidem in ſæpe laudato *tract. de orig. et progr. et ſtatu nobilit. et ſeruit. in Weſtphalia,* eiusque *præf.* plura argumenta coaceruauit *p. 11.* quæ inſtituto huic regio obſtare viſa ſunt, adeo vt etiam *p. 28. vniuerſalem manumiſſionem* impoſſibilem atque inutilem eſſe iudicet. Ait enim. *Vniuerſalis illa redemtio, et manumiſſio ruſticorum ſiue hominum propriorum, vno tempore, et ſimul ac ſemel perficienda, plane impoſſibilis, atque inutilis, ſecundo, quoad*

reliquos dominos, iniuſta et valde detrimentoſa atque damnoſa, et incommoda mihi quidem videtur. Nam ruſticos quod attinet, is debet ſtatus noſtri publici et miſeriæ atque paupertatis publicæ valde eſſe ignarus, qui putat, ruſticos ad ſeſe ex ſeruitute redimendum ſufficere, et media poſſidere. Euentus tamen nihilominus docuit, vt exempla adducta docent, redemtionem non plane *impoſſibilem*, nec homines proprios adeo facultatibus deſtitutos fuiſſe, vt redemtioni impares eſſent. Interim hæc argumenta euincunt, *generali* manumiſſioni *expreſſæ*, retentis operis aliisque oneribus conſuetis, vix locum concedi poſſe, ſi domini et nobiles mediati eam facere vellent, quæ non poſſet non eorum conditionem ob diminutam *dominicam poteſtatem* deteriorem facere, niſi ſimul *iurisdictionem*, auctoritate principis ſpeciali, in ruſticos ſibi reſeruarent. Denique etiamſi hæc concipi et exemplis demonſtrari poſſet, nihilominus tamen manumiſſis *libertas* maxime *imperfecta* et inferior obtingeret, quia quamdiu incumbunt prædiis ruſticis, ſeruilibus antiquis oneribus ſubiecti manent, et eodem modo, vt proprii homines, ſeruiunt, licet in quibusdam et *ſecundum quid* liberi fiant.

Generalis manumiſſio ſtatui non poteſt quoad nobiles mediatos.

§. XIII. Ex hactenus dictis concludo, *generalem manumiſſionem expreſſam* concipi et probari non poſſe quoad *nobiles mediatos*, qui olim tales ruſticos ſub ſua habuerunt *dominica poteſtate*, vt mancipia vel ſeruos: tum quod documentis ex antiquitatibus Germaniæ depromtis illa demonſtrari nequeat; tum quod concipi non poſſit, quomodo omnes in vna prouincia collecti in hanc vnanimem conſpirauerint ſententiam, vt mancipia ſua, quæ adhuc ſec. XII. in Saxonia alibique deprehenduntur, expreſſe e manu ſua dimiſerint; tum denique, quod, ſi hoc factum eſſet, non aliter quam vel *lege publica prouinciali*, vel

vel *litteris manumiſſionis* ſingulis conceſſis id fieri potuiſſet. Enimuero eiuſmodi LL. prouincialibus deſtituimur, nec ſtatus imperii nobilibus ſuis pro lubitu illam imperare potuerunt, qua poteſtas dominica inuitis adimeretur, ad minimum in comitiis prouincialibus tales leges condi debuiſſent, quibus tamen nobiles aſſenſum dediſſent, quis crediderit? Recte MEINDERSENIVS *c. l. p. 11.* iudicat, iuſſum hunc principis iniuſtum fore, quia nemini ſuum auferendum, ſed ſuum cuique tribuendum et relinquendum, atque hoc adeo verum eſſe, vt ne quidem princeps ex *plenitudine poteſtatis* ius alteri quæſitum auferre poſſit, quod rerum ſuarum quiſque ſit moderator aut arbiter, et redemtio hæc nonniſi interueniente contractu et conuentione cum mancipus fieri poſſit. Idem approbat MEVIVS *in tr.* vom Zuſtand rc. rc. der Bauers-Leute *qu. princ. 3. n. 36.* Sonſt auſſer denen, ſo ein völliges Recht an den Bauern haben, kan niemand, wieder der Herrſchaft Willen, jemand ſeiner Bauer-Pflicht erlaſſen, und ob der Käyſer jemand Erlaſſungs-Briefe und Indult ertheilte, ſeynd dieſelbe dennoch ohngültig. Sed nec *litteræ manumiſſionis*, quibus ſinguli libertatem redemerunt, afferri poſſunt, ſine quibus tamen in Germania regulariter recentioribus temporibus libertas nemini data, ad minimum veſtigia quædam et rudera huius libertatis, ſingulis expreſſe datæ, in antiquaariis ſupereſſent, quæ tamen produci nequeunt. Inde vero communis perſuaſio interpretum vel potius opinio corruit: ruſticos in illis locis, vbi libertate quadam gaudent, olim *manumiſſos*, cum manumiſſis tamen conuentionem quandam initam fuiſſe de certis operis vel ſeruitiis aliisque cenſibus præſtandis: factum id fuiſſe ex aliqua ſuperſtitionis vel deuotionis ratione, *pro redemtione animæ* ſcilicet, quæ formula in anti-

antiquis manumiſſionum litteris frequentiſſima eſt. ex iudicio et doctrina clericorum olim creditum fuiſſe, ſeruitutem talem repugnare fidei catholicæ vel ad minimum *opus meritorium* in manumiſſionibus latitare, quæ, et plures aliæ rationes, afferri ſolent. Sed cum hæc quæſtio *facti* ſit, merito teſtimoniis, documentis, et chartis antiquis demonſtrari debuiſſet. Non negamus, has ſimileſque rationes quandoque animos dominorum flexiſſe, vt vni alterique *pro remedio animæ*, vt loquuntur, vel teſtamento, vel inter viuos libertatem darent; id vero non factum eſt, retentis operis ſeruilibus, ſed ea de cauſſa, quod libertatem anhelantes vel clericatui ſe mancipare, vel alii vitæ generi ſeſe addicere geſtirent. Talis vero manumiſſio expreſſa generalis, quæ, *ſaluis operis conſuetis ſeruilibus retentiſque cenſibus et oneribus*, ſtatui ſolet, inde minime euincitur; ſine hac conditione vero moraliter impoſſibilis fuit, quod domini operis ſeruilibus ruſticorum carere abſque euidentiſſimo prædii nobilis interitu nequiuerint, prout ſupra iam monitum eſt.

Hodie tamen nihilominus in plurimis prouinciis ruſtici ſunt liberi.

§. XIV. Satisfactum quidem hoc modo *præiudiciali quæſtioni* in §. *XI.* motæ, et inde ſimul euictum, ceſſante tali *generali manumiſſione expreſſa*, conuentionem cum liberis ruſticis *de operis et cenſibus* in poſterum præſtandis concipi non poſſe; nihilominus tamen experientia docet, illis in regionibus, in quibus adhuc ſec. XII. ruſticorum conditio ſeruilis fuit, hodie ruſticos deprehendi quoad *ſtatum* liberos, antiquis tamen ſeruilibus oneribus vel in totum vel in tantum obnoxios. Loquuntur *antiquitates Magdeburg.* SAGITTARII, non niſi *mancipia Teutonica* et *Slauica* in pagis ſec. X. fuiſſe, in quibus hodie ruſtici liberi ſunt. Pariter in KETTNERI *antiquit. Quedlinb.* diplo-

diplomata ſec. XI. et XII. adhuc *de mancipiis et litonibus* loquuntur. Eiusdem tenoris documenta, *antiquitates Halberſtadienſes* illuſtrantia ex ſec. XI. et XII. cum formula: *cum mancipiis vtriusque ſexus;* produxit LEVCKFELD. Quæ, et plura alia ſimilia exempla, argumentum præbent, eccleſias in Saxonia ſuperiori, ad inſtar nobilium, mancipia ruſticana poſſediſſe. Pluribus hoc illuſtrat ZIEGLER *de dote eccleſ. c. 9.* multa tamen miſcet de colonis et adſcripticiis ad iuris Romani inſtituta pertinentibus, quæ in eccleſiis Africanis, Hiſpanicis, Gallicisque vſum adhuc habuerunt, ſed ad Germaniæ regiones referri aut applicari non poſſunt, quæ iure Romano antiquitus haud vixerunt. Inquirendum itaque, quibus mediis et qua occaſione tandem hi, quorum maiores *mancipia* fuerunt, ſtatum ſuum mutauerint, et ad libertatem quamdam peruenerint, *imperfectam* ſcilicet illam, quæ adhuc hodie cum operis ſeruilibus et cenſibus coniuncta eſt.

§. XV. Sciendum videlicet eſt, ſtatum perſonarum, in ſocietate ciuili viuentium, mutari et ſeruilem nexum tolli poſſe non tantum *expreſſe*, ſed etiam *tacite* et *latenter*, ſine vlla interueniente manumiſſione expreſſa, occaſionibus eiusmodi interuenientibus, quæ talem effectum generalem producere poſſunt. Quamuis vero non vno impetu, ſed lento gradu ad eiusmodi mutationes aditus fiat, et hæ inſtar *alluuionis* ſeſe habeant, quæ demum progreſſu temporis in oculos incurrunt, ſenſim et pedetentim factæ; paullatim tamen hæ ipſæ, interueniente diuturno temporum decurſu, ita confirmari et nouum ſtatum operari poſſunt, vt tandem in ius perfectum, perpetuum et conſtans abeant. Neque tantum in *ſubditorum* conditione id ipſum contingit, ſed, vt antiquitates memorant, in ſtatu gentium, reipubli-

Hac mutatio ſtatus abſque manumiſſione contingere potuit tacite et occulte.

Oo ooo publi-

publicorum eorumque, qui his præfuerunt, mutato, id ipſum conſpicuum eſt. Plures respublicæ, quæ antea alieni iuris erant, ſine vlla dimiſſione per temporum reuolutiones varias ſui iuris factæ: ciuitates, quæ olim Ducibus parebant, hodie *liberæ* dicuntur, poteſtati ducum prorſus exemtæ: libera et immediata nobilitas imperii diuerſum olim ſtatum habuit, vt alias mutationum ſpecies omittam, quæ *occulte* et *latenter* irrepſerunt. Quid ergo impediret, quo minus etiam talis mutatio *occulta* et *latens* in conditione ſeruili ruſticorum contingere potuerit, vt ſatis mirari non poſſim, interpretes communiter hanc neglexiſſe, tantumque ſolemnes modos manumittendi retuliſſe: ſine dubio vero hoc inde factum eſt, quod ſibi aliisque perſuaſerint, hodiernam ruſticorum libertatem non aliunde quam ex *manumiſſione* quadam *expreſſa* deriuari poſſe. Huc reperit originem diſtinctionis operarum in *determinatas* et *indeterminatas* Dn. PERTSCHIVS *cit. diſſ.* §. 18. et ſatis recte aſſerit, olim hanc diuiſionem ignoratum fuiſſe; mox tamen addit. *originem ab illis temporibus repeto, vbi manumiſſiones frequentes, variis ex cauſſis ſeruis obtingerent.* Præterea ex hac manumiſſione imaginaria diuiſionem libertatis in *plenam* et *minus plenam* trahit his verbis: *In domini enim manumittentis voluntate poſitum erat, quam manumiſſionis legem ſcribere vellet.* Hæc omnia oſtendunt, prælaudatum auctorem ſubſtitiſſe in *manumiſſione expreſſa ruſticorum*, in qua tantum huiuſmodi leges concipi poſſunt. Pariter POTTGIESSERVS *de ſtatu et condit. ſeru. apud Germ. L. III. c. 15.* de *præſcriptione libertatis* quoad certa indiuidua quidem agit, quæ tamen ad eas tantum perſonas pertinet, quæ, fundo ſeruili relicto, alioque vitæ genere electo, ad ciuitates tranſierunt, atque hoc modo tandem ad libertatem peruenerunt; ſed de *mutatione* ſtatus

ſtatus ruſticorum, *quæ talium, vniuerſali* per integram prouinciam, *tacite et latenter* facta, altum apud eum ſilentium, cum tamen ſupra dictum ſit, manumiſſionem expreſſam generalem in iis concipi non poſſe. Equidem GOTHOFR. CHRIST. LEYSER *in iure Georgico L. III. c. 27. n. 4.* huc collineaſſe videtur his verbis: *Verum cum et illæ leges præſcriptæ nimis duræ viderentur, plurimi ſucceſſu temporis partim armis, partim meritis, item precibus, pretioque vt et* PRAESCRIPTIONE *priſtinam libertatem conſecuti fuere, magna tamen pars hodiernum vſque in diem vel in totum vel ex parte operis obnoxia remanſit.* Dilucide tamen et diſtincte occaſiones modumque non explicat, ex quibus talis præſcriptio nata et producta fuerit.

§. XVI. Exponendæ itaque ſunt *occaſiones et cauſſæ*, quæ ruſticorum conditionem immutare, eosque pedetentim liberos efficere potuerunt. Ante omnia tamen præmittendum, quamuis *occaſiones* iam referendæ *vniuerſales* per Germaniam plerumque fuerint, eaſdem tamen non vbique vniuerſalem æque effectum producere potuiſſe, ita videlicet comparatas, vt non neceſſaria quadam concluſione hanc operationem producere debuerint, eam tamen facile efficere potuerint, prout ruſticorum indoles magis ad *libertatem* prona fuerit, vel ſeruili conditioni ita addicta, vt ad libertatem his occaſionibus peruenire ægre potuerint. Æque fata Germaniæ ſub turbido imperii ſtatu diuerſos habuere effectus, nec eamdem apud quoſcunque mutationem produxerunt. Aliæ preterea rationes multa obſtacula ſuppeditarunt, quæ in nonnullis prouinciis effectum hunc adeo impediuerunt, vt ruſtici beneficio illarum occaſionum frui haud potuerint. Quo *potentior* in aliqua prouincia *nobilitas* fuit, *principum* vero iura magis *limitata* et reſtricta, eo minus *muta-*

Occaſiones, quibus mutatio ſtatus ruſticorum contigit, non æque vniuerſalem produxerunt effectum,

ob varia obſtacula,

eo ſtatus ruſticorum *tacita* locum habere potuit. E contrario, in quibus prouinciis Principum *poteſtas ſolutior*, nobilium vero iura *imminuta* et potentia fracta, in his facilius ruſtici his occaſionibus frui et ad libertatem, ad quam promouendam principes alias variis ex cauſſis procliues ſunt, produci potuerunt.
quæ ex ſtatu Germaniæ trahuntur. Debeo hanc obſeruationem *Dn. de* LVDEWIG *in iure client. ſect. III. c. 5. §. 7. lit. S. in not.* ita ediſſerenti: *In Belgio, Weſtphalia, Holſatia, Pomerania, Luſatia et Mecklenburgicis regionibus durior longe conditio agricolarum, quam in pleriſque Germaniæ locis aliis, quocunque demum illos nomine ſignificent. Vnde autem hoc? Vno dicam verbo: vbi adductiora ſunt principum iura; ibi durior conditio agricolarum vel, quod idem eſt, vbi nobilitas potentior, ibi laſſorum, emphyteutarum, hominum propriorum arctior graviorque nexus.* Eandem meditationem ſatis probatam vberius explicat *ſect. III. c. 2. §. 2. l. I. in not.* hoc modo ediſſerens: *Seruitutum iura monarchiis ſunt odioſa, illis maxime, vbi principes frena laxare incipiunt, et imperium affectant abſolutum. His artibus factum eſſe puto, vt Iuſtinianus imperator manumiſſiones non ſolum facilitaret; ſed etiam commendaret illas per omne imperium. Hoc enim remedio familiæ eneruantur robore, opibus, diuitiisque, vt omnia pendeant ab arbitratu imperantis. In Germanico imperio ius belli priuati acceſſit, nobilibus landſaſſis relictum, adeoque maiorem principibus metum inicerunt cohortes ſeruorum, agentium in dominio vnius. Certe viſum e re fuerat principum inferiorum, vt, ſeruitutibus ſublatis, prouinciales ordines imbelles redderentur.* Optima eſt hæc obſeruatio eruditi auctoris, ipſa experientia antiqua et hodierna corroborata et approbata. Non ſinë cauſſa antiquitus etiam creditum fuit, magnopere intereſſe principum, vt libertas nobilium, quantum fieri poteſt, reſtringatur atque limitetur, ruſticorum vero quouis modo promoueatur; his facilis

aditus

aditus præbeatur, illis præcludatur: horum ad vrbes, collegia opificum et alia commercia tranſitus permittatur, nobiles vero illos reuocantes repellantur. Hoc enim vbi animaduertunt ruſtici, ad reſiſtendum admodum procliues ſunt, dominisque ſuis debitam obedientiam, operas, cenſus, reliquaque denegant, ſuperioris auxilium implorant, et captata quauis occaſione illorum poteſtatem minuere intendunt, atque ita tandem ad libertatem perueniunt. Hæc conſilia vbi non facile applicari poſſunt ob præualentem nobilium potentiam: vbi coniunctis viribus quibuſcunque artibus ruſticorum reſiſtunt, et hactenus reſtiterunt; ibi etiam illibata permanſit dominorum antiqua poteſtas. Ita enim in nonnullis prouinciis corpus nobilium cohæret, vt ex vnius iniuria vel læſione cauſſam communem ſtatim faciant, et omnium ſalutem in conſeruatione antiquorum iurium non ſine cauſſa quærant, quod facile reliqui pedetentim ex his cauſſis a ruſticis in ius vocari queant.

§. XVII. Quæ in §. *præc.* allata ſunt, in hac meditatione, quam illuſtro, duplicem præbent vſum: a) vt inde liqueat, quibus ex cauſſis factum ſit, vt non vbique ruſtici occaſione oblata frui, et ad libertatem ruere potuerint: b) vt ſimul inde liqueat, quibus conſiliis in nonnullis prouinciis libertas ruſticorum ſine omni *manumiſſione generali* promota, et tandem confirmata fuerit. Qua de cauſſa ex his enarratis artibus ruſticorum PRIMAM et *generalem* occaſionem traho, per quam ruſtici tacite et fatentes aditum ad libertatem impetrauerunt. Sed præterea aliæ ſpecialiores occaſiones non ſunt negligendæ, quæ aditum hunc magis magisque ruſticis expeditum facilemque reddiderunt. SECVNDAM occaſionem adſcribo *expeditionibus crucigerorum ſacris*, quæ circa decurſum ſeculi XI. inauſpicatum habuerunt initi-

Inde prima occaſio nata, quod ruſticis contra nobiles in quibuſdam prouinciis quouis modo aures principum patuerint.

Secunda petenda ab ex-

peditionibus ſacris,

initium, pontifice anno 1095. tubam belli ſacri inflante. Superſtitio, quæ eo tempore orbis vniuerſus, imperio papæ obnoxius, occæcatus erat, incredibilem hominum cuiuſcunque generis multitudinem induxit, vt pro terra ſancta ab infidelibus liberanda communi conſilio arma arriperent, et iter hoc, quod *viam Dei* per aſtutiam cleri vocabant, temerario auſu ſuſciperent, tam *clerici* quam *laici*: tam *nobiles* quam *plebeii*: tam *ingenui* quam *ſerui*: tam praua obſtinatione animi, vt ne quidem clauſtris monaſticis incluſi in officio retineri amplius potuerint, vt BALDERICVS *in hiſt. Hieroſol.* teſtatur. Vid. *geſta Dei per Francos t. I. p. 89.*

quibus ruſticorum incredibilis copia nomen dedit,

Hac occaſione incredibilis copia ruſticorum agros, aratrum [et] obſequium dominis debitum poſtpoſuit ſuperſtitioſo huic zelo, et reluctantibus etiam dominis iter in terram ſanctam, ſed in ſui interitum, ſuſcepit, ſub tegmine & imperio *clericali* & *monaſtico* adeo tuta, vt dominis integrum non eſſet, abitum horum impedire. In compendio MAIMBVRGIVS *dans l' hiſtoire des croiſades pour la delivrance de terre ſainte ad annum 1095. pag. 35.* temeritatem ruſticorum ita depingit: *Vne multitude innombrable des paiſans avec leurs femmes et leurs enfants, qu'ils emmenoient ſur leurs charettes, abandonnans la culture des terres, voulurent etre de ces voyages, qu' on appelloit communement le voye de Dieu.*

ſub ducibus presbyteris et monachis.

Inconditus hic exercitus ex *plebe* et *ruſticis*, in tribus cohortibus diuiſus, duces habuit *presbyteros, monachosque*, conſtans ex diuerſarum nationum populis, adeo, vt 12000. Saxones et Friſones in eo numerarentur. Multis in Germania, hoc furore nondum infectis, ridiculo fuerunt hæ ruſticorum catervæ, vti conſtat ex CONRADI VESPERGENSIS *chron. pag. 231. Omnis pene populus Teutonicus in principio profectionis huius cauſſam ignorantes, per terram ſuam tranſeuntes tot legiones equitum, tot tur-*

mas

mus peditum, tot cateruas ruricolarum, feminarum ac paruulorum quaſi inaudita ſtultitia delirantes ſubſannabant. Sed mox idem furor omnes inceſſit, vt ſidere quodam infauſto ad præſentiſſimum ſui interitum ſeſe accingerent, monaſticis perſuaſionibus effictisque cœleſtibus decepti promiſſionibus. Teſtis eſt DODECHENVS *in append. ad Marianum Scotum ad an. 1096. p. 462.* aiens: *Non ſolum* RVSTICI, *ſed etiam reges, duces, ceteræque mundi poteſtates, epiſcopi, monachi, reliqui quoque eccleſiæ ordines ad iter mouebantur.* IDEM paullo poſt. *Regna rectoribus, vrbes paſtoribus, vici vaſtantur habitatoribus etc.* Infinita mala hæc ſuperſtitioſa expeditio peperit. Etenim 1) totius Germaniæ nobilitas fere attrita: prouinciæ hominibus et inhabitatoribus orbatæ fuerunt, *vt pene non inuenirent, quem apprehenderent, ſeptem mulieres virum vnum,* vt loquitur BERNHARDVS *in epiſt. 246.* denique pagi et vici a ruſticis magnopere deſerti ſunt. 2) Quotquot ruſtici ſuperſtites fuerunt, occaſionem, abſentibus et deletis nobilibus, captauerunt, ad libertatem perueniendi, tum quod ex his ciuitates ciuibus orbatæ replendæ; tum quod etiam in tanta ruſticorum hominumque penuria cum ſuperſtitibus indulgentius paullo agendum eſſet, vt abſque *redemtione libertatis* horum liberis ad ciuitates tranſitus pateret, nec *nota ſeruitutis* his obiici poſſet. *Inde occaſio a ruſticis plurimis arrepta perueniendi ad libertatem.*

§. XVIII. TERTIA occaſio petenda ex *receptione iuris Romani,* quæ paullo poſt occaſioni ſecundæ acceſſit. Oſtendi enim in *T. I. iur. eccleſ. tit. de conſt. §. 41. ſq.* iam ſeculo XIII. vſum quemdam eius in Germania fuiſſe, quod nouiter etiam docuit atque illuſtrauit B. HEINECCIVS in *hiſt. iur. ciu. Rom. ac Germ. §. 64. et ſeqq.* præſertim cum decretales hoc ſeculo regnis prouinciisque omnibus obtruderentur, iure Romano adeo referre, *Tertia occaſio ex vſu iuris Romani petenda.*

Ex quo ruſticis ſeruis libertas aſſerta.

ferret, vt ſine hoc intelligi haud potuerint. Ex hoc iuris peregrini vſu ingens confuſio in *rebus Germanicis* facta, inſtituta patriæ in peruerſum detorta ſenſum, et more inaudito quæuis ad peregrinorum iurium principia accommodata, quod eo tempore facilius in vſum deduci potuit, quoniam iuris patrii rationes in abdito latebant, nec debito modo excultæ erant. Qua metamorphoſi ſemel facta, vox leguleiorum hæc fuit: *Ruſticos ſeruos non eſſe, nec horum conditionem in iure Romano traditam his conuenire, quod ſibi quodammodo acquirere poſſent: pro liberis, vel adminimum pro libertis eos habendos, et cum colonis Romanis æquiparandos, qui tamen liberi cenſendi iuxta L. vn. in f. C. de colon. Illyr. Denique etiam libertos ad operas præſtandas obſtrictos fuiſſe, adeoque vel ab his argumentum ad ruſticos trahi poſſe.* His ſimilibusque argumentis antiqui ICti in Germania vſi ſunt, immo nec recentiores ab iis abſtinuerunt, propter ex ſcriptis illorum, qui §. *IV. circa fin.* relati ſunt, liquet. Ipſe B. STRYKIVS *in vſu mod. tit. de ſtatu homin.* §. 5. quæſtionem hanc mouit: *vtrum proprii homines liberi, an ſerui cenſendi?* Ipſemet illis *libertatem* aſſignauit, ſed *reſtrictam*, quod nunquam fieri potuiſſet, ſi ex principiis iuris Germanici cauſſam hanc egiſſet. Inde collegerunt, operas ruſticorum non ex *ſtatu ſeruitutis*, ſed ex *pacto* cum dominis inito, exemplo *libertorum*, eſſe deriuandas. vid. CARPZ. *lib. I. reſp. 56. n. 11.* COLER. *de proc. exec. part. I. c. 9. n. 59.* Alii eas *iurisdictioni* adſcripſerunt, quod animaduerterent, ſine *coactione* et *imperio* operarum exactionem eſſe inanem, quorſum inclinant SALTHASAR. *de oper. ruſt. c. 7. p. 27.* et FROMMANN. *de oper. ſubdit. et maxime ruſtic.* §. 12. qui itidem erronee cauſſam hanc ex iuris Romani regulis æſtimandam et trutinandam eſſe, et ſic ruſticos quoſcunque liberis accenſendos, cenſuerunt.

runt. Inde in doctrina de *operis rusticorum* variæ ICtorum confusiones multique errores occurrunt, qui euitari potuissent, si statum eorum ex *iure patrio* æstimassent. In compendio antiquorum ſomnia collegit Dn. PERTSCH. *cit. diſſ.* §. 41. quæ huc redeunt: *Operas in genere non præſumi, ſed ab exigente probandas eſſe quoad ſingula, de quibus petuntur, prædia, nec dominum a probatione iuris ſibi competentis per poſſeſſionem liberari, ſed inſtar illius, qui ſibi aſſerit ſeruitutem, libertati naturali contrariam, eam docere debere: exactionem operarum refragari iuri communi* (Romano.) *præſumi pro libertate et immunitate ruſticorum in tantum, ut potius iure familiaritatis operas præſtitas fuiſſe, quam iuris neceſſitate aſſeri debeat. poſſeſſionem a ruſticis obiectam a dominis remouendam. ruſticis negatoria recte uti, et ſic in dominum deuoluere onus probandi* etc. Hæc inueterata, ſed admodum inſulſa philoſophandi ratio circa *ſtatum mancipiorum* ſeu *propriorum hominum* hunc ſingularem effectum habuit, vt in illis regionibus, in quibus *ius Romanum*, concuſſo *iure patrio*, dominatum obtinuit, ruſticis pepererit ſtatum *libertatis imperfectæ*; neque enim, quæſtione ſtatus horum liberis mota, aut eis nota ſeruitutis obiecta, aliter reſpondere potuerunt iudices his erroribus infecti, quam ruſticorum horum liberos nulla *manumiſſione* indigere: liberos natos eſſe. non excludendos a collegiis opificum aut iure ciuitatis etc. E contrario in prouinciis illis, in quibus *iura patria* et *domeſtica* præualuerunt, iusque Romanum tantum in ſubſidium et ſecundum quid receptum, ſtatus ſeruilis ruſticorum illibatus permanſit, nec mutationem paſſus eſt. Quocirca in *Weſtphalia*, *Holſatia*, *Pomerania*, ducatu *Mecklenburgico* et *Luſatia* ſtatus ruſticorum adhuc vtplurimum ſeruilis eſt, quod maior reuerentia et auctoritas *iuri patrio* quam *Romano* in pleriſque cauſſis attributa fuerit,

Et varii errores circa operas ruſticorum commiſſi.

In quibus regionibus ius Romanum prædominari cœpit, liberi iudicati;

Non in iis prouinciis, quæ iuri patrio inhæſerunt.

Niſi academiis abundauerint.

ſit, vt iuris peregrini principia ſtatum ruſticorum immutare haud potuerint. Adhuc ſeculo XV. circa annum cIↃ CCCCXXXII in conſtitutione HENRICI ducis pro ſynonymis habentur die Laſſen und eigene Leute, olim a ſucceſſione in bonis ciuis defuncti excluſi, prout ſupra §. *VII.* dictum eſt, quamuis hodie ſtatus ruſticorum liberior ſit. Equidem in *Saxonia ſuperiori* adhuc praeualet *ius antiquum Saxonicum*, quod iuris Germanici genuinus foetus eſt, ſimulque ſupra dictum, olim ruſticos etiam in his terris ſeruilis conditionis, *laſſos*que dictos fuiſſe. Hi tamen nihilominus hodie quoad ſtatum *libertate imperfecta* fruuntur, vt liberi eorum ſine manumiſſione a collegiis opificum et ciuitatibus excludi amplius nequeant. Sed cogitandum eſt, metamorphoſin hanc ſine dubio deberi *academiis* in Saxonia ſuperiori et Thuringia florentibus, in quibus ICti pro *auctoritate iuris Romani* ſtabilienda et propaganda omni animi impetu pugnarunt, b) et quamuis iuris Saxonici antiqui placita conculcare haud potuerint, facilius tamen circa ruſticorum et laſſorum ſtatum principia iuris Romani applicare potuerunt, quod tum AVCTOR *ſpeculi Saxonici*, tum antiquus GLOSSATOR iuris Romani principia paſſim iuri patrio admiſcuerint, gloſſator vero in primis omnia inſtituta Germanorum ſecundum ius Romanum eius-

b) Haec, quae prolixius hucuſque adducta ſunt, in compendio iam olim docuit THOMASIVS *tom. IV. obſerv. ſelect. ad rem litter. ſpect. obſ.* 11. §. 28. his verbis: *Credo, quod hi ruſtici, indeterminatas operas praeſtantes, habeantur pro liberis hominibus, non manumiſſioni deberi, ſed errori ICtorum, poſt introductionem in academias iuris Iuſtinianei ſtulte quaerentium, an homines proprii ſint ſerui? exemplo quaeſtionem non ex principiis doctrinae politicae et hiſtoriae patriae, ſed ex principiis iuris Romani ad ſtatum Germaniae non quadrantis ſtultius negantium. Credo, ruſticos citius pro liberis hominibus haberi coepiſſe in iis locis, vbi academiae citius floruerunt: credo, iis in locis, vbi adhuc hodie iidem ſunt homines proprii ſeu ſerui, ius Romanum non eſſe receptum, vel certe multo ſerius.*

alioque gloſſis æſtimauerit, vt ineptiæ eius inſpicientibus in oculos incurrant. Quid enim ineptius, quam hæc gloſſatoris ſententia ad *art. 4. lib. 1. I. P. S.* Laſſen ſind die, welche unſere Vorfahren frey lieſſen, da ſie das Land bezwungen, quod commentum ex ſupra dictis per ſe corruit. Adhuc *lib. 1. art. 16.* eiuſdem iuris dicitur: Der eigen Mann, den man freylaͤßt, behaͤlt freyer Landſaſſen Recht, et *lib. III. art 80.* Laͤßt der Koͤnig oder ein ander Herr ſeinen Dienſtmann oder ſeinen eigenen Mann frey, der behaͤlt freyer Landſaſſen Recht. Supra autem dictum atque oſtenſum eſt, *laſſos, latos*, et *proprios homines* ſeruilis conditionis eſſe. interim fabulam ipſam ridiculam de *laſſorum origine et conditione* ipſe SPECVLATOR *l. III. art. 44.* recenſet, putatque, a poſteris ALEXANDRI M. prouincias has eſſe deuictas, ſpoliatum Thuringorum dominos fugatos et interfectos, quo facto, lieſſen ſie, pergit, die Bauren ſitzen ohngeſchlagen, und beſtaͤtigten ihnen den Acker zu ſolchem Recht, als noch die Laſſen haben, und davon kommen die Laſſen her. Denique ſi huic cauſſæ adiunxeris eam, quæ §. *proc.* adducta, ruſtici in *Saxonia ſuperiori* et *Thuringia* facilius ad libertatem peruenire potuerunt, quod clades tot infinitorum nobilium in expeditione ſacra ruſticis anſam præbuerit, ad maiorem libertatem adſpirandi.

§. XIX. QVARTAM cauſſam huius libertatis imperfectæ hodiernorum ruſticorum petendam eſſe exiſtimo tum ex *indulgentia*, tum etiam ex *negligentia* quorundam dominorum. Commune prouerbium eſt: Unterm Krummſtab iſt gut wohnen; item: *communia communiter negliguntur.* Quid itaque mirum, quod prælatorum et epiſcoporum ruſtici paſſim ad libertatem per *conniuentiam gratioſam* eorum peruenerint: quod capitulorum aliorumque corporum proprii homines quandoque ex hoc

Quarta cauſſa adſcribenda indulgentiæ et negligentiæ quorundam dominorum.

rum negligentia lucrum captauerint, in libertatem tandem tranſlati, quod tunc præſertim factum eſſe credo, vbi *reſidentia canonicorum* admodum laxata fuit, vt abſentibus pleriſque, præſertim ſub turbidis temporum fatis, in hac imperfecta libertate tandem confirmati fuerint, nulla tamen interueniente *manumiſſione*. Hac enim ſub *indulgentia* et *conniuentia*, immo et *negligentia* factum eſt, vt ruſticis emigrandi facultas, nulla poſtulata *venia*, vel redemtione libertatis impetrata, tacite concelſa: vt eorum vindicatio et perſecutio neglecta: liberis liber diſceſſus et acceſſus indultus, usque neceſſitas remiſſa, ſeruilia ſeruitia intra domum dominorum præſtandi; ſingulis vero facultas ipſo facto tributa, ſibi *plene* acquirendi. Hæc iactura, quam priuati et capitula in *dominicæ poteſtatis* imminutione fecerunt, hoc compenſata eſt commodo, quod ruſtici ruſticorum prædiorum inſtrumenta cum pecoribus *ſuo ſumtu* ſibi acquirere: caſam cum horreis reficere, vel deſtructum *ſuo ſumtu* reſtituere, quoslibetque caſus fortuitos ferre obſtricti fuerint, quæ omnia intuitu mancipiorum, parum ſibi acquirentium, ad onus domini ſpectant, adeo vt hæc tempore neceſſitatis alere teneantur. Ita quidem *ſenſim* et *occulte* laxatus eſt nexus ſeruilis quoad *ſtatum*; neceſſitas vero operarum præſtandarum, quæ ab antiquo ex *ſtatu ſeruili* iis incumbebant, cum ceteris præſtationibus haud remiſſa, et ita *libertas* tantum *imperfecta* iis attributa.

Quinta cauſſa adſcribenda calamitatibus Germaniæ publicis.

§. XX. Multum quoque ad *libertatem* ruſticorum hinc inde promouendam contulit iniuria temporum, *ex calamitatibus publicis* orta, quæ ſtragem ruſticorum peperit, pagis quibusdam totalem attulit interitum, effecitque, vt mancipiorum copia, quibus prædia ruſtica aſſignari poſſent, deficerent, in quo QVINTAM et *vltimam* conſtituo occaſionem. Satis nota ſunt luctuo-

luctuoſa Germaniæ fata. Domeſtica bella cum *ruſticis*, eodem furore actis, quæ ſeculo XVI. afflixerunt plures Germaniæ prouincias, ſedari aliter haud potuere, quam cum inſigni dominorum clade et detrimento. Tricennalis belli calamitas ſtragem peperit vniuerſalem, vt pagi deſtructi, fundi rurales derelicti, et agri ex defectu culturæ dumetis obſepti et oppleti. Ruſticorum plurimorum hæc eo tempore fuit cantilena communis:

Nos patriæ fines, et dulcia linquimus arua;
Nos patriam fugimus.

Publica quiete reſtituta, *coloni alii* quærendi, quibus agri deſerti committerentur. His vero non vbique neceſſitas imponi potuit, cum iactura *libertatis* ſuæ prædia ruralia occupandi: ſatius erat dominis, ruſticos *liberos ſub oneribus priſtinis* prædiis imponere, quam nullos habere: remittere aliquid de rigore *dominicæ poteſtatis*, quam ſub huius pertinaci conſeruatione omnem ſpem recuperandorum ſubditorum deponere. Præſtabat habere homines *liberos*, qui vetera onera, operas, conſuetasque præſtationes ſuſcipiebant, et *colonorum liberorum* iure prædiis ruralibus incumberent, quam pagos deſertos relinquere. Hæc Germaniæ fata triſtia variis mutationibus in quibuſdam prouinciis anſam præbuerunt, effeceruntque, vt varia ruſticorum conditio hinc inde quidem facta, *libertas* eorum tamen, veteribus ſubiecta operis ſeruilibus, non niſi *imperfecta* manſerit. Quibuſdam quidem, ſed rariſſima fortuna, hæc contigit felicitas, vt ab operis ſeruilibus ſoluti agros *hereditario iure* poſſidere cœperint, et dumtaxat onera prouincialia penderent, qui *κατ᾽ ἐξοχὴν* Freyſaſſen, freye Bauren, deren Höfe nicht dienſtpflichtig ſeynd, vocantur. STAMM. *de ſeruit. perſon. L. III. c. 3. n. 2.* FRITSCHIVS *de iure et ſtatu pagorum c. VI.* Aſt quia hoc ipſum

rorum prorſus, et *extraordinarium* cenſendum, et proinde magis *exceptionem* quam *regulam* conſtituit, abſonum certe et inconueniens foret, ſi ruſtici, *libertate* quadam gaudentes, hoc ad exemplum trahere, regulamque inde efformare, ſeque hoc prætextu ab omni *nexu ſeruili* liberare vellent. Non omnibus, ſed paucioribus, qui onera ſeruilia prorſus ære grauiori redemerunt, contigit, adire Corinthum. Hoc experientia Germaniæ communis teſtatur, quæ *liberos* agnoſcit *ruſticos*, ſed antiquis oneribus ſubiectos, qui ex ſtatu *imperfectæ* ſuæ *libertatis* nullum nectere argumentum, ſeque in *omnimodam* libertatem vindicare poſſunt, prout ex hoc prætextu hodie fieri frequenter ſolet, quod ſpecialius nunc declarandum eſt.

Repetitio dictorum.

§. XXI. Videlicet euictum eſt in præcedentibus, 1) ruſticorum per Germaniam conditionem vbique fuiſſe *ſeruilem*: 2) nihil *iuris* aut *proprietatis* eoſdem ſibi attribuere potuiſſe in *prædia*, *agros*, *fundos*, illis ad culturam conceſſos: 3) operis *indeterminatis* eoſdem fuiſſe ſubiectos, eaſque ex *herili poteſtate* imperatas, prout ratio domeſticæ rei id poſtulauerit, adeoque cum *emphyteutis Romanis* eos haud comparandos eſſe: 4) quoſdam ad libertatem variis occaſionibus perueniſſe, abſque *manumiſſione expreſſa*, et vtplurimum *latenter et occulte*, quandoque etiam, in defectu mancipiorum, in nonnullis pagis liberos fundis impoſitos fuiſſe: 5) *libertorum* inſtar eos non eſſe habendos, *imperfecta* tamen gaudere *libertate*, ac priſtinas operas ſeruilis adhuc vtplurimum illis incumbere, quod a mutatione ſtatus ſeruilis tacita argumentum duci non poſſit ad liberationem ab oneribus, quæ ab antiquo ruſticis qua talibus incubuerunt. Diuerſa videlicet fuit manumiſſio antiqua, *expreſſa a mu-*

Ex quibus colligitur,

tatione

tatione ſtatus, quæ *occulte et latenter* facta. Illa *particularis* fuit, ac manumiſſum liberauit a *iugo ſeruili*, et inde dependentibus oneribus, vt tamen fundi ruſtici commoda derelinquere coactus fuerit. Hæc eam neceſſitatem ruſticis non impoſuit retinere agros, eorumque commoda cum acceſſionibus, adeoque merito priſtina ſubire onera debuere, nec in illis plus iuris, quam antea habuerunt, hoc ipſo impetrarunt, niſi conuentio noua, qua *ius dominii* acquiſiuerunt, vel alia iuris mutatio legitima doceri poſſit. Itaque cum in ruſticis *generalis manumiſſio* deficiat; cum poſſeſſionem antiquam prædiorum cum *commodis* et *oneribus*, etiam ſub *mutatione ſtatus latenter facta*, continuauerint, ratione operarum, cenſuum, aliorumque præſtandorum nulla *reſeruatio*, *pactum*, vel *conuentio*, quam fingunt communiter, concipi poteſt, quæ tunc demum concipi poſſet, ſi *expreſſa manumiſſio* ruſticorum, retentis *agris* et *oneribus*, facta fuiſſet. Exemplum præbet auguſtiſſimi Regis Boruſſiæ manumiſſio propriorum hominum, quæ *retentis operis et cenſibus*, *facta*; in hac ergo facile determinari potuere *expreſſo pacto*, quæ a manumiſſis præſtanda ſunt in poſterum. Sub *mutatione ſtatus tacita* nihil in operis innouatum, ſed quod intuitu *prædii ruſtici*, cuius *commoda* percipit, ſoluuntur, creditum fuit, ea ipſius fundi onera eſſe, id quod in ius perpetuum tranſiit, vt ipſa prædia inde dicta fuerint dienſtpflichtige Höfe. Nec, quod hodie, teſte experientia, ruſtici, etiam *liberi*, adhuc *operas indeterminatas* vtplurimum præſtent, aliunde deduci poteſt, quam quod nunquam *expreſſe* manumiſſi, et ſic nulla *innouatio* reſpectu operarum, cenſuum aliorumque præſtandorum facta; quæ ſi ſubobtentu impetratæ *libertatis* declinaſſent ac recuſaſſent, commodis *prædiorum ruſticorum*, quæ in *proprietate domini* ſunt, priuati fuiſſent.

mutato ſtatu ruſticorum onera ſeruilia haud mutata eſſe.

Nec pactum tamen concipi poſſe.

Nec innouationem quoad operas.

§. XXII.

Inde operis in dubio indeterminatæ præſumendæ; ius quoddam dominis in ruſticos relictum,

§. XXII. Inde vero concludo, (I) ex *mutatione ſtatus ruſticorum tacita*, non præſumi, mutationem factam fuiſſe in *operis*, adeoque in *dubio* pro *operis indeterminatis* eſſe præſumtionem, donec fuerit probata *innouatio*. (II) Vtut ruſtici plurimi, *conniuentibus dominis*, libertatem obtinuerint, vt, derelicto fundo, nota *ſeruitutis* nemini obici, aditusque ad ciuitates et opificum collegia præcludi queat, fundo tamen inſiſtentes *imperfecta* tantum frui *libertate*, dominisque ex *poteſtate* antiqua *dominica* multum iuris relictum fuiſſe, nec omne ius *cogendi* ruſticos iis adimi potuiſſe. Quia vero, mutato ſtatu ruſticorum, et recepto iure Romano, animaduerterunt domini, ius hoc *coactiuum* in dubium vocari, variisque expoſitum eſſe proceſſibus, plerique caute operam dederunt, vt *iuriſdictione* in ruſticos inueſtirentur a dominis territorii, quæ *patrimonialis* eſſe debuit.

quod in iuriſdictionem abiit,

Hæc fuit primarium medium retinendi ruſticos in officio et obſequio, ad reſiſtendum alioquin admodum procliues. Quibuſdam tamen hæc ab antiquo iam competit, vt α) *capitulis*, poſtquam a *ducum* et *comitum* poteſtate cum mancipiis et ruſticis exemta, et aduocati, olim *iuriſdictionis* gratia ab iis conſtituti, tandem variis ex cauſſis dimiſſi fuerunt, quo ipſo exercitium iuriſdictionis ad capitula tranſiit. β) muniuit *vetuſtate* tanti temporis, cuius *initii memoria* deficit, quam *immemorialem præſcriptionem*, non ſatis commode tamen, dicunt. Antiqua *dominorum poteſtas*, imperio *herili* inſtructa, facile in *iuriſdictionem* perpetuam abire tandem potuit, etiam tunc continuatam conſtanter, vbi ruſtici *libertatis* quamdam ſpeciem obtinuerunt. Non itaque errarunt, qui inde natales *iuriſdictionis patrimonialis*, exemplo B. HEINECCII *diſſ. de orig. iuriſd. patrimon.* repetierunt, allegantes, maioris ſecuritatis gratia ex poſtfacto litte-

ris

tis inueſtituræ eam fuiſſe inſertam c). Et quia hoc modo *iuriſdictio* in ruſticos ex *poteſtate herili* primordia cepit, inde forſan factum, quod *operarum exactionem* iidem effectum iurisdictionis huius dixerint, quam potius *herili poteſtati* acceptam ferre debuiſſent. Breuiter. *herilis poteſtas* dominis ius *exigendi* pro lubitu operas, et inuitos ad eas præſtandas *cogendi* dedit, vnde ius *indeterminatarum operarum* et *iurisdictio patrimonialis* nata ſunt.

§. XXIII. Hanc obſeruationem de *præſumtione pro operis indeterminatis* teſtimoniis quibuſdam ICtorum illuſtrare iuuabit. Optimis rationibus eam confirmat MEVIVS *P. IV. deciſ. 131.* ita comparatis, vt ruſticis tam *ſeruis* quam *ſecundum quid liberis* conueniant, vtpote qui tantum *ſtatum* quodammodo, non *operarum debitum* mutarunt. Diſtinguit videlicet, vtrum conſtet de *operarum determinatione*, an non? Poſteriori caſu ita rationes ſubducit: *Tali determinatione non reperta, poteſtatis dominicæ eſt, ruſticis vel colonis etiam alia quam antea ſolita ſeruitia ſeu operas imponere. Indefinitum iſtorum debitum permittit dominis exigendi facultatem, et imponit ruſticis obſequendi neceſſitatem. Quibus minime ex eo, quod talia vel alia antea non præſtiterunt, ius denegandi eſt. Sufficit, ius exigendi adeſſe ex obligatione et conditione ruſtica vel colonaria* (quæ ſupereſt etiam in iis, qui *liberi* dicuntur) *quæ vbi aliud non eſt definitum, ad ſeruitia indeterminata obligat. Exactio meræ facultatis eſt, ideo licet immemoriali tempore omiſſa, nec ius dat debitori, nec domino libertatem aufert. Præſcribi contra illam nunquam poteſt.*

Illuſtratur ſententia de præſumtione pro operis indeterminatis ex ſuffragiis interpretum,

Meuii,

c) Iam olim hanc ſententiam ſuam fecit C. THOMASIVS *tom. IV obſeruat. II. ad rem litter. ſpect.* §. 28. dicens: *Credo, iurisdictionem patrimonialem reuera quoad originem nihil aliud eſſe, quam poteſtatem domeſticam, degenerantem in iurisdictionis aliquam ſpeciem, quæ a perſonis, quæ in patrimonio ſunt, (tales autem nemo præter ſeruos eſt) patrimonialis dicta ſuit.*

poteſt. Multum preterea *in notis n. 3.* tribuit poſſeſſioni, atque: *Sic diſtinguitur inter operarum exactionem, an dominus in poſſeſſione eius ſit, nec ne? In priori ſpecie probatio liberationis a ceteris incumbit ruſtico; in poſteriori vero domino.* Confer HARPPRECHT. *vol. nom. conſ. IV. n. 385. ſqq.* Pariter hanc ſententiam illuſtrant præiudicia tum a B. STRYKIO *in vſ. mod. tit de oper. libert. §. 6.* adducta tum in ſupra *exercit. anteced. circa finem* expoſita, quæ ſpeciatim ruſticos liberos reſpiciunt. Calculo ſuo idem confirmat Dn. DAVID GEORG. STRVBE *in comm. de iur villic. c. V. §. 2. Manumiſſio apud Germanos non tollebat obligationem ad operas et penſiones, domino præſtandas, ſed tantum facultatem dabat, derelinquendi prædium inuito domino. Itaque, cum mutatio haud præſumatur, nec obligatio operas præſtandi remiſſa poteſt cenſeri, ſed pro nobilibus prædiis eas exigendi ſtat coniectura. Præſumtio ſpecialis tollit generalem. Vnde quamuis pro libertate et naturali ſtatu præſumatur regulariter, attamen exſpirat ea coniectura, vbi ſtatus naturalis vel omnino vel magna ex parte eſt immutatus. Aſt in confeſſo eſt, et olim ruſticos ad operas præſtandas obſtrictos fuiſſe, et adhuc eſſe. Ergo fundamentalis illa regula, ea, quæ vt plurimum fiunt, præſumere iubens, villicis, non dominis onus probandi imponit, vbi ius exigendi operas in dubium vocatur.* De *manumiſſis* quidem loquitur auctor, id tamen ſecundum antea dicta de iis intelligendum ruſticis, qui ſtatum *tacite* per *conniuentiam domini* mutarunt. Addo conſenſum Dn. PERTSCHII in diſſ. *de diuiſ. in oper. determ. et indeterm. §. 54. ſq.* de ruſticis *ſecundum quid* liberis ſpeciatim mentem ſuam hoc modo declarantis: *Quæ aſſerui, ex priſtina et continua ruſticorum in Germania conditione deduci poſſunt. Nemo enim niſi qui veritati certæ obloqui velit, negabit, olim ius dominorum inuoluiſſe facultatem exigendi operas indeterminatas. Qui igitur mutationem factam eſſe*

Strykii,

Strubii,

Pertſchii,

eſſe lamnit, operasque ad certam quantitatem redactas eſſe contendit, id probare debet, hanc mutationem reuera conuentione vel alio quodam modo factam eſſe. Inter alios quoque BALTHASAR *de oper. ruſticor. c. XII. p. 80.* eidem accedit opinioni, quamuis in *fundamento operarum* alias paſſim erret, nec minus OCKELIVS *de praeſcript. immemor. c. II. th. 19.* Denique Dn. LEYSER *in medit. ad Pand. ſpecim. 466. n. 1.* eiuſmodi affert rationes, vnde non poteſt non praedicta concluſio colligi. Ait enim: *Cum res in eodem, in quo olim fuit, ſtatu manſiſſe cenſeatur, nec mutatio praeſumatur, ſed quatenus in facto conſiſtit, probari debeat, notiſſimo, non ſolum in Saxonia Electorali, ſed et omnibus terris, quae olim iure Saxonico vſae fuerunt, praeſumtionem pro nobilibus praediis, quod ſcilicet his operae a ruſticis debeantur, eaſque illimitatas eſſe.* Balthaſaris, Ockelii, Leyſeri.

§. XXIV. Inde vero (III) infero: ruſticos, in operis *determinatis* actionem ſuam fundantes, ſuae intentionis fundamentum probare debere, quia praeſumtio contra eos militat, praeſertim ſi nobiles ſunt in *poſſeſſione vel quaſi exigendi operas indeterminatas.* Syrmata errorum, qui ex principiis iuris Romani vel gloſſatorum in ſubſidium aduocari ſolent a diſſentientibus, collegi §. *XVIII.* quorum merito pertaedet ICtos ſaniores. Nihilominus tamen vt plurimum aduocati, quo, quantum poſſibile eſt, onus a ſe deuoluant in reos, ſolent inſtituere *actionem negatoriam,* et ad communia Brocardica prouocare, cum tamen cogitandum ſit, ruſticos, determinatas operas allegantes, ſe fundare in *iure ſingulari,* in *exceptione,* a iure communi Germaniae deuiante, quibus negatoria indulgeri non debet, ſed potius *confeſſoria.* Fundant enim ſe potius in *iure ſingulari immunitatis ab operis indeterminatis,* vt HERTIVS *reſp.* [illegible] *n. 5.* ait, adeo- Ruſtici operas determinatas allegantes probare debent. Actione confeſſoria.

 que

que petere debent: Daß ihm die immunität von ungemeſſenen Dienſten zuſtehet, ꝛc. alioquin libellus reiiciendus, ne iudex, *negatoriam* admittens, nouæ liti anſam præbeat, quis probare debeat. Grauiter morem aduocatorum improbat OCKELIVS *de praeſcript. immem. c. II. th. 19.* aiens: *Solent quippe nonnulli rabulæ, quamuis ſciant, nobiles eſſe in poſſeſſione ſeruitiorum, idque confiteantur; actionem negatoriam inſtituere, putantes, hac via ſe onus probandi poſſe conicere in nobiles, ob praeſumtionem libertatis, quam iactant. Sed ubi acta ad alias partes tranſmittuntur, falluntur et cadunt ſua ſpe.* Inane videlicet et lubricum argumentum eſt: quia ruſtici liberi creduntur, ergo ad operas indeterminatas non tenentur, cum tamen *imperfecte* et *ſecundum quid* tantum liberi ſint, cum quo ſtatu optime conſtare poſſunt *operæ indeterminatae*, experientia teſte. Immo niſi ICti, principiis, hic prorſus alienis, abrepti ſeductique fuiſſent, vix ac ne vix quidem operæ determinatae in Germania deprehenderentur. Quod enim paullatim operæ ruſticorum ad *determinatam quantitatem* et *qualitatem* peruenerint, id ſine dubio inde factum, *α*) quod iuxta §. *XVIII.* creditum fuerit, *proprios homines* eſſe liberos, quo errore plerique ad *imperfectam libertatem* deducti ſunt *β*) quod, hoc facto, mutua inter ruſticos dominosque renitentia coorta fuerit, illis operas a ſe declinantibus, his ius ſuum ſtrenue propugnantibus *γ*) quod iudices his principiis imbuti faciles aures ruſticis præbuerint, remque eo deduxerint, vt nobiles tandem tranſigere, et ruſticis quaedam remittere coacti fuerint. Solent vtplurimum, teſte KLOCKIO *de contribut. c. II. n. 60.* hæc ruſticis ſuppeditari conſilia, vt *impenſa inſtantia ad noua ſeruitia coacti reclament, proteſtentur, et ad ſuperiorem prouocent.* Talis prouocatio magnum pondus apud eos principes

Origo operarum determi-

pes habere ſolet, quorum intereſt, nobilitatis vires potentiamque debilitari. Recte vero KLOCKIVS *cit. l.* ad tam funeſta conſilia regerit, ad lancem æquitatis et prudentiæ ita omnia eſſe temperanda, ne nimis dominorum ſæuitiæ indulgeatur, *neque effrene genus ruſticorum ad petulantiam et inobedientiam inuitetur, quod non tam ſimplex eſt et quietum, vt olim*, vt verbis KLOCKII, *n. 58.* vtar. Addit *n. 59.* *vt quondam ſerui, ita hodie ruſtici fere ſunt verſuti et vltimi prioribus peiores. Et generaliter ruſtici ſunt aſtuti, ſagaces et arrogantes, vt malitia ſupra malitiam ruſticorum non ſit.* His conſiliis factum, vt nobiles, quibus indulgentia nocuit, vel in determinatas operas conſentire debuerint, vel per *iudicata*, ex erroribus ſupra detectis lata, condemnati fuerint, vt *operis determinatis* acquieſcere debuerint. Nihil enim magis nobilibus præiudicare potuit quam error antiquus: *alleganti operas indeterminatas onus probandi incumbere*, ſub quo non potuere non olim ſuccumbere nobiles, quibus impoſſibile fuit, operarum indeterminatarum debitum probare, quamdiu (quod olim factum eſt) ſubſtiterunt in gloſſatorum traditis §. *XVIII.* relatis, nec in *iuris patrii* doctrina, (quæ eo tempore in abdito latuit) præſidium quæſiuerunt. Ita plerique cauſſa ceciderunt, non ſuo, ſed ICtorum et iudicum vitio. Denique ex his ſatis palam eſt, allegantes *operas determinatas* vel in *conuentione, et transactione* vel *iudicatis* ſe fundare debere. Sola certarum operarum intermiſſio per tempus diuturnum non liberat ruſticos ab earum præſtatione, cum exactio earum meræ facultatis naturalis ſit, nec operæ, niſi *indictæ*, debeantur, vt recte MEVIVS *P. IV. deciſ. 131.* obſeruat.

Vitium precario et violentiæ in operis non præſumitur,

§. XXV. Quia vero ruſtici per [illegible] per plures annos *difformiter quoad quantitatem & qualitatem* præſtitis opponere ſolent, eas iure *familiaritatis* vel *precarii* præſtitas, vel ſe per *vim iniquam* ad earum præſtationem coactos, interim ſe conſtanter *murmuraſſe*, & hac *murmuratione* [illegible], ne vllo temporis lapſu dominus eas præſcribere potuerit, quod etiam *murmuratio* ſit interpellatio præſcriptionis; quid,

ſed ea probare debent;

inquam, hæc & ſimilia ſomnia afferri ſolent, inde (IV.) ex præmiſſis concludo, ruſticos eiuſmodi futiles exceptiones eo magis probare debere, quod omnis præſumtio huic aſſertioni vulgatiſſimæ repugnet, & vitia *precarii* et [illegible] fateantur, ſe *operas indeterminatas* præſtitiſſe. *Talis* [illegible] *ſio qualificata*, ait HARPPRECHT *vol. nov. conſ. IV. n.* 428. *ſqq. pro parte acceptari et pro parte impugnari poteſt, quia præſumtio iuris eſt contra confitentem, cum quævis poſſeſſio de iure iuſta et legitima* [illegible] *vitioſa*, ſeu vitio precarii aut violentiæ infecta, [illegible].

Quod ſpeciatim oſtenditur

1) in precario,

Subiicit OCKELIVS *de præſcript. immem. c. II. th.* 19. *ſi ruſticus maxima ſervitia fateatur; tunc præſumtio contra eum eſt, quod* [illegible] *reliqua maiora teneatur.* Nam vt (1) a *precario* incipiam, [illegible] probabilitate alienum eſt, ruſticos *iure familiaritatis* [illegible] *domino* ſuo præſtitiſſe operas, ſua natura coactioni obnoxias. Abſurdum eſt, concipere *iur familiaritatis* in eo, qui ad *ſerviendum* ex ſua conditione obſtringitur. Vulgatum eſt: Der Bauer thut nichts, wenn er nicht muß, vt deſignetur, abſque *coactione* et *imperio* nihil impetrari poſſe; quis ergo crederet, hunc *iure familiaritatis* per decem vel plures annos domino operas præſtitiſſe. Recte MOLLERI *in ſemeſtr. lib. IV. c.* 38. *in ſ. Neque mihi veriſimile eſt, ex noſtratibus ruſticis quempiam per* [illegible] vel plures [illegible] *ſuo precario ea præſtiturum*, [illegible]

quarere obligatum ille ſe non eſſe ſciat vel exiſtimet. Calculo ſuo idem firmant MAVLIVS *de homag. tit. 4. n. 8.* WESEMB. *P. I. conſ. 18* et ZIEGLER *ad prax. aur. Caluoli §. nobiles. concl. 1. n. 74.* aliique. Speciatim vero ZIEGLERVS obiectiones volgares, quod in dubio magis *precarium* quam *ſeruitus* praeſumatur, deſtruit, docetque, *rationes iuris et naturam negotii contrarium in hac parte ſuadere; tum, quod tales praeſtationes nunquam ad ius libertatis pertineant, tum, quia in illis nullum commodum facientis, ſed ſolius accipientis deprehendatur, neque ruſticus ſua, ſed domini gratia operetur; tum denique, quia tales actus ſaltem homines notabile habentes citra ſeruitutis euidentem coniecturam exerceri non poſſint.* Vnde merito inferendum, ruſticis, non iure *ſeruitii*, ſed *precario* tantum aliquamdiu praeſtitiſſe operas, aſſerentibus, probationem incumbere. CARPZ. *P. II. C. 4. def. 3.* RICHTER *deciſ. 98. n. 57.* (2) Nec magis exceptio *violentiae* praeſumitur, ſed legitime probanda, tum quod auxilio ſuperioris haud deſtituti fuerint, quod implorare potuiſſent, *l. 23. pr. D. quod met. cauſ.* MAVLIVS *de homag. tit. 4.* HARPPRECHT *vol. nou. conſ. 4. n. 425.* nec in *murmuratione*, illis tantum proficua, quibus recurſus ad ſuperiorem fere praecluſus eſt, ſubſiſtere debuiſſent; tum etiam quod *murmurationi* aſſueti adeo ſint ruſtici, vt plerumque ad obſequium inuiti cogi debeant, et ex hoc praetextu nullum praeſidium cauſſae ſuae circumponere poſſent. 2) *In dubio violentia.*

§. XXVI. Denique (V) ex praemiſſis etiam hanc formo concluſionem, ruſticis his, *imperfecta libertate* gaudentibus, *in dubio* ius quoddam *proprietatis* in praedia ruſtica nec aſſignari, nec eos cum *emphyteutis* conferri poſſe. Palam eſt, ruſticos olim in perpetua fuiſſe ſeruitute, et ex hoc ſtatu *indefinite* fundis impoſitos, quibus decedentibus, vni alterius ex liberis *Ruſtici proprietatis ius in agris haud impetrarunt.*

eos

eos ſub eadem conditione conceſſos, vt non facile, ſed ex *iuſta* demum *cauſſa* ab illis fuerint deiecti, quod mutatio talis dominis ipſis noxia eſſet. Poſtquam in *libertate imperfecta* ſenſim et pedetentim ſunt conſtituti, continuarunt antiquum poſſidendi modum vſumque, ac fundos vt *alienos* nomine domini, *ſub conſuetis operis et cenſibus*, poſſederunt. Quocirca ex hac cauſſa, quæ ad inſtar *locationis* cenſenda, nec præſcriptione longiſſimi temporis ius domini interuertere, nec *vtile dominium* impetrare potuerunt, niſi acceſſerit actus contradictorius inter *dominum ruſticumque*, illo fundum quidem repetente, ſed ruſtici contradictioni, qua ſibi *vtile dominium* aſſeruit, acquieſcente, quia tunc demum prior poſſeſſio immutata eſt. Cum vero talis actus in facto conſiſtat, merito probari debet. Vt plurimum *ius perpetuæ coloniæ* ſinguli ruſtici, ſed vt plurimum ipſum *ius emphyteuſeos* ſub eo tegunt, ex *iuris Romani* principiis, quod tamen cum *modo ruſticorum tenendi prædia*, non conuenit. Pluribus adhuc præiudiciis ſatisfaciendum hic eſſet, niſi tempore interclusus in aliud tempus meditationem hanc reiicere coactus eſſem.

EXER-

EXERCITATIO XX.

AD LIB. I. PAND. TIT. VI.

DE

LEGITIMATIONE EX DAMNATO COITV NATORVM.

§. I.

Sicuti propter *procreationem liberorum*, in ſpem patriæ educandorum, matrimonia conciliantur, ita in *ſtatu ciuili*, quo familiarum integritas, gentis cuiusuis perpetuitas atque domus gloria omne ſolent ferre punctum, præcipuus matrimoniorum fructus eſt *legitimæ prolis* ſuſceptio, quæ parentibus ſuo tempore ſuccedere, et eius quaſi nomen atque memoriam conſeruare poſſit, iuxta illud vulgatum, *quod parentes in liberis viuere videantur.* Intereſt vero reipublicæ, vt liberorum ſuſceptio ſit certa, nec parentibus vllum de eorum *legitima natiuitate* ſuperſit dubium. In hunc finem in *ſtatu ciuili* plerarumque gentium certi modi, quibus matrimonia iniri ſolenniter et legitime debeant, inuenti ſunt, vt qui ex tali iuxta leges præſcriptas contracta ſocietate natus eſt, pro *legitimo* h. e. qui *liberorum* iuribus commodis et priuilegiis fruatur, habendus ſit; ceteri vero extra talem ſocietatem progenati, quæ vel legibus aduerſatur, vel ſolennitate præſcripta caret, *illegitimi* cenſendi, i. e. indigni, quibus iura legitimorum liberorum applicentur. Idem ſedulo in republica Romana obſeruatum, atque in *iure ciuili* traditum eſt, illum demum *patrem*, quem legitimæ demonſtrant

Liberi parentum decus et vitæ propagatio,

gitimitas natiuitatis eorum eſt legitima.

Illegitimorum non habetur ratio;

nuptiæ, eos vero liberos eſſe *legitimos*, qui conſtante matrimonio nati ſunt. *L. 5. D. de in ius voc. l. 6. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt.* Præterea quoque multa iura liberis *legitime* natis attribuit, ab his qui *vulgo quæſiti* ſunt, non vindicanda. Qua de cauſſa, vt iura liberorum legitime natorum hi quoque acquirerent, ſæpe ſolliciti fuerunt parentes, quibus tandem proſpectum eſt beneficio *legitimationis* admodum quidem ab initio reſtricto, ſed pedetentim aucto et iure canonico adhuc latius extenſo. Cum vero his non obſtantibus, interpretes iuris in diuerſas hic abeant ſectas, quibuſdam enim admodum reſtringentibus et coarctantibus, quibuſdam vero ad quoſcunque extra matrimonium natos extendentibus, id iam agam, vt, an, et quinam limites *legitimationi* in praxi ac vſu forenſi ponendi ſint, inquiram, et quantum fieri poteſt, cuncta in tutiſſimo collocem loco.

…tii legitimi facti per legitimationem,

De qua ex vſu hodierno agendum,

Scriptores legitimationis doctrinam exornantes.

§. II. Dignam vero eſſe hanc doctrinam, cui meditatio ſedula impendatur, oſtendunt paſſim ICti, qui ſuis obſeruationibus eruditis eam exornarunt. Præ ceteris admodum laudari meretur THOMASII differt. *de vſu practico doctrinæ de legitimatione*, qua originem, progreſſum, variamque fortunam huius doctrinæ erudite expendit, vt quaſi fere exhauriſſe videatur. De *legitimatione per ſubſequens matrimonium* etiam egit ſpeciali diſſertatione LAVTERBACHIVS traditis iuris ciuilis tenaciſſime inhærens, vt, quantum fieri poſſet, per eo *vſum forenſem* efformaret. Præterea quoque FRANCISCVS HOTTOMANNVS *de ſpuriis et legitimat. tom. 1. oper. pag.* 519. peculiari diſputatione agit, eamque eruditis pro more obſeruationibus illuſtrat, vt tamen magis intra *iuris ciuilis* cancellos ſubſiſtat, nec in eum, quem mihi propoſui, campum exſpatietur.

tietur. Magis ſcopo meo inſeruit FRANCISCVS SARMIENTO, qui *lib. 1. ſelect. interpret. c. 5. 6. 7. et 8. legitimationem* quorumcunque illegitimorum euoluit, eam tamen variis ambiguitatibus, paullo poſt ſuperandis, inuoluit. FRANCISCVS de AMAYA *Lib. 1 obſ. iur. ciu. cap. 4.* ſpeciale quoddam thema explicuit, quod huic doctrinae ſuppetias ferre poteſt. Selectiora habet DESIDERIVS HERALDVS *lib. 1. rer. et quaeſt. iuris quotidian. c. 1. ſeqq.* vbi de diuerſa *ſpuriorum* conditione agit, et cap. 4. *legitimationis* doctrinam ſolide prae ceteris exponit; cui iungendus eſt BASILIVS PONCE de *matrimon. lib. XI.* iuris *canonici* dogmata ſententiasque ſatis dilucide et cum iudicio exponens, alios vt iam non tangam.

§. III. Vt vero paullo propius ad cauſſam ipſam, quam exornandam ſuſcepi, me accingam, ſciendum eſt, liberos *ciuili* et *Canonico* iure eſſe vel *legitimos* vel *illegitimos*. Illi *legitimatione* non indigent; bene tamen hi, vtpote quibus iura *legitimorum liberorum* negata ſunt. Horum quidem varia iure *ciuili* erat conditio, qui commode tamen ad duas reduci poſſunt claſſes; quorum quidam ex coniunctione *licita* ſed *minus legitima*; quidam vero ex *concubitu* legibus prorſus *damnato* procreati erant. Illi dicebantur *naturales*, quod ex *naturali coniunctione*, coniugii cauſſa inita, ſuſcepti eſſent, deſtituta tamen effectibus ciuilibus. Huc pertinebat 1) *contubernium ſeruorum*, qui quondam inter ſe *naturali coniugio* coniungebantur; et quia ſerui hoc iure pro nullis habentur, effectus *legitimorum liberorum* in natos ex contubernio non cadebant, nec erant in poteſtate parentum naturalium, ſed dominorum. Breuiter *intra naturae terminos, ſed extra terminos iuris* ſubſiſtebant, vt ait HERALDVS *cit. l. c. 1. §. 9.* Sic ſerui Pamphilii filia Pamphilia *naturalis* dicitur

Liberi ſunt vel legitimi vel illegitimi;

Hi vel ſunt naturales,

vel ex damnato coitu nati.

Naturales 1) ex contubernio ſeruorum;

citur in *l.* 88. §. 12. *D. de legat.* 2. patet vero eius itidem *rubricis*, vbi addit ICtus: *quia creditur appellatione filiorum et naturales liberos in ſeruitute ſuſceptos, contineri.* II. Ex *concubina nati*; Poſtquam enim *concubinatus* per leges h. e. *Iuliam* et *Papiam*, nomen aſſumſerat, vt ait MARCIANVS *in l.* 3. §. 1. *D. de concubin.* conſuetudo hæc, quæ *naturale matrimonium* quoddam erat, eo ipſo approbata, et liberi inde nati *naturales* dicti, quod *concubinatus* proxime ad *contubernium* accederet, adeo vt etiam hoc nomine venire ſoleat *l.* 5. *C. de natural. lib.* ibi: *electo contubernio.* SVETONIVS in *Veſpaſ. cap. III.* n. 4. auctor eſt *Veſpaſianum, poſt vxoris exceſſum, Cænidem, Antoniæ libertam, et a manu, dilectam quondam ſibi, reuocaſſe in contubernium, habuiſſeque etiam pæne iuſtæ vxoris loco.* Videlicet quas perſonas per *legem ciuilem* vxores *iuſtas* habere non licebat, eas in concubinam habere ſuo modo permiſſum erat, modo vir legitima vxore deſtitueretur et cœlebs eſſet; quorſum pertinebat iudicio publico damnata, *l.* 1. §. 2. *D. de concub.* meretrix, quæ corpore quæſtum fecerat, *l.* 14. *D. de rit. nupt.* liberta, *L.* 2. *D. de concub.* mulier prouincialis, ei iuncta, qui in ea prouincia officium adminiſtrabat. *l.* 5. *eod.* &c. Quandoque etiam, quæ alias *iuſta* poterat eſſe *vxor*, ex ratione domeſtica in concubinam erat, et, noua accedente affectione, vxor ducebatur ex poſt facto. *l.* 13. §. 6. *C. ad L. Iul. de adulter.* Altera claſſis *illegitimorum* comprehendit natos ex *coitu illicito*, qui vel *turpis* eſt, vel *crimen* conſtituit. Atque hi dicebantur *ſpurii* vel *vulgo concepti, qui vel patrem demonſtrare non poſſunt*, vt ſunt ex proſtibulo nati, quorum pater *populus* ſeu *vulgus* erat; vel *qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere non licet*, vt ait MODESTINVS *in l.* 23. *D. de ſtatu hom.* quales ex *ſtupro* nati, vel ex *adulterio* aut *inceſtu*, vel

2. ex concubina nati.

ſpurii ex coitu nefario progenati.

aliis

alias contra legem procreati, et ſic ex tali coitu, qui *crimen publicum* vel actum legi contrarium conſtituit. Qui ex *meretrice* editus erat, itidem quoque ex *turpi concubitu* natus credebatur, vt tamen extra pœnam legis eſſet, fornicatione non abſolute prohibita. *l. 4. §. 3. D. de condict. ob turp. cauſam.*

§. IV. Qui ex *coitu damnato* nati erant, eorum conditio longe deterior erat, ſtatu *naturalium*, quibus opponebantur. Ait IVSTINIANVS *in Nov. 89. c. vlt. Omnis, qui ex complexibus aut nefariis aut inceſtis, aut damnatis proceſſerit, iſte neque naturalis nominatur, neque alendus eſt a parentibus.* Obſeruat quidem HERALDVS, *lib. I. quæſt. iur. quotid. c. 3. §. 6.* verba hæc tantum deſignare natos ex *matrimonio* quidem, ſed *nefario, inceſtuoſo* et *legibus damnato*, quod admitti poteſt in ſpecie legis adductæ; nihil tamen impedit, quo minus etiam ex *damnato coitu* nati dici queant, qui ex *ſtupro* et *adulterio* vel alio coitu contra leges procreati erant, cum *ſtuprum* et *adulterium* lege Iulia criminibus publicis annumerata fuerint. conf. *c. 4. X. qui filii ſint legit.* Huc iure *canonico* et *ciuili* etiam refertur coniunctio cum *monacho* vel *moniali*, cum vtrique matrimonium ob *votum caſtitatis* ſit interdictum, et inſtar *ſacrilegii* habendum. vel ſi clericus, in *ordinibus ſacris* conſtitutus, in *conſuetudine concubinaria* feminam habeat, quæ iure canonico prorſus prohibita & delictis annumerata eſt. *c. 1. X. de cohabit. cleric. et mulier.* Adeo enim *nuptiæ* clericis, etiam in *ſubdiaconatu* conſtitutis prohibitæ ſunt, vt, ſi de facto eas contraxerint, non *nuptiæ* ſed *contubernia* dicenda ſint iuxta *c. 4. X. de clericor. coniug.* adeoque liberi inde nati pro *illegitimis* habendi, *ſpuriis* æquiparandi.

Quorum variæ ſpecies erant,

qui ſpeciatim deſignantur.

§. V. De *naturalium* legitimatione *iuris ciuilis* placita ſatis explorata ſunt; non æque *iuris Canonici* de eorum legitimatione,

De legitimatione illegitimorum

in genere agendum.

ne, qui ex damnato coitu nati. De hac ergo dum quæritur, id potiſſimum intenditur, vt oſtendatur, vtrum recepti *legitimandi* modi, h. e. per *ſubſequens matrimonium* et per *reſcriptum ſpeciale principis* in hos hodie cadant, vt pro liberis legitimis maxime ad effectum *ſuccedendi* haberi debeant? Loquor vero de *hodierno iure*, quod in foris noſtris ſequimur, vtpote quod non vnice ad normam *iuris Romani* componendum, ſed potiſſimum *iuris canonici* principia aſſumit, in multis a iure Romano, maxime in *matrimonialibus*, diuerſa, et ad caſus, in foris obuenientes, applicat. Quodſi enim ex ſolo *iure Romano* hæc quæſtio decidenda eſt, nemini adeo dubium eſſe poteſt, quin negari debeat, quod paucis oſtendendum.

Ante Conſtantinum legitimatio ignorata.

§. VI. Ante CONSTANTINVM MAGNVM incogniti erant modi, quibus extra *matrimonium iuſtum* natos facere parentes poſſent γνησίους ſeu legitimos, VT IVSTINIANVS *in Nouell. 117. §. 2.* loquitur. Nam ne quidem *naturales*, modis poſtea introductis, ſtatum legitimorum aſſumebant, niſi forſan arrogati eſſent, et in *arrogationem* libere conſenſiſſent; naturales enim *inuiti* non redigebantur in poteſtatem patriam, vt auctor eſt MODESTINVS *in l. 11. D. de his qui ſui vel alieni iur. ſunt.*

Quod naturalibus haud erat luctuoſum,

Neque hoc adeo durum aut luctuoſum erat liberis *naturalibus*, quibus ex natalibus ſuis nec *infamia* nec *macula* adhærebat, ſed quorum in pluribus melior erat conditio ac quidem *legitimorum*, vt euincit IO. MERCERIVS *lib. II. opin. c. 8. (tom. I. theſaur. iur. Rom. p. 1595.)* Ad minimum *ſui iuris* erant, legitimi vero *alieni iuris*, quorum ſtatus olim adeo declinatus erat, vt a commercio et vſu pleno *iuris Romani*, qua talis, eſſent excluſi. Illi enim demum eo frui poterant, qui et *ciues Romani* et *ſui iuris* eſſent, in quo ingentem quærebant prærogatiuam et honorem.

quia eorum ſtatus legitimorum ſtatui in multis præferendus erat.

E con-

E contrario filii familias non multum a *ſeruis diſtabant.* Pater, in eos habebat ius vitæ et necis: *L. 11. D. de lib. et poſth. hered. inſtit. l. 10. C. d. patr. poteſt.* vendere et diſtrahere ob inopiam eoſdem poterat; immo et pignori atque noxæ dare *l. 5. ff. quæ res pig. §. vlt. I. de nox. act.* Præterea quicquid acquirebant, patri acquirebant, vt de iis pro lubitu diſponere et, eo inteſtato mortuo, liberi acquiſita in communem hereditatem conferre tenerentur. *§. 1. I. per quas perſ. cuique acquir. pr. I. de his, qui teſtam. fac. poſſunt.* In eo quidem melioris conditionis erant, quod patri ſui heredes eſſent, et rerum paternarum viuente patre, quodammodo domini *§. 2 I. de hered. qual. et diff. §. 5. I. de ſucceſſ. ab inteſt.* non item *naturales;* qui tamen hoc incommodum facile concoquere poterant, cum patri non eſſet prohibitum iure veteri, naturales in teſtamento heredes inſtituere, quin hoc incommodum eo compenſabatur commodo, quod ſibi quæuis acquirerent, quod teſtamenti condendi ius haberent, et ceteris iuris Romani prærogatiuis fruerentur.

§. VII. Itaque liberorum *naturalium* non adeo intererat, vt legitimi efficerentur, et *beneficio legitimationis,* vt vulgo loquuntur, afficerentur: legitimatio magis erat beneficium *parentum,* qui eos in ſuam poteſtatem, et familiam redigerent, id quod, alias deſtituti liberis, ſerio et enixe optabant. Primus CONSTANTINVS fuiſſe videtur, qui modum inuenit, quo *naturales,* hoc eſt ex *concubina* nati, non alii, legitimari poſſent, nuptiis videlicet cum concubina ex poſt facto contractis. Prouocat ad hanc legem CONSTANTINI (quæ non amplius extat) ZENO in *l. 5. Cod. de natural. lib.* atque; *Diui Conſtantini, qui veneranda Chriſtianorum fide Romanum muniuit imperium, ſuper ingenuis concubinis ducendis vxoribus, filiis quin etiam ex iiſdem*

Legitimatio potius propter parentes introducta, non liberorum gratia.

a Conſtantino.

vel

vel ante matrimonium, vel poſt ea progenitis, ſuis ac legitimis habendis ſacratiſſimam Conſtitutionem renouantes iubemus etc. Duo maxime hic notanda inculcat HERALDVS *Lib. I. quaeſt. iur. quotid. c. 4. §. 2.* quorum *primum* eſt, hac conſtitutione *imperatorem*, Sacris Chriſtianorum iam imbutum *per indirectum* debilitare, et ſubuertere voluiſſe concubinatum, ciuesque allicere ad iuſtas nuptias. *alterum*, hanc conſtitutionem non fuiſſe *legem generalem*, ſed iis tantum datam, qui *ante eam* ex concubinis liberos ſuſceperant, non qui poſtea edituri eſſent, quod etiam obſeruauit GOTHOFREDVS ad *l. 1. Cod. Theod. de natural. lib.* Primum vel inde probabile redditur, quod modum inuenerit, quo *concubinatus* in *iuſtum matrimonium* verti poſſet, praeſertim cum concubinatus adeo frequens factus eſſet, vt quae pro legitima vxore haberi poſſet, in *concubinatum* ſaepe aſſumeretur, quales erant in primis *ingenuae* tenuioris fortunae, de quibus ZENO in *cit. leg. 5.* loquitur. Parentes ergo, quibus volupe erat, habere *legitimos* magis quam *naturales*, hoc beneficio allicere voluit, vt *concubinatum* in verum verterent matrimonium, liberos quae iam natos efficerent *legitimos, ſuosque heredes.* Praeterea vero ne forſan, hoc neglecto, per teſtamentum eosdem inſtituerent heredes, ius ex eo capiendi admodum reſtrinxit, atque debilitauit, vt teſtatur *l. 1. C. Theod. de natural. lib.* Quem finem vt eo rectius obtineret, per ſuam *conſtitutionem* iis tantum proſpexiſſe videtur, qui ante *eam* nati fuerant, ne, *generalem modum* legitimandi conſtituendo, patrocinari concubinatui videretur.

Vt concubinatum debilitaret

per indirectum, quem tollere non poterat penitus.

Inde non perpetuum modum legitimandi ſed temporalem conſtituit.

§. VIII. Idem quoque intendit ZENO *in cit. l. 5.* ac tantum iis proſpexit, qui ante eam liberos, *ingenuarum mulierum nuptiis minime intercedentibus, ſed electo contubernio*, procreaſſent,

Quod Zeno perſpicue magis effecit.

[illegible]; *hi enim*, pergit, *qui tempore huius ſacratiſſimæ iuſſionis necdum prolem aliquam ex ingenuarum concubinarum* (cum quibus iuſtum poterat eſſe matrimonium) *conſortio meruerint, minime huius legis beneficio perfruantur, cum liceat eaſdem mulieres ſibi prius iure matrimonii copulare, non extantibus liberis legitimis, aut vxoribus, et legitimos filios, vtpote nuptiis præcedentibus, procreare.* Indignos ergo hoc beneficio credidit, qui poſtea pro *legitimo matrimonio* concubinatum electuri eſſent, id quod rurſus indicium præbet, voluiſſe imperatorem *per indirectum* concubinatus vſum minuere, et *legitimum matrimonium* cultibus magis inſinuare. Adeo enim hic mos, alendi concubinas potius quam *vxores iuſtas* ducendi, inualuerat, vt directo tolli non poſſe, ſed per gradus eundum eſſe crederent imperatores. Id prudentia legislatoris poſtulat, vt mala, quibus reſecandis ſe impares credebant legislatores, quantum fieri poterat, duntaxat minuerent, idque agerent, vt ſubditi propoſito bono quodam et beneficio, ſponte ad id euitandum allicerentur. Anno 508. ANASTASIVS pari prouidentia *concubinatum* debilitare ſtuduit in *l. 6. Cod. de natural. lib.* conſtituendo, vt ex iis, quæ IN PRAESENTI *vxoris loco* habeantur, ſibi progenitos, ſeu *procreandos* (ſcil. poſt ſubſequens matrimonium) in poteſtate et legitimos habere liceret; addit tamen: *in poſterum nihilominus quiſquis huiuſmodi mulierem vxoris loco dotalibus inſtrumentis confectis habuerit, pro eius ſobole, ſimilem eamdemque formam cuſtodiri*, quæ verba admodum dubia ſunt, et generaliter de coniugio, *quouis tempore* cum concubina contracto, et de liberis etiam poſt illam conſtitutionem editis intelligi poſſunt. Id ipſum IVSTINVM Imperatorem anno 519. mouit in *l. 7. Cod. de natural. lib.* vt legem Anaſtaſianam, eiusque vim obligandi declararet, oſtenderetque, per-

Et indignos parentes hoc beneficio credidit, qui poſt illam legem adhuc liberos ex concubina procreaſſent.

Idem et Anaſtaſius fecit,

et Iuſtinus.

perpetuam formam legitimationis in ea haud præſcriptam eſſe. Ait *legem Anaſtaſii diuinæ recordationis, quæ ſuper filiis naturalibus emiſſa eſt, in his valere tantum caſibus concedimus, qui nunc vſque ſubſecuti ſunt, pro eiuſdem legis tenore in matrimoniis tunc conſtantibus vel poſtea* (i. e. poſt legem Anaſtaſii publicatam) *contractis*, pro liberis illis ſcilicet legitimandis, qui eo tempore ex concubinis iam nati erant; præcauere enim voluit imperator, ne quod abolendo concubinatui inſeruire debebat, fieret medium eum potius promouendi. Id vero *per indirectum* eueniſſet, ſi *modus perpetuus* concubinatus parentibus ſuppeditatus fuiſſet, liberos legitimandi, quia ſub ſpe futuri *matrimonii*, ſi e re ſua viſum fuiſſet, ſemper hoc beneficio frui, interim tamen ſecure concubinatum propagare potuiſſent. Hoc conſilio ſine dubio ducti ſunt imperatores, vt *beneficium temporale* duntaxat parentibus concubinariis darent; in futurum autem iis adimerent omnem ſpem, liberos ſuos legitimos efficiendi. Et ita eoſdem ad legitimum matrimonium in poſterum ineundum inuitandi. Addit vero adhuc nouam declarationem imperator: *vt non aliunde progeniens ſubueniſſe credatur, quam non ex nefario, nec inceſto coniugio.* Tale quidem matrimonium irritum erat, et licet non reſcinderetur, effectu iuris et beneficio legis tamen muniri non poterat, quia parentes in leges ipſas deliquerant, quod *ſimplici concubinatu* haud fiebat. Denique vt euidentius ſuam intentionem declararet, addit hanc generalem clauſulam: *in poſterum vero ſciant, omnes legitimis matrimoniis legitimam ſibi poſteritatem quærendam, ac ſi prædicta conſtitutio lata non eſſet*, vt adimeret parentibus concubinariis ſpem, in poſterum ad hoc beneficium confugiendi.

§. IX.

§. IX. In his finibus non ſubſtitit IVSTINIANVS in *l. 10. Cod. de natur. lib.* ſed fere *modum perpetuum* parentibus concubinariis præſcripſit, quo ſemper hoc *beneficio* frui, et ſub hoc præſidio concubinatum tamdiu continuare poſſent, donec commodum eis viſum fuerit, eum in matrimonium transformare. Pro more ſuo verba paullo obſcurius concipit: *cum quis a muliere libera et cuius matrimonium non eſt legibus interdictum, cuiusque conſuetudine gaudebat* (concubinaria forſan, vt *lex ſeq.* declarat) *aliquos liberos habuerit, minime dotalibus inſtrumentis compoſitis*, quibus affectio maritalis declarabatur, *poſtea autem ex eadem affectione*, qua eam in concubinam elegerat, *etiam ad nuptialia peruenerat inſtrumenta, et alios iterum ex eodem matrimonio*, in quod iam ſolenniter mutatus erat concubinatus, *liberos procreauerit: ne poſteriores liberi, qui poſt dotem editi ſunt, ſibi omne paternum patrimonium vindicare audeant, quaſi iuſti et in poteſtate effecti fratres ſuos, qui ante dotem*, et ſic ex concubinatu *erant nati, ab hereditate paterna repellentes*, (id quod per leges anteriores licebat, quibus parentibus duntaxat *temporale beneficium* datum erat) *huiusmodi iniquitatem amputandam cenſemus.* Ita quidem res ſalua videtur, ſed poſtea addit hanc ancipitem rationem, *neque enim veroſimile eſt, eum, qui poſtea, vel donationem, vel dotem conſcripſerit, ab initio talem affectionem, circa mulierem non habuiſſe, quæ eam dignam eſſe uxoris nomine faciebat.* Hæc vero ratio innuere videtur de *concubina* hic non agi, ſed de *caſu dubio*, vbi ignorabatur, vtrum *concubinatum*, an *matrimonium*, quod *ſolo conſenſu* iniri, immo etiam *ſine dote* poterat, (prout anno præcedente in *l. 11. Cod. de repud.* IVSTINIANVS conſtituerat) maritus elegiſſet? Vox enim *conſuetudinis*, qua ab initio vtitur imperator, eſt ambigua, et tam *concubinatum*, quam *legitimum* de-

Iuſtinianus vero modum perpetuum legitimandi liberos introducit.

Sed ab initio admodum ambigue.

deſignare poteſt *matrimonium*, quamuis hoc in dubio magis contractum cenſeatur. Hoc iam ſuo tempore in *l. 24. de R. nupt.* docuit MODESTINVS: *in libera mulieris* CONSVETVDINE, *non concubinatus*, in dubio *ſed nuptiæ intelligendæ ſunt.* Ita ſine dubio intelligi potuiſſet lex prædicta, niſi imperator in *l. 11. C. eod.* eamdem *de concubinis* paullo clarius explicuiſſet, *nuper legem conſcripſimus, qua iuſſimus, ſi quis mulierem in ſuo contubernio* h. e. concubinatu *collocauerit, non ab initio affectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere connubium, et ex ea liberos ſuſtulerit, poſtea vero affectione procedente* ſeu extenſa, *etiam nuptialia inſtrumenta cum ea fecerit* etc. Preuidit TRIBONIANVS ſine dubio, legem priorem captioſe et ambigue eſſe conceptam, qua de cauſſa paullo clarius, mentem eius exhibuit, et dubium quoddam, quod ex prædicta *l. 10.* obortum erat, reſoluit, addens etiam hanc declarationem: *ſi quis mulierem, quam in contubernio ſuo habuerat, prægnantem fecerit, poſtea autem adhuc grauida muliere conſtituta, dotalia fecerit inſtrumenta, et puer vel puella editus vel edita ſit, iuſta patri ſoboles naſcatur.* Ita vero *beneficium generale* parentibus concubinariis datum, ſimul tamen conſuetudo hæc, quam anteriores Cæſares amputare ſtuduerunt, propagata eſt, et occaſio iis ſuppeditata, eam multiplicandi et augendi. Vtriuſque legis ſenſum denuo repetit IVSTINIANVS in *nouell. 18. c. 11.* additque, eius quoque ſententiam porrigendam eſſe ad *libertas*, in contubernio hactenus habitas, quod imperator in *l. 10. cit.* de *mulieribus liberis* tantum locutus fuerit. Sed ne ſic quidem res confecta fuit. Quidam noua dubia circa has leges mouerunt, easque reſtringere voluerunt ad liberos, qui ante leges prædictas editi erant, fructum autem beneficii iis adimere, qui poſt eas prognati; quam altercationem in *nou. 19.* ſuſtulit. Immo quod

Noua lege vero magis perſpicue.

Non tamen ſatis prouide.

Variis modis poſtea legem ſuam declarauit.

quod de *libertarum coniugio ſubſequente* antea conſtituerat, paullo plenius in *Nou. 78. c. 3. et 4.* extendit, et vſum huius legitimationis adeo ampliauit, vt etiam liberi ex *ancilla* nati, poſtquam manumiſſa vxor ducta erat, ſine vlla manumiſſione *legitimi* et *ſui* effici deberent. Denique etiam in *nou. 89. c. 8.* iura priora repetit, et quantum in ſe fuit, plures vias monſtrauit indulſitque concubinas alentibus, vt liberos ex hoc conſortio natos facile ad ſtatum legitimorum perducere potuerint, idque ex imaginaria quadam *aequitate*, qua legitimis fauendum eſſe duxit, non cogitans, ſe ita concubinatum et conſuetudinem parum honeſtam firmare, immo, quod magis eſt, promouere. Conf. B. THOMAS. *cit. diſſ. p. 27. ſeqq.* vbi fuſius hos legum naeuos et obſcuritates indicat, quarum ſententiam tantum paucis delibare volui.

§. X. Inde vero liquet, eos hoc modo dumtaxat ad ſtatum *legitimorum* euectos fuiſſe, quorum parentes in *matrimonio legitimo* degere poterant, et illud ex poſt facto, abiecto contubernio, elegerunt. Qui autem ex *prohibitis*, ſed de *facto* contractis, *nuptiis* procreati, vel ex *facinoroſo concubitu* extra matrimonium prognati, vt nec poſtea inter parentes legitimum ſubeſſe matrimonium potuerit, illi legitimi effici non potuerunt, quod matrimonium tale, licet *de facto* contractum, eſſet nullum, et ſic nullos produci potuerit effectus. Pone, ex *adulterio* filium procreatum eſſe; vel ex coniunctione in gradu *prohibito*, et poſtea nihilominus adulteram vel conſanguineam in vxorem de facto duci; nihil nuptiae operari poterant, quae vtut non reſcinderentur, ipſo iure tamen nullae erant. Tales coniunctiones primario videtur excluſiſſe IVSTINIANVS in *nouell. 74. c. 6. et nou. 89. c. 15.* non illas, quae non prohibitae, licet a *iuſto matrimonio*

Sed ex damnato coitu nati non ita legitimari poſſunt.

Quod ex fictione iuris retrotractiua declaratur,

monio alienæ eſſent. Inde factum eſt, vt interpretes vulgo ad *fictionem iuris* confugere atque docere ſoleant, ſubſequens matrimonium retrotrahendum, atque per fictionem ſupponendum, a tempore *concubitus* iam adfuiſſe inter eos, qui poſtea in legitimum matrimonium conſentiunt, iuſtas nuptias. Præterea vero conſtituunt, effectum hunc legitimationis obtineri non poſſe, niſi inter eas perſonas, quibus tempore *concubitus* in matrimonio degere integrum conceſſumque erat; adeo vt ſi eo tempore Impedimentum adfuerit, nec poſtea contractum connubium effectum legitimationis producere queat, licet eo tempore matrimonium *de iure* contrahi potuerit, quod, vt aiunt, in *fictionibus translatiuis requiratur habilitas extremorum*, et ideo ſi tempore *conceptionis* adfuit impedimentum, lex non poterit fingere, eo tempore contractum fuiſſe matrimonium, quod ad inducendam fictionem deſideretur *poſſibilitas* ex mente: FRANC. de AMAYA *lib. I. obſ. 4. n. 2. et 3.* ALTESERRA *tr. de fict. iur. c. 9.* LAVTERBACH. *de legitim. per ſubſeq. matrim. §. 32.* SARMIENTO *lib. 1. ſelect. interpret. c. 5 n. 10.* PACHINEVS *lib. 3. controu. c. 3.*

fingendumque ſit, parentes tempore conceptionis iam iuſtas contraxiſſe nuptias.

Parum ab hac ſententia abeunt, qui habilitatem parentum conſiderant tempore *natiuitatis* per *l. 12. in fin. C. de natural. liber.* vbi generaliter definit imperator, quod *ſemper in huiuſmodi quæſtionibus, in quibus de ſtatu liberorum eſt dubitatio, non* CONCEPTIONIS, *ſed* PARTVS *tempus inſpiciatur*, quam doctrinam fuſius explicat AMAYA *cit. l. n. 5.* Nam etiam qui ita rationes ſubducunt, in *fictione retrotractiua* acquieſcunt, negantque, legitimationem obtineri poſſe per coniugium earum perſonarum, quæ tempore partus matrimonium inire vetabantur, licet poſtea ad id contrahendum habiles redditæ fuerint. Vnde infert AMAYA *cit. loc. n. 13. in fin.* *Si pontifex diſpenſaſſet, vt matrimoni-*

trimonium inualide contractum propter impedimentum, id iterum ineatur, certum eſt, eam diſpenſationem non porrigi, ut proles antea nata aliquo modo legitimetur.

§. XI. Vt hæc doctrina communis e tenebris eruatur, et quid et veritatis inſit, appareat, ſciendum eſt, (I) iure veteri etiam potuiſſe contingere, vt matrimonium *ab initio* eſſet iniuſtum, ſed *ex poſt facto* vires legitimas acciperet, quo caſu tamen antea nati liberi non fiebant legitimi, ſed tantum *ex poſt facto* progniti. Ad iuſtas nuptias liberorum deſiderabatur conſenſus patris, in cuius poteſtate erant, adeo vt *iuſſus patris* præcedere debuerit, *pr. I. d. nupt.* et ad *renouatas* nuptias quoque deſideratus fuerit. *l. 18. de R. nupt. l. 7. C. eod.* Ideo autem *præcedere* conſenſus debebat, quia, ſi contractis iam nuptiis is demum acceſſerit, ex eo tantum tempore *iuſtæ* nuptiæ intelligebantur, ex quo pater eaſdem ratihabitione ſua approbauerat, *l. 16. §. 6. in fin. D. ad L. Iul. de adult. coerc.* et ita liberi, antea nati, illegitimi manebant. *L. 5. C. de nupt. l. 68. D. de iur. dot.* Similiter quam quis per plures annos *concubinam* habuerat, ex poſt facto ducere vxorem poterat, quod liberis tamen iam progenitis olim non proderat. *l. 13. §. 6. ad L. Iul. de adult.* Pariter matrimonium a magiſtratu prouinciali in prouincia conſentiente muliere contractum, erat illegitimum, *tamen poſt depoſitum officium ſi in eadem voluntate perſeuerauerit, iuſtæ nuptiæ efficiebantur, et ideo POSTEA LIBEROS SVSCEPTOS NATOSQVE ex iuſto matrimonio legitimos eſſe* cenſebant, *l. 6. C. de nupt.* iuxta ſententiam PAVLI *in l. 65. §. 1. de ritu nupt.*

Quæ ſictio examinatur, oſtenditur, 1) iure veteri etiam ex poſt facto potuiſſe matrimonium fieri iuſtum. Vt tamen liberi antea nati non fierent legitimi, ſi vel maxime concubinam vxorem duceret.

§. XII. Quia ergo (II) *ex poſt facto* valere nuptiæ, et liberi poſtea nati iuſti eſſe incipiebant, ICti de ipſo *tempore* ancipites et dubii fuerunt, quibuſdam *natiuitatis*, quibuſdam *conceptionis* tem-

Inde de tempore liberorum natorum poſt iuſtum

matrimonium auxil erant.

Plerique conceptionis tempus inſpiciendum eſſe docebant.

Inde ſeptimus menſis conſtitutus eſt.

tempus inſpiciendum eſſe afferentibus. Poſterius affirmabat PAVLVS in *l. 11. D. de ſtat. hom.* *Paulus reſpondit, eum qui viuente patre et ignorante de coniunctione filiæ CONCEPTVS eſt, licet poſt eius mortem natus ſit, iuſtum filium ei, ex quo CONCEPTVS eſt, eſſe non videri.* Alium ſuppeditat caſum VLPIANVS in *l. 27. D. de Rit. nupt.* in quo itidem dubium hoc moueri poterat. *ſi quis in ſenatorio ordine agens, libertinam habuerit vxorem, quamuis interim vxor iuſta non ſit, attamen in ea conditione eſt, vt ſi amiſerit dignitatem, vxor iuſta eſſe incipiat.* Quid ergo ſi iam eo tempore vxor conceperat filium, amiſſa tamen patris dignitate demum natum, an iuſtus erat? Reſpondet IDEM *tit. 5. fragm. §. 10.* *In his, qui iure contracto matrimonio naſcuntur, CONCEPTIONIS tempus ſpectatur*, addens quoad ſtatum *libertatis*, tempus *editionis* eſſe reſpiciendum, quod tamen imperator correxit in §. *vlt. I. de ingen.* Vnde de termino *certo* et *legali* admodum ſolliciti erant, vt cognoſcerent, verum iam *conceptus* fuerat eo tempore, quo coniunctio inter coniuges *iuſta* fieri incipiebat, nec ne? Atque in hac re ſequebantur auctoritatem HIPPOCRATIS doctiſſimi, afferentis, *ſeptimo menſe naſci perfectum partum.* *Et ideo*, ait PAVLVS *in l. 12. D. de ſtat. hom. credendum eſt, eum, qui ex iuſtis nuptiis ſeptimo menſe natus eſt, iuſtum filium eſſe.* Pone, filium familias ſine conſenſu patris contraxiſſe nuptias, poſt aliquot annos demum patrem conſenſiſſe, et deinceps *ſeptimo menſe* ei naſci filium, quærebatur, an *iuſtus* eſſet? verum poſtquam nuptiæ factæ ſunt *iuſtæ*, conceptus demum intelligi deberet? quod affirmabat PAVLVS, adeo vt ſi *centeſimo octogeſimo ſecundo* die natus eſſet, *iuſto tempore* natus, nec eo tempore *conceptus* videretur, quo mater eius nondum eſſe poterat legitima vxor. *l. 3. §. 12. D. de ſuis et legit. hered.*

Vnde

Vnde duo colligo: *primum* eſt, hunc terminum potiſſimum *in dubio* fuiſſe receptum et in primis vſum habuiſſe, ſi dubitaretur, vtrum eo tempore, quo matrimonium *legitimum* eſſe incipiebat, iam conceptus fuerit infans, nec ne? *alterum*, hanc ſententiam; *conceptionis* tempus non *editionis* eſſe reſpiciendum, a pleriſque fuiſſe approbatum, cum etiam D. PII reſcripto firmaretur. *l. cit. 3. §. 12.* ICtos enim, ex ſectarum diuerſarum ſtudio inter ſe altercantibus, per reſcripta principum *authentice* doctrinas iuris decidere ſolebant, qua de cauſſa tam ſæpiſſime prouocant ad reſcripta principum, vt ſententiæ ſuæ pondus adderent. Reuera enim ICtos in hac cauſſa in diuerſas abiiſſe partes et ſententias, docet IVSTINIANVS in *l. 11. in f. C. de natural. liberis* inſimulque ab horum, quos recenſui, doctrina receſſit, aiens: *ut generaliter definiamus, et quod ſuper huiuſmodi caſibus VARIABATVR, definitione certa concludimus, vt ſemper in huiuſmodi quæſtionibus, in quibus de ſtatu liberorum eſt dubitatio, non CONCEPTIONIS, ſed PARTVS tempus inſpiciatur et hoc fauore facimus liberorum, vt EDITIONIS tempus ſtatuamus eſſe inſpiciendum, exceptis his tantummodo caſibus, in quibus CONCEPTIONEM magis approbari* (veluti quoad ſtatum libertatis) *infantium conditionis vtilitas poſtulat.* Idem poſtea repetit IVSTINIANVS in *nouell. 89. c. 8. in f.* vt eo magis ius nouum hoc corroboraret. Hac ergo noua deciſione leges antea relatæ correctæ, et *ius* prorſus *nouum* introductum, vt facile liqueat, eos magnopere errare, *a*) qui *codicem* pandectis non derogare ex hoc principio aſſerunt, quod totius compilationis iuris noſtri *vna* debeat ſtatui *legislatio:* *b*) qui ex *iure veteri correcto* adhuc argumenta trahunt ad doctrinam de *legitimatione*, vt paullo poſt indicabitur.

Is quidem in dubio,

Qua ſententia a pleriſque recepta.

Licet alii tempus editionis prætulerint.

Quod Iuſtinianus approbauit.

Vnde ex iure veteri argumenta trahi nequeunt.

Iuſtinianus poſteriori matrimonio iuſto non in genere tribuit effectum legitimandi.

§. XIII. Inde vero (III) quoque colligo, IVSTINIANI intentionem haud fuiſſe, ſubſequenti matrimonio iuſto *in genere* attribuere virtutem liberos antea natos legitimos efficiendi, ſed hanc tantummodo reſtringere voluiſſe ad eam conſuetudinem, quæ *permiſſa* et extra legis prohibitionem erat, qualis erat *conſuetudo concubinaria*, vel etiam ſi quis ex *ancilla* naturales liberos procreauerat, quod in eam ſtuprum ſeu delictum publicum non committeretur, ſed dominis hæc carnalis copula permiſſa eſſet iure *dominicæ poteſtatis*. His coniunctionibus demum IVSTINIANVS vim eam aſſignauit, vt ſi in legitimum verterentur matrimonium, liberi antea nati fierent legitimi, non item ex iis procreati, quæ legibus *improbatæ, prohibitæ* et *vetitæ* erant, licet, vbi de facto contractæ fuerint, non reſcinderentur. Ait PAVLVS *lib. II. ſentent. tit. 19. §. 2. Eorum, qui in poteſtate patris ſunt, ſine voluntate eius matrimonia iure non contrahuntur; ſed contracta non ſoluuntur: contemplatio enim publicæ vtilitatis priuatorum commodis præfertur.* Quodſi ergo pater poſtea conſenſerat, matrimonium quidem efficiebatur *iuſtum*, ſed liberi antea nati etiam æuo Iuſtiniani, inde non legitimabantur, quod etiam ad alias coniunctiones, quæ *contra leges* initæ erant, pertinebat in ſpeciebus antea relatis, licet poſtea in matrimonium *iuſtum* degenerarent. Id vnice duntaxat ex veteri rigore temperauit, vt liberorum conditio non amplius ex tempore *conceptionis* ſed *editionis* æſtimari deberet. Quocirca ſi quis a ſe ſtupratam, poſtquam ediderat partum, vxorem ducebat, infans antea natus non efficiebatur legitimus, ſed *ſpurius* manebat, quod ſtuprum in crimen *legis Iuliæ de adulteriis* inciderat.

Maxime ſi matrimonium antea contra leges initum.

Hoc ipſo quoque corruit

§. XIV. Quæ cum ita ſint, (IV) interpretes in doctrina de *legitimatione* minus recte conſtituerunt, *fictionem* quandam

retro-

retrotractiuam ſupponendam, et matrimonium ſubſequens per fictionem retrotrahendum ad tempus vel *conceptionis* vel *editionis*, adeo, vt ſi eo tempore iuſtum potuerit eſſe matrimonium inter concumbentes, legitimatio plenum effectum habere debeat. Nihilominus tamen et SARMIENTO et AMAYA haud inanem mouerunt litem, illo ad tempus *conceptionis*, hoc ad tempus *editionis* ſeu *natiuitatis* reſpiciendum eſſe, conſtituente. Enimuero haec controuerſia meo iudicio prorſus inanis, immo ab hac doctrina aliena eſt. Nam *a*) nullibi Imperatores conſtituerunt, talem *fictionem retrotractiuam* hic fundamenti loco eſſe ponendam, cum tamen *legum* tantummodo ſit, fictiones, vbi neceſſitas id poſtulat, inducere, non *interpretum*, fingere *fictiones cerebrinas*. *b*) Haec doctrina, vtrum retrotrahendum ſit matrimonium ad tempus *conceptionis*, an vero ad tempus *natiuitatis*? a doctrina legitimationis plane aliena eſt. Neque enim *illius* temporis amplius haberi ratio poteſt, quod IVSTINIANVS per *l. 11. in f. C. de natur. liber.* immutauit, neque etiam huius h. e. *natiuitatis*, vtpote cuius duntaxat in eis caſibus ratio habenda, in quibus ſubſequens matrimonium liberos antea natos non facit legitimos, minime autem trahi poteſt ad *legitimationem naturalium*, qui per ſubſequens matrimonium iuſtum, in *parentum* beneficium atque ſolatium, legitimi efficiuntur, quod a *concubinatu* recedere, eumque in verum matrimonium transformare voluerint. *c*) Si *fictioni* huic *retrotractiuae* locus eſſet relinquendus, ſequeretur, vt ex ſtupro, h. e. ex ſoluto et ſoluta honeſte natus, per matrimonium ſubſequens iure ciuili legitimari debuerit, quod vtroque tempore et *natiuitatis* et *conceptionis* inter eos potuerit eſſe verum connubium. E contrario contingere poterat, vt inter quos tempore *conceptionis* vel *editionis*

Fictio retrotractiua.

Et inanis lis eſt, ad quod tempus retrotrahi debeat matrimonium?

non poterat eſſe iuſtum matrimonium, nihilominus legitimatio per ſubſequens matrimonium procederet, liberosque antea natos legitimos efficeret. Cape exemplum ex *Nouell. 78. c. 4.* vbi imperator ita: *Et ita rebus et veritati toti efficimur, vt ſi cui etiam ex ſeruiente muliere procreentur filii et voluerit ille poſtea mulierem manumittere et dotalia efficere documenta: mox in ipſa dotis inſcriptione et filiis competet libertatis ſimul et ſuorum ius, non requirentibus nobis ſpecialem libertatem in filiis fieri, et ſimul manumitti cum matre, aut poſtea vel ante eam forte libertatem accipere: ſed conſcriptione ſola nuptialium documentorum mox eis etiam libertatem donamus. Quod enim maius vtique oſtenſurus eſt pater libertatis filiorum indicium, quam vxorem oſtendere, liberorumque ſimul et legitimam nuptialium documentorum conſcriptionem?* Palam eſt in exemplo adducto, matrem tempore *natiuitatis* liberorum fuiſſe ancillam: cum ea vero matrimonium eo tempore non conſtare, adeoque, poſita hypotheſi communi, liberos ex ancilla natos, per matris *manumiſſionem* et legitimas cum ea contractas nuptias, legitimari non potuiſſe, cum tamen huic connubio ſubſequenti hunc effectum dederit Imperator, vt liberis antea natis et *libertatis* et *ſuorum ius* competere debeat. *d).* Quæ a *præſumta voluntate* eorum, qui conſuetudinem concubinariam inter ſe elegerunt, deducit Imperator in *l. 10. C. de nat. lib.* ad *fictionem iuris* trahi non poſſunt. Ait imperator: *Neque enim veroſimile, eum, qui poſtea vel donationem vel dotem conſcripſerit, ab initio talem affectionem circa mulierem non habuiſſe, quam eam dignam eſſe vxoris nomine faciebat.* Nihil vero his verbis *fingendum* eſſe conſtituit imperator. *Ex affectione* erga mulierem colligit, probabile eſſe, maritum mox ab initio intentionem habuiſſe eam ducendi vxorem, licet illam non ſtatim eduxerit, ſed editis demum liberis perfecerit.

Fictio hac cum præſumtione iuris confundatur.

e) Et

e) Et quid fictione opus eſt, cum *matrimonio ſubſequenti* hic effectus tributus, vt etiam liberis antea natis prodeſſe queat, id quod ſufficit. Qua de cauſſa *f*) nec *intermedium matrimonium* nocuiſſe videtur. Ponamus, virum ex concubina ſuſcepiſſe prolem: ea abiecta matrimonium *legitimum* cum alia iniiſſe, atque hac defuncta demum concubinam vxorem duxiſſe: ſi *fictioni* inhæres, credendum foret, vno eodemque tempore maritum duas *legitimas vxores* habuiſſe, quæ concluſio iuri Romano repugnaſſet, vel ad minimum impediuiſſet prolis antea ſuſceptæ legitimationem.

Vnde nec intermedium matrimonium nocet legitimationi.

§. XV. Hæc vel ideo paullo diſtinctius proponi et præmitti debuerunt, vt conſtaret, an et quatenus iure hodierno legitimatio poſſit locum habere, et aliquid operari quoad liberos extra matrimonium natos, qualeſcunque fuerint. Id palam eſt, ſi principiis *iuris Romani* inſiſtendum eſſet, hanc legitimationis ſpeciem omni carituram applicatione. Modo demonſtratum eſt, iure Romano eam defeciſſe in ea coniunctionis ſpecie, quæ *delictum*, quæ *actum illicitum* ſapiebat. Atqui hodie non datur coniunctio extra matrimonium *permiſſa* et licita: omnis reprobata, damnata, et prohibita. Ergo matrimonium ſubſequens liberos antea editos legitimos efficere non poſſet, ſi ex *iure ciuili* iudicium de vſu hodierno ferendum. Non tantum enim iure canonico reprobatus et damnatus eſt *concubinatus* et ſcortationi annumeratus *vt tom. II. iur. eccl. tit. de cohabit. Clericor. et mulier.* demonſtraui, ſed etiam ipſis *receſſibus* interdictus; vid. *ord. polit. de anno 1577. tit. 26.* vt *meretrix a concubina* parum vel nihil diſtare eo iure videatur. Immo canoniſtæ concubinatum adeo atro carbone notare ſolent, vt deteſtabiliorem fornicatione eſſe aſſerant. Ita iudicat SARMIENTO *lib. 1. ſelect. interpret.*

His poſitis non videtur hodie legitimatio hæc locum habere.

Quia concubinatus damnatus eſt.

c. 7. n. 1 aiens, *magis deteſtabilis eſt concubinatus et continuata fornicatio, maxime muliere domi retenta, quam ſi non continuata ſit conſuetudo vel ad meretricem fiat acceſſus.* Inde fieri colligit, vt *hodie nullus poſſit dici filius naturalis, cum natus ex meretrice naturalis eſſe non poſſit, quia ſpurius eſt. Immo nec ex concubina naturales dici poſſunt, cum hodie iure canonico concubinatus ſit prohibitus, et cum grauiori peccato filii habeantur. Ridiculum enim eſt,* pergit, *melioris conditionis eſſe reum, qui diutius in peccato perſeuerauerit, quam qui ad meretricem quandoque accedit,* adeo vt *congreſſus cum concubina damnabilior habeatur, quam cum meretrice.* Hæc principia, quibus hodie in imperio vtimur, omnem impedirent legitimationem, niſi *nouum* plane *ius* circa eam ius *canonicum* introduxiſſet, quo hodie vtimur.

Sed ex iure canonico hodie legitimantur etiam ex damnato coitu nati. Volunt 1) ſpurii;

§. XVI. Quæ cum ita ſint, palam eſt, legitimationem hodie in alios cadere non poſſe, quam in eos, qui ex *damnato coitu* nati ſunt: quam legitimationem ius ciuile ignorat, *ius canonicum* vero recepit, adeoque hoc ipſum non ex *iure ciuili*, ſed ex aliis principiis explicandum, vt non diffitetur LAVTERBACH. *diſſ. de legitimat. per ſubſeq. matrim.* §. 30. Qua de cauſſa 1) hodie hoc modo legitimantur *ſpurii*, h. e. ex *ſtupro* nati, quod euidenter textus iuris canonici euincunt. Etenim in *c. 1. X. qui filii ſint legit.* traditur caſus, vbi quis vxorem duxerat, ex qua ante *deſponſationem* puellam ſuſceperat, et ſic *ſtuprum* in eam commiſerat. De ſtatu *puellæ* quærebatur, quem pontifex tuetur. *Mandamus, ut, quatenus, ſi eſt ita, eam legitimam iudicantes, prædicto R. inhibeatis, ne dictæ mulieri hac occaſione ſuper hereditate paterna moleſtiam inferat vel grauamen. Si autem contra hoc venire præſumſerit, eum ſeueritate eccleſiaſtica procedatis.* Videlicet patre huius puellæ mortuo, patruus ſecundum principia *iuris*

iuris ciuilis ei quaeſtionem ſtatus faciebat, eamque ab hereditate paterna, eo quod *illegitima* eſſet, excludere nitebatur. Nec dubium, quin voti compos factus fuiſſet, niſi pontifex a *iure ciuili* recedendum, et ex *damnato coitu* natos quoque admittendos conſtituiſſet. Idem ALEXANDER III. *in c. 6. X. eod.* generaliter denuo edixit: *tanta eſt vis matrimonii, vt qui antea ſunt geniti* (ex damnato concubitu) *poſt contractum matrimonium legitimi habeantur.* Qui ante matrimonium hodie naſcuntur, vel ex *ſtupro* vel *concubinatu* vel ex alio *turpi coitu* eduntur, et tamen per matrimonium ſubſequens ſecundum hoc decretum Papale legitimantur. Huic ALEXANDER III. vnico omnem *legitimandi* virtutem adſcribit, non *fictioni* cuidam *retrotractiuae.* Et quidem ideo matrimonio illam aſſignat, quod ſit *fauorabilis*, immo cauſſa *ſpiritualis*, omnibus promouenda modis, vt vel textus originalis indicat, quo diſerte dicitur: *tanta eſt vis* SACRAMENTI &c. vt infra oſtendam. Equidem ex *ſoluto* et *ſoluta* extra matrimonium editos, *naturales* appellat pontifex in *c. 13. X. eod.* communi errore, tales tamen non ſunt inſpecto iure ciuili, quia *naturales* eo iure edebantur ex *cohabitatione permiſſa*, non item ex *ſtupro* ſimilique *coitu illicito.* Quocunque autem honeſtiori nomine dicantur nati ex ſoluto et ſoluta, certum eſt, iure canonico ex *coitu damnato* eos natos eſſe.

§. XVII. Cum ergo omnis vis legitimandi fauori matrimoniali, qui inſignis hoc iure eſt per *c. 2. 6. X. de ſent. et re iud.* adſcribendus ſit, (II) inde colligi poteſt, *ſubſequente matrimonio* etiam legitimari ex illis perſonis editos, qui tempore concubitus vel natiuitatis iuſtum matrimonium iure haud potuere, ſi modo ex poſt facto cauſſa in eum deducta ſit ſtatum,

g) *Illi cum quibus tempore natiuitatis non poterat matrimonium eſſe;*

vt

vt *iuſtas* inire nuptias potuerint. Enimuero de hac concluſione grauiſſimæ concertationes motæ ſunt, vt ſi ex opinionibus ICtorum iudicandum foret, nihil certi conſtituere integrum nobis eſſet. Etenim non tantum in principiis *iuris ciuilis*, vt vidimus, diſſentiunt, ſed etiam in interpretatione *iuris canonici*, quod quilibet ex præconceptis ſuis principiis in ſuas partes rapit. De *iure ciuili* certum eſt, nuptias has illegitimis liberis non profuiſſe, quo varii caſus dari poterant, vt matrimonium *ex poſt facto* inter eos ſubſiſteret, inter quos ab initio erat *iniuſtum*, *prohibitum* et *illegitimum*, quod ſupra §. XII. oſtenſum eſt. Nec IVSTINIANVS beneficium legitimationis ad eos traxit, ſed illud vnice *parentibus concubinariis* dedit, qui vel ab initio potuiſſent concubinam vxorem ducere vel ex poſt facto cum ea nuptias contrahere, vt ſupra de liberis, ex ancilla procreatis, oſtenſum eſt. Indigni enim hoc beneficio cenſebantur parentes, qui *illegitimis nuptiis* in leges deliquerant, præſertim cum hac legitimatione non tam beneficium *liberis naturalibus* quam *parentibus* daretur, quorum ex variis cauſſis intererat, more Romano liberos in ſuam poteſtatem recipere. Aſt ius canonicum *fauorem matrimonii* primario ex ſua *ſpirituali qualitate* reſpiciens magis beneficium dedit liberis, vtpote quibus inuſſit *maculam*, obſtaculum in negotiis ciuilibus inſigne afferentem, vt paullo poſt indicabitur. Ideoque admodum probabile eſt, illud hos, de quibus hic loquimur, excludere noluiſſe.

Huc referuntur 1) ex adulterio ſuſcepti;

§. XVIII. Agite vero, videamus, quinam tales ſint, de quorum ſtatu hodie potiſſimum dubitari poſſet, ideo, quod ab initio parentes eorum in iuſto matrimonio viuere non poſſent. Huc (1) referri debent ex *adulterio* nati ſuſcepti*ue*; *cap.*

I.

X. qui fil. ſint legit. quamuis enim ius ciuile matrimonium cum *adultera* contractum illegitimum eſſe iudicet, ius canonicum tamen, exceptis duobus tantum caſibus, illud admiſit, legitimumque eſſe cenſuit. *c. 6. X. de eo, qui dux. in matrim.* (2) In *gradu prohibito* editi, ſiue in eo *de facto* matrimonium ſit contractum, quod tamen de *iure canonico* dirimendum, *c. 10. X. qui fil. ſint legit.* ſiue ſtuprum inceſtuoſum commiſſum fuerit; etenim ſi poſtea beneficio *diſpenſationis*, quatenus in *gradu prohibito* fieri poteſt, matrimonium permittitur, *legitimum* id eſſe, quis dubitauerit? licet ante *diſpenſationem* cohabitatio eſſet inceſtuoſa. (3) Ex *Iudaea* et *Chriſtiano* (inter quos matrimonium ſub poena *adulterii* prohibitum eſt, *l. 6. C. de Iud.*) procreati; quodſi tamen Iudaea ſex poſt facto ad *Chriſtianorum* ſacra per baptiſmum tranſeat, matrimonium cum ea legitime contrahitur, quod tempore concubitus haud permiſſum erat. (4) Si ſeruus vel *proprius homo* concumbat cum *ancilla*, et ex ea prolem illegitimam edat eo tempore, quo dominus in nuptias eorum conſentire non vult. Quid ergo ſi poſt aliquot annos conſentiat? ſine dubio matrimonium inter eos admittitur ex poſt facto, inter quos ipſo concubitus tempore impediebatur. (5) Ex *inaequali matrimonio* editi, ſecundum ius Germanicum *illegitimi*, et ſucceſſionis paternae incapaces fuerunt, vt docet ADAMVS Bremenſ. *Lib. I. hiſtor. eccl. c. 5.* quod prouidiſſimam Germani curam haberent, ne ex ſeruorum connubiis inficerentur familiae illuſtres, qualia connubia dicta ſunt *diſparagia, meſalliances*, Mißheurathen. Aequalia cenſebantur coniugia inter duces principes comites atque dynaſtas, nec ignota ſunt exempla, ipſos imperatores ex *comitum* proſapia legitimas duxiſſe vxores. v. Dn. LVDOLFF *de iure femin. ill. ſect. 1. §. 8.*

2) In gradu prohibito editi.

3) Ex Iudaea et Chriſtiano nati.

4) Ex coitu ſerui diſſentiente domino nati.

5) Ex inaequali matrimonio editi.

Vvvvv

et

et 18. IO. ADAM KOPP *de inſigni differentia inter comites et nobiles immediat. ſect.* 3. §. 5. Qui vero ex hac *ſuperiori nobilitate* ducebat *miniſterialis filiam* vel ex *infima nobilitate* prognatam, illegitimum matrimonium contraxiſſe credebatur. Quid clarius hac diſpoſitione *iuris Saxonici provincialis lib.* 3. *cap.* 73? Das ehrliche und frey gebohrne Kind behält ſeines Vaters Heerſchild, und nimmt auch ſein Erbe, und der Mutter alſo, ob es ihr eben bürtig iſt oder baß h. e. beſſer gebohren. Nec deſtituta eſt *iuris antiqui* diſpoſitio exemplis recentioribus et antiquis, a B. de LVDEWIG *in comment. ad A. B. Tit.* 30. §. 2. *p.* 1374. *ſeq.* Dn. LVDOLFFIO *cit. l. ſect.* I. §. 9. *ſeqq.* KOPPIO *cit. l.* adductis. Quid ergo ſi vxor imparis ſortis poſtea beneficio Caeſaris ad ſuperioris nobilitatis gradum euehatur, an hoc prodeſt liberis antea iam natis, quod ſtatus matrimonii illegitimi ſua confirmetur, vireſque coniugii legitimi aſſumat? *gradum* euehatur, quem iuſtae nuptiae deſiderant? Quid ſi princeps imperii duxerit virginem nobilem vel plebeiam, quam poſtmodum Caeſar ad *decus comitum* euexerit? matrimonium iſtu fit legitimum, quod ab initio inter eos tale eſſe non poterat? Illuſtre exemplum occurrit ſub imperatore RVDOLPHO I. anno 1273. Cum enim REINHARDVS comes de HANAV duxiſſet Adelheiden VLRICI ſenioris *domini* de *Münzenberg* filiam, quibus nuptiis paullo poſt defectus obiiciebatur, quod Adelheides *patre miniſteriali* nata eſſet, RVDOLPHI beneficio, accedente omnium electorum conſenſu, *nobilis* et *ingenua* declarata eſt, vt nullus in poſterum defectus matrimonio, cuius validitas ab initio nutabat, obiici poſſet. Diplomata et chartas electorales huc pertinentes refert Procancellarius academiae Marpurgenſis celeberrimus Dn. WALDSCHMIDIVS *de inſtreg. comitum imper. in append.*

§. XIX.

§. XIX. Porro huc refero (6) natos ex concubitu cum *monacho* vel *moniali*, qui admodum *ſacrilegus* cenſetur. Enimvero legitimationis caſum inter ita concumbentes plane deſertorum, obiici poſſet, quod monachos *caſtitatis votum* ad *legem coelibatus* perpetuo adſtringat, vt nunquam ad matrimonium adſpirare queant. At vero caſum omnino dabilem eſſe, exempla paſſim docent. Notum enim eſt, pontificem etiam votum *caſtitatis* ſoluere ac relaxare poſſe in *monachis* vel *virginibus ſacratis* ad hunc effectum, vt matrimonium ineant prolemque legitimam ſuſcipiant. Vnde ROSENTHAL de *feud. c. 7 concl. 30. n. 3 4.* ait: *ſi monachus etiam ex diſpenſatione pontificis eſt factus comes, is etiam in feudo ſuccedere poteſt, immo omnes, qui ex diſpenſatione religionem deſerunt, et vt loquuntur* LAICANTVR, *feudorum* (adde matrimonii) *poſtea capaces fiunt. Papa enim diſpenſare poteſt cum monacho, vt vxorem ducat et fiat laicus, ſi iuſta cauſa id ſuadeat*, vt idem *cit. l.* addit *in not. lit. e.* Sed libet etiam exempla adiungere. ALPHONSO rege Arragoniae a Mauris caeſo, anno 1160. frater eius REMELIVS e monaſterio euocatus, et diſpenſatione papali ſolio admotus eſt, cum poteſtate vxorem ducendi ROB. de MONTE *in append. ad chron. Sigebert. ad. cit. ann.* Pariter Poloni CASIMIRVM, monachum Benedictinum, ex monachali clauſtro tractum, papali *diſpenſatione* interueniente, ſolio impoſuerunt, quo facto matrimonium iniit, quod *laicatus* diceretur. Simili modo VLADISLAVS, non obſtante vinculo monachali, quod papa facile ſoluit, purpuram induit laicatus. LIMNAEVS *ad A. B. c. 7. §. 1 obſ. 10.* CHOPPINVS *de ſacra polit. lib. 2 tit. 3 n. 22.* Quamuis enim iuxta *cap. 6. in f. de ſtat. monach. cuſtodia caſtitatis adeo annexa regulae dicatur monachali, vt contra eam nec ſummus pontifex*

6) Nati ex coitu cum monachis vel monialibus.

 poſſit

poſſit licentiam indulgere, id tamen duntaxat eo pertinere aſſeruerunt, ne *ſaluo ſtatu monachali* votum hoc remitti queat. PONCIVS *de matrimon. lib. 7. c. 10. §. 8.* Conf. DE NICOLLIS *in praxi Canonica tom. II. p. 27.*

γ) *Nati ex coitu cum clericis.*

§. XX. Vlterius (γ) his addo natos ex concubitu cum *clericis*, quos in eccleſia Romana a legitimo coniugio arcent, vt liberi clericorum (ſi *minorum ordinum* ſodales excipias, qui vxores ducere poſſunt) pro *illegitimis* habendi ſint, vt ſupra iam monui. An vero etiam hi *legitimari* poſſint ad hunc effectum, vt matrimonium inire queant ex poſt *facto*? Id vero in dubium vocari non poteſt, ſi α) *indulgentia papalis* hoc permittat, β) *charactere indelebili* nondum inſigniti fuerint, et ita γ) *ſtatui clericali* renuncient. Ita contingere poſſet, vt clericus poſtea ducat vxorem, quam antea ſacrilego pollueret ſtupro, et ex qua filium iam ſuſceperat. Notiſſima enim in imperio noſtro eorum ſunt exempla, qui nondum ad ordinem presbyterialem admoti, ex *licentia papali* reſignarunt, atque vxores duxerunt, etiam purpura cardinalium iam condecorati. Anno 1314. ALBERTVS Auſtriacus iam obtinuerat epiſcopatum Patauienſem ex *Viennenſi parocho factus epiſcopus*, vt ait HVNDIVS *in metropol. Salisb. tom. I. p. 214. nouiſſ. edit. ſed euidens ille*, pergit HVNDIVS, *fratres ſuos ſine prole, paucis ſuperſtitibus exemptos, partim etiam ſterilia coniugia conſeruantes, eſſe, vxorem ducere decreuit. Ipſe ex diſpenſatione ſummi pontificis Vlrici Pfirretarum vltimi comitis filiam Ioannam, vltimam huius familiae, vxorem duxit, cum qua totius eius comitatus, qui Heluetiae vicinus eſt, factus eſt ex aſſe heres.* Anno 1364. pariter Colonienſis archiepiſcopus ADOLFVS, reſignatione praemiſſa, laicalem ſtatum praepoſuit eccleſiaſtico, gratia papali adiutus; *Miſſis enim ad pontificem pro-*

cura-

conſortibus archiepiſcopatum in manus pontificis depoſuit, ſimul ſollicitando, vt hunc in Engelbertum Leodienſem epiſcopum ac patruum ſuum transferre dignaretur. Quæ licet pontifex indignante animo acciperet, edito etiam decreto ex Cardinalium conſiliis, ne quiſquam in poſterum ad ſacras inſulas admitteretur, niſi qui ſacerdotio initiatus eſſet, (quo facto omnis reſignatio prorſus ademta eſt) *aut certe id fide præſtaret, abdicationem tamen Adolpho permiſit*, vt ait NICOLAVS SCHATENIVS in *Annal. Paderborn. ad ann.* 1364. *p.* 354. Similiter HENRICVS comes Holſatiæ anno 1404. epiſcopatum Oſnabrugenſem reſignauit, et laicalem ſtatum aſſumſit, teſte MEIBOM. *tom. II. rerum Germ. p.* 240. Anno 1418. papa MARTINVS V. in concilio Conſtantienſi *Ioanni*, epiſcopo Leodienſi, permiſit indulſitque, vt deponeret prouinciam eccleſiaſticam, vxoremque duceret. Vid. FLEVRY *tom. XXI. hiſt. eccl. p.* 511. *ſeq.* HENRICVS, regis Bohemiæ Alberti filius, anno 1330. papa diſpenſante reſignauit, et clericali ſtatu depoſito, duxit vxorem Eliſabetham, comitis Ruperti filiam. MÜNSTER *Coſmograph. in geneal. Habsburg.* CHOPPINVS *cit. l. p.* 225 ETELPHVS, rex Angliæ, ad ſubdiaconatum iam promotus, papa diſpenſante, regium diadema aſſumſit, vxoremque duxit teſte ALFORDO *in Annal. Angl. ad ann.* 837 *n.* 7. Sed nec exempla *Cardinalium* deſunt, qui, depoſita purpura ſacra, laicorum in ſtatum redacti ſunt. VALENTINVS cardinalis ALEXANDRI VI. indulto in ſolenni conſiſtorio reſignauit, et laicalem ſtatum in ſe reuocauit. VARILLAS *tom. I. hiſtor. Ludouici XII. p.* 19. RAYNALDVS *ad a.* 1498. *n.* 5. Idem quoque anno 1587. fecit cardinalis FERDINANDVS de MEDICES, vt vxore ducta gentem ſuam ab interitu vindicaret. V. FLAMINIVS PARISIVS *de reſignat.*

benef. lib. 5. qu. 2. in f. Alii quoque epiſcopi Italiæ hunc morem paſſim ſecuti leguntur, ſi gentis ſuæ ratio id poſtularet, vt conſtat de ROBERTO Vrſino, qui ſub IVLIO II. anno 1512. archiepiſcopatum depoſuit et clericalem vitam cum vxorata commutauit, vt ait VGHELL. *in Ital. ſacra tom. IX. p. 353. nouiſſ. edit.* IDEM porro *tom. III. Ital. ſacr. p. 208. edit. nouiſſ.* teſtis eſt, *Alexandrum vnicum germen Vſimbardicæ gentis in ſpem ſucceſſuræ prolis clericalem vitam liquiſſe, et Conſtantiam nobilem feminam vxorem duxiſſe.* Equidem hæc exempla tantum docent, clericos quandoque ex rationibus, genti illuſtri propriis, laicatos nuptias iniuiſſe, licet in *ſtatu clericali* ad hoc inhabiles fuerint; ſed nec deſunt exempla, clericum impraegnaſſe puellam, et poſtea a pontifice praeuia diſpenſatione impetraſſe, vt depoſita qualitate clericali eam in matrimonium ducere potuerit, prout *tom. II. ſer. eccl. p.* 208. notabili exemplo demonſtraui.

Argumenta eorum, qui legitimationem his caſibus excludunt.

§. XXI. In his ſimilibusque exemplis ſecundum principia *iuris Canonici* quaeſtio de efficacia legitimationis mouetur hodie, et magnis animorum contentionibus agitatur. Audiamus primo loco eos, qui legitimationem horum liberorum a limine praxeos hodiernae repellendam cenſent. Aiunt: in dubio ius canonicum conſpirare cum iure ciuili credendum, nec differentiam in primis tam inſignem ſtatuendam eſſe, quod canones legibus inſeruire non vereantur. locum tantum habere legitimationem in *naturalibus*, in quorum locum ius canonicum ſurrogauit ex *ſoluto* et *ſoluta* natos, inter quos tamen tempore *concubitus* connubium legitimum admitti potuit, vt clare euincere videtur *c. 13. X. qui filii ſint legitimi:* ipſum pontificem in *materia legitimationis* paſſim prouocare *ad leges ciuiles*, eas ſequi, indeque ſuas deciſiones petere, INNOCENTIO III. *c. 13. cit. in f.* te-

f. teſte: procedere hanc *legitimationem* mediante fictione, quæ retrotrahi dicitur ſubſequens connubium ad tempus *concubitus*, adeoque neceſſario *habilitatem* concumbentium dicto termino præſupponendam eſſe. Interim tamen *nouo iure* ſufficere habilitatem tempore *natiuitatis* vel *conceptionis*, prout filio magis prodeſſe queat, vt GONZALEZ ad *c. 1. X. qui filii legitimi n. 12. in f.* docet: hac in ſententia etiam ALEXANDRVM III. fuiſſe in *c. 6. X. eod.* quo *legitimationis* vſum quidem præmittit, ſed adulterinos partus ab eo excludit his verbis: *ſi autem vir, viuente vxore ſua, aliam cognouerit* (et ſic eo tempore, quo cum ea nuptias inire non poterat) *et ex ea prolem ſuſceperit, licet poſt mortem vxoris eandem de facto duxerit, nihilominus ſpurius erit filius, et ab hereditate repellendus:* addere quidem pontificem hanc declarationem, *præſertim ſi in mortem vxoris prioris alteruter eorum aliquid fuerit machinatus*; ſed arguere pontificem a *minori* ad *maius*. *Nam ſi filii ſpurii*, aiunt, *non legitimantur per ſubſequens matrimonium, multo minus per matrimonium nullum, quale eſt; quod contrahitur, cum alter ex coniugibus in necem coniugis machinatus eſt*, vt GONZALEZ *ad cit. c.* rationes ſubducit. inde vero colligendum ex mente SARMIENTI *lib. 1. ſelect. c. 5. n. 7.* ſi monachus nondum profeſſus filium genuerit, etiamſi conſtituerit non profiteri, nondum tamen actionibus externis hoc declarauerit, nec veſtem monachalem depoſuerit, filium in tali ſtatu natum non eſſe naturalem et ſic nec legitimationis capacem: idem quoque dicendum eſſe de beneficiato, qui conſtituerat, dimittere ſtatum clericalem, ſed nondum eo abiecto, filium procreauerat; quod ſubſiſtendo in ſtatu eccleſiaſtico incapax matrimonii fuit. argumentum a contrario ſenſu ex *c. 6. cit.* deductum admodum ſtringere ex mente WIESTNE-

RI

et *ad tit. Decretal. qui filii ſint legit. n. 43.* Si enim illa demum proles illegitima et ad legitimationem inhabilis habetur ex mente ALEXANDRI III. quæ, viuente propria vxore, ex alia non ſolum concepta, ſed etiam nata eſt: illa pro habili ad legitimationem duntaxat haberi debet, quæ, vxore non amplius viuente, et ita ex parentibus, ſaltem natiuitatis tempore ad nuptias ineundas aptis, nata eſt. etc.

Qui principia aliena ſequantur. §. XXII. Ita vero planum expeditumque eſt, interpretes in diſcutienda hac lite ſequi principia *aliena*, *vetera* iura, iam *correcta*, loco principiorum et rationum decidendi ſubſtituere, *Deciſio vera fluit ex vero ſenſu c. 6. X. cit.* et fingere *fictionem*, quam ius vtrumque ignorat. Quia vero omne deciſionis robur dependet ex vera interpretatione *c. tanta 6. X. qui filii ſint legitimi*, ad fontes recurrendum, et, quæ fuerit ſententia ALEXANDRI III. inde æſtimandum. Compilator enim decretalium admodum textum truncauit, mutilauit et verum eius ſenſum ita obſcurauit, vt ſine recurſu ad ipſum fontem haberi vix queat. Conſtitutio ALEXANDRI III. in ſua integritate deprehenditur *in append. concilii Lateranenſis III. part. 39. de anno 1179.* apud HARDVIN. *tom. VI concil. p. 2. p. 1819.* hu- *Textus integer refertur ex fonte.* ius tenoris. *Meminimus, nos fraternitati tuæ ſuper cauſſa, quæ inter P. et R. de quadam hereditate vertitur, quam idem R. nomine Sybillæ vxoris ſuæ petebat, tali modo ſcripſiſſe, vt ſi conſtaret, prout litteræ tuæ continebant, inter dicti R. patrem et matrem poſt eius natiuitatem matrimonium fuiſſe contractum, eum omni appellatione remota legitimum eſſe denunties, et ab hereditate paterna propter cauſſam prædictam nullatenus debere repelli.* Hæc verba rurſus declarant, demonſtrantque, ex *ſtupro* procreatos et ſic ex *coitu damnato* per ſubſequens coniugium legitimos effici. Addit vero pontifex hanc rationem: *Tanta eſt enim*

vis

vi SACRAMENTI, vt qui antea ſunt geniti, poſt contractum matrimonium habeantur legitimi. Omnis vis legitimationis attribuitur SACRAMENTO, quod ſub matrimonio latitare creditur, cuius virtus tanta eſt, vt etiam ſeſe porrigat ad iam antea ex delicto natos eosque legitimos reddat; in hoc ſolo ſubſiſtit pontifex, nec ad *fictionem* quandam, in cerebro interpretum natam, recurrit, quod ſacramenti ſanctitas tanta tamque efficax eſſe credatur, vt omnem abſtergere poſſit maculam, ex illegitimis natalibus contractam, ſi modo poſtea inter concumbentes verum, validumque matrimonium conſiſtere queat. Sub hac enim limitatione hanc diſpoſitionem accipiendam eſſe, manifeſtant ſequentia, quæ adiungit pontifex: *Verum quoniam P. vltra quam in litteris tuis continetur, nobis ſignificauit, quod Pater ſuus, viuente vxore, matrem R. tenebat, et eum in adulterio procreaſſet, et quod in mortem ipſius vxoris mater fuerit machinata: fraternitati tuæ etc. quatenus veritatem rei inquiras: et ſi Tibi conſtiterit, quod viuente vxore, pater prædictus R. matre ipſius publice abuſus fuiſſet, eum ſpurium et ab hereditate repellendum, præſertim ſi Mater ipſius in mortem prioris vxoris fuerit machinata, decernas, quoniam inter ſe legitimum matrimonium contrahere non potuerint.* Hæc verba aperte indicant, 1) ALEXANDRVM III. de caſu, quo matrimonium legitimum iuſtumque inter coniuges conſiſtere non poterat interrogatum, et quia hæc quæſtio *facti* erat, eius cognitionem Exonienſi epiſcopo ante omnia demandatam fuiſſe. 2) Pontificem ALEXANDRVM III. in ea adhuc ſubſtitiſſe ſententia, quam canones antiqui fouerant, matrimonium cum adultera contractum *illegitimum*, nulliusque roboris eſſe. Id non obſcure IDEM in c. 1. X. *de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult.* indigitat his verbis: *propoſitum*

Vnde conſtat, pontificem locutum fuiſſe de matrimonio illegitime contracto.

Quia matrimonium cum adultera ſimpliciter reprobabat.

eſt nobis, quod vir quidam vxorem habens, ſibi aliam [illegible] *ignorantem copulauit: ſed prima mortua vinculum abrumpi* [illegible]*, aſſerens, quod, vxore ſua viuente, eam non licuerit copulare.* Hanc rationem dubitandi deſumſerat maritus ex canonum veterum *generali diſpoſitione*. Nec eam *in theſi* pontifex deſerit aut immutat, ſed recipit aſſerendo. *Licet autem in canonibus habeatur, vt nullus copulet in matrimonio, quam prius polluerat adulterio, et illam MAXIME, cui fidem dederat vxore ſua viuente, vel quae machinata eſt, in mortem vxoris,* etc. Non *reſtrictiue* ALEXANDER III. hic loquitur, ſed magis *extenſiue*, vt oſtendat, tunc *multo magis* ex ſententia canonum antiquorum impediri matrimonium, ſi vel adulterae fidem de futuro matrimonio dediſſet, vel ſpe futuri matrimonii cum moecho ineundi, vitae innocentis inſidias ſtruxiſſet. Particula enim *maxime* non limitat, non reſtringit, non format exceptionem, ſed omnium confeſſione ampliat diſpoſitionem atque auget. Praeterea quoque pontifex *in hypotheſi* eam aſſumit ſententiam, ſed vel ideo eius applicationi locum non eſſe relinquendam ait, quod mulier ignorauerit, maritum aliam eo tempore habuiſſe vxorem, et ſic in *bona fide* fuerit, maritus vero indignus iudicandus ſit, qui ex dolo ſuo lucrum reportet. Vnde colligi poteſt, matrimonium ex ſententia pontificis dirimi potuiſſe, ſi ſcienter cum adultero concubuiſſet mulier, licet neutra ex circumſtantiis adductis concurriſſet. Equidem eodem ſeculo GRATIANVS reſtrictionem adductam circa adulterorum connubium iam in ſua compilatione receperat, approbandamque eſſe crediderat, vt poſt *c. 5. C. 31. q. 1.* declarat, ſed tempore ALEXANDRI, eiuſdem ſeculi pontificis, GRATIANI *priuatae opiniones* nondum eam acceperant auctoritatem, vt ſecund[illegible]

[illegible]

nunciandum crederent, ad minimum liquet, ALEXANDRVM III. ea potius opinatione ductum fuiſſe, matrimonia adulterinorum coniugum illegitima cenſenda *in genere*, multo magis vero tunc, ſi circumſtantiæ adductæ augerent hoc facinus, ad quas prohibitiones canonum reſtringere voluit GRATIANVS. Pari ergo ratiocinatione vtitur ALEXANDER III. in verbis ex *append. concil. Lateran.* adductis, præſertim cum ei oblatus fuiſſet caſus, quod mulier in mortem prioris vxoris fuerat machinata, hancque rationem addit: *Quoniam INTER SE LEGITIMVM MATRIMONIVM CONTRAHERE NON POTVERVNT*, quam rationem minus provide omiſit compilator decretalium, vnde tamen omnis *ratio decidendi* petenda erat.

§. XXIII. Proinde 3) hæc deciſio applicari non poteſt ad eos caſus, et quidem ex mente ipſius pontificis ALEXANDRI III. quibus coniugium inter *adulteros* ex *poſt facto* iuſtum legitimumque eſſe poteſt, quos ex poſt facto ex GRATIANI doctrina approbauit recepitque INNOCENTIVS III. vtpote quem vtplurimum ſequi amauit. Diſertis verbis enim in *c. 6 X. de eo qui duxit in matrim. quam polluerat per adult.* edixit, *legitimum* contrahi *matrimonium* cum *adultero* vel *adultera*, exceptis illis duobus caſibus, quorum antea mentionem feci, prout optime obſeruarunt B. STRYKIVS *in V. mod. ad tit. de his qui ſui vel alieni iur. ſunt.* §. 12. et B. THOMASIVS *cit. diſſ. p.* 53. Quo caſu ergo ex poſt facto matrimonium inter eos legitimum iniri poteſt, eo caſu legitimatio eius, qui ex adulterio conceptus erat, effectum habet, nec ad illud diſpoſitio *c. 6. X. eiuſd. tit.* applicari poteſt, vtpote quæ ſupponit caſum adulterii, quod legitimum ex poſt facto excludit matrimonium. Denique 4) ratio huius

Non ergo poteſt hic textus ad eum applicari caſum, ſi ex poſt facto matrimonium ſubſiſtit.

Quod vel ex

tio ſacramen-ti ducat,

legitimationis *in cit. c. 6.* vnde quaeritur in vi *ſacramenti*, quae tam efficax eſt, vt liberis antea natis prodeſſe queat. Neque enim pontifex *iuris ciuilis* principia ſequenda eſſe cenſuit, quia alioquin legitimatio omnis ceſſare et exulare debuit. Hoc enim ex *prohibito coitu* natos ab omni legitimatione excluſit arcuitque, non item ius canonicum, quo, quotquot extra matrimonium naſcuntur, ex *coitu damnato* naſcuntur, prout ſupra dictum. Quae cum ita ſint, euidens eſt, etiam in caſibus antea relatis, ſi ex *inceſtu* nati ſunt liberi, vel ex coitu cum monacho vel clerico, legitimari per matrimonium poſtea, interueniente *diſpenſatione*, contractum. Vtrum autem diſpenſatio in tali matrimonio *plenum* effectum habeat, an *minus plenum*, multum pendet ex *praeiudiciali quaeſtione*, quouſque ſeſe extendat poteſtas eius, qui in tali matrimonio, legibus aduerſante, diſpenſauit, et vtrum impedimentum, connubio reſiſtens, *eccleſiaſticum* an vero *ciuile* ſit? quod diſtincte in diſſert. *praeliminari* ad *tom. IV. iur. eccleſ. prot.* §. *13. et ſeq.* explicaui.

Reſpondetur ad rationes dubitandi.

§. XXIV. Difficultates a diſſentientibus afferri ſolitae, et §. *XXI.* relatae, facili negotio ſuperari poſſunt. Fatemur, in *dubio* inter ius *canonicum* et *ciuile* ſtatuendam eſſe conſonantiam, vbi vtrumque ius ex iiſdem principiis et rationibus diſponit, ſuaque format ſcita. In hac doctrina vero prorſus diuerſa principia ius canonicum recepiſſe ex virtute *ſacramenti* quis ſanus negauerit? quis vnquam dubitauerit, ex *ſtupro*, h. e. ex coitu legibus damnato, procreatos hoc iure legitimari poſſe? hos vero dici *iure canonico* naturales, non ſufficit, cum a *dici* ad *eſſe* non recte concludatur; ad minimum *naturales* hi, quos ius canonicum agnoſcit, non ſunt *naturales* in ſenſu iuris ciuilis, ſed potius improprie ita dicuntur. Quod ius canonicum in *c. 13. X.*

qui

qui filii ſint legitim. leges *ſeculares* in ſubſidium vocet, id perpetuum huius iuris vſum in hac doctrina non euincit demonſtratque, quin potius ipſe pontifex in *cod. textu* euidenter docet, ne quidem in legitimatione per *reſcriptum* ius canonicum ſequi *iuris ciuilis* dogmata. Hoc ab omni legitimatione arcet adulterinos, ius canonicum per reſcriptum etiam *adulterinos* legitimari poſſe docet, quæ diuerſitas ſine dubio inde nata eſt, quod ex *adulterio* ſuſcepti æque ſint ex *damnato coitu* ac quidem ex *ſtupro* nati, adeoque ſicuti hos ad legitimationem admiſit ius canonicum, ita illos excludere non potuit. Ius ciuile vero omnes prorſus reſpuit, qui ex alterutro nati erant coitu. Porro qui ad *fictionem* quamdam prouocant, et per eam legitimationem peragi conſtituunt, grauiter hallucinantur, et tale quid ſupponunt, quod vel ex *iure ciuili veteri* tractum eſt, quo *ſubſequenti matrimonio* talis virtus nondum data erat, vel ne quidem in iure codicis fundatum, vt ſupra plenius recenſui. Nec aliquod indicium apparet, pontifices in tali cerebrina fictione deciſiones ſuas fundaſſe. Proinde fruſtraneæ et otioſæ ſunt contentiones, vtrum tempus *conceptionis* intuendum, cum pontifex *matrimonio ſubſequenti* vnice omnem efficaciam tribuat, et ex ſanctitate *ſacramenti* hanc ipſam trahat. Noui quidem, compilatorem loco *ſacramenti* collocaſſe *matrimonium*, ſine dubio tamen ex hac ratione, quod hæc vox in materia hac videatur eſſe clarior atque euidentior. Ad minimum *in appendice concilii Lateran. III.* appellatio *ſacramenti* occurrit. Et quid mirum, RAYMVNDVM hanc vocem immutaſſe, cum totum textum in *c. 6. cit.* ita truncauerit, atque deprauauerit, vt verus eius ſenſus non aliunde, quam ex ipſo *authentico loco*, haberi queat. Denique argumentum a contrario ſenſu, quod ex *cit. cap. 6.* de-

ducit eique applaudit WIESTNERVS, partim non adeo ſtringit, quod, vt ſupra dictum, pontifex ALEXANDER III. cum adultera matrimonium ſimpliciter adhuc reprobauerit, partim etiam quod, ſi admitti deberet, duntaxat adulterinos, non alios parentes, qui extra matrimonium tempore concubinatus vixerunt, attinget, quamuis de his æque dubium ſuperſit, quales ſunt nimio inter ſe propinquitatis gradu coniuncti, ſoluti tamen; nam clerici et monachi cum ſoluta ſeſe miſcentes.

Iure canonico non deſiderantur dotalia inſtrumenta.

§. XXV. Sufficit ergo matrimonium ex poſt facto *legitime contractum* eſſe, cuius teſtandi gratia non amplius deſiderantur inſtrumenta *nuptialia* aut *dotalia*. His olim apud Romanos *coniuges legitimi* declarabantur, adeo vt *dotatio* fere coniugem legitimam a concubina diſtingueret. Ius canonicum hæc non deſiderat nec deſiderare potuit, quod illud ad coniugii legitimi declarationem *copulam ſacerdotalem* requirit. In hac præcedentibus tribus bannis, vnice acquieſcit, et tale coniugium in *facie eccleſiæ* contractum eſſe aſſerit, quod ſufficit. *c. 3. in f. X. de clandeſt. deſponſ.* Talem ſolennitatem ius Romanum, ac quidem æuo IVSTINIANI, in contrahendis nuptiis poſtulabat, adeoque alio medio, quo *affectio maritalis* euidenter ac concludenter oſtendi poſſet, opus fuit. Sed audiamus LAVTERBACHIVM *cit. diſſ.* §. *XXV.* prorſus in contrariam ire euntem. Ait *Iure canonico hanc inſtrumentorum neceſſitatem remiſſam eſſe communis eſt DD. ſententia. Verum quo in loco? ſi itaque nullus textus, in quo hoc ipſum requiſitum canonico iure eſt remiſſum, produci poterit; quid prohibet, quo minus idem de iure canonico ſtatuamus, quod de iure ciuili expreſſe legitur ſancitum? Nam in dubio nulla debet fieri differentia inter ius canonicum et ciuile.* Minus recte vero laudatus JCtus, quo in loco remiſſum ſit hoc requiſitum?

quæ-

quærit, cum de eo diſquirere debuiſſet, an ſecundum iuris canonici principia neceſſitas adhibendorum dotalium inſtrumentorum recipi potuerit? vtrum eadem ratio hoc iure ſit contrahendorum connubiorum ac quidem de iure Romano? Huius diuerſitatem iam antea demonſtraui. Minus recte prouocatur ad vtriuſque iuris harmoniam, ſi vtrumque diuerſa agnoſcat principia, quæ in primis in *matrimonialibus* occurrunt. Vnde ſtatim addit *moribus autem noſtris matrimonium etiam omiſſis inſtrumentis recte et legitime contractum ad legitimationem ſufficere paſſim docent*, cui traditioni ipſemet non contradicit, nec contradicere ob notoriam praxin potuit. Quando autem rurſum quæritur, vnde mores hi originem trahant? quæ ſit eorum ratio? quæ origo? Recurrendum omnino erit ad fundamentum eorum, quod in *iure canonico* latitat. Neque enim *mores vniuerſales* Germaniæ citra rationem inualuerunt, ſed certo quodam fundamento conſtant. Quis vero neſcit, *ius canonicum* etiam plures Germanorum mores in cauſſis matrimonialibus formaſſe, immo ipſam *legitimationem* hanc, de qua ago, prorſus reformaſſe, quam Germani in ſuos vſus traxerunt, parum ſolliciti, quod ius Romanum ab his abludat moribus.

Atque praxis hodierna ex iure canonico nata.

§. XXVI. Præterea quoque ad hanc legitimationis ſpeciem de iure Romano deſiderabatur *conſenſus naturalium* per *Nouell. 89. c. 11.* adeo vt, pluribus naturalibus exiſtentibus, conſentientes duntaxat legitimi redderentur, reliquis in priori ſuo ſtatu remanentibus. *cit. Nou. c. 11. §. 1.* Neque enim hoc beneficium tam *liberorum*, quam *parentum* eſſe videbatur, quorum intererat liberos in ſua poteſtate habere, e contrario liberi legitimati *capite minuebantur*, quia hi, qui *ſui iuris* erant, alieni

Ius Rom. conſenſum liberorum deſiderauit.

iuris

iuris fiebant, omnium rerum ſuarum ſubſtantia priuati, niſi quod IVSTINIANVS poſtea *vſumfructum* tantum patri aſſignauerit, proprietate liberis relicta §. 2. *I. de acquiſ. per arrog.* Hoc etiam ex iis, quæ ſupra de conditione, *naturalium* meliori, ſtatui legitimorum longe præferanda, dixi, admodum clarum atque perſpicuum eſt, docetque, liberorum ſæpe interfuiſſe, ne ſtatus eorum minueretur. Hodie huius requiſiti non adeo habetur ratio, nec animaduerti, ius *canonicum* conſenſum liberorum quoque deſideraſſe, ſed ſimpliciter matrimonio ſubſequenti hanc virtutem adſcripſiſſe. Etenim 1) hodie *ſecundum* huius iuris rationes non alii legitimantur, quam ex *prohibito* et *damnato* concubitu nati, quorum ſtatus longe deterior eſt antiqua *naturalium* conditione. Spurios hoſce extra matrimonium natos, partus *adulterinos*, *inceſtuoſosque*, *ſacrilegos*, *manſeres* (quorum pontifex meminit in *c. 10. verſ. perſonæ X. de renunc.*) ſimilesque huc pertinere, ſupra declaraui, de quibus diſtincte agit GABRIEL PALAEOTVS *de nothis ſpuriisque filiis c. 16. ſqq.* Hos omnes ius canonicum a *beneficiis eccleſiaſticis* excluſit, in cenſum clericorum referri noluit, et adeo pedetentim *contemtibiles* reddidit, vt omnium odio et contemtui publico expoſiti indignique iudicati fuerint, qui ad dignitates ciuiles, collegia opificum, et ius ciuitatis admitterentur. Qua enim ad iudicium clericorum antiquo æuo mundus ſeſe componebat, vtpote qui inter omnes in primis præ *laicis*, vtpote imperitis, ſapere videbantur, aliter fieri non potuit, quin hi *contemtibiles* communi iudicio haberentur, quos contemnebat communis eccleſiaſticorum ordo, atque ab omni ſacro munere arcebat, vt non diffitetur PALAEOTVS *cit. l. c. 27.* in præcedentibus autem docet, iure ciuili eoſdem ab honoribus remotos non fuiſſe. Quum

Non vero hodiernum.

cum ita ſint, palam eſt, hodie maximo affici beneficio ſpurios per hanc *legitimationem*, ita vt hæc non tam *parentibus* primario, quam liberis proſit, et quidem ex *iuris canonici* rationibus, quibus adhuc hodie regimur. Auget ergo legitimatio hodie ſtatum legitimatorum, non minuit, non deteriorem reddit, vt ita ſemper conſentire præſumi debeant. 2) Quamuis per *legitimationem* in patriam poteſtatem redigantur, non tamen magnus hodie ſupereſt eius effectus, vt illegitimis in natalibus potius ſubſiſtere hodie, quam legitimari quis prreoptauerit, vt nec LAVTERBACH *cit. l. §. 26.* diffitetur. Nullo graui incommodo inde adficiuntur liberi, quod fiant *legitimi*, ſed magis id honori eorum vtilitati atque dignitati conducit. 3) Equidem antiquo more receptum eſt, vt liberi in ipſis nuptiarum ſacris ſolennibus cum patre et matre *pallio* operiantur, vnde et vocantur die Mantel-Kinder; verum hoc non fieri cenſendum eſt, ad eorum *conſenſum* declarandum, ſed vt innuatur, eis hanc legitimam coniunctionem, copula ſacerdotali firmatam, et benedictionibus ſacratam, profuturam. Vid. du FRESNE *in gloſſar. voc. pallium.*

Cur vocentur die Mantel-Kinder?

§. XXVII. Denique ſicuti ius ciuile, ita canonicum, deſiderat *verum validumque* matrimonium ſubſequens, vtpote quod ad cauſſam *legitimationis* deſiderat. De *momentaneo* ergo matrimonio, veluti in *articulo mortis* contracto, dubitarunt, vtrum effectum hunc habere poſſit, quod verum non poſſit dici matrimonium, cum omnis eius finis ceſſare videatur, et eo tempore initium demum capiat, quo ſimul finitur? Plura argumenta, quæ hiſce nuptiis obiici ſolent, conglomerat atque reſoluit FRANCISCVS SARMIENTO *lib. I. ſelect. interpr. c. 6. n. 5. ſeqq.* quæ non reguſtabo. Plerique huic matrimonio in hac

Verum vtroque iure deſideratur coniugium, etiam in articulo mortis contractum.

cauſſa vel ideo vim tribuunt pleniſſimam, quod per *fictionem iuris* non in articulo mortis, ſed iam ante, quo natus eſt, filius iuſtum haberi debeat; a quo argumento abſtineo, quod tali *fictione*, in iure haud ignota, non indigeamus. Tria vero omnino ſunt momenta, quæ huic *legitimationi* adſiſtunt. *Primum* inde deſumendum, quod non ita certus ſit mortis euentus, et ſpes omnis vitæ et ſanitatis abiecta dici queat, ob quam tale matrimonium non ſimulatum ſed verum dicendum. v. Dn. COCCEI. *de matrim. morient.* *Alterum* ex ſententia iuris canonici eiusque mente trahendum, quod matrimonio *vim ſacramenti* tribuit, et in tantum ei fauet, vt nec cum ſenibus illud reprobandum cenſeat, veliteque ſemper *in dubio*, quod hic ſubeſſe poteſt, *pro matrimonio* eſſe pronunciandum. *c. f. X. de ſentent. et re iudic. c. 3. in f. X. qui matrim. accuſ. poſſ. c. 4. X. de reſt. in integr.* Accedit, quod effectu omni non deſtituatur tale matrimonium, ſed eum porrigat ad filium iam natum, vt ne quidem hoc momentaneum connubium *in prole* dici queat. Et quid ſi quis hac ſub conditione demum contrahat nuptias, vt filium iam natum illegitimum legitimet, cum matre autem conſentiente, et conditionem hanc acceptante, in omnis vitæ conſortio in poſterum nolit degere? ubi hunc effectum ſubtrahendum non eſſe crederem, cum coniuges ſeſe mutuo pacto ſeparare non prohibeantur, ſaluo matrimonii ſtatu in reliquis iuribus. De effectibus *legitimationis* huius nihil attinet dicere, quod duntaxat oſtendere voluerim, hodie ex principiis *iuris Canonici* legitimationem quamcunque eſſe ex *damnato coitu natorum.*

De legitimatione per reſcriptum, §. XXVIII. Qua de cauſſa idem quoque paucis in *altera* legitimationis ſpecie, ſcilicet per *reſcriptum*, demonſtrandum eſt. Hæc demum per IVSTINIANVM inuenta atque fabricata

eſt.

eſt. Antea obtinuerat legitimatio per *arrogationem* filiorum naturalium, *l. 6. in f. C. de natur. lib.* quam in poſterum abolendam eſſe cenſuit IVSTINVS *in l. 7. C. ead.* atque reprobauit IVSTINIANVS *in Nouell. 89. c. 7.* Idem tamen in *cit. nou. c. 9.* prioribus ſpeciebus addidit nouam, vt per *reſcriptum* principis naturales poſſit facere *ſuos* legitimosque pater, quo ipſo fere reſtituit legitimationem per *arrogationem* itidem reſcripto principis expediendam, quam tamen repudiauerat in *ead. Nou.* vt optime obſeruat B. THOMASIVS *cit. diſſ. §. 43.* Hæc tamen legitimatio α) erat *ſubſidiaria*, ſi concubina duci non poterat, vel quod iam defuncta, vel eius conditionis eſſet, vt ſine dedecore duci non poſſet, vel vitam religioſam elegiſſet. Id enim ex antiquarum legum intentione retinendum eſſe cenſuit, vt, quoad fieri potuit, concubinatus in *verum* verteretur *matrimonium*, quamuis hanc ipſam fere aliis ſuis legibus euerterit. β) Solus pater hos legitimationis codicillos impetrabat, nunquam mater aut ipſi naturales, cum patris *beneficium* olim erat, non *liberorum* primario, hos eſſe legitimos, probe obſeruante HERALDO *lib. I. quæſt. iur. quotidian. lib. I. c. 5. §. 5.* γ) Tantum *naturales* liberi ita legitimabantur, non ſpurii aut ex alio prohibito coitu procreati, et quidem δ) nullis aliis exſtantibus liberis, vt indigitat IVSTINIANVS in *Nouell. 89. c. 9. ibi. ſi quis ergo filios legitimos habens etc. et in f. in his qui legitimos non habent filios etc.* Inde concludit HERALDVS *cit. l. §. 8.* eum, qui legitimam vxorem habet, petere non poſſe a principe, vt naturales, ex concubina nati, natalibus reſtituantur, quod impedimentum, quo minus concubina duci queat, ab ipſo patre profectum fuerit: quod admitto, ſi concubina adhuc viuebat, eaque erat in cauſſa, vt a patre duci non potuiſſet. Quid vero ſi defuncta? ſi reli-

eiusque §. *mitibus.*

 gionem

gionem introierit? ſi abſque dedecore duci non poterit? His caſibus *beneficium legitimationis* petri de *iure Romano* haud denegatum eſſe exiſtimo.

Hodie hi limites non habet.

§. XXIX. Sed hodie diuerſiſſima ab his principia in vſu forenſi obſeruari docet, et eo nomine graues querelas mouet HERALDVS c. l. c. 4. ſeqq. At enim, hodie paſſim talibus codicillis legitimari ſpurios quoſcunque, etiam matre viuente; nec tantum a patre eandem peti et obtineri, ſed etiam a matre et ab ipſis ſpuriis. Immo etiam hos principalibus codicillis legitimari, ſi vel maxime pater reclamet, vel legitimam ſobolem habeat, quae omnia *iuri Romano* aduerſantur. Sed videamus an etiam *iuri canonico*? ſi cum hoc ſe conformat vſus forenſis, *erroneus* dici nequit nec in Germania nec in Gallia, poſtquam non ſolo iure Romano viuimus, nec Galli in regno ſuo eo ſolo reguntur, quod merito obſeruare debuiſſet HERALDVS. Si quis pro eo allegat, Ius canonicum non debuiſſe principia a iure Romano diuerſa et aliena introducere, ac recipere, facile quidem patior, vt cum iure pontificio haec digladiatio ſuſcipiatur. Enimuero vtrumque ius eſt peregrinum, atque ſi *vſum forenſem* conſidero, vtrumque ita conſiderandum et explicandum, prout vſu receptum. Quia vero ipſa experientia docet, principatum in hac doctrina ſicut in aliis ius canonicum in praxi tenere, eum non amplius *erroneum* dicere poſſum, quod iam paucis oſtendendum erit.

Ex principiis iuris canonici,

§. XXX. INNOCENTIVS III in c. 13. X. *qui filii ſint legit.* imploratus a comite Montis Peſulani, WILHELMO, vt per *reſcriptum papale* legitimaret filium, quem ex pelice, viuente vxore legitima, procreauerat, varia pro deſiderio ſuo promouendo momenta in curia Romana allegauerat, quae

loco

[illegible] *dubitandi* adducit Pontifex. *Ait: quod autem super hac Apost. sedes* PLENAM *habeat* POTESTATEM, *ex illo videtur, quod cum diversis caussis inspectis, cum quibusdam minus legitime genitis non naturalibus tantum, sed adulterinis etiam dispensavit, sic ad actus spirituales legitimando, ut possint in episcopos promoveri; [illegible] creditur et probabilius reputatur, ut eos ad actus legitimare valeat seculares.* Non vocat in dubium hæc principia, nec negat pontifex, se *plenam* habere *potestatem*, legitimandi *adulterinos* ad spiritualia, immo etiam quoad *temporalia* in terris sibi subiectis: id dumtaxat urget, huiusmodi præiudicia non posse porrigi et extendi ad *mediatos*, superiori [illegible] alieno subiectos, in cuius iniuriam talis dispensatio quoad *effectus seculares* sine dubio vergeret, nisi ab hoc assensus fuisset præstitus. Inde vero colligo, (1) pontificem sicuti in aliis caussis, ita in materia *legitimationis*, quousque potestas eius sese extenderet, sibi *plenam*, h. e. *illimitatam*, nullisque constrictam vinculis aut legibus, adscripsisse *potestatem*, quam alioquin *plenitudinem potestatis* appellare solet curia Romana. Ait enim pontifex ipsemet in c. 4. X. *de concess. præb. & eccles. non vac. secundum plenitudinem potestatis de iure possumus supra ius dispensare*, [illegible] hominum aut limitibus inclusos [illegible]. Huic opponunt potestatem *ordinariam*, quæ exercetur ex legum præscripto, et secundum antiquos canones, quibus pontifices sese alligatos profitebantur, uti ex propriis eorum constitutionibus probatum dedit IO. TAVRONVS P. III. c. 3. De hac potestate *ordinaria* vel prorsus *ordinata* et ad regulas iuris composita, satis probe loquitur IOANNES XXII *in bulla de anno* 1317 apud RYMERVM *tom. III. act. publ. Angl. p.* 635. et quamquam, ait, *supra ius possimus, a iure soluti, [illegible]*

quo pontifex plenitudinem potestatis attribuat

 addi-

obligatur, quo de maiori poteſtate percepta rationem reddere tenetur eidem. Verum rarius forſan tum ipſe tum eius ſucceſſores hac poteſtate vſi ſunt, veſtigia potius anteceſſorum his arriſerunt, qui nullis legum vinculis ſeſe conſtringi paſſi ſunt. Et quia antiqui interpretes, in primis ad *l. 12. D. de legib.* hanc diſtinctionem inter *ordinatam poteſtatem et plenitudinem eiusdem* vbique in ore habuerunt, atque imperatoriæ poteſtati quoque applicuerunt, non adeo iniucundum fuit proceribus aulæ pontificiæ et Cæſareæ, in *communionem* huius dogmatis tranſire, vt pluribus tradit PETRVS ANTON. de PETRA *de iure quæſito non tollendo per princip. c. 1. n. 8. et ſeqq.* En commune dogma: *quando princeps aliquid facit de plenitudine poteſtatis, nemo poteſt ei dicere, cur ita facis? quia tunc eſt ſupra ius, contra ius et omnia.* IDEM *cit. l. c. 3. qu. 1. n. 3.* De poteſtate papali *plena* idem paſſim ingeminant proceres aulæ Romanæ. Aiunt porro: *plenitudo poteſtatis nulli neceſſitati ſubiecta eſt nullis que regulis iuris publici limitata.* IDEM *cit. l. n. 4.* Sed non neceſſe eſt omnes colligere floſculos, quos plena manu collegerunt de PETRA et iuris pontificii ſcriptores.

et imperatori.

Inde libera poteſtas diſpenſandi recepta

§. XXXI. Hac doctrina (II) ſemel poſita receptaque, in primis liberrime in *diſpenſationibus* egerunt imperatores et pontifices, nullosque limites ſibi poni facile paſſi ſunt, quos olim tenaciſſime obſeruabant imperatores. Vidimus in § 29 quam variis limitibus circumſcripſerit poteſtatem legitimandi per reſcriptum IVSTINIANVS, vltra quos non procedebant ſucceſſores, quamuis ab hoc tempore modus legitimandi *ordinarius* factus fuerit. Anteceſſores rariſſime et tantum *extra ordinem* ex grauiſſimis cauſſis veniam dabant, et ſtatum illegitime natorum, non directo matrimonium, quandoque confirma-

firmabant, maxime ſi de eo iuſte dubitatio emergere poterat, vt in caſu, quem ICtus in *l.* 57. §. 1. *de R. N.* affert. Verba reſcripti ſunt hæc: *movemur et temporis diuturnitate, quo ignara iuris in matrimonio avunculi tui fuiſti, et quod ab avia tua collocata es, et numero liberorum veſtrorum, idcirco cum hæc omnia in unum concurrunt, confirmamus ſtatum liberorum veſtrorum in eo matrimonio* (contra leges contracto) *quæſitorum, quod ante annos quadraginta contractum eſt, perinde ac ſi legitime concepti fuiſſent.* Notabile et plane ſingulare hoc exemplum eſt, quod docet, quandoque *extra ordinem* ex prægnantibus cauſſis imperatores diſpenſaſſe circa natales legitimos liberorum, et legitimaſſe illegitimos ex interdicto matrimonio natos. Verum hic modus erat *extraordinarius*, quem vero IVSTINIANVS fabricatus, ordinarius, et cuicunque patri naturali propoſitus, adeoque ſine cauſſæ cognitione conceſſus. Enimvero poſtquam ab initio ex *plenitudine poteſtatis* arrogata in huiuſmodi cauſſis agere coeperunt pontifices, tandem id, quod *extraordinarium* ab initio fuit, factum eſt *ordinarium*, atque limites *legitimationi* præſcripti iam neglecti atque inſuper habiti ſunt, vt qui hodie obtinet legitimandi modus, inde natus atque etiam comitibus palatinis communicatus atque traditus fuerit.

contra morem imperatorum priſcum.

Inde quoque multa in legitimatione innovata.

§. XXXII. Videlicet inde effectum eſt, α) vt etiam *adulterini et inceſtuoſi* ita *legitimari* potuerint, quod præiudicio illuſtrat BERGERVS in *Elect. iuriſprudent. crim. p.* 356. et ſeq. Hanc facultatem quidam appellare amant *legitimationem per diſpenſationem*, ſine ſolida tamen ratione, cum pontifex prædicatum *diſpenſandi* tam *naturalibus* quam *adulterinis* applicet, et per illud *legitimationem* intelligat, quæ itidem Comitibus *Palatinis* communicari ſolet. β) Poſtquam papa illegitimos legi-

Quod ſpeciatim oſtenditur.

tinauit ad actus *ſpirituales*, vt loquitur INNOCENTIVS III. *in cit. c. 13.* non neceſſe amplius fuit, vt pater pro legitimatione filii ſupplicaret, ſed ipſe illegitimus ad has preces admiſſus eſt. PYRRHVS CORRADVS *in prax. diſpenſ. apoſt. lib. III. c. 1. n. 3. ſeqq.* Pariter ad *actus ſeculares* vt loquuntur, a quibus ſcilicet illegitimi excludebantur, legitimatio a principe facta eſt, ad imitationem curiæ Romanæ, vt macula natiuitate contracta abſtergatur, et idoneus fiat legitimatus ad honores, collegia opificum, et ius ciuitatis impetrandum. Talis legitimatio non deſiderauit conſenſum patris adhuc viuentis, vtpote cui non præiudicat, nec ſucceſſorem futurum obtrudit, quia ad hunc effectum facta non eſt. Qua de cauſſa cum ante aliquot annos Comes Palatinus quidam ſpurium ad ipſius preces legitimauerat, deinceps vero pater grauiter contradixerat, atque tandem obtinuerat, vt a *Comite Palatino eodem* hæc legitimatio reuocata atque caſſata fuerit, *Facultas illuſtris iuridica*, de hoc caſu conſulta, reſpondit, reuocationem hanc minus legitime et abſque cauſſa factam nec patri vllum ius contradicendi fuiſſe, poſtquam hodie ex principiis adductis, non vero amplius ex IVRIS IVSTINIANEI dogmatibus legitimatio æſtimanda fuerit. *y*) Hoc interim conclamatum eſt, ad effectum ſuccedendi legitimationem a *patre* impetrandam et quærendam eſſe, quæ tunc *plena* dici poteſt, cum omnes *legitimationis antiquæ* effectus nanciſcatur; e contrario quæ a matre vel ab ipſo filio illegitimo quæritur, *minus plena* dicenda, cum tantum ad actus quoſdam fiat. Reliqua, memor inſtituti prætereo, aliunde ſatis nota, paſſimque ab aliis explicata.

EXER-

EXERCITATIO XXI.

AD LIB. I. PAND. TIT. VII.

DE

STATV LIBERORVM SVI IVRIS FACTORVM PER SEPARATIONEM VEL NVPTIAS.

CAP. I.

DE

STATV EMANCIPATORVM SECVNDVM DOCTRINAM IVRIS ROMANI.

§. I.

Non leuem iurisprudentiæ hodiernæ cladem intulit confuſio rerum *diuerſarum*, ideo ad easdem leges reuocatarum, quod fato quodam vel etiam inertia interpretum eamdem acceperint denominationem. Sunt infinita *iuris antiqui Germanici* inſtituta, quæ adhuc hodie obtinent; interim quia *Ius Romanum* principatum vbique obtinere creditur, inde factum eſt, vt *denominationes* in multis iurium articulis ex hoc iure petitæ, et inſtitutis, iuri Germanico propriis, datæ atque applicatæ fuerint. *Donationes propter nuptias* peculiarem indolem ex iuris Romani ſcitis obtinuerunt. ICti Germani ex æmulatione huius iuris *aliis lucris nuptialibus*, Germanis propriis, hoc nomen impoſuerunt, quod tolerari potuiſſet, niſi etiam doctrinam iuris Romani de *donationibus propter nuptias* his applicanda eſſe cenſuiſſent, et ab illis ad hæc argumenta traxiſſent, quod recte re-

Confuſio rerum diuerſarum pro iisdem per errorem habitarum,

propter nominum identitatem,

probat SCHILTER *ex.* 36. §. 86. Quis ignorat iura *emphyteutica*, quæ hodie tamen per abuſum ſæpe attribuuntur *diuerſis* plane negotiis, aliquam cum emphyteuſibus affinitatem habentibus. Peculiaris erat modus liberos dimittendi a patria poteſtate per *emancipationem*, quæ peculiares admodum effectus habebat, et ſingularem prorſus *ſtatum* emancipatis conciliabat. Germanis ab antiquo vſitata fuit diuerſa ratio liberos a ſua poteſtate liberandi per *ſeparationem* vel *nuptias*, quem modum *emancipationem tacitam* vel *quaſi emancipationem* communiter nominant. Tolerari etiam hoc potuiſſet, niſi rurſus interpretes eundem *ſtatum* hiſce a parentum poteſtate dimiſſis attribuiſſent, quo apud Romanos *emancipati* gauiſi ſunt. Hoc vero admodum erroneum eſſe, ex intimiori vtriuſque modi conſideratione excutere conſtitui, ea vſurus methodo, vt *cap. I* de *ſtatu emancipatorum ſecundum ius Romanum* agam, eumque Romanis proprium fuiſſe, demonſtrem; *cap. ſequente* vero *ſtatum dimiſſorum a parentum poteſtate per ſeparationem vel nuptias* euoluam, oſtendamque, eum longe differre a ſtatu *emancipatorum*, quem ius Romanum conſtituit determinauitque. Eo magis autem in *ſtatum* harum perſonarum inquirendum eſt, quod ex *ſtatu* diuerſo diuerſa etiam fluant iura, adeoque hoc cognito in applicatione nemo adeo falli et decipi queat. Quid enim aliud eſt *ſtatus*, *quam conditio ſeu qualitas, homini indita, ob quam propriis et diuerſis ab aliis hominibus fruitur iuribus?*

Progreſſus ad thema propoſitum.

Cur de ſtatu hic agatur?

§. II. Emancipati iure Romano peculiarem prorſus ſtatum obtinuere ex antiquiſſimo modo liberos emancipandi. Hunc ergo referre, ante omnia neceſſe erit. Infinita olim erat poteſtas parentum in liberos, vt fere *loco ſeruorum* haberentur,

Status emancipatorum olim ſingularis erat ex modo.

Z z 3 ceu

ceu recte obſeruat SERVIVS ad lib. 12. Æneid. Propria hæc erat ciuium Romanorum: nulli enim alii erant homines, qui talem in liberos habebant poteſtatem, qualem hi habebant §. 2. I. de patr. poteſt. Inter iura huius poteſtatis diuerſa eminebat poteſtas *ter vendendi filium.* Teſtis eſt DIONYSIVS HALICARNASS. *lib. II. c.* 28. cx, *neque vero,* ait, *hac licentia contentus Romulus poteſtatem etiam filiorum vendendorum patribus vſque ad tertiam auctionem conceſſit; quae poteſtas multo maior eſt quam domini in ſeruum. Nam ſeruus a domino venundatus, deinde libertatem adeptus, in poſterum liber eſt; at filius, a patre venditus, ſi liber fuiſſet factus, redibat in poteſtatem patris, et iterum venditus et libertate donatus, ſeruus patris, vt ante, fiebat; ſed poſt tertiam demum venditionem ex paterna poteſtate exibat.* Legem hanc a Romulo latam repetierunt decemuiri in TAB. IV. apud IAC. GOTHOFRED. *in quatuor fontib. p. 74. ſeq. ſi pater filium ter venumduit, filius a patre liber eſto.* Neque vero hoc de ficta, ſed *vera venditione trina* intellectum fuiſſe, euidens eſt, cum id DIONYSIVS non tantum aperte referat, ſed etiam aliunde ſatis notum ſit, parentes ius vendendi liberos olim habuiſſe, quod plenius illuſtrat B. THOMASIVS *de patr. poteſt. c. 1. §. 31. ſqq.*

P. poteſtatis rigor antiquus, ter vendendi liberos.

§. III. Hæc lex tum ROMVLI tum *decemvirorum* anſam poſtea præbuit, liberos per *imaginarias venditiones trinas* a nexu poteſtatis liberandi, quæ pedetentim per tritam forenſem *auctoritatem iuris* acceperunt, quamuis alias *ſimulatæ et imaginariæ* venditiones iuris effectu deſtituantur. Cum enim ius poteſtatis patriæ lege ROMVLI perpetuum eſſet, *et duraret in filium toto vitæ tempore,* vt teſtatur DIONYSIVS *cit. l. c.* 27. contingere vero poſſet, vt, circumſtantiis id vrgentibus, e re patris eſſet, filium vel filiam a poteſtate ſua dimittere, excogitata

Inde modus dimittendi liberos per tres venditiones imaginarias.

eſt hæc ratio, per *imaginarias venditiones* liberos dimittendi, cum ſola et ſimplici *voluntate* parentum directo liberari eo tempore non potuerint. Adhuc ſuo tempore DIOCLETIANVS et MAXIMIANVS in *l. 3. C. de emanc. lib.* in hæc verba reſcripſere: *non nudo conſenſu patria liberi poteſtate ſed actu ſolemni vel caſu liberantur.* Extenſa ergo eſt *lex decemviralis*, quæ ſine dubio tantum de *vera venditione* loquitur, ad *ſimulatas* has venditiones, quæ etiam ad teſtamenta poſtea ſunt tracta, prout plenius declarat SCHVLTING. *in iurispr. anteiuſt. p. 192.* Plura alia eius generis commenta ope ICtorum, praxin ſeu *antiquum ius ciuile* efformantium, in iurisprudentiam introducta ſunt, eamque adeo depravarunt, vt CICERO *lib. III. offic.* recte adſerat: *nos veri iuris germanaeque iuſtitiae ſolidam et expreſſam effigiem nullam tenemus, umbra et imaginibus utimur.*

Venditio filiorum fiebat per mancipationem.

§. IV. Fiebat vero *venditio filii*, ad inſtar rerum mancipi, per *ſolemnem mancipationem*, cuius ritum refert *Caius lib. 1. Inſtit. tit. 6. §. 3.* Fiebat illa apud præſidem vel eum, apud quem *legis* erat *actio*. Adhibebantur *quinque* teſtes ciues Romani, cum *libripende* et *anteſtato*. Ille ſtateram tenebat, hic vero rogabat teſtes, illorumque fidem obteſtabatur, et auriculam tangebat vid. SCHVLTING. *cit. l. p. 58.* Præſens erat pater naturalis, venditor filii, (neque enim per alium hic actus, qui *legitimus* erat, expediri poterat) et *emtor*, cui *dicis gratia* filius per mancipationem tradebatur, qui *pater fiduciarius* appellabatur, qui vt plurimum, *contracta fiducia*, emancipationes fiebant. Is qui mancipio filium accipiebat, æs tenens ſeu pretium imaginarium, ita dicebat. *Hunc ergo hominem ex iure Quiritium meum eſſe aio, iſque mihi emtus eſt, hoc ære aeneaque libra.* Deinde ære percutiebat libram, indeque æs dabat ei, a quo mancipio acce-

acceperat, quaſi pretii loco, vti fragmentum *Caii* docet recitatum a BOETIO *lib. III. comment. in Top. Cicer.* Venditus ita filius manumittebatur a *patre fiduciario*, et denuo recidebat ex lege Romuli in poteſtatem *patris naturalis:* accedebat mox ſecunda *mancipatio et manumiſſio*, et denique *vltima* plenam filio vendito libertatem conciliabat. Singulae mancipationes vel iisdem vel aliis teſtibus fieri poterant, vel eodem die vel intermiſſo tempore, teſte PAVLLO *lib. 2. ſent. tit. 25. §. 2.* Solebat vero pater naturalis, cum filium tertium manciparet, paciſci, ne ab emtore manumitteretur, ſed vt ſibi ab eo remanciparetur, quod *pacto fiduciae* praeſtabatur, quo facultas reluendi filium patri naturali reſeruata erat, vt ipſemet poſtea eum *manumittere* poſſet. Intererat enim patris naturalis, vt ipſe potius, quam emtor, filium manumitteret tertia vice, vt *iura patronatus*, quae alioquin in emtorem poſt manumiſſionem factam transiiſſent, ſibi reſeruaret, et in filium acquireret, non ſine rei familiaris emolumento. *Poſt tertiam fiebat ſui iuris.*

§. V. Inde vero tria potiſſimum obſeruo, quae *ſtatum antiquum emancipatorum* deſignabant. *Primum* eſt, quod hoc modo liberi in *ſeruilem ſtatum* et conditionem deducti, et ab hoc per *manumiſſiones* demum liberati fuerint, vt dicitur in *l. 3. §. 1. de cap. minut.* Fluebant inde iura *patronatus* manumiſſori acquiſita, ita vt ſtatus *emancipatorum* non diuerſus eſſet a ſtatu *libertorum* intuitu manumiſſoris. *§. 6. I. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluitur.* *Alterum* eſt, emancipationem hoc modo factam fuiſſe *capitis diminutionem*, cum filius emancipatus ſtatum ſuum priſtinum admodum mutaret, et quidem in deterius, ſeruilem ſtatum aſſumendo et tandem *libertinorum*. Quod *ſui iuris* fieret, id pro *capitis diminutione* non habebatur, ſed potius ne- *Inde (1) liberi in ſeruilem detrudebantur ſtatum, et libertorum. (2) capite minuebantur.*

novum caput civile accipiebat cum ſingularibus iurium praerogativis, hominibus ſui iuris propriis; eſt quod non aliter quam per tres *venditiones* et *manumiſſiones* haec mutatio fieri poſſet, in eo *capitis diminutio* collocabatur. *Tertium* eſt, quod emancipatus prorſus mutaret *familiam*, ius *agnationis* amitteret, et in poſterum pro mere *extraneo* in effectu iuris prorſus habendus eſſet. Iura familiae et agnationis plurima erant, extraneis, qui non erant de familia, denegata, a quibus multum in vniverſa iuris Romani prudentia dependebat. Quamvis vero alias *extraneorum* appellatio ex diverſa relatione ambigua ſit, vt docet BRISSONIVS *de verb. ſignif. voc. extraneus*, hic tamen opponitur *familiae* et eum denotat, qui ad familiam non pertinet, nec iura liberorum ſtricto iure ſibi aſſerere poteſt.

(e) prorſus extraneus fiebat intuitu familiae.

§. VI. Haec ratio antiqua *emancipandi liberos* duravit vſque ad tempora ANASTASII imperatoris, qui demum *ſimpliciorem* modum dimittendi liberos anno DIII. introduxit. Vel haec tamen mutatio, quae ſerius facta eſt, oſtendit, textus pandectarum ad *ſtatum emancipatorum*, quem §. *antec.* deſignavi, referenda, et vnice ex illo antiquo liberos emancipandi, ritu declaranda et explicanda eſſe. Quin quod et leges in *Codice*, ante ANASTASIVM promulgatae, idem principium pro *ratione decidendi* habeant, et vnice emancipatos, vt *extraneos*, *libertinos*, et *capitis deminutionem* paſſos conſiderent, quod paucis declarandum, ne in applicatione horum iurium erretur.

Anaſtaſius ſimpliciorem modum liberandi liberos conſtituit.

Leges ante Anaſtaſium ſtatum emancipatorum antiquum pro ratione decid. habent.

§. VII. Generatim hoc indicat PAVLLVS *in l. 3. §. 1. D. de cap. min.* vbi ita. *Emancipato filio et ceteris perſonis (nepotibus pronepotibus) capitis minutio manifeſto accidit: cum emancipari nemo poſſit, niſi in imaginariam cauſam ſervilem deductus. Aliter atque cum*

Hoc declaratur ex l. 3. §. 1. de cap. minut.

ſervus

ſeruus manumittitur, quia ſeruile caput nullum ius habet, ideoque nec minui poteſt, ſed potius poſt manumiſſionem demum ſtatum habere incipit. *l. 4. eod.* Inde emancipatio ad *capitis diminutionem* minimam referebatur, per quam familia cum omnibus inde dependentibus iuribus *mutabatur*, vt ait IDEM in *l. 11. eod. in f.* qua mutata inſtar *extranei*, quoad iura familiæ et *domeſtica*, habebatur, atque hoc inde eueniebat, quod per *emancipationes* et *manumiſſiones tres* filius a poteſtate patris dimitteretur, non vero inde, quod *ſui iuris* factus eſſet, quo ipſo aliquid *honoris* ei addebatur, vt dicitur *in §. 2. I. per quas perſ. cuique acquir.* Etiam liberi per *mortem patris* ſui iuris fiebant, quæ tamen non operabatur *capitis deminutionem* in liberis, ſicut nec liberi *iura familiæ* morte patris, qua *ſui iuris* fiebant, amittebant; quin potius vt *ſui* et *domeſtici* heredes eadem continuabant per *l. 11. D. de liber. et poſth. hered. inſtit. §. 2. I. de hered. qual. et differ. §. 3. I. de hered. quæ ab int. defer.* et inde olim *neceſſarii heredes* erant. Quando liberi *ſui iuris fiebant*, caput nouum acquirebant, non vero *capite diminuebantur*, niſi per *emancipationem* eſſent dimiſſi.

*Trina illa emancipatione
rumpi poterat
teſtamentum,*

§. VIII. Erat tamen differentia inter filium et ceteros liberos. Ille non aliter, quam *trina manumiſſione* et mancipatione ſui iuris fiebat. *ceteri liberi præter filium tam maſculi quam feminæ, vna mancipatione manumiſſioneque ſui iuris fiebant*, vt refert VLPIANVS *tit. X. §. 1.* et confirmat CAIVS *lib. 1. inſtit. tit. 6. in f.* Inde vero contingebat, vt per emancipationem *filii* rumpi poſſet patris teſtamentum, non item per *filie* emancipationem. Si enim filius prima vice mancipatus alicui eſſet, et antequam manumitteretur, pater teſtamentum conderet, eumque præteriret, ſubſiſtebat quidem ab initio teſtamentum, ſed quis, manumiſ-

numiſſione facta, reuertebatur in patriam poteſtatem, rumpebat teſtamentum, cum ex *prima* vel *ſecunda* manumiſſione minime ſui iuris fieret, vt auctor eſt VLPIANVS *tit. XXIII. §. III.*

Quod in filia non contingebat.

Tale quid contingere non poterat in filia, quæ *vna mancipatione et manumiſſione* mox ſui iuris fiebat, nec reuertebatur in patriam poteſtatem. Eamdem concluſionem adhuc in Digeſta retulerunt compilatores ex doctrina VLPIANI in *l. 8. §. 1. D. de ini. rupt. et irrit. fact. teſtam.* qui ita philoſophatur: *filia, cum emancipatur vel nepos, quia vna mancipatione exeunt poteſtate; teſtamentum non rumpunt.*

Quod per l. 8. §. 1 de inI. rupt. et irr. fact. teſtam. declatur.

Noua concluſio ex antiqua emancipatione, quæ reſtitutionem in integrum introduxit.

§. IX. Rurſus ex hoc ſingulari modo dimittendi natum eſt edictum, cuius fit mentio in *l. 2. §. 1. D. de capit. min.* Hæc enim capitis minutio *priuata* hominis et *familiæ* eius iura adimebat, *l. 6. eod.* non vero eas obligationes exſtinguebat, quæ *naturalem præſtationem* habere intelliguntur, *quia ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non poterat*, vt docet *l. 8. D. de cap. min.* Itaque de *dote* actio, quia in *bonum* et *æquum* concepta erat, nihilominus durabat poſt capitis diminutionem, *cit. l. 8.* id quod ex adducta ratione ad quoſuis b. f. contractus extendendum. Nam nec ſocietas per emancipationem tollebatur, quia bonæ fidei negotium erat, *l. 65. §. 11. in f. D. pro ſoc.* proinde probabile, tantum obligationes *ſtricti iuris*, emancipatione facta, fuiſſe extinctas, quod quia admodum durum erat, prætor creditoribus, hoc modo læſis, dedit reſtitutionem in integrum.

Plura amittebantur iura ob ritum emancipandi,

§. X. Porro, *emancipatione facta*, amittebatur tutela legitima, quia illa ius familiæ et agnationis, a qua hæc dependebat, amittebatur. *§. 3. I. de legit. agnat. tut.* Hæc ſine dubio fuit ſententia PAVLLI in *l. 7. D. de cap. min.* quam tamen corruptam

ptam eſſe vix dubitari poteſt. Ait ICtus: *tutelas etiam non amittit capitis minutio: exceptis his, quæ in iure alieno perſonis poſitis deferuntur.* Regulam de *teſtamentaria* et *datiua* intelligendam, exceptionem vero ad *legitimam* tantum pertinere indicat ICtus in ſeqq. *ſed legitimæ tutelæ ex duodecim tabulis interuertuntur eadem ratione, qua et hereditates exinde legitimæ: quia agnatis deferuntur, quia deſinunt eſſe familia mutati*, per emancipationem ſcilicet. Enimuero quid eſt, quod excipiat PAVLLVS eas tutelas, *quæ in iure alieno perſonis poſitis deferuntur?* de *legitima* tutela hæc verba eſſe accipienda, vindicant ſequentia, vt dixi. At vero hæc non poteſt deferri perſonis, in poteſtate aliena poſitis, quia pater, vtpote proximior, filium præcedebat. Si ab alio erat arrogatus, non amplius *deferri* ei poterat tutela, ex agnatione priſtina dependens, quæ omiſſa erat. Varie emendant hæc verba vexata, nec improbabilis eſt coniectura CVIACII *lib. IX. obſ. c. 17.* quam etiam approbat GERARDVS NOODT. *ad Dig. cit. tit. p. 186.* hæc verba per *ſigla* hoc modo: *exceptis his, quæ I. A. P. P. deferuntur* ſcripta fuiſſe, a TRIBONIANO non ſatis intellecta, ſed ita, vt vult CVIACIVS, legenda *exceptis his, quæ iure agnationis proximis potiſſimum deferuntur.* Particulam *potiſſimum* propter feminas adiectam ait NOODT *cit. l.* quibus tutela non defertur, etſi ſint agnatæ. Poſſet vero meo iudicio hæc omitti, cum ſatis conclamatum ſit, voces in *plurali* duplici littera ſcriptas fuiſſe, vt AA. quod *Auguſtos* denotat, LL. *leges* etc. et ſic etiam probabile eſt PP. *proximos* denotaſſe. Neque enim neceſſe erat, particulam potiſſimum propter *feminas* adiicere, quibus non deferuntur tutelæ. Hanc tamen explicationem non admittit IOANNES VAN DE WATER *lib. III. obſ. iur. Rom. c. 13.* ſed in *vulgata lectione* ſubſiſtendum eſſe credit, et

Quod declaratur ex L. 7. de cap. minut.

 ICtum

numiſſione facta, reuertebatur in patriam poteſtatem, rumpebat teſtamentum, cum ex *prima* vel *ſecunda* manumiſſione minime ſui iuris fieret, vt auctor eſt VLPIANVS *tit. XXIII. §. III.*

Quod in filia non contingebat.

Tale quid contingere non poterat in filia, quæ *vna mancipatione* et *manumiſſione* mox ſui iuris fiebat, nec reuertebatur in patriam poteſtatem. Eandem concluſionem adhuc in Digeſta retulerunt compilatores ex doctrina VLPIANI in *l. 8. §. 1. D. de iniu. rupt. et irrit. fact. teſtam.* qui ita philoſophatur *filia, cum emancipatur vel nepos, quia vna mancipatione exeunt poteſtate, teſtamentum non rumpunt.*

Quod per l. 8. §. 1. de iniu. rupt. et irr. fact. teſtam. declatur

Noua concluſio ex antiqua emancipatione, quæ reſtitutionem in integrum introduxit.

§. IX. Rurſus ex hoc ſingulari modo dimittendi natum eſt edictum, cuius fit mentio in *l. 2. §. 1. D. de capit. min.* Hæc enim capitis minutio *priuata* hominis et *familiæ* eius iura adimebat, *l. 6. eod.* non vero eas obligationes exſtinguebat, quæ *naturalem præſtationem* habere intelliguntur, *quia ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non poterat*, vt docet *l. 8. D. de cap. min.* Itaque de *dote* actio, quia in *bonum* et *æquum* concepta erat, nihilominus durabat poſt capitis diminutionem, *cit. l. 8.* id quod ex adducta ratione ad quoſuis b. f. contractus extendendum. Nam nec ſocietas per emancipationem tollebatur, quia bonæ fidei negotium erat, *l. 65. §. 11. in f. D. pro ſoc.* proinde probabile, tantum obligationes *ſtricti iuris*, emancipatione facta, fuiſſe extinctas, quod quia admodum durum erat, prætor creditoribus, hoc modo læſis, dedit reſtitutionem in integrum.

Plura amittebantur iura ob ritum emancipandi,

§. X. Porro, *emancipatione facta*, amittebatur tutela legitima, quia illa ius familiæ et agnationis, a qua hæc dependebat, amittebatur. *§. 3. I. de legit. agnat. tut.* Hæc ſine dubio fuit ſententia PAVLLI in *l. 7. D. de cap. min.* quam tamen corruptam

quam eſſe vix dubitari poteſt. Ait ICtus: *tutelas etiam non amittit capitis minutio: exceptis his, quae in iure alieno perſonis poſitis deferuntur.* Regulam de *teſtamentaria* et *datiua* intelligendam, exceptionem vero ad *legitimam* tantum pertinere indicat ICtus in ſeqq. *ſed legitimae tutelae ex duodecim tabulis interuertuntur eadem ratione, qua et hereditates exinde legitimae: quia agnatis deferuntur, qui deſinunt eſſe familia mutati,* per emancipationem ſcilicet. Enimuero quid eſt, quod excipiat PAVLLVS eas tutelas, *quae in iure alieno perſonis poſitis deferuntur?* de *legitima* tutela hæc verba eſſe accipienda, vindicant ſequentia, vt dixi. At vero hæc non poteſt deferri perſonis, in poteſtate aliena poſitis, quia pater, vtpote proximior, filium præcedebat. Si ab alio erat arrogatus, non amplius *deferri* ei poterat tutela, ex agnatione priſtina dependens, quæ omiſſa erat. Varie emendant hæc verba vexata, nec improbabilis eſt coniectura CVIACII *lib. IX. obſ. c. 17.* quam etiam approbat GERARDVS NOODT. *ad Dig. cit. tit. p. 186.* hæc verba per *ſigla* hoc modo *exceptis his, quae I. A. P. P. deferuntur* ſcripta fuiſſe, a TRIBONIANO non ſatis intellecta, ſed ita, vt vult CVIACIVS, legenda: *exceptis his, quae iure agnationis proximis potiſſimum deferuntur.* Particulam *potiſſimum* propter feminas adiectam ait NOODT *cit. l.* quibus tutela non defertur, etſi ſint agnatæ. Poſſet vero meo iudicio hæc omitti, cum ſatis conclamatum ſit, voces in *plurali* dupliei littera ſcriptas fuiſſe, vt AA. quod *Auguſtos* denotat, LL. *leges* etc. et ſic etiam probabile eſt PP. *proximos* denotaſſe. Neque enim neceſſe erat, particulam potiſſimum propter *feminas* adiicere, quibus non deferuntur tutelæ. Hanc tamen explicationem non admittit IOANNES VAN DE WATER *lib. III. obſ. iur. Rom. c. 13.* ſed in *vulgata lectione* ſubſiſtendum eſſe credit, et

Quod declaratur ex L. 7. de cap. minut.

 ICtum

ICtum accipit de eo, qui per aliquod tempus *tutelam legitimam* adminiſtrauit, et deinceps ſe in *arrogationem* dedit, quo ipſo *in alieno iure* ponitur. Facile tamen animaduertit, hac poſita explicatione, non recte a ICto dictum fuiſſe, hanc tutelam *deferri* perſonis in iure alieno poſitis; ſupponit enim eam delatam eſſe perſonis *ſui iuris*, quæ poſtea in alieno iure ponuntur, quæ longe diuerſa ſunt. Vt hunc ſoluat nodum, cenſet particulam, *deferuntur*, non eſſe coniungendam τῷ *perſonis*, ac ſi ICtus loqueretur de tutela, quæ his perſonis defertur, ſed ita verba interpungenda: *exceptis his, quæ, perſonis in alieno iure poſitis, deferuntur*, h. e. exceptis his tutelis, quæ deferuntur ex LL. XII. tabb. poſtquam tales tutores *deinceps* ſeu *ex poſt facto* alieno iuri ceperint eſſe ſubiecti. Ingenioſa equidem hæc videtur interpretatio, ſed quæ tamen difficultatibus non caret. Æque tutela *deferri* dicitur *teſtamento* quam *lege*, *l. 31. §. 1. l. 45. pr. de excuſ. tut.* ſicuti hereditas deferri dicitur *teſtamento* et *lege l. 2. pr. D. famil. herciſ. l. 130. de V. S.* quo poſito, tuto aſſeri nequit, vocem *deferuntur* ad *LL. XII. tabb.* vnice referendam, et ſeiungendam a reliquis vocibus: *perſonis in alieno iure poſitis*, cum quibus potius *naturali nexu* iungi debet.

Emancipati inſtar liberto-rum habe-bantur.

§. XI. Porro quia emancipatus et manumiſſus inſtar *liberti* habebatur, inde, (I) pater *impuberis emancipati* tutor legitimus ex *manumiſſione* fiebat, æque vt patronus liberti. §. *vlt. I. de leg. par. tut.* Euidentius id indicat Imperator in §. *6. I. in f. quib. mod. ius P. P. toll. præterea ſi impubes ſit filius vel filia, ipſe parens EX MANVMISSIONE tutelam eius nanciſcitur.* (II) pater quoque emancipato æque vt patronus liberto ſuccedebat. Id indicat Imperator *cit.* §. 6. *Et tunc ex edicto prætoris in bonis eiuſmodi filii vel filiæ vel nepotis vel neptis, qui quæue a parente manu-*

miſſus

miſſus vel manumiſſa fuerit, eadem iura præſtantur parenti, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti. Similiter VLPIANVS in *l. 1. pr. D. ſi a par. quis manumiſ. emancipatus a parente in ea cauſſa eſt, vt in contra tabulas bonorum poſſeſſione, liberti patiatur exitum.* Inde fluxit deciſio *l. f. eod.* vbi afferetur caſus de eo, qui filium, quem ipſe male contra pietatem adfecerat, emancipare coactum erat, eoque defuncto pater, VT MANVMISSOR, bonorum poſſeſſionem ſibi competere dicebat. In *l. 16. §. 1. D. de quer. inoff. teſtam.* PAPINIANVS docet, *contra tabulas filii poſſeſſionem IVRE MANVMISSIONIS patrem accipere.* Neque enim olim patrem inſtituere neceſſe habebat filius emancipatus, ſicut nec libertus patronum, ſed *preterire* poterat, ſaluo de iure ciuili teſtamento. *l. 14. eod.* Iure prætorio vtrique tantum ſuccurrebatur per bonorum poſſeſſionem contra tabulas.

§. XII. Sed et eo reſpectu, quod inſtar *extranei* intuitu *familiæ* haberetur emancipatus, peculiaria iura habebat, eadem ſcilicet de *iure ciuili*, quæ alias *extraneis* data erant. Erant enim *extranei heredes*, vt indicat Imperator in *§. 3. I. de hered. qual. et diff. itaque liberi quoque noſtri, qui in poteſtate noſtra non ſunt, heredes a nobis inſtituti, EXTRANEI HEREDES nobis videntur.* Proinde non *ipſo iure* heredes erant, ſed demum per *aditionem* tales fiebant, qua deficiente, hereditatem non tranſmittebant. Inde nec ſuccedebant de *iure ciuili* antiquo emancipati, ſed vt *extranei* prorſus excludebantur. Similiter nec pater emancipatis *tutorem* dare, nec *pupillariter ſubſtituere* poterat, *l. 2. pr. D. de vulg. et pupill. ſubſt.* adeoque nec pupillo, ex filio emancipato, poſt emancipationem concepto, ita ſubſtituere poterat, quia itidem pro *extraneo* habetur, cui ita ſubſtitui nequit. *§. f. I. de pupill. ſubſtit.* Præterea exſpirabat hæc

Vt extranei iure nouo excipiebat.

ſubſtitutio, ſi poſtea filius inſtitutus emanciparetur, quia *tempore mortis* extraneus erat. *l. 41. §. 2. D. eod.* Sunt et plures aliæ concluſiones, veluti quod pater filio emancipato, vt *extraneo*, valide *donare* poſſet, *l. 51. D. de iur. dot.* etc. quas tamen coaceruare nolo, cum vel ex his antiquus *emancipatorum*, qua talium, *ſtatus* appareat.

Anaſtaſius modum immutauit, ſed non ſtatum emancipatorum.

§. XIII. Equidem ANASTASIVS imperator *anno DIII.* aliquid ex *modo* emancipandi liberos immutauit, non vero *ſtatum* emancipatorum. Permiſit enim, liberos a parentibus, qui id *ſpeciali reſcripto* ad præcedentes preces, impetrauerant, apud magiſtratum competentem, ſine *imaginariis manumiſſionibus*, et ita *nuda voluntate* declarata, a ſe dimittere, quæ dimiſſio effectum *antiquæ emancipationis* retinuit, vt indicant verba *cit. l.* ſequentia: *et perſonæ, in quas talis liberalitas collata ſit, de aliena poteſtate, QVASI PARENTIBVS, EX EMANCIPATIONE MANVMISSAE, liberentur.* Ergo hoc caſu, *manumiſſiones* interueniſſe fingebantur, vt ſtatum dimiſſi eumdem retinerent, quem emancipati olim ex *manumiſſionibus* induerunt, vnde et *emancipatio Anaſtaſiana* dici cœpit. Id eo factum conſilio auguror, ne tot veteris iuris concluſiones et placita, quæ vnice ex *ritu emancipandi antiquo* fluebant, immutare et euertere neceſſe eſſet. Quid enim, hac fictione haud ſubſtituta, rationi magis conſentaneum fuiſſet, quam aſſerere, ſola *voluntate* dimiſſos non fieri *libertos*, non pati *capitis diminutionem*, nec in ſtatum *extraneorum* incidere, æque vt qui per *mortem* a patria poteſtate liberantur, cum, ſublato principio *adæquato*, neceſſe ſit, concluſiones quoque tolli, quæ inde vnice fluxere. Ne ergo hoc fieret, loco veræ *emancipationis* et *manumiſſionis FICTA* ſubſtituta eſt, et ita *ſtatus* emancipatorum *idem* manſit.

§. XIV.

§. XIV. Hac de cauſſa (I) ANASTASIVS in *l. 18. C. de col-lat.* in hæc verba reſcripſit: *liberos, qui noſtræ legis auctoritatem per oblationem precum et imperiale reſcriptum ſui iuris effecti fuerint, ad ſimilitudinem ceterorum, qui emancipati ex antiquo iure ſunt, collationes facere iubemus compelli ſecundum ea, quæ ſuper ceteris emancipatis ſtatuta ſunt.* Rurſus hæc verba docent, hunc modum per interpretationem ſeu *fictionem iuris* et *ſimilitudinem* eumdem retinuiſſe effectum, quem antiquo iure emancipatio habebat, quamuis vlla emancipatio huic modo amplius ineſſet. (II) Id tamen ex veteri iure correxit, quod frater et ſoror emancipati, non etiam liberi eorum cum fratribus *integri iuris* conſtitutis ad legitimam fratris vel ſororis hereditatem vocentur, ſed cum aliqua deminutione h. e. vt frater *integri ſtatus* (h. e. qui capitis diminutionem non eſt paſſus, qualem emancipati patiebantur) duas, emancipatus vero tertiam partem hereditatis accipiat. §. 1. *I. de ſucceſſ. cognat. l. 15. §. 1. C. de legit. hered. l. 4. C. de legit. tut.* Adhuc ergo fratrum *emancipatorum* liberi excluſi erant a ſucceſſione legitima, quod vnice ex ſtatu antiquo emancipatorum fluxit. Præterea (III) hoc quoque beneficium hoc modo dimiſſis indultum, vt poſſent dimitti vel èmancipari, *ſaluis priſtinis iuribus*, quæ eis, ad preces parentum, reſeruari poterant, per reſcriptum, quo præcedente hæc dimiſſio fiebat. Hac reſeruatione facta, ad inſtar *ſuorum* habebantur, et omnia iura priſtina, quæ vt *ſui* habebant, illis intacta et illibata manebant, niſi quod ad collationem cum aliis emancipatis eſſent obſtricti. *l. 11. C. de legit. heredib.*

Quod declaratur ex legibus.

§. XV. Sicuti vero hic modus emancipandi per *ſpeciale reſcriptum* impetrandus erat, vt indicant *l. 5. et 6. C. de emanc. liber.* ita, eo non impetrato, antiqua ratio per *venditiones figuratas,*

Iuſtinianus modum dimittendi liberos ampliauit.

tas, et *circumductiones inextricabiles et iniurioſa rhapiſmata* (quæ in *manumiſſionibus* vſitata erant) obtinebant, vt docet *l. 6. cit.* IVSTINIANVS tandem in *cit. l. 6.* modum dimittendi liberos ampliauit auxitque, conſtituendo, vt qui emancipare volebat, vel ex *lege Anaſtaſiana* vel *ſine reſcripto*, quod dicta lege antea impetrandum erat, poſſit adire magiſtratum, penes quem more antiquo *legis actio* erat, et liberos ſuos hoc modo, *voluntate ſola* declarata, dimittere. Neque vero, hoc modo dimittendi liberos aucto, ſtatus emancipatorum immutatus, ſed idem fere manſit, quem *lex Anaſtaſiana* conſeruauit. Nam etiam poſt hanc dimiſſionem 1) patri eadem iura præſtantur, quæ olim ex *manumiſſione* ei debebantur. 2) Parens etiam per hanc dimiſſionem fit tutor impuberis, ſicuti olim ex *manumiſſione* talis fiebat, vt ipſe imperator indicat in *§. 6. I. quibus mod. ius patr. pot. ſoll.* Vnde etiam 3) hic modus *emancipationis* nomen retinuit, quamuis nihil minus ſit, quam *emancipatio* et *manumiſſio*, (quomodo enim emancipatio et manumiſſio ſine emancipatione et manumiſſione concipi poteſt?) quia per *interpretationem* et *fictionem* habetur, ac ſi, *contracta fiducia*, eſſet facta emancipatio, Hoc indicat imperator in *§. f. I. de legit. ſucceſſ. agnat. ad legitimam ſucceſſionem nihilominus vocatur etiam parens, qui contracta fiducia filium vel filiam, nepotem vel neptem, ac deinceps emancipat, quod ex noſtra conſtitutione omnino inducitur, vt emancipationes liberorum ſemper VIDEANTVR* (h. e. fingantur, et interpretatione habeantur) *quaſi contracta fiducia fieri: cum apud veteres non aliter hoc obtinebat, niſi ſpecialiter contracta fiducia parens manumiſiſſet.* Loquitur IVSTINIANVS de ſuo tempore, poſtquam antiquum emancipandi ritum prorſus iam ſuſtulerat,

Statu eorum haud mutato.

lerat, et ita de ſua noua methodo dimittendi liberos adducta verba non poterat non accipere.

§. XVI. Hoc modo, nouiter effigiata ſed ſimul ad vetus ius applicata *emancipatio Iuſtinianea* pleroſque effectus, qui ex antiqua *figurata manumiſſione trina* reſultabant, retinuit, niſi quod Imperator quædam immutauerit. Nam 1) in *l. 15. §. 1. C. de legit. hered.* legem Anaſtaſianam quoad *fratres* et *ſorores* eatenus ampliauit, vt in poſterum hi cum fratribus integri ſtatus *æquo iure* ſuccedere deberent. Quia vero tandem animaduertit, ſublata illa capitis deminutione, quæ per *imaginarias manumiſſiones* fiebat, durum admodum fore, ſi in antiquis illis iuribus penitus ſubſiſteretur, in *nou. 118. c. 1.* intuitu ſucceſſionis ab inteſtato non tantum diſcrimen ſuſtulit inter *ſuos* et *emancipatos*, ſed etiam *c. 2.* inter *agnatos* et *cognatos* diſcrimen antiquum quieſcere iuſſit, vt nec *emancipatio* quoad ſucceſſionem collateralium vllam in poſterum poſſet inducere differentiam, ſi forſan adoptiuorum ſucceſſionem exceperis, quæ peculiares habet rationes. Noui quidem, communiter tradi, emancipatos ſuis eſſe exæquatos tantum quoad *ſucceſſionem*, non quoad *modum ſuccedendi*, cum adhuc ſecundum ius nouum *aditione* indigeant, tanquam *extranei*, et ita hereditatem *non aditam* non tranſmittant. STRVV. *ex. 38. §. 16.* Sed nec hæc aſſertio difficultate caret, præſertim cum etiam quoad *collationis* neceſſitatem ſint exæquati, immo etiam per *nou. 115. c. 2.* quoad *inſtituendi* vel *exheredandi* neceſſitatem. Interim quia IVSTINIANVS in LL. anterioribus ſtatum emancipatorum antiquum haud immutauit, vt ſupra obſeruatum eſt, negari nequit, in vtramque partem plura dubia ſupereſſe, quæ hic penitius haud euoluam, interim quilibet mecum facile conſtituet, prudentius IVSTINIANVM feciſſe, ſi *ſta-*

Quædam tamen ex iure antiquo immutauit.

tum

tum emancipatorum antiquum in legibus nouis ſpecialibus determinaſſet, poſtquam tot inſignes differentias tandem ſuſtulit.

Status emancipatorum, Romanis proprius fuit,

§. XVII. Quocunque modo vero ſeſe res habeat, puto ex hactenus dictis conſtare, ſtatum *emancipatorum*, qui diuerſitatem iurium arguit, Romanis proprium fuiſſe, et ex rationibus prorſus ſingularibus profluxiſſe. Falluntur meo iudicio, qui arbitrantur, potiores differentias inde promanaſſe, quod liberi *ſui iuris* effecti fuerint. Fluunt omnino ex hoc *nouo ſtatu*, quem induunt liberi, ſui iuris facti, plura ſingularia iura; ſed non ea, quae adduxi, quae potius ex *modo ipſo*, quo dimittebantur, originem traxere, quippe quo demum *capite minuti*, patris *liberti*, et *extranei*, h. e. a familia prorſus ſegregati et excluſi, reddebantur, nam emancipatus olim in *alia familia* eſſe dicebatur, vt *extraneus* in *l. 17. de B. P. contra tab.* ſicuti, filium *in familia retinere*, idem erat ac *non emancipare*, *l. 8. pr. D. de dot. collat.* quo ipſo manebat *domeſticus heres*, oppoſitus *extraneo*.

nec inde deriuandus, quod liberi ſui iuris fiant:

Non omnes ſui iuris facti ſtatum emancipatorum induebant.

Neque enim hos, qui ſui iuris *aliter*, ac per *emancipationem*, facti erant, in ſtatum antiquorum *emancipatorum*, qua talium, incidiſſe, duo in primis euincunt. *Primum* eſt, quod *morte* patris liberi ſui iuris efficiantur, nec tamen *emancipatorum* ſortem ſubeant, vt ſupra iam obſeruaui. *Secundum* vero, quod per *dignitates* in *nou. 81. c. 1.* determinatas liberi *ſui iuris* efficiantur, nec tamen in ſtatum *emancipatorum*, qua talium, incidant. Docet hoc *cit. nou. c. 2.* his verbis; *illud quoque hac lege cauemus, vt non hos tales ſuas poteſtates ſimilia praebere, qualia alia per emancipationes fiunt.* Euidens ergo eſt, non omne, quicquid praedicatur de *emancipatione*, praedicari quoque de reliquis modis, quibus patria poteſtas tollitur. Addit vero imperator: *non enim volumus eum, qui ita ſuae poteſtatis ſit, perdere*

dere aliquod legitimorum ius, (h. e. ſuorum:) *ſed ſint et genere vel ipſis ad genus intacta et ex natura iure ſeruata*, vel, vt clarius Clariſſ. HOMBERGK hæc verba vertit: *ſed tamen familia in eos quam ipſi in familiam legitima iura intacta habeant.* Fiunt ergo per dignitatem ſui iuris, ſed ſaluo iure *familiæ* et *ſuitatis*, et ita ipſo iure parentibus heredes fiunt, et alia iura *ſuitatis* in eos adhuc quadrant, vt pro *extraneis* h. e. *a familia et ſuitate excluſis* et *eiectis* haberi non debeant. Poſſunt ergo liberi ſui iuris fieri, *ſaluo iure familiæ et ſuitatis*, ſeu ſtatu *priſtino quoad familiam haud mutato.*

CAPVT. II.
DE
STATV EORVM, QVI SVI IVRIS FACTI SVNT
PER SEPARATIONEM VEL NVPTIAS.

§. I.

Sui iuris fiunt liberi de iure German. aliter ac quidem de iure Romano.

Iure Germanico modus peculiaris, quo liberi *ſui iuris* fieri poſſunt, obtinet, ſcilicet per inſtitutionem *ſeparatæ œconomiæ*, et *nuptias filiarum.* Modum hunc vtplurimum vocare ſolent *emancipationem tacitam*, eiusque rationes peculiares euoluerunt THOMASIVS *de quaſi emancipat. German.* et GOTHOFREDVS BARTHIVS *de emancipat. Saxon.* Sine dubio *Saxonicam* eam vocat, quod *iure Saxonico electorali, P. II. conſt. 10.* repetita et confirmata fuerit, eam enim iuri antiquo Germanico quoad originem deberi, indubitatis argumentis euicit THOMAS. *cit. l. §. 13. ſqq.* adeoque inde vnice ratio petenda eſt, quod adhuc hodie per totam Germaniam obtineat, vt de vſu eius plerique conſentiunt. vid. STRYK. *in vſ. mod. tit. de adopt. §. 18. et. 21.* HAHN. *ad Weſenb. ad cit. tit. n. 7.* STRVV. *ex. 3. §. 68.* PRVKMAN. *P. I. conſ. 1. n. 21.* HERING. *de fidei c. 7. n. 622.* LAVTERBACH.

ad tit. d. adopt. §. 34. HARPPRECHT. *de ſeparat. ab œcon. paterno.* Equidem DAVTH. *de teſtam. n. 159. in not.* obſeruat, olim inter ICtos Saxonicos non adeo expeditum fuiſſe, *ſeparatio pro emancipatione habenda?* vel, vt accuratius loquar, liberos *ſui iuris* faceret? quod non adeo mirandum, cum olim ICti fere vnice iuris Romani principiis inhærerent, iuris patrii immemores, cuius nullam habebant rationem. Verum poſtquam iuris Germanici inſtituta ex veris fontibus euoluta, et in lucem protracta ſunt, non adeo laborandum eſt de hac hæſitatione veteranorum, quæ hodie omnium excuſſa eſt mentibus, quorſum potiſſimum argumenta faciunt a THOMASIO *cit. l.* adducta.

Emancipatio tacita minus recte hic modus iuris Germanici vocatur.

§. II. Emancipationem *tacitam* hunc modum, Germanis proprium, vocari, iam obſeruaui, eam vero locutionem admodum incongruam eſſe, recte obſeruauit THOMAS. *cit. l.* §. 41. quod omnis emancipatio *expreſſam declarationem* contineret, adeoque reuera contradictionem hæc appellatio inuolueret. Non repetam argumenta, quæ vir doctus contra EVBENIVM attulit: illud vnicum addo, ex eis, quæ *cap. antec.* euoluta ſunt, liquidum eſſe, æque incongrue modum hunc, quo liberi *ſui iuris* fiunt, dici *emancipationem*, quo ille, qui per *dignitatem* patriam poteſtatem tollit, ita diceretur, quod quidem a nemine factum fuiſſe autumo. *Emancipatio* peculiaris erat modus Romani proprius, dimittendi liberos a ſua poteſtate eosque in ſtatum peculiarem coniiciendi per hunc modum, quem iura Germanica in *inſtitutione ſeparatæ œconomiæ* et *nuptiis* liberorum haud agnouere, nec agnoſcere potuere, quod peculiare Romanorum inſtitutum illis ignotum fuerit, contra vero hac duplici via liberos ſui iuris effecerint. Si apud *Romanos* nuptiæ quoque

Itaque nec emancipatio dici poteſt.

quæ filias ſui iuris feciſſent! ſi filii inſtituendo ſeparatam œconomiam pro emancipatis habiti fuiſſent, tolerari poſſet hæc appellatio. Nunc vero extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, filias *per nuptias* non factas fuiſſe ſui iuris, ſed in patria poteſtate manſiſſe, niſi *emancipatio* acceſſiſſet. *l. 5. de dot. collat.* *§. 2. I. de Inter.* multo minus filios pro *emancipatis* habitos, qui *ſeparatam* inſtituerunt *œconomiam*. *§. 2. I. de oblig. quæ quaſi ex del. naſc.* Quis ergo recte *emancipationem* hodie nominaret, quod Romani *emancipationem* eſſe negarunt? Nec de nuda appellatione tantum quæſtio eſt, ſed potius de re ipſa et effectibus, qui ex tali denominatione reſultant. Qui enim in hoc modo iuris Germanici *emancipationem* quandam ſe deprehendiſſe erronee arbitrantur, mox eo delabuntur, vt ſtatum *emancipatorum* antiquum iis tribuant, qui *ſui iuris* facti ſunt per *nuptias* vel *ſeparationem*, et ab his ad hos argumententur ſine diſcrimine, quo nihil falſius, nihil inconuenientius dici potuit. Rectius proinde, meo iudicio, hunc modum *quaſi emancipationem* THOMASIVS nominauit, non quod ſit *emancipatio*; id enim particula *quaſi* deſtruit, ſed quod etiam *ſui iuris* fiant liberi per hunc modum, ſicuti olim liberi per *emancipationem*. Interim vt omnis euitetur anſa errandi, tutius eſſe exiſtimo, penitus hanc appellationem, fœtum iuri Romano proprium, deſerere, et quæ toto cœlo *diuerſa* ſunt, *diuerſis* etiam *appellationibus* nominare.

Errores ex appellatione hac incommoda orti.

§. III. Quid enim? an hodie hic modus iuri Germanico proprius inducit *capitis diminutionem*? an liberos in ſortem *libertorum* conicit? an facit, vt prorſus *extranei* et quaſi extorres a familia habeantur? Id vtique aſſerendum videretur, ſi credendum eſſet BARTHIO *cit. l. §. 9.* aſſerenti, effectum eius eſſe,

Modus iuris German. non inducit ſtatum emancipatis proprium.

quod ex filiofamilias paterfamilias, adeoque homo ſui iuris fiat, *cuius conſequens ſit, quod huius mutatio capitis diminutio minima inducatur, etiam hodie adhuc, ceſſante licet imaginaria venditione et emancipatione.* Vix alium huic modo, iuri Germanico proprio, effectum tribuere potuit, poſtquam ei incongruum *emancipationis* nomen impoſuit, et ſimul per nouam fictionem id conſtituit, quod non eſt, nec eſſe poteſt. Quod *ſui iuris* liberi per *ſeparationem* vel *nuptias* fiant, negari nequit; inde vero non fluit, ſeparationem et nuptias inducere *capitis diminutionem.* Etiam per *mortem* et *dignitatem* de iure Rom. liberi ſui fiebant iuris, non vero capite *minuti* ſed potius *aucti.* Quid enim amittunt ex iis, quae olim amittebantur per *venditionem* liberorum et *manumiſſiones?* Et quis vnquam probare potuit, *ſeparationem* hanc vel *nuptias* in locum *emancipationis Romanae* ſurrogatam fuiſſe, cum hi modi, qui liberos a parentum eximunt poteſtate, inter Germanos dudum iam obtinuerint, antequam *ius Romanum* receptum et in vſum deductum fuit, ſaluo tamen iure patrio.

Nec ſeparatio eſt ſpecies emancipationis.

§. IV. Aeque incommode loquuntur, qui *ſeparatam habitationem a patre* ſpeciem *emancipationis* appellant cum SCHILTERO *ex.* 3 *ad π.* §. 16. *lit. d. in not.* Si eſt ſpecies *emancipationis*, iuri Romano accepta ferenda eſt; quod tamen erroneum eſſe, omnes concedunt, immo ipſe SCHILTERVS haud diffitetur, Romanis eamdem fuiſſe incognitam. Neruus argumenti fere in hoc conſiſtit: quicquid eſt modus *ſoluendi* patriam poteſtatem, illud eſt *emancipationis ſpecies.* Enimuero propoſitionem hanc falſam eſſe, facile quilibet mecum conſtituet, qui animaduertit, etiam *patris mortem* vel *dignitates ſingulares* fuiſſe modos liberandi liberos a patria poteſtate non tamen

tamen ſpecies *emancipationis*, qua talis. Neque enim hæc tantum eum effectum habuit, quod liberos *ſui iuris* faceret, qui omnibus modis diſſoluendi patriam poteſtatem communis eſt; ſed proprios quoſdam et peculiares, quod liberos præterea in totum a familia patris ſegregaret, vt *extranei*, *liberti*, et *capite minutor.* Talem ſtatum an ex parte an in totum ſeparati indicent hodie, id iam inquirendum.

Emancipatio Romana diuerſam naturam habet a ſeparatione hodierna liberorum.

§. V. Denique ſi *emancipationis Romanæ* naturam cum hoc modo, *iuri patrio* proprio, conferimus, diuerſæ vtriusque rationes diuerſitatem ipſius rei mox arguunt. *Emancipatio* iure Romano regulariter pendebat ex *voluntate*, *expreſſe declarata*, nec regulariter pater cogi poterat. Enimuero quod liberi per ſeparationem vel nuptias ſui iuris fiant, non pendet ex *voluntate* patris, nec *expreſſa* nec *tacita*, cum etiam inuito patre liberi maiorennes, qui nulla amplius indigent educatione, ſeparatam inſtituere poſſint œconomiam, adeoque effectus hic non *ex voluntate* et *patri. facto* pendet, ſed ex legis diſpoſitione, adeo vt *ipſo iure* dicantur fieri ſui iuris, poſt ſeparationem vel nuptias, vt BARTH. *cit. l.* §. 8. ipſemet recte ſtatuit et præterea ex iure Germanico demonſtrat THOMAS. *cit. l.* §. 23. Porro non aliter emancipatio concipi poteſt, quam vt actus *legitimus* et *iudicialis*: cum contra inſtitutio ſeparatæ œconomiæ et nuptiæ filiorum, ad eum effectum, vt ſui iuris fiant, non deſiderent auctoritatem *iudicis*, aut eius approbationem, ſed per ſe ex iure Germanico hunc effectum habeant, quod liberi ſui iuris cenſeantur.

§. VI. Quia vero hactenus id vnice egi, vt oſtenderem, *ſeparationem* a paternis laribus *nuptiasque* filiorum haud eſſe *emancipationis* ſpeciem, neceſſarium commune præiudicium ante

omnia deſtruere, quo quidam decepti credunt, omnemque modum, *quo liberi ſui iuris fiunt*, poſſe dici *emancipationem*, vel etiam liberos quomodocunque ſui iuris factos *capitis deminutionem* pati, vnde peculiares effectus in iure Romano, *emancipationi* proprii, fluebant. Maioris illuſtrationis gratia aliquos quosdam textus adiiciam, qui egregie hoc thema illuſtrant. Primus eſt VLPIANI in *l. 3. in f. ad SC. Maced.* qui de ea quæſtione agit, vtrum ſi filius ſui iuris quomodocunque factus mutuum contraxerit, SCto Macedoniano iuvetur, an vero is demum, qui *emancipatione* liberatus eſt a patria poteſtate? Reſpondet: *ſi a filiofamilias ſtipulatus ſim, patrifamilias facto crediderim: ſiue capite deminutus ſit, ſiue morte patris, vel aliàs ſui iuris ſine capitis deminutione fuerit effectus, debet dici ceſſare SCtum, quia mutua iam patrifamilias data eſt.* Ex hoc textu euidentiſſimum eſt, (I) filiumfamilias *ſui iuris* factum fuiſſe vel cum *capitis deminutione*, vel ſine illa: prius contingebat ſola *emancipatione*; poſterius vero reliquis tollendi patriam poteſtatem modis. Quia itaque *ſeparatio* et *nuptiæ* hodie ſunt noui prorſus modi tollendi patriam poteſtatem, ex penu iuriſprudentiæ Germanicæ depromti, palam eſt, illos non ad primam ſed ſecundam claſſem, qua liberi ſui iuris fiebant *ſine capitis deminutione*, eſſe referendos, adeoque omnes effectus *capitis deminutionis* in his ceſſare. (II) Conſtat quoque ex hoc textu, effectus quosdam inde promanaſſe, quod liberi *ſui iuris* fierent, licet capite haud deminuerentur, tales ſcilicet, qui ex *ſtatu nouo*, quo aucti erant, fluebant, qui tamen per ſe non inducebat *capitis deminutionem*. Hæc producebat proprios effectus, qui minime applicari poterant omnibus illis, qui ſui iuris citra *emancipationem* facti fuerant, prout *p. 15. 23.* obſeruaui. Secun-

dus

dus textus eſt eiuſdem VLPIANI in *l. 1. §. 4. quand. de pecul. act. annalis eſt* ita aientis. *alienatio autem et manumiſſio ad ſeruos pertinet non ad filios; mors autem tam ad ſeruos quam ad filios refertur; emancipatio deſiit eſſe in poteſtate, annalis erit actio.* Ruſus hic ICtus diſtinguit *emancipationem* vt *capitis deminutionem*, ſingularemque modum tollendi patriam poteſtatem, a reliquis modis, quibus quidem ſui iuris liberi fiebant, ſed abſque capitis deminutione. In adducto vero caſu effectus idem omnibus modis tributus erat, quod eo ipſo, quo *ſui iuris* fiebant, et ita annalis actio *de peculio* neceſſaria eſſet. Recte vero ANTONIVS FABER *in ration. ad cit. l.* ita philoſophatur: *eſt emancipatio proprius ac ſpecialis quidem modus liberandi filii a patria poteſtate non generalis, qui aliis quoque modis conuenire poſſit, in quibus ſcilicet emancipatio nulla interueniebat.* Atqui in *ſeparatione* hodierna et *nuptiis* nulla prorſus nec *vera* nec *ficta* emancipatio interuenit, ergo nec peculiares eius effectus eidem tribui poſſunt. Tertius textus eſt eiuſdem VLPIANI in *l. 2. in f. quod cum eo qui in aliena poteſt.*, vbi itidem agit de iis, *qui citra emancipationem ſui iuris facti erant.* In his tribus textibus idem effectus omnibus modis, quibus liberi *ſui iuris* fiunt, attribuuntur, quia ſcilicet tales erant, vt ex *nouo ſtatu*, quo aucti erant liberi, fluerent; aſt *emancipatio* peculiares adhuc habebat effectus, qui iura liberorum admodum diminuebant, adeoque *ratio dubitandi* inde deſumebatur, vtrum quod de *emancipatis* in iis textibus ſpeciatim conſtitutum erat, etiam ad eos, qui alio modo *ſui iuris* facti erant, applicari poſſet?

§. VII. Quae cum ita ſint, ſecundum ſimplicitatem iuris patrii, (quam maiores vbique prae oculis habuerunt, cum Romani potius *ſubtilitates* et *ſummum ius* ſecuti ſint) aſſerendum eſt,

Definitio ſeparationis, quatenus li- [illegible]

heres ſui iuris efficit.

eſt, *inſtitutionem ſeparatæ œconomiæ* (de nuptiis filiarum idem ius eſto) eſſe *modum naturalem, iure Germanico antiquo approbatum et ad nos deriuatum, liberos eximendi ab imperio parentum, cui propter educationem ſubiecti erant, ſaluis quibuſcunque iuribus, quibus, vt liberi in domo patris extra educationem antea gauiſi ſunt.* Per ſingula membra hanc definitionem illuſtrabo, vt, natura eius cognita, de *ſtatu liberorum* poſt *ſeparationem* vel *nuptias* eo ſectius ferri poſſit iudicium.

Separatio modus naturalis eſt.

§. VIII. Dixi *ſeparationem* hanc eſſe *modum naturalem*. Eleganter id ex iure gentium probatum dedit B. THOMASIVS *cit. l.* §. 15. ſimulque ex *naturali ratione* conſtat. Nemo in dubium vocabit, parentes ad *educationem* liberorum eſſe *iure naturæ* obligatos, quæ ſine *imperio* et *poteſtate* concipi nequit. In tantum itaque ius *poteſtatis* in liberos *ius naturæ* dediſſe videtur, in quantum ad *educationem* neceſſarium eſt. Sicuti vero obtento fine ceſſant media; ita ſi parentes in educandis liberis ſuo perfuncti ſunt officio, ſi liberi nulla amplius educatione indigent, ſed ſemet ipſos idonee exhibere poſſunt, ceſſat educandi neceſſitas, et, quod huic coniunctum eſt, *imperium*, adeoque liberi impediri non poſſunt, res ſuas ſeorſim habere et ſeparatam a patre œconomiam inſtituere. Hoc recta ratio docet, quæ imperio patris limites poſuit, vt tamdiu liberi ei ſubſint, quamdiu ſemet ipſos regere non poſſunt. Si ergo nubunt filiæ, mariti directioni ſubiunt, et ab eo alendi, ergo per ſe ceſſat imperii paterni effectus. Si res ſuas ſeorſim a patre habent ſibique de victu et amictu proſpiciunt, iidem immunes imperii paterni facti ſunt, cum educationi parentum exemti ſint.

A iure Germanico approbatur.

§. IX. Addidi porro, *modum hunc naturalem iure Germanico eſſe approbatum et ad nos deriuatum.* Hoc ipſo I) nego, modum

modum hunc eſſe *emancipationem*, quæ *ciuilis* et *Romani iuris*, non naturalis eſt, prout antea declaraui. Simul (II) reſpicio ad iura Germanica, in ſpeculo *Saxonico* et *Suevico* immo *antiquitatibus Germanicis* conſeruati, ſanctiones, quas copioſe ſiſtit THOMASIVS *cit. l. §. 14. ſqq.* nec hic repetam. Denique (III) conſenſum ICtorum Germaniæ ſimul hic adiicio, qui fatentur, hoc ius ad noſtra tempora traductum fuiſſe, quos §. 1. allegaui. His addi poſſunt HVBER *ad I. tit. quib. mod. P. poteſt. ſolu. §. f.* HOPP. *ad cit. tit. §. 6.* BAIER *in poſit. ad cit. tit. §. 5. in not.* PHILIPPI *in vſ. pract. inſtit. lib. 1. eclog. 77. n. 4.* Inprimis vero HENRICVS GIESEBERTVS *in Iuſtin. Harmon. ad cit. §. 6. n. 235.* et IO. A SANDE *lib. II. tit. 7. def. 5.* obſeruant, ab antiquo hoc iure, quod naturalis ratio demonſtrat, vſos fuiſſe Batauos, Burgundos, Gallos, Britannos, Hiſpanos, Luſitanos, Longobardos, Danos, Suecos, aliosque populos, qui cum Romanorum inſtituta ratione *patriæ poteſtatis* peculiaria non habuere, non potuere non in his duobus *modis naturalibus*, quibus educatio finitur, acquieſcere. Nec enim vllæ aliæ gentes more Romanorum conſtituerunt, (1) patriam poteſtatem debere eſſe *perpetuam*: (2) eam non aliter finiri poſſe, quam *trina venditione* et *manumiſſione*, vtut omnis ratio naturalis paterni imperii ceſſauerit. Vnde ſimul liquet, modos hos iuris naturalis, quibus fruuntur adhuc hodie Germani, non ex principiis iuris Romani, cui hæc doctrina prorſus incognita eſt, ſed ex *ſimplicitate iuris Germanici* explicandos eſſe.

De iure Germanico etiam matri competit poteſtas in liberos.

§. X. Addidi vlterius, per hos modos *eximi liberos ab imperio parentum, cui ob educationem ſubiecti erant.* Rurſus in hoc principio acquieuere Germani, aliique populi vicini, vt ſupra iam obſeruaui. Hi non tantum *patri* ſed etiam *matri* in liberos

imperium aſſignant, quatenus *ſubordinatæ*, ex ſola ratione naturali, vt optime obſeruat GIPHANIVS in *comm. ad Inſtit. tit. de patr. poteſt.* aiens. *Hodie ſi noſtros mores ſpectamus, nulla amplius eſt poteſtas patria ciuilis, de qua hic agitur, ſed naturalis tantum obſeruantia et reuerentia, non patri tantum ſed matri quoque debita.* Neque etiam Romani matri denegarunt *poteſtatem naturalem* in liberos, ſed tantum *ciuilem*, ſolis Romanis olim propriam, et ex peculiari inſtituto reipubl. Romanæ dependentem. Hoc fundamento ſepoſito, æque mater concurrit ad educationem ac quidem pater, et ita gaudet poteſtate in liberos. Vbi vero finitum eſt onus *educationis*, ibi quoque poteſtatis ratio in patre et matre ceſſat, id quod fit, vbi filiæ *nubunt*, et filii ſibi *proprium victum quærunt*, ſeſeque ita a patre *ſeparant*.

Separatio auget, non minuit ſtatum, et iura liberorum priſtina conſeruat.

§. XI. Vltimum, quod primarium eſt in definitione, concernit ſtatum liberorum, qui hoc modo *ſui iuris* facti ſunt. Dixi, liberos hoc modo eximi a poteſtate parentum, *ſaluis omnibus iuribus, quibus extra educationem in domo patris vt liberi antea gauiſi ſunt.* Non *minuunt* enim ſtatum, ſed magis *augent*. Augent in eo, quod *ſui iuris* fiant, et ita ea agere queant, quæ hominibus *ſui iuris* indulta ſunt. Non amittunt autem iura alia, quam quæ ex *educatione* illis proficua erant, quorſum pertinet, quod pater de alimentis illis non amplius teneatur, quatenus iam ſibi de iis proſpicere poſſunt. Ceterum non eundem ſtatum eos induere, quem induebant *emancipati* apud Romanos, iam obſeruaui. Quod non fiant patris *liberti*, vel vltro concedent omnes, qui cogitabunt, iam IVSTINIANVM iure Nouellarum huius ſtatus nullam amplius rationem habuiſſe in emancipatis. Et quomodo *capitis diminutionem* pati poſſunt, qui ſtatum ſuum non minuunt, ſed augent? Neque apud Romanos in

Nec in eundem ſtatum liberos coniicit, in quem olim emancipatio.

in eo; quod liberi *ſui iuris* fierent, *capitis diminutionem* patiebantur, cum potius ſtatum augerent, ſed quod ſui iuris fierent per *trinas venditiones et tres manumiſſiones*, quo ritu licet ſublato, ANASTASIVS tamen et IVSTINIANVS ſurrogato modo, quo 1) *expreſſa voluntate* 2) *iudicialiter* 3) *ſolenniter* dimittebantur, eundem effectum dederunt, vt *capitis diminutionem* operari deberet. Quis vero *nuptiis*? quis ſeparationi a paterna œconomia hoc applicabat? Quis conſtituet, hos duos modos ſurrogatos eſſe in locum *emancipationis Romanæ*? Hic latet primum falſum, quod committere ſolent, qui nil niſi ius Romanum in ore gerunt, et patrii iuris nullam rationem habent. Neuum hunc iam taxauit notauitque ZIEGLER *in præfat. ad not. in Grot.* docens, ſeculi noſtri hanc eſſe labem, quod in Academiis ad LL. Romanas ita aſſueſieri cogantur iuuenes, *vt in omni controverſia non aliunde deciſionem petendam cenſere oporteat, quam ex iure Romanorum, et legibus iſti vni reipubl. accommodatis.* Tales *ſurrogationes erroneæ* et *imaginariæ* paſſim occurrunt, quæ nil niſi errores pariunt. Contractum *coloniæ perpetuæ* emphyteuſeos in locum ſubſtitutum eunt, quo nihil abſurdius. Ruſticos noſtros in ſortem *libertorum* conjiciunt, quod ridiculum. Vnionem prolium in locum *adoptionis* ſurrogant, et argumenta incongrua ab vno ad alterum ducunt, quæ in quibuſdam conuenire videntur, in pleriſque autem diſcrepant. Equidem in eo videntur præſidium ſuæ ſententiæ quærere, quod *tacite* pater conſentiat in hanc dimiſſionem, et hic *tacitus conſenſus* idem operari debeat, quod expreſſus. Verum iam ſupra demonſtraui, a *voluntate* patris neutiquam hos modos dependere, ſed a *diſpoſitione* iuris, neque *voluntati tacitæ* vbique eadem iura tribui,

Nec nuptiæ nec ſeparatio ſurrogata ſunt in locum emancipationis.

quæ *expreſſe*, ſi præciſe voluntas *expreſſa*, *ſolemnis*, et *iudicialiter declarata* deſideratur.

Separati qualia iura retineant?

§. XII. Proinde cum ex *capitis diminutione* hic primarius fuerit effectus, quod liberi emancipati fierent intuitu *domus paternæ extranei*, quod *iura ſuitatis* amitterent, quod etiam aliis *commodis* priuarentur, quibus in domo et familia patris gaudebant propter *ius familiæ*, euidens eſt, hos effectus non poſſe iis aſſignari, qui per *nuptias* vel *ſeparationem* ſui iuris facti ſunt. Manent ergo ſui, ipſo iure heredes ſiunt, retinent iura familiæ nec ſiunt extranei, immo eodem iure gaudent cum liberis, qui adhuc ſunt in domo paterna, exceptis iis, quæ ex *educatione* dependent.

Effectus plures patriæ poteſtatis ciuilis hodie recepti ſunt.

§. XIII. Enimuero circa hanc doctrinam obſeruationes quædam neceſſario hic adducendæ ſunt. *Prima* eſt, quod licet *patriæ poteſtatis* ratio magis ex iure Germanico hodie petenda ſit, quam ex iure Romano, effectus tamen plures iuris Romani hodie recepti et imperio paterno applicati ſint, qui vnice debentur *poteſtati ciuili* Romanæ. Hæc enim conditio iurisprudentiæ hodiernæ eſt, vt *mixtum* quoddam *corpus* conſtituat ex concluſionibus *iuris Romani* et *Germanici*, quamuis hæ ſæpius inter ſe admodum collidant, vt male cohæreat. Hæc mixtura quoque effecit, vt plures effectus iuris Romani, qui dependent a *poteſtate patria ciuili*, etiam hodie praxis agnoſcat. Hi ſunt vel *liberis graues et oneri*, vel *commodo et emolumento*. Illi ſunt, quod *teſtamenti factione* deſtituantur, quam nec hodie liberi, nondum ſui iuris facti, habent, quod patri acquiratur *vſusfructus*, quem adhuc hodie habet; quod *mutuum* ſine voluntate patris ſecure contrahere nequeant, quod etiam hodie obtinet, et quæ ſunt alia. Hi vero ſunt etiam inſignes, quos tritura forenſis

Qui ſunt liberis vel oneroſi vel proficui.

ſenſis æque agnoſcit, veluti, quod pater impuberibus de *tutore* idoneo proſpicere queat; quod liberi ſint *ipſo iure* heredes, et tranſmittant ius hereditarium ad heredes, etiam antequam ſeſe immiſcuerint, quod *impuberibus* ſucceſſorem in teſtamento conſtituat, quem ſibi conſtituere non poſſunt, ſimulque præcaueat, ne inſidiis proximorum cognatorum expoſiti ſint. In eo ſane commodum primarium *ſubſtitutionis pupillaris* conſtitutum fuiſſe perſuaſiſſimum habeo, vt obicem patres ponerent agnatis auidis proximioribus, mortem impuberis filii captantibus, eiusque bonis inhiantibus. Cum enim, defuncto patre, filius impubes teſtamentum facere non poſſet, et ita proximi agnati *ſpem* ſuccedendi *certam* haberent *radicatamque*, hæc vero eis interuerteretur, ſi impubes ad annos pubertatis veniret, peſſimo conſilio ſæpe inſidias vitæ eius ſtruebant, ne ſucceſſio ab inteſtato iis interuerteretur. Ad minimum pater iuſtam cauſ ſam, tales inſidias metuendi, habebat, quas facto teſtamento anteuertebat.

§. XIV. *Secunda* obſeruatio eſt, quod quando de *ſtatu* eorum, qui ſui iuris facti ſunt, per ſeparationem vel nuptias, diſquiritur, res huc potiſſimum redeat, vtrum ſtatum ſuum ita mutent, vt non tantum patriæ poteſtatis effectus ceſſent quoad iura, quæ liberos grauant, ſed etiam quæ iis commodum lucrumque afferunt. Quod effectus *patriæ poteſtatis*, liberos grauantes, eo ipſo, quo *ſui iuris* fiunt per ſeparationem vel nuptias, extinguantur et pereant, vel inde eſt, quia ab *imperio patris* liberantur, a quo dependebant. Vnde pater hodie amittit *vſumfructum*, liberi *teſtamentum* condunt, *mutuum* libere contrahunt, et quæ ſunt alia. Hæc recipiunt ex *ſtatu nouo*, quem induerunt, quod ſint *ſui iuris* facti. Enimuero an effectus etiam

Separati ex ſtatu nouo, quod ſiant ſui iuris, plura commoda nanciſcantur,

Non vero amittunt iura proficua.

 iam

iam liberis *proſcui* pereant, amittantur, exſtinguantur, h. e. an ius *ſuitatis* et *familiæ* amittant, ex illa quæſtione pendet, an hodierna liberos dimittendi ratio fiat per *capitis diminutionem*, vel *ita dici poſſit?* Nam quicquid olim amiſere, ideo amiſere, non quod *ſui iuris* eſſent facti, ſed quod tales eſſent facti per *capitis diminutionem*. Quæ ſi iure Romano abfuiſſet, nihil amiſiſſent, ſed tantum noua iura acquiſiuiſſent, per ſtatum nouum, quem induerunt. Iam vero, vt *cap. antec.* demonſtratum eſt, emancipati et *noua iura* acquirebant, et *iura opima* amittebant et quidem hoc vnice propter *capitis diminutionem*; illud vero ob *ſtatus noui acquiſitionem*. Hæc non erat *capitis diminutio*, ſed *capitis acquiſitio*; ſicuti ſi exul reſtituebatur, caput nouum acquirebat, non amittebat, quod tamen in omni *capitis diminutione* contingebat, vt quis *ſtatu* quodam *ciuili* priuaretur. Hoc præiudicium, quod omnes fere occæcauit, ſatis exſtirpari non poteſt, quo conſtituunt, *ſtatus mutationem* in genere eſſe *capitis diminutionem*, indeque inferunt, etiam adhuc liberos capite minui, quod *ſtatum* mutent per *nuptias* vel *ſeparationem*. Enimuero non *cuiuſcunque ſtatus mutationem* eſſe *capitis diminutionem*, ſed eam demum, quæ fit *in deterius*, hoc eſt, *ſtatus ciuilis* mutationem noto notius eſt. hæc tunc demum iure Romano contingebat, quando *ſtatus ciuilis*, vnde vniuerſum iuris Romani, qua talis, commercium dependebat, h. e. *libertatis*, *ciuitatis* vel *familiæ*, amittebatur. Vbi neuter amittitur, nulla *capitis diminutio* contingit, licet aliqua *ſtatus mutatio* in ſenſu *latiori* interuenerit, et ſic priora non amittuntur iura. Iam vero per *ſeparationem* vel *nuptias* neuter *ſtatus* amittitur, in primis vero ſaluum manet *ius familiæ*, adeoque nec in ſortem *extraneorum*, h. e. qui plane alieni ſunt a familia, incidunt. Ceſſat enim in

ſepa-

ſeparatione et *nuptiis* euidenter ratio iuris antiqui, quæ conſtituebat, per emancipationem tolli *ius familiæ* et *ſuitatis* liberosque in ſortem *extraneorum* reduci, adeo vt in poſterum horum iure frui debeant.

§. XV. *Tertia* obſeruatio eſt, quod plures erroneæ hypotheſes in hac doctrina circumferri ſoleant, quæ eam admodum turbant, in varia dubia reuocant, et tot monſtra opinionum producunt. Niſi itaque ab eis antea liberata, et præiudicia falſa remota fuerint, inoffenſo pede vix progredi licet. *Commune* præiudicium, ab *emancipatione* Romana petitum, eo prolixius excutiendum fuit, quo altiores in plerorumque mentibus egit radices. Nunc adhuc *tria præiudicia*, quibus pauciores ducuntur, paucis notanda et remouenda ſunt. *Primum* eſt, ſeparatam inſtitutam œconomiam et nuptias filiarum eſſe modum liberandi liberos a patria poteſtate tantum de *iure Saxonico*, huic hunc partum deberi, hunc reſtringendum ad eas terras, in quibus ius Saxonicum eſt receptum. in ceteris ſubſiſtendum in iure *ciuili* Romano, et ex hoc fonte vnice deciſiones deriuandas, maxime iis in terris, e quibus *ius Saxonicum* lege publica eiectum et proſcriptum eſt. Enimuero *iuris Saxonici* aliquid dici poteſt duobus modis: I) *ſtricte*, quod ſoli huic iuri proprium, et peculiaribus Saxonum moribus, inſtitutis, et obſeruantia conſiſtit, id quod iis in locis, in quibus nulla *iuris Saxonici* habetur ratio, merito reiicitur repudiaturque. II) *late*, quatenus in *ſpeculo Saxonico* quidem continetur, ſed non vt ius quoddam Saxonibus proprium, verum totius *Germaniæ* commune. Infinita in *hoc ſpeculo* continentur, quæ ex *moribus Germanorum vniuerſalibus* hauſta, deriuata et hac de cauſſa ſimul in eo relata ſunt. Errant, qui rationes hoc modo ſubducunt. hoc vel illud eſt

Varia præiudicia in hac doctrina,

1) quod ſeparatio ſit inſtitutum peculiare iuris Saxonici.

eſt tantum *iuris Saxonici*, quia in *ſpeculo iuris Saxonici* reſertur. Ad hanc poſtremam claſſem quoque referri debet peculiaris his modus, quo liberi ſui iuris fiunt per *ſeparationem* vel *nuptias*. Id docet *ſpeculum Sueuicum*, quo hoc ius itidem confirmatur, vt loca a THOMASIO *in diſſ. cit.* relata indigitant. Id demonſtrat praxis aliarum gentium, quæ cum Germanis varia inſtituta communia habuere, vt Gallorum, Hiſpanorum, Belgarum, Britannorum aliorumque populorum ſupra relatorum teſtibus SANDEO, GIESEBERTO etc. Id docet communis omnium locorum Germaniæ obſeruantia, quam ICti Germaniæ ſupra relati defendunt, admittunt, ſuoque calculo approbant. Licet ergo *ius Saxonicum* ſpeciatim ſit repudiatum in quibuſdam locis, non tamen ea de cauſſa *mores Germaniæ vniuerſales* antiqui eliminati ſimul et reprobati ſunt, nec eliminari potuere. Quis fidem *pactorum* hodie defenderet, ſi ſolis Romanis legibus eſſet viuendum? quis *ſucceſſoriis pactis* efficaciam tribueret, niſi inſtituta Germanorum antiqua in ſubſidium vocarentur? quis iura *inſultarum* fiſco adſcriberet, ſi ſolæ leges Romanæ regnare deberent? quis tot alia infinita iuris Romani capita reiiceret, quæ tamen in praxi repudiantur, vt vel *vſus modernus* STRYKIANVS docet.

2) Quod apud Romanos etiam tacita emancipatio fuerit in vſu.

§. XVI. *Alterum* præiudicium iisdem iis proprium eſt, qui inſtituta antiqua Germanorum non ex ſuo fonte genuino petunt, ſed quæuis, quæ vbique recepta ſunt, ex ſcitis *legum Romanarum* defendere conantur, ingloriosum eſſe credentes, ſi ex hac doctrina deciſiones formari nequeant. Hac de cauſſa illi, qui *ſeparationem*, vt modum tollendi patriam poteſtatem, recipiunt, eam *tacitam emancipationem* eſſe dicunt, etiam iure Romano fundatam, et ſic eiuſdem cum *Romana emancipatione expreſſa* virtu-

virtutis. Quis vero hoc crederet, cum DIOCLETIANVS et MAXIMIANVS in *l. 3. C. de emancip.* nudo conſenſu patris liberos ſui iuris fieri aſſerant? Prouocant tamen diſſentientes ad *l. 1. C. de patr. pot.* vbi ANTONINVS et VERVS, ante conſtitutionem DIOCLETIANI, in hæc verba reſcripſere. *Si filium tuum in poteſtate tua eſſe dicis, præſes prouinciæ æſtimabit, an audire te debeat; cum diu paſſus ſis, vt patrisfamilias res eius agi per eos, qui teſtamento matris tutores nominati fuerunt.* Ex hac lege VOETIVS *in comment. ad D. de adopt. §. 12,* *tacitam emancipationem* colligit. Enimuero caute loquuntur imperatores, dicentes, præſidem prouinciæ *æſtimare debere, an pater audiendus ſit?* Cur vero? ſcilicet propter *præſcriptionem*, quæ actioni *præiudiciali*, qua pater *patriam poteſtatem* ſibi aſſerebat, obſtabat, et qua probata actor a limine iudicii repellendus, non vero probata, audiendus erat. Non ergo *tacita voluntate* patris eo caſu filius liberatur, ſed pater agendo *præſcriptione* repellitur, qua quæuis iura amittuntur. Præterea *l. 25. pr. D. de adoption.* in ſubſidium vocant, in qua VLPIANVS ita reſpondit *poſt mortem filiæ ſuæ, quæ vt materfamilias, quaſi iure emancipata vixerat, et teſtamento ſcriptis heredibus deceſſit, aduerſus factum ſuum, quaſi non iure eam, nec præſentibus teſtibus emancipaſſet, pater mouere controuerſiam prohibetur.* Nihil minus vero quam exemplum *tacitæ emancipationis* in hac lege continetur. In adducto caſu pater emancipauerat filiam *expreſſe*, proue moris erat, filia poſtea vt *emancipata* vixerat, et teſtamentum condiderat. Pater hoc impugnabat poſt mortem filiæ, quod filia *non iure*, h. e. debitis ſolennibus adhibitis, emancipata fuerat, quod ICtus non admittendum eſſe, recte arbitrabatur. De ſtatu defunctorum quærere, ne quidem quoad *ſeruos* poſt quinquennium permiſſum erat;

t. t. D. ne de ſtatu defunct. quanto magis ergo hoc in liberis recipiendum erat, præſertim cum in adducta ſpecie pater *proprium factum* impugnare vellet, quod iura non permittunt. Non ergo in *cit. l.* aderat *patris conſenſus tacitus*; pater filiam *expreſſe* emancipauerat, et poſtea *ſuum factum*, vt *cit. l.* innuit, defuncta filia impugnare conabatur: id ipſum ICtus reprobabat. Ceterum ſi vel maxime apud Romanos ex *patientia* patris emancipatio quædam inducta fuiſſet (quod tamen probari nequit) minime tamen inde natales *ſeparationes* peti poſſent, tum quod in ea *patris conſenſus* non deſideretur, adeoque nec *tacita emancipatio* dici queat, vt aliquoties monitum: tum etiam quod filius ſtatim, ſeparatim inſtituta œconomia, ſine diuturna *patientia* patris, ſui iuris fiat, quod ſecundum iuris Romani principia admitti nequit. Secundum hæc, qui *tacitam emancipationem* admittunt, quamuis errore manifeſto, *diuturnam patientiam* patris deſiderant, et ex ea demum patris voluntatem colligunt.

3) *quod eadem ratio ſit in ſeparatione qualificata et ſimplici.*

§. XVII. *Tertium* præiudicium iis familiare eſt, qui a *ſeparatione qualificata*, quæ fit intuitu *bonorum*, ad *ſimplicem* argumentantur. Eſt enim *ſeparatio* liberorum duplex vel *ſimplex*, vel *qualificata*. Illa conſiſtit in ſola vel ſimplici inſtitutione propriæ œconomiæ, qua liberi ſeorſim res ſuas habere incipiunt, nulla accedente bonorum aſſignatione. Hæc fit a parentibus, qui liberis ſeparatis aliquam bonorum communium portionem aſſignant, et ita eos a ſe ſuisque bonis prorſus abdicant, quæ in iis in primis locis obtinet, vbi adhuc ex priſco Germanorum more inter coniuges *communio bonorum* viget, de qua plenius agit MEVIVS *ad ius Lubec. lib. II. tit. 2. art. 33.*, ipſa autem ſtatuta, quæ paſſim vigent, recenſet GRVSIVS *ad ius ſtatut. Mindenſ.*

conſ. p. 144. ſqq. Iuſta autem debet aſſignari liberis ſeparatis portio, qua contenti eſſe iubentur, vt poſtea ad ſucceſſionem parentum cum non ſeparatis amplius concurrere nequeant. Huic ſeparationi liberorum peculiares adſcribunt effectus, de quibus MEV. *cit. l. n. 115. ſeqq.* plenius agit, ſcilicet quod ſit inſtar *abdicationis*, et propulſionis e domo paterna quod liberi ſeparati pro *emancipatis* habeantur, immo pro *extraneis*, ſeu materna et paterna familia excluſis GOEDD. *vol. I. conſ. Marp. conſ. 26. n. 84.* MEV *cit. l. n. 117.* HARPPRECHT. *vol. I. conſ. 65 n. 64.* Hæ locutiones iisdem deſumtæ ſunt ex iure Romano, quibus tamen parum fidendum eſſe obſeruauit ipſe MEVIVS *cit. l. n. 118.* dicens *Quando emancipationi æquiparatur ſeparatio, non licebit ex ſimili, quod non eſt idem, abire ad eas concluſiones, quod liberi ſeparati, per omnia iure emancipatorum vtantur. Id nullibi ius noſtrum dicit, ſed in ſucceſſionibus iſta effectum tribuit, ergo ad eas ſolum pertinebit.* Videlicet quia hi ſeparati ab omni ſucceſſione in poſterum excluduntur, vt nec ab inteſtato ſuccedant cum conſortibus, nec neceſſario inſtituendi ſint, nec querela inofficioſi teſtamenti id impugnare poſſint, quia partem bonorum iam anticipando acceperunt, hinc *ſecundum quid* ex hoc vnico reſpectu dicuntur *extranei*. Nam nec hi ſuccedunt illis, cum quibus nullo ſanguinis vinculo coniuncti ſunt, nec teſtamenta ex capite præteritionis impugnare poſſunt. Hoc reſpectu dicuntur *extranei*, aſt incommode *emancipati*, niſi ius XII. tabb. vnice inſpexeris. Secundum hoc emancipati non ſuccedebant iure *prætorio* admittebantur, immo iure *nouellarum* plenius iis proſpectum. Si ergo cum his eſſent comparandi, ſuccedere omnino poſſent integrum iis eſſet ex capite *præteritionis* vel *inofficioſi* teſtamentum impugnare, id quod *ſeparatis* huiſce haud

Effectus ſeparationis qualificata.

cum epicriſi.

Secundum quid hoc modo ſeparati dicuntur extranei.

eſt integrum. Immo ne quidem prorſus *extraneis* et ex familia paterna excluſis abſolute æquiparari poſſunt. Quid enim ſi parentes decedant, non aliis relictis liberis, quam ſeparatis? Hi ſine dubio ſuccedunt, quia talis ſeparatio primario facta eſt intuitu liberorum *conſortium*, quibus ante patrem vel matrem exſtinctus, proximi ſucceſſores ſunt ſeparati.

Separatio qualificata communi errori anſam dedit.

§. XVIII. Rurſus itaque diuerſa eſt ratio horum *ſeparatorum* a ſtatu *emancipatorum et extraneorum*, qui ad *ius familiæ* non pertinent. Interim facile liquet magis hos ſuo modo, maxime ex doctrina iuris Romani veteris, comparari poſſe cum emancipatis ac quidem *ſeparatos* ſine bonorum aſſignatione, qui tantum ſeparatam inſtituerunt œconomiam, vel nuptias inierunt, licet vel maxime *dotem* acceperint, vel illud *ſubſidium*, modo hoc ipſo a futura ſucceſſione *plene* haud fuerint excluſi, ſed ea tantum obligatio eos teneat, vt accepta conferre teneantur. Interim facile quilibet animaduertet, hæc duo genera *ſeparationum* a Dd. inter ſe confuſa, et prædicata, quæ *qualificatæ* ſolent vulgo, quamuis itidem incommode, attribui, tracta fuiſſe ad *ſimplicem*, cum tamen ſtatus horum *ſeparatorum* admodum diuerſus ſit, nec ab vna ſpecie ad aliam conſequentia duci queat. Qui *ſimpliciter* ſe ſeparant a parentibus, nihil iuris amittunt, æque ac hi, qui olim *dignitate* liberabantur a patria poteſtate, et *ſui iuris* fiebant, ſaluo ſtatu *ſuitatis* et *familiæ*, quia hoc modo capite haud minuebantur, ſed augebantur, adeoque ea retinere neceſſario debebant, quæ tantum *capitis diminutio* adimebat. Quodſi ergo v. c. ſupponimus, etiam hodie liberos ipſo *iure* eſſe heredes, tales quoque manebunt, poſt *ſeparationem* vel *nuptias*, cum non minuant, ſed augeant ſtatum.

§. XIX.

§. XIX. Hanc ſententiam, quam prolixe in antecedentibus defendi, non pauci quoque ex ICtis pragmaticis amplexi ſunt, quorum verba illuſtrationis gratia referam. L. B. de LVNCKER *in anal. ad tit. I. quib. mod. ius patr. pot. ſoll.* ita cenſuit. *Emancipatio tantum tacita, quæ moribus per ſeparationem ab œconomia patris vel matrimonium introducta eſt, a patria poteſtate liberos eximit, quoad ea, quæ ipſis per poteſtatem illam ratione bonorum gravia ſunt. De cetero enim in familia et ſui heredes permanent.* IDEM *in anal. ad tit. D. de SCt. Maced. ad th. 54.* idem repetit; *qui moribus per emancipationem tantum ex patria poteſtate egrediuntur, non poſſunt uti Macedonio. N. O. quod illi maneant in familia quoad ea, quæ favoris ſunt: neque enim Macedonianum in favorem filiorum famil. eſt introductum etc.* Eamdem ſententiam tuetur BRVNNEMAN. *ad l. 31. de adopt. n. 2. ſqq.* aiens: *moribus noſtris liberi liberantur a patria poteſtate per ſeparatam œconomiam. Similiter et nuptiæ diſſoluunt patriam poteſtatem de conſuetudine, quatenus ſcilicet hæc emancipatio liberis utilis: nam ſi eſſet inutilis, haberentur pro ſuis, quia tranſmittunt hereditatem paternam, præteriti dicunt teſtamentum nullum.* Non adeo a ſocero diſſentit B. STRYK *in uſ. mod. ad tit. de SC. Maced. §. 6.* vbi reſpondet iis, qui liberis ſeparatis vel per nuptias ſui iuris factis SCti exceptionem adhuc indulgent ex ea ratione, *quod hi beneficia filiis famil. indulta non amittant.* Non impugnat hanc rationem, ſed eam admittit, recte tamen negat, SCti Macedoniani exceptionem ad talia beneficia referri poſſe. Eamdem ſententiam quoque a SANDE *lib. 3. tit. 2. def. 2.* tuetur ex adducta ratione, quam B. STRYKIVS tetigit: ſpeciatim vero *lib. II. tit. 7 def. 5.* de hac materia agit, poſtquam vniuerſales mores Germaniæ quoad modum liberandi liberos ab imperio parentum addidit, hæc adiungit: *porro*

Illuſtratur ſententia aſſerta per doctorum aſſenſum.

conſtituendo hæc ex communi præſi hanc interpretationem recipit, ut hactenus procedat, quatenus liberis emancipatio prodeſt: quatenus vero obeſſet, intelligantur liberi adhuc in ſacris paternis permanſiſſe. Hinc quamuis liberi emancipati hereditatem patris non aditam non transmittant, - - - contrarium tamen verum eſt, quod ſeparatos *quia ius transmittendi reſpicit commodum filii, prorſusque ei hactenus cenſentur in patris poteſtate manſiſſe.* Prouocat præterea ad TRENTACINQ. qui *lib. I. var. reſol. t. n. 17. verſ. ſecundo*, hanc generalem theſin ponit, liberos liberatos a patria poteſtate in proprium fauorem ex diſpoſitione legis cenſeri adhuc in poteſtate, quoad hæc, quæ reſpiciunt eorum commodum. Hæc theſis non tantum ad eos pertinet, qui *dignitate* a patria poteſtate liberantur, ſed etiam, qui moribus *ſeparatione* et *nuptiis* ſui iuris facti ſunt, quia etiam liberatio hæc liberorum fit 1) *citra patris voluntatem* ex legis diſpoſitione: 2) in *fauorem liberorum*, quod nulla amplius educatione indigeant, et ita imperio domeſtico ſubeſſe non cogantur. Denique eandem ſententiam iam olim ſuſcepi et defendi *in not. ad* §. *10. lit. y. I. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. facilius hodie filii maiorennes cogere poſſunt patrem, ſine cauſſa diſſentientem, ut eos a ſe dimittat permittatque ſeparatam inſtituere oeconomiam, quo hodie ſui iuris euaderent, quatenus grauat patria poteſtas liberos: ius familiæ et ſtatus retinent, ut olim, qui per dignitatem liberabantur. Neque enim ab emancipatione Romana expreſſa ad hanc cauſſam trahi poteſt argumentum, quæ ex priſtina manumiſſione plures effectus retinuit ad ſeparationem hanc haud applicandos.* Omnium horum ICtorum ſententia huc redit, effectus *emancipationis* Romanæ attribui non poſſe *ſeparationi* et *nuptiis*, quibus hodie liberi *ſui iuris* fiunt, nec ſtatum *ſeparatorum* conferri poſſe cum ſtatu *emancipatorum*.

§. XX.

§. XX. Quæ cum ita ſint, controuerſia ante triennium et quod excurrit, mihi oblata, facile decidi poteſt. Pater quidam ſex filios habebat, ex quibus vnus, ſeparata œconomia inſtituta, relictis duobus liberis impuberibus deceſſerat. Horum impuberum auus poſtea condiderat teſtamentum, et iis *pupillariter* ſubſtituerat, quæſitum fuit: *vtrum hæc ſubſtitutio ſubſiſteret?* Apud Romanos auus emancipatorum prædefunctorum liberis ſubſtituere non poterat, quod pater eorum *iura ſuitatis* amiſerat, inter *extraneos* relatus et extra familiam eiectus erat, adeoque eodem iure cenſeri debebant eius liberi. Hi æque *extranei* erant intuitu familiæ aui, haud auo ſui, ita vt auus iis ſubſtituere haud poſſet æque vt nec extraneus. Pater enim *ſuis* tantum ſubſtituebat, quales non erant emancipatorum nepotes. Hæc vero philoſophia accommodari nequit ad eorum liberos, qui per *ſeparationem* ſui iuris facti ſunt. Nam (1) non amittunt iura *ſuitatis*, vt fuſius ſupra euictum eſt, ergo quoque nepotes eiuſdem conditionis cenſendi, qua patres, adeo vt ſicut poſt deceſſum patris eius locum ſubeant, ita quoque *ſui* auo fiunt, quoad effectus iuris, ſuis proficuos. Nec (2) hodie *familiam* mutant, aut ceu *extranei* intuitu patris, vt *capitis familiæ*, habendi; prout rurſus ſupra oſtenſum. Ergo nec nepotes, ſeu ex *ſeparatis* nati, diuerſo iure vti debent, quin potius defuncto patre eiuſdem ſunt ſortis habendi, ac nati *ex ſuis*, quibus auus pupillariter ſubſtituere poterat. (3) *ſubſtitutio pupillaris* impuberibus admodum ſalutaris et proficua eſt, eumque in finem admiſſa, vt ſupra oſtenſum, vt inſidiæ quæuis a pupillis impuberibus auerterentur, quibus vtplurimum ditiores pupilli expoſiti ſunt. In eiuſmodi vero iuribus *ſeparatio* haud præiudicat liberis, nec illorum amiſſionem inducit. Idem (4) iam his ver-

Quæſtio de pupillari ſubſtitutione.

bis

bis obſervavi *in not. ad §. 4. I. de ſubſtit. pupill. lit. i. Ex emancipato filio natus, ſubſtituere avus non poterat, ſi vel maxime pater eius praedefunctus eſſet. Hoc tamen hodie applicari non poteſt ad caſum, quo liberi ſeparatam oeconomiam inſtituere, quod iura ſuitatis non tollit.* Denique (5) idem thema ſequenti reſponſo expoſui et enucleavi:

Titius hat ſechs Söhne, davon tritt einer, Nahmens Caius, ſeine eigene Haushaltung an, verſtirbet aber bald darauf, und verläſſet zwey unmündige Kinder, wovon der Letzte ein poſthumus geweſen, Titius gehet hierauf nach einigen Wochen gleichfalls mit Tode ab, macht aber zuvor ein Teſtament, ſetzet ſeine Kinder nominatim zu Erben ein, und ſubſtituiret dieſelbe unter einander mit folgender formul

> Solte aber über Verhoffen nach meinem Tode einer oder ander meiner Kinder ohnverheyrathet oder in ſeiner Münderjährigkeit mit Tode abgehen, ſo will ich, daß deſſen oder derſelbige Theil wieder zurück auf meine übrige noch lebende Kinder oder deren Kinder in ſtirpes verfallen ſoll, allermaſſen ich denſelben auf ſolchen Fall expreſſe ſubſtituiret und hiemit meinen unmündig verſterbenden Kindern hinwieder zu Erben eingeſetzet haben will

Nun hat ſichs zugetragen, daß Caii Kinder in aetate pupillari verſtorben, dahero die Frage entſtehet:

> Ob ihre patrui zu derſelbigen Verlaſſenſchaft ex ſubſtitutione pupillari berechtiget ſind?

Ob nun wol in Rechten klar verſehen, daß allein derjenige pupillariter ſubſtituiren könne, welcher tempore teſtamenti conditi et mortis die väterliche Gewalt über die Kinder noch gehabt, daher auch ein Groß-Vater ſeinen nepotibus nicht anders gedach-

ter

ter maſſen ſubſtituiren kan, als wenn die nepotes poſt mortem patris in avi poteſtatem verfallen, welches in præſenti caſu ſich nicht befinden will, da Caius ſeine eigene Haushaltung angetreten, mithin nach den bekanten moribus Germaniæ vniuerſalibus ipſo facto emancipiret geweſen, und die von ihm gebohrne Kinder poſt mortem patris emancipati in avi poteſtatem nicht verfallen mögen, wie ſolches mit einem klaren præiudicio, welches dieſem Caſui nicht ungleich iſt, illuſtriret.

STRYK *in V. M. ad tit. de vulg. et pupill. ſubſtit. §. 5.*

Weil aber dennoch die ſo genante emancipatio tacita, quæ moribus Germaniæ per ſeparationem œconomiæ conſtitui dicitur, mit der in iure Romano eingeführten emancipatione expreſſa nicht in allen Stücken æquales effectus hat, anerwogen durch dieſe die iura familiæ gänzlich bekantermaſſen verlohren giengen, und dergleichen emancipation deswegen pro capitis diminutione gehalten iſt, alſo aus der Abſicht ein Groß-Vater ſeinen nepotibus, welche auſſer ſeiner familie waren, nicht weiter ſubſtituiren kunte, als welche nunmehro pro prorſus extraneis zu halten, im Gegentheil die ſeparatio œconomiæ zwar die väterliche Gewalt in ſo weit aufhebet, daß die Kinder ſui iuris werden, ſed non vlterius, quam quatenus patria poteſtas liberis oneri eſt, adeoque non in totum tollit poteſtatem, ſed in tantum, cum quoad commoda et iura ſuitatis et familiæ hæc ſalua maneat, vt loquitur.

I. B. de LYNCKER *in comment. ad I. Civ. tit. de adopt. et emancip. §. 26. in f. conſ.*

IDEM *Reſp. II. n. 16. et*

in ANAL. *ad Inſtit. lib. I. tit. 12. §. 5. in f. ibi: de cetero in familia vt ſui heredes permanent;*

Conſuetudo enim hæc ex communi praxi hanc interpretationem recipit, vt hactenus procedat, quatenus liberis emancipatio

prodeſt; quatenus vero obeſſet, dicuntur in ſacris paternis manſiſſe, adeoque ipſo iure ſunt heredes quoad effectum transmittendi hereditatem.

SANDE *lib. 2. tit. 7. def. 5.*

Dahero es auch geſchiehet, daß nach des Sohnes Tode, der ſich von dem Vater abgeſondert, der Groß-Vater ſeine nepotes denen andern Kindern gleich zu tractiren pfleget, adeo, vt ne quidem auo paterno mater præferatur.

CARPZ. *p. 2. conſt. 11. def. 13.*

Im übrigen auſſer allen Zweifel iſt, daß auch dergleichen ſubſtitutio pupillaris, quibus auus proſpicit nepotibus, mit unter die commoda und iura familiæ gehöret, vt, quia ſibi teſtamentum condere nequeunt, parentes eis faciant et proſpiciant.

Pr. I. de ſubſtit. pupill. in f.

Ja wenn auch gleich kein beſonder commodum die nepotes aus ſolcher ſubſtitutione pupillari bekommen möchten, dennoch genug ſeyn kan, daß dieſelbige ihnen keines weges onerosa iſt, ja öfters ihnen ratione ſecuritatis, et ne inſidiæ iis ſtruantur, vortheilhaftiger ſeyn kan, und ſolche dem Groß-Vater nicht abgeſchnitten werden mag, nachdem dergleichen nepotes poſt mortem patris in ſeiner Familie bleiben, endlich auch billig dahin zu ſehen iſt, ne, quod moribus Germanicis receptum eſt contra ius Romanum, nimium ab eo recedat, ſed quantum fieri poteſt, reſtringatur, alſo das angeführte præiudicium ex Vſu Moderno Stryckiano bewandten Umſtänden nach in keine conſideration zu ziehen iſt, cum non exemplis ſed legibus iudicandum ſit.

L. 13. C. de ſentent. et interlocut.

So erhellet hieraus allenthalben ſo viel, daß die patrui der Verſtorbenen unmündigen Kinder ex pupillari ſubſtitutione zu deren Erbſchaft allerdings berechtiget ſind.

EXER-

EXERCITATIO XXI.

AD LIBR. I. PAND. TIT. X. et ſqq.

DE MAIESTATE IMPERII MAGISTRATVVM MAIORVM.

CAP. I.

DE MAIESTATE IMPERII MAGISTRATVVM MAIORVM ROMANORVM.

§. I.

Sanctiſſimum atque grauiſſimum nomen MAIESTATIS eſt, omni pondere grauius habendum, quam cetera omnia. Non MAGNITVDINIS ſignificatus eius exhaurit ambitum, quo titulo modeſtiores principes olim contenti fuiſſe leguntur, MAIESTATIS appellatione abſtinentes. a) Maius ipſa MAGNITVDINE quid denotare videtur; ſicut MAIESTAS ab eo dicitur, quod eſt MAIVS. NVMINIS eſſe ſolius, ſi proprietatem verbi ſpectamus, non inepte cenſuit CASAVBONVS, b) a quo appellatio haec communicata eſt IMPERANTIBVS,

Maieſtatis nomen excelſum: modeſtius magnitudinis.

Ab eo dictum quod maius eſt.

Imperantibus

Ee eeee 2

a) Traiano, optimo atque meritiſſimo principi hanc laudis gloriam attribuit PLINIVS *in panegyr. c. 42. Locupletabant, ut, et fiſcum et aerarium non tam Voconia et Iulia lex quam maieſtatis ſingulare et unicum crimen, qui crimine vacarent:* (quod Tiberii, Neronis, Domitiique aſpera tempora loquuntur) *huius Tu metum penitus ſuſtuliſti, contentus* MAGNITVDINE, *qua nulli magis caruerunt, qui ſibi* MAIESTATEM *vindicabant.*

b) *In not. ad Trebell. Pollion. in Gallien. duob. c. 14.* quod ſcilicet nomen diuinum omnibus iis, qui *magna*

poſt Deum tributum. TIBVS, qui poſt DEVM in terra ſunt maiores, ſicuti ſoli Deo minores. c) Non erravero, ſi adſtruxerim, fabulam OVIDII lectiſſimam huc tendere, qua natales MAIESTATIS adumbrare annisus eſt. d)

Fabuloſa eius derivatio.

quae dici poſſunt, longe melius cenſendum. Non ergo [illegible] dicitur *maieſtas*, ut arbitratur FESTVS *hac voce*, ſed ab eo, quod *magno* adhuc *maius*.

c) Verba TERTVLLIANI *Apologetici* c. 33. ſcribam, hic, quia momentoſa ſunt, reguſtanda: *Colimus ergo et Imperatorem ſic, quomodo et nobis licet, et ipſi expedit, ut hominem a Deo ſecundum, et quicquid eſt a Deo conſecutum, et ſolo Deo minorem. Hoc et ipſe volet. Sic enim omnibus maior eſt, dum ſolo Deo minor eſt.*

d) Fabulam habet *lib. V. faſtor.* ab hinc diſquirens paullo curioſius, unde *Maio menſi* nomen datum fuerit? Ait, primo naſcentis mundi aevo paream omnium rerum etiam Deorum in coelis fuiſſe honorem:

Donec HONOR *placidoque decens*
REVERENTIA *vultu*
Corpora legitimis impoſuere thoris.
Hinc ſata MAIESTAS; *quae mundum temperat omnem,*
Quaque die partu eſt edita; magna fuit.

Fingit Poeta, HONOREM cum REVERENTIA legitimum iniiſſe matrimonium, ex eo natam MAIESTATEM, et, quod mirandum, eamnon infantem aut puellam, ſed ſtatim magnam fuiſſe. Addit locum excelſiorem, quem in coelis mox occupaue-

[illegible] patrum, magna tamen [illegible]

Nec mora: conſedit medio ſublimis Olympo
Aurea purpureo conſpicienda ſinu.
Conſedere ſimul PVDOR *et* METVS.
Omne videres
Numen ad hanc cultus compoſuiſſe ſuos.
Protinus intravit mentes ſuſpectus honorum.
Fit pretium dignis. Nec ſibi quiſque placet.

Subiungit, qua ratione Iupiter contra Gigantes *Maieſtatem* vindicaverit, et concludit:

Hic bene Maieſtas armis defenſa Deorum
Reſtat: et ex illo tempore firma manet.
Aſſidet illa Iovi, Iovis eſt fidiſſima cuſtos,
Et praeſtat ſine vi ſceptra tremenda Iovi.

Denique quomodo in terras *Maieſtas* delapſa, et hominibus communicata fuerit, his enarrat verbis:

Venit et in terras: coluerunt Romulus illam
Et Numa: mox alii tempore quiſque ſuo.
Illa patres in honore pio matresque tuetur,
Illa comes pueris, virginibusque venit.

Illa

§. II. Non quidem ſum neſcius, MAIESTATIS nomen etiam a ſcriptoribus aſſignari excelſis REBVS, FACTIS, SERMONIBVS, et NATVRAE EFFECTIBVS admirandis. e) Hic tamen vſus loquendi vel rarior, vel ad minimum paullo alienior a vera vocis indole et proprietate. Hæc, ſi a Deo diſceſſerimus, magis propria eſt in terris his, qui et in ſacris DII appellantur, hoc eſt, qui *imperio ſummo* grauiſſimoque præſunt reipublicæ, vt vel triplici modo MAIESTATIS appellatio vſurpari debeat. f)

Improprie tribuitur rebus excelſioribus maieſtas.

Proprie Deo, imperantibus, et magiſtratibus.

Eeeee 3 §. III.

Illa datos faſces commendat eburque curule,
Illa coronatis alta triumphat equis.

Maieſtas ergo, quæ parentes habuit HONOREM ET REVERENTIAM, nihil niſi excelſum, reuerentia dignum, et quod vnquam *magnum* mente concipi poteſt, ſpirat, vt ſequentia illuſtrabunt.

e) Longum foret hæc per ſingula, ex quibus pauca tantum delibabo. (I) *Naturæ et rerum maieſtatem* agnoſcit PLINIVS *lib. II. hiſt. nat. c. 37. et ſ.* et *omnia, ait, in terra naturæ, et in natura maieſtate addita.* IDEM *lib. VII. c. 1. naturæ rerum vis atque maieſtas in omnibus momentis fide caret,* et *lib. XVIII. c. 1. eadem natura maieſtas tanto plures bonos genuit ac fructus, quanto fertilior ... quæ leuant ... hominque,* conf. *lib. XXXVIII. pr.* (II) *Sermonis maieſtas* occurrit apud EVNDEM *lib. XXXI. c. 3.* (III) *orationis* grauiſſimam idem prædicatam aſſignat CICERO *de amicit. ... ſic quodam ille, Dii immortales, ſuas grauitas! quanta in oratione maieſtas!* (IV) *Maieſtatem* ſcripturæ TERTVLL. *in apol. c. 20.* tribuit. (V) *Maieſtatem purpuræ* nobilitatis agnoſci etiam veſtibus, ait PLINIVS *lib. IX. c. 60.* (VI) *immenſam Romanæ pacis maieſtatem* prædicat IDEM *lib. XXVII. c. 1.* (VII) Maieſtas *ſenſibus* eſt in *l. 30. C. de decur.* Denique (VIII) etiam maritale imperium quandam *maieſtatem* ſpirare credidit M. PORCIVS CATO apud LIVIVM *lib. XXXIV. c. 2.* vtique *ſi in ſua quiſque noſtrum matrefamiliae, Quirites, ius et maieſtatem viri retinere inſtituiſſet.* Plura addere ſuperſedeo.

f) Obſeruat hoc GVTHERIVS *de offic. domus Aug. lib. I. c. 19.* vtique *Maieſtas primo Deorum eſt, ſecundo principum, tertio maiorum magiſtratuum.* De *prima* ſpecie PAVLI ſententia occurrit in *l. 32. §. 4. D. de recept. et qui arbitr.* quæ docet, arbitrum, ſacerdotio obeundo, non cogi ſententiam dicere; *id enim non tantum honori perſonarum, ſed et* MAIESTATI DEI *indulgetur, cuius ſacris vacare ſacerdotes oportet.* CICERO *lib. de diuinat.* ait: *Dii non cenſent, eſſe ſuæ maieſtatis, præſignificare hominibus, quæ ſunt futura.* *Altera* ſpecies notiſſima, cuius ſæpe fit mentio in iure, vt in *l. 1. C. de theſ.* præſertim, *inſ.*

l. 4.

Maieſtas olim populo R. et reipublicae tributa,

§. III. Ad Romanos vt pedem moueo, vbi alibi monendum eſt, in ſuo LIBERO, de REPVBLICA et POPVLO ROMANO excelſum MAIESTATIS nomen g) traditum et frequentiſſimo vſu vſurpatum fuiſſe h). Summa rerum

l. 4. C. de leg. ſſ. l. 1. C. ut arm. prin. quo in ſenſu etiam populo Romano et Reipublicae haec appellatio *tribuatur*, vt mox indicabo, et *tertiam* ſpeciem illuſtrabo pluribus.

g) Generatim CICERO *lib. IV. ad Herenn. maieſtatem* reipublicae ait eſſe, *in qua continetur dignitas et amplitudo ciuitatis*, amplitudo autem et dignitas eminentiſſima potiſſimum ex imperio et *potentia* naſcuntur, cum vtrumque venerationi inſignia addat incrementa. Inde IDEM *lib. II. de orat.* hanc format concluſionem: *Si maieſtas eſt amplitudo, et dignitas ciuitatis, is eam minuit, qui exercitum hoſtibus populi Romani tradit.* Sicuti enim is contemnit et parui habet populi Romani dignitatem et amplitudinem, ita hic eandem conſeruat ſuſtinetque. vel, vt ait IDEM *in partit. orat. maieſtas, quoniam eſt magnitudo quaedam populi Romani in eius poteſtate, ac iure retinendo, aucta eſt potius quam diminuta.* Paullo poſt et *imperii* conceptum *maieſtati* adiungit, aiens, *maieſtas eſt imperii atque eius omnis populi Romani dignitate*, quoniam ſola *dignitas ampliſſima* maieſtatis non meretur nomen, ſi *imperium acceſſus deeſt.* Quamobrem gentibus pleriſque in more poſitum fuit, imperantibus ſua per ſchemata externa, *venerationem* pleniſſimam, auctoritatem, et ſingulare obſequium conciliare, tum etiam ſignis publicis *imperium* ſummum et *poteſtatem ampliſſimam* denotare, vt *maieſtatem* eius et reipublicae ſuae eo magis firmarent, atque corroborarent, adeo vt nec tyrannos regiorum populorum quandoque ab his ſchematibus abſtinuerint, et HERTIVS *de tutela regni* erudite demonſtrauit. Inde *inaugurationes* regum, diademata, purpura, ſceptra, aliaque *imperii* excelſiſſimi, atque auguſtioris *dignitatis* argumenta, in quibus maieſtas continetur. Conf. DE LVDEWIG *de eo quod decet circ. ſolenn. princip.* BECMANN *in ſynt. dignit. illuſtr.* PASCHALIVS et SCHMEIZEL *de coron.* item *de* [illegible]. Facile autem ſequitur, mihi, de *maieſtate* diſſerenti, non eſſe ſermonem de ſignificata *tenoris* hodierno *curiali*, prout loquuntur, ſed de *re ipſa*, quae ſub *maieſtatis* appellatione adumbratur. Illam ſi [illegible], *maieſtatis* charactere ſaepe inſigniuntur, qui imperio deſtituuntur ſupremo. v. g. reginae, ſicuti eo non gaudent in generum ſocietate quandoque, quibus tamen ipſa omnino debetur. Quis negaret Pontifici hodie vteri grauiorem ipſam maieſtatem, qui tamen titulo *ſerui ſeruorum*, quam *maieſtatis apoſtolicae* denotari mauult. Breuiter de *re*, non de *nomine* et *formula*, ſollicitus ſum.

h) Loquor de *vſu* ſcriptorum *antiquo*, qui res Romanas memoriae mandarunt. VALERIVM PVBLICOLAM eo ſummo ſtudio annixum fuiſſe *ad augendam liberi populi maieſtatem teſtis eſt* FLORVS *lib. I. c. 9.* IDEM *lib. IV. c. 2.*

cum eo tamen erat penes POPVLVM, cuius auctoritas et potentia pedetentim ita creuit, vt fere *omnia cetera imperia maieſtate* ſua ſuperaſſe videtur i).

[illegible] praelata eſt aliis imperiis.

§. IV. Cum vero populus Romanus ſuum imperium explicaret per patres, ſenatum, conſules, reliquosque MAGISTRATVS MAIORES, quibus inſignis reuerentia ex DIGNITATE eminentiori et AMPLITVDINE IMPERII debebatur, non dubitarunt quoque Romani, hanc praeeminentiam, imperiique praerogatiuam appellare MAIESTATEM IMPERII k), et ita eo maius reuerentiae decus

Magiſtratibus maioribus ex communicatione imperii maieſtas imperii tributa.

... 2. refert Pompeii et Caeſaris temporibus, *Romanam maieſtatem toto orbe* magnopere conſpicuam fuiſſe. Immo iam olim, vt *maieſtas Romani populi* tuta eſſet, ſedulo curarunt Romani teſte LIVIO *lib. II. c.* 8. quibus nihil potius, nihilque prius *patria maieſtate* fuit, eodem teſte *lib. IV. c.* 44. et *lib. XXIII. c.* 8. adeo vt tam non veneri credendus fuerit, qui aduerſus edictum extra ordinem in hoſtem pugnauerit. IDEM *lib. VIII. c.* 7. Paſſim etiam *populi Romani maieſtatis* recordantur ſcriptores, vt inprimis LIVIVS *lib. XXIII. c.* 24. et 31. PLINIVS *lib. XXII. c.* 3. eamque, quae antea cladibus vexata fuerat, oſtento quodam praecedente, tempore Cimbrici belli reſurrexiſſe cenſuit PLINIVS *lib. XVI. c.* 32. *ſect.* 57. *ſec. edit. Harduin.* additque *lib. XIV. ſect.* 1. *maieſtate Romani imperii* profeciſſe vitam commercio rerum, et ſocietate feſtae pacis.

i) Qua de cauſſa, vbi pax vel foedus cum altero populo ineundum erat, praemitti ſolebat haec clauſula: *vt populi Romani maieſtatem comiter conſeruaret,* qua adiecta, indigitabatur, hunc *ſuperiorem* eſſe, quamquam de cetero ille *liber* maneret iuxta PROCVLVM in *l. 7. D. de captiu. et poſtlim. reu.* Inter conditiones pacis, Aetolis praeſcriptas, prima haec fuit: *imperium maieſtatemque populi Romani gens Aetolorum conſeruato ſine dolo malo,* teſte LIVIO *lib. XXXVIII. c.* 11. In pace cum Gaditanis iuxta eadem haec formula praemiſſa fuit: *maieſtatem populi Romani comiter conſeruanto,* vt ait CICERO *in Orat. pro Corn. Balbo* eiusque vim hanc eſſe ſubiungit: *certe ille populus in ſuperiore conditione cauſſaque ponitur, eiusque maieſtas foederis ſanctione defenditur.*

k) Ipſum illud *imperium* ingens, quod magiſtratibus delatum erat, *maieſtas imperii* dictum fuit, cuius rationes mox dabo. Apud LIVIVM *lib. VIII. c.* 34. palam aſſerit dictator: *Maieſtas imperii perpetua ne eſſet, non eſſe in ſua poteſtate* h. e. ne vllo modo imminueretur aut laederetur imperium. Idem *cit. l. c.* 35. *vicit imperii maieſtas* h. e. incolumis et ſalua conſeruata eſt. Fabius Maximus Scipionem reprehendit

Inde maieſtas 1) patrum 2) conſularis

eos l) illis conciliare. Inde paſſim occurrit MAIESTAS PATRVM, m) MAIESTAS CONSVLARIS IMPERII,

n) [illegible] apud LIVIVM lib. XXVIII. c. 40. *in f. quod maieſtas imperii in eum cuperet periclitata fuit.* Celebrior eſt uſus [illegible] PAVLI in l. 31 D. *ex f. de l. ex l* ubi agit de *pretore*, quatenus *ſalua maieſtate imperii ſui* [illegible] dicere quem [illegible] *maieſtatem imperii*, magiſtratibus maioribus attributam, ſaltim illud grauiſſimum, et excelſum ſummumque dignitatis praeſidium imperium, quo cum magiſtratibus minoribus contendebant et maiore praeſtare pollebant. Denique ſaepe *maieſtas* ſimpliciter poſita hoc grauiſſimum magiſtratuum maiorum imperium denotat, et [illegible].

l) *Hac de cauſa vocantur maieſtas honores*, quae dictatura et magiſtratuum [illegible] apud LIVIVM L. IX. c. 26 [illegible] *quaeſi conſules ſi* [illegible] *datum ab ſenatu negotium fuerit*, [illegible] (dictatorem) *primum et hunc M.* [illegible] (Magiſtrum equitum) *qui* [illegible] [illegible], *ut apparet*. [illegible], [illegible] MAIESTATE HONORIS, [illegible] [illegible] *ſicut dignitas eorum* [illegible], *et amplitudo imperii* [illegible] *ſuit*. Vtramque hac appellatione deſignarunt Romani. Id quod etiam optime obſeruauit ANNOTATOR ad BRISSONIVM de V. S. voc. *maieſtas*, ubi poſt loca quaedam a BRISSONIO adducta, haec ſubiicit: *Conſtat ex adductis a Briſſonio locis, non ſolum dignitatem et eminentiam illam, ſed et ipſam ſummam poteſtatem, conſiderantque eas maieſtatis nomine ſignari Romanis conſueuiſſe, adeoque eos errare turpiter, qui uſurpatum hoc ſenſu a ſcriptoribus latinis probo* [illegible] *uſurpatum* [illegible] *temere* [illegible].

m) *Patres* [illegible] *dicti*, quos ROMVLVS primitus in Senatum cooptauerat conſilii publici cauſa. Ait LIVIVS lib. I. c. 8. in f. *Conſilium deinde viribus parat. Centum creat ſenatores, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui creari patres poſſent. Patres certe ab honore, patriciique progenies eorum appellati.* TARQVINIVS PRISCVS alios centum iis addidit, teſte LIVIO l. I. c. 35. *non minus regni ſui firmandi, quam augendae reipublicae memor, centum in patres legit; qui deinde minorum gentium ſunt appellati.* Regibus exactis, BRVTVS primum conſul [illegible] *quo plus virium in ſenatu frequentia etiam ordinis faceret, caedibus Regis diminutum patrum numerum primoribus equeſtris gradus lectis ad trecentorum explevit, traditumque inde fertur, ut in ſenatum vocarentur, qui patres, quique conſcripti eſſent; conſcriptos videlicet in ſenatum appellabant lectos* LIVIVS lib. II. c. 1. Cum itaque in ſenatu ſenatorum [illegible], et deliberationibus de ſumma rerum interceſſent, dignitate quoque ſingulari atque poteſtate pollebant.

Inde

rei; n) quod ſero regium o) fuit, MAIESTAS SENATUS 3) [illegible]

Inde *maieſtas patrum*, cuius LIVIUS paſſim meminit. Iterum *lib. II. c. 40.* Claudium gentem patrum maieſtati [illegible] [illegible] ſententia Appii Claudii Craſſi addit: *nos ea quo* [illegible] *ſemper ſenatui in* [illegible] *et patribus operam dediſſe, ut per nos aucta patrum, quam* [illegible] *maieſtas earum* [illegible], [illegible] *eſſe* [illegible] [illegible] *poſſit*. Expreſſius cumul apud EUNDEM *lib. X. c. 37. Non ita patres conſcripti veſtra maieſtate meminere, ut me conſulem eſſe obliviſcar.* IDEM *lib. III. c. 67.* refert, T. Quintium, orationem, *memorem maieſtatis patrum*, habuiſſe. Cum Ædiles ludos Romanos inſtruxiſſent, quos primum ſpectavit ſenatus a populo ſecretus, pertulit quibusdam ſermones, [illegible] *populi quicquid maieſtati patrum adiectum eſſet*. Non nego quidem, hac appellatione potiſſimum dignitatem, in qua collocati erant patres, denotatam fuiſſe; ſed ex ſubſequentibus facile apparebit, ipſum etiam *imperium*, cuius participes patres erant, hac voce inſigniri.

n) Cum in genere magiſtratibus maioribus *maieſtatem imperii* attribuerint, quidni et *conſuli*, cuius imperium maius erat ceterorum omnium poteſtate, ſi Dictatores exceperis? SUETONIUS *in Tiberio c. 30.* de hac magiſtratuum maieſtate haec habet: *quin etiam ſpeciem libertatis quandam inducebat, conſervata ſenatui et magiſtratibus et maieſtate priſtina, et poteſtate.* Nec hoc imperii et dignitatis axioma magiſtratuum aliarum gentium alio, quam maieſtatis nomine, denotandum eſſe crediderunt, quam, habita [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nii, omnes cenſuerunt, cum pro magiſtratus [illegible] locutum, et [illegible] LIVIUS *lib. XXXIX. c. 37.* VALERIUS MAXIMUS *lib. II. c. 2. n. 2.* in genere fatetur, *magiſtratus priſcos* [illegible] [illegible] *Romanos maieſtatem* [illegible] *retinuiſſe*, ſeu in ea conſervanda admodum ſolliciti fuiſſe. Id vero imprimis egerunt ſummo opere Conſules, capita illa imperii Romani prima, quorum imperium longe lateque patebat. *Magnum nomen*, ait CICERO *in L. Piſonem, magna ſpecies, magna dignitas, magna maieſtas conſulis.* plebi tamen non parum inviſa, quod [illegible] regia eſſet. Hinc ab APPIO CLAUDIO conſule petitum: *ut* [illegible] *conſulatum maieſtatem eſſe vellet, quanta* [illegible] [illegible] *eſſe poſſet.* vid. LIV. *lib. II. c. 57.* De cetero conſulum imperio, et dignitate nihil [illegible], nihil [illegible], quod imprimis apparet, ubi poſt *ſponſionem Caudinam* conſules Samnitibus dedendi erant. Poſtquam enim ab iis lictores abire iuſſi, paludamentaque detracta, tantam hoc ſpectaculum miſerationem fecit, *ut quique ab illa deformatione* [illegible] *maieſtatis, velut ab nefando ſpectaculo, averterent oculos*, teſte LIVIO *lib. IX. c. 5. et 10.* Dictatori multo magis haec *maieſtas imperii* tribuenda erat, quo magis imperio conſulatus praeeminebat vid. LIVIUS *lib. XXII. c. 19.* [illegible] *et Lib. VIII. c. 32.* [illegible] *cum ſummum imperium Dictatoris ſit*, [illegible] *et Conſules, regia poteſtas*, [illegible], etc.

o) Id non negat [illegible], *quod regia* [illegible] LIVIUS *lib. II. c. 1.* [illegible] [illegible] ſed palam [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Apud

4) *Cenſorum.* 5) *Praetorum.* *Vſus huius appellationis ſub republ. libera.*

TVS, p) MAIESTAS CENSORVM q), PRAETORIA MAIESTAS r), et in genere MAGISTRATVS MAIORIS MAIESTAS s). Atque haec appellatio non demum eo nata et audita eſt tempore, quo populus Romanus de vniuerſo fere orbe triumphauit, et intolerabilis ambitio magiſtratus minores *ex potentia* vltra modum prouexit atque diuitiarum

ſquia primos conſules tenuiſſe atque ex regia poteſtate nix quicquam demutatum, quod tamen plebi minus acceptum erat, adeoque in *conſulare imperium* grauiter inuehebatur apud EVNDEM *lib. III. c. 9.*

3) *maieſtas ſenatus.*

p) De *patrum maieſtate* iam ſupra (m) quaedam dixi, quae huc etiam pertinent. Iam ſub regibus magna ſenatus erat auctoritas; maior facta ſub republica libera. Interim ferebantur, *ne reges quidem maieſtatem ſummi ordinis [illegible]*, apud LIVIVM *lib. III. c. 36.* Alibi IDEM *lib. VIII. c. 34. ad ſenatus maieſtatem* prouocat, et quod mirandum eſt, finitis bellis ciuilibus ab Auguſto, *reſtitutam vim legibus, iudiciis auctoritatem, ſenatui maieſtatem, imperiumque magiſtratuum ad priſtinum redactum modum* fuiſſe, refert VELLEIVS *lib. II. c. 89. et c. 116.*

q) Cenſores etiam *poteſtatem dominantem* geſſiſſe ait LIVIVS *lib. IX. c. 3.* inſenuiſque Sempronii tribuni plebis inuectiuam in cenſorem Appium Claudium adducit, in qua inter alia haec habentur: *Ego te, Appi Claudi, pro iſtius magiſtratus maieſtate ac uerecundia, quam geſſiſti, non modo manu violatum, ſed ne verbo quidem inclementiori a me appellatum velleim.*

r) Permagnum ſane erat *praetorum imperium*, et eminens eorum dignitas, vt *maieſtatis* encomium his quoque vt *magiſtratibus maioribus* deberetur. Olim etiam conſules dicti ſunt *praetores*; *Nov. 24. et 25.* at poſtquam iuri dicundo hi magiſtratus praepoſiti ſunt ſeorſim, cuius occaſionem tradit *l. 2. §. 27. D. de or. iur.* pars muneris et imperii conſularis in eos tranſlata eſt, et ſic ſimul *maieſtatis imperii* participes facti, cum iiſdem auſpiciis, quibus conſules, crearentur, teſte LIVIO *lib. VIII. c. 32.* et horum collegae eſſent atque dicerentur, vt obſeruat GELLIVS *lib. XIII. c. 15.* Inde non mirandum eſt, quod more Romano *maieſtas imperii* praetoribus aſſignata fuerit, vt expreſſis declarat verbis ICtus in *l. 11. in f. de I. et I.* [illegible] *praetor ſalua* MAIESTATE IMPERII SVI, *ſaluoque more maiorum ius dicere conſtituit.* Quodſi album praetoris corruptum erat, *contempta maieſtas eius* vindicari debebat, vt innuit PAVLVS in *l. 1. D. de iuriſdict.* quippe quod ob *tuendam maieſtatis publica* fiebat. *l. 33. D. de iniur.*

